


R. 15.752

D. CONRADI BRVNI

IVRECONSVLTI OPERA TRIA,
NVNC PRIMVM ÆDITA



DE LEGATIONIBVS

LIBRI QVINQVE: CVNCTIS IN REPVB.

VERSANTIBVS, AVT QVOLIBET MAGISTRATV
fungentibus perutiles, & lectu iucundi.

DE CÆEREMONIIS LIBRI SEX:

AD VERAM PIETATEM DEIQVE CVLTVM,
contra errores & abufus, uiam ostendentes.

DE IMAGINIBVS LIBER VNVS:

EX OMNI DISCIPLINARVM GENERE

copiofe differens.

CVM TRIBVS INDICIBVS, IN QVIBVS MAGNA

uariarum rerum commemoratio breuiffime

lectori proponitur.

Plura deinceps eiuſdem Authoris opera, in Mercatu
proximo, Deo propitio ædentur.

ECCLESIASTICI XX & XXI.

Sapientia abſcondita, & theſaurus inuisus: quæ utilitas in utriſq; ?

*Cum Gratia & Priuilegio Sacrarum Cæſaris ac Regis
Rom. Maieſtatum, Ad Septennium.*



*In honorem & profectum totius Germaniæ, præſertim INFERIORIS, quæ
Dei cultu & Reipub. ſtatu florentiſſima eſt.*

EX OFFICINA FRANCISCI BEHEM

Typographi, Moguntiæ apud S. Victorem.

M. D. XLVIII.


Helſtadt bei Magdeburg




2 400 40 BEHEM MADE IN SPAIN

R. 15.752

D. CONRADI BRVNI
IVRECONSVLTI OPERA TRIA,
NVNC PRIMVM ÆDITA



DE LEGATIONIBVS
LIBRI QVINQVE: CUNCTIS IN REPVB.
VERSANTIBVS, AVT QVOLIBET MAGISTRATV
fungentibus perutiles, & lectu iucundi.



DE CÆREMONIIS LIBRI SEX:
AD VERAM PIETATEM DEIQVE CVLTVM,
contra errores & abufus, uiam offendentes.

DE IMAGINIBVS LIBER VNVS:
EX OMNI DISCIPLINARVM GENERE
copiose differens.

CVM TRIBVS INDICIBVS, IN QVIBVS MAGNA
uariarum rerum commemoratio breuiffime
lectori proponitur.

Plura deinceps eiusdem Authoris opera, in Mercatu
proximo, Deo propitio ædentur.

ECCLESIASTICI XX & XLI.
Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus: qua utilitas in utrifq; ?

Cum Gratia & Priuilegio Sacrarum Cæsaris ac Regis
Rom. Maiestatum, Ad Septennium.

In honorem & profectum totius Germanie, presertim INFERIORIS, quæ
Dei cultu & Reipub. statu florentissima est.



EX OFFICINA FRANCISCI BEHEM
Typographi, Moguntia apud S. Victorem.

M. D. XLVIII.

Del Conuincidos i^{to} marinos de granada



REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI ET DOMINO,

DOMINO OTHONI, S. ROM. ECCLESIAE CAR-

dinali, & Episcopo Augustano, Domino suo

Clementissimo. CON. BRUNVS

S. P. D.



Exemplum ueri Pelicanum cernis amoris
Qui reficit pullos ipse cruore suos.
Sic amor est Christi, qui nobis sanguine fuso
Restituit uitam, ac in cruce regna dedit.



Quidem in ea semper fui sententia, Reuerendissime pater, idemq; Clementissime Princeps & domine: ut inter omnia Republicae munera (quae quidem multa sunt) nullum, neq; officij necessitate, & utilitate: neq; rerum gerendarum, ca-
Legationis munus in Re- pub. praecellen- tissimum.

sarumq; magnitudine, uarietate atque difficultate: neq; eorum qui gerunt prudentia, consilio, & industria: neq; dignitatis, & honorum splendore, atque amplitudine, cum uno Legationis munere conferri possit. Idq; nec temere, neq; nullis, nec omnino malis (ut opinor) argumentis & rationibus. Primum enim cum uaria sint ingenia eorum, qui Respub. administrant, Varia ingenia Principi & Magistratu- rum. Alijs quidem negotia publica per se deliberantibus, & conscientibus: propria uidelicet prudentia & consilio suffultis, Alijs nihil nisi adhibitis Consiliarijs, agentibus, Alijs ita superbis & insolentibus, ut tamen si consiliorum ipsi prorsus inopes sint: tamen consilij suis uel nullos adhibeant Consiliarios, uel si quibus utuntur, in speciem tantum adhibeant: Superbia Xerxis in consul- tando. numirum his ipsis parendi magis necessitate imposita, quam suadendi facultate permissa. Quod Xerxes fecisse ferunt, qui Graeciae bellum inditurus, ascitis ad se Asiae Principibus: Ne uiderer, inquit, meo tantum usus consilio, uos contraxi: caeterum mementote, magis parendum uobis, quam suadendum. In hac, inquam, eorum qui Respublicas administrant, Necessarias esse Legatio- nes. ingeniorum diuersitate, multa certe negotia sunt, quae commodè nisi per Legatos expediri non possunt. Cuiusmodi sunt, quae cum absentibus aguntur, nec literis tuto commendantur, & quibus ipsi interesse non possunt: uel si possunt, tamen ne intersint, & dignitatis eorum & honestatis ratio uetat. Adde inter haec quaedam esse, quae ut per epistolas geri non possunt, ita nec quibus omnino modis agenda sint, ullis mandatorum formulis praescribi potest: ut quae a praesentibus tantum monstrantur, & in quibus cum rebus ipsis deliberandum, & saepe etiam in harena (ut dicitur) consilium capiendum est. Deinde utilitatem huius muneris, nego-

* ij tia

Widitas Le-
gationum in
bellis. *cia tam belli quam pacis commendant. Bellorum commoda sunt, ut his
ipsis, illatas nobis iniurias uindicemus: lacepsiti nos ulciscamur, res no-
stras recuperemus: patriam, parentes, uxores, liberos, denique omnia no-
stra, nosque adeo ipsos defendamus, et uelut in tuto collochemus: ut tan-
dem parta pace (qui est uerus bellorum finis) ocio et tranquillitate per-
fruemur. At omnia haec ipsa etiam affert Legatio. Nam et magna
Item in pace. saepe bella a Legatis, et fortiter gesta, et foeliciter confecta sunt. Sic
et inter absentes, de negocijs pacis deliberant Legati, controuersias di-
sceptant, lites dirimunt, pupillorum desideria audiunt, causas tuentur,
omnibus ubique iustitiae se ministros et quos praebentes: et haec quidem Le-
gati cum caeteris Consiliarijs in hoc genere habent communia. Haec au-
tem Legatis propria sunt: potentissimos Principes, Affinitatum, ami-
citiarum, et foederum uinculis coniungere, bella extinguere, pacem com-
ponere, et quae sunt generis eiusdem. Iam et multo commodior est, et
Melior pax
per Legatos
quam per bel-
la. *utilior pax, quam Legatus facit atque confirmat, quam quae bello compa-
ratur. Siquidem bella maximis sumptibus administrantur: et tamen in-
terim dubius est belli euentus, et exitus, et incerta uictoria. Siue igitur
uincimus, lucrum quod ex bello facimus, plerumque belli sumptus longe ex-
cedunt: Siue uincimur, iam his miseri sumus, ut qui et sumptus, et res
nostras perdidimus: Et tandem uix iniquissimis conditionibus parta pa-
ce nudi abimus, et ne hiscere quidem audemus. Et ut uictis nihil nisi do-
lor: ita uictoribus ipsa etiam uictoria saepe grauis est, tot uidelicet in-
commodis tam proprijs quam subditorum parta: ut de utrisque uere dicatur.**

Qui uicit perijt, plorant qui succubere.

Legatus Pyr-
rhi Regis Cy-
neas. *Atqui longe comodissima pax est, quam Legati faciunt: non quidem ar-
mis, sed oratione. Nam ipsa oratio (quod Euripides inquit) omnia confi-
cit, uel quae hostile etiam ferrum nequeat. Quod Pyrrhus Rex in Cyn-
eam Consiliarium suum usurpare solebat, hominem mirum et eloquen-
tissimum, et qui missus a se Legatus, ad concilianda sibi ciuitatum atque
populorum studia, mira semper foelicitate fuit. Haec pax et paruo sumptu
fit, et si uel iniquis conditionibus accipiatur: tamen utilior est, pace etiam
iustissimo et foeliciter confecto bello acquisita. Huius pacis, et dulce no-
men est, et res ipsa tum iucunda, tum salutaris, ut inquit Cicero. Qui-
ppe quae ita parta est, ut et foci priuati maneant salui, et illae sae leges, li-
bertas, et disciplina publica. Sed age tam res ipsas spectemus, circa quas
Legatio ipsa uersatur: Quae profecto tam late patent, ut nulla functio
sit, siue publica, siue priuata, de qua non ipsa etiam participet Legatio.
Officia Lega-
torum. *Etenim Legatus, sacra et prophana administrat, consulit, aduocat,
iudicat, disceptat, contrahit, dona dat et accipit: emit, uendit, nuptias
contrahit,**

*contrahit, salutatur, gratulatur: de bello cognoscit, bellum indicit, bellum ge-
rit, explorat, speculatur: bellum extinguit, pacem componit, foedera per-
cutit: breuiter quae alia munera tam pacis, quam belli agunt singula, una
Legatio conficit uniuersa. Iam uero et multa munera per eos geri ui-
demus, qui eorundem prorsus ignari sunt, et imperiti. Ita saepe tribunalia
occupant homines, si personam spectes, uultu quidem graues, aspectu terri-
biles, ut plane iustitiae simulacra quaedam te uidere putes: Sed si rem peni-
tus intuearis, qui personam magis, quam officium praestent: consilij inopes,
iudicandi imperiti, qui praeter quam quod unum aut alterum uerbum, quod
aeque ex praescripta formula pronunciant, in reliquum plane muti sunt et
clingues. Quibus non absimiles sunt multi, qui Principum consilij as-
sident, qui et ipsi locum tantum replent: Numerus uidelicet, et fruges con-
sumere nati. Qui sententias dicere rogati, aut dicta dicunt, aut nihil ad
rem pertinentia dicunt, ab aliorum tum ore tum sententia pendentes, ut si
illi aiunt, aiunt et ipsi: si negent, ipsi quoque negent. Adde, et bellicis mu-
neribus saepe eos praefici, qui bellis nunquam interfuerunt, personam tan-
tum Ducum, Praefectorum, Magistrorum, aliorumque insignium officio-
rum militarium gerentes: ipsi rei militaris prorsus imperiti, et ignari: nec
per se sua munera, sed per uicarios et coadiuuas administrantes. At
Legatos propria uirtus, non aliena: uera, non fucata commendat. Etenim
ueram et arduam Legationem administrare non possunt, nisi qui per se
sint multis experimentis eruditi, iusti, fortes, et constantes: et in primis
rerum, de quibus Legationem suscipiunt, periti, et ad gerendum eas ido-
nei, solertes, circumspiciti, ad omnia prompti: qui ex re, et ex tempore, de
qualibet re ad negocium quoquo modo pertinente, quid facto opus sit, deli-
berare: tum commodè etiam et cum dignitate, de his quae deliberauerint
dicere, caeteraque quoties res exegerit, conficere possint. Illud inter multa ad di-
gnitatem Legationis pertinet, quod id munus non tantum humanis desti-
natum, sed etiam diuinis uisibus consecratum est. Nam ut illa fabulosa
mittam, quae Poetae de Mercurio et Iride fingunt: illis tantum mitamur,
quae de Legationibus diuinis, diuinae tradunt historiae. Deus Optimus
Maximus, cuius imperscrutabilis est sapientia, nec ullis conclusa finibus
potentia, Et si uerbo suo quaecumque uult, conficere potest, sicut et uerbo
mundum creauit: tamen consilium et uoluntatem suam saepe hominibus
per Legatos manifestauit. Nam et Prophetas, id est, Legatos et nun-
cios suos misit, qui filium suum in carnem uenturum, et perditam salutem
humano generi recuperaturum esse nunciarent. Et idem Angelos suos ad
Abraam, Iacob, Tobiam, aliosque Patriarchas, ut quid se iubente illis
sequendum esset, atque fugiendum, nunciarent. Angelus fuit et Legatus
Domini, qui ad Zachariam missus est, nuntiatum illi, ne timeret, quia*

* ij uxor

Indocti iudi-
ces.

Indocti Con-
siliarij.

Imperiti bello-
rum Duces.

Quales oportet esse Lega-
tos.

Legatio ad
res diuinas et
humanas per-
tinet.

Prophetae et
Angeli sunt
Legati Dei.

Luce 1.

uxor sua Elizabeth paritura esset illi filium Ioannem. Eodem munere functus est Angelus Gabriel, à Deo missus ad Mariam salutatum eam, simul atq; nunciatum, ipsam parituram Iesum filium Dei: illum qui regnaturus esset in domo Iacob in æternum, nec regni eius futurus esset finis. Iam & Christus ipse Legatus fuit, à patre missus in mundum, ut assumpta carne, peccata nostra, quæ à primo parente nostro Adam contraxeramus, deleteret, & nos qui filij iræ eramus, morte sua patri reconciliaret. Quin & Legatione sua perfunctus, ipse quoq; Apostolos, id est, Legatos suos misit in uniuersum orbem, prædicatum uniuersæ creaturæ Euangelium: qua Legatione, & eorum successores, Episcopi & sacerdotes, usq; ad consummationem sæculi fungentur. Atq; hac de diuinis Legationibus, eò afferre uolumus, quò intelligamus, uel ista etiam ratione plurimum huius muneris dignitati accedere, quia Deus cætera quidem munera approbarit, hoc autem diuino etiam usu confirmari. Postremo labores quoq; & pericula, & quæ hæc ipsa comitantur, præmia & honores, hoc munus commendant. Siquidem Legatio ipsa, circa negotia in primis ardua, periculosa, & lubrica uersatur. Leuia fortasse uidentur illa, tristia nunciare, ingrata postulare, superba & iniqua responsa referre, contemptim dimitti, & si qua sunt alia eiusdem generis: Hæc certe difficilia sunt, & periculis plenissima, ad hostes mitti, res repetere ab hostibus, hostibus bella indicere, hostium consilia explorare, sæpe per medios hostes ire & redire: hostium consilia, dolos, fraudes, & insidias cautè declinare, Imperia contemnere. Quibus ex causis multos sæpe captos, multos in uincula coniectos, uaria tormenta perpeffos, quosdam etiam undis submersos: fame necatos, multisq; alijs modis interemptos legimus. Difficilia quidem hæc, & in primis ardua, sed quæ iustam etiam laudem habent, honores, & præmia: Siue enim Legati in his periculis fortiter uersati succumbunt, honestè factorum post se memoriam relinquunt sempiternam: Siue superstites manent, omnibus & fidem, integritatemq; & constantiam suam, non solum apud suos, sed etiam apud externos notam atq; testatam reddunt. Quam rem subinde sequitur etiam non expetita gloria, quam omnium maxime prudentiæ, iustitiæ, fidei, & circa magna pericula fortis animi & constantiæ gignit opinio. Ut interim non referam magnifica munera, & diuitias tum amplas, tum honestas, quibus hoc munere functi, à potentissimis Principibus, magno cum honore cohonestantur. Sed hæc hæcenus de necessitate, utilitate, dignitate, amplitudine, & splendore, huius muneris. Nunc quod ad administrationem eiusdem attinet, illud addo, ut non temerè hoc ipsum cuius est demandandum: ita quibus mandatam fuerit, eis omnibus modis in hoc incumbendum esse, ut id ipsum pro dignitate, tam sua quam eorum, à quibus missi

Legatus Dei patris ipse Christus.

Legati Christi, Apostoli atq; Episcopi et Presbyteri.

In Legationibus labores et pericula: præmia itè et honores.

Laudis & gloria ex Legationibus.

Munera & diuitiæ.

Recta Legationum administratio.

missi fuerint, administrant. Sed & illis etiam, ad quos mittuntur Legati, studendum erit, ut ad se missas Legationes pro dignitate, tam eorum qui mittunt, quam eorum qui mittuntur, excipiant, audiant, atq; dimittant. Quæ quidem omnia, non nisi magna prudentia, fide, constantia, diligentia, & moderatione: omnium eorum, ad quos negotium Legationis pertinet, conficiuntur. De quibus rebus omnibus, multa quidem ueterum extant, tam instituta & leges, quam exempla: quorum et nos aliqua, cum aliquando & ipsi Legationibus publice fungeremur (quatenus quidem nobis & usus, & quotidiana lectiones suggererunt) obseruauimus, & in chartas aliquas retulimus. Quas nuper cum permixtas quidem illas & confusas, in manus resumpsissemus, commodum nobis uidebatur, ut argumentum quod antea utcumq; composueramus, nunc plenore stylo absolueremus. Totum igitur huius rei tractatum, in quinque libros digestimus. In quorum Primo, de personis eorum agimus, qui Legationes mittunt. In Secundo, de personis eorum qui mittuntur. In Tertio, de Legatorum officijs. In Quarto, de priuilegijs, immunitatibus, & salarijs Legatorum. In Quinto, de personis eorum ad quos Legati mittuntur: deq; eorum in suscipiendis, audiendis, dimittendisq; Legationibus, auctoritate, & officio. Sed quoniam in ea re, arte etiam, & doctrina, & methodo quadam opus esse uidebatur: eam docendi rationem mihi obseruandam esse duxi, ut primum à diffinitionibus, singula proficerentur, deinde etiam commodè fierent partitiones, ac postremo ex singulis partibus præcepta quædam ducerentur: quibus ueluti uia quædam, quid & mittentibus, & missis, & ijs etiam ad quos mittuntur Legationes, sequendum fugiendumq; sit, monstraretur. Porro omnia hæc partim sacrarum scripturarum testimonijs, partim Philosophicis rationibus, partim etiam tam Ecclesiasticarum quam ciuiliu legum sanctionibus: tum historiatarum etiam tam ueterum quam recentiorum exemplis confirmo. Quin ita etiam exemplis utor, ut non tam res gestas ipsas, quam consilium in his ipsis gerendis, prudentiamq; ueterum spectem: ita à M. Cicerone admonitus, qui non exempla maiorum quærenda, sed consilium potius eorum, à quo ipsa exempla nata sunt, explicandum esse docet. Ideoq; inter omnes historicos, T. Liuij exemplis libenter inhæreo, quod ea rarò fortuita sint, sed plærunq; meditata, & ex uero Romanæ sapientiæ thesauro deprompta. Nam recte de Repub. Romana dixit idem ipse Liuius, ea nullam, neq; maiorem, neq; sanctiorem, neq; bonis exemplis fuisse ditioem. Hos autem libros, Reuerendissime Princeps, Tuæ R. D. omnium maxime dedicare uisum est, quod inter omnes Principes Germaniæ unus sis, qui tametsi ætate cæteris inferior: Tamen ita excellis in rebus agendis, prudentia, consilio, & industria: ut merito etiam tum, cum adhuc in minoribus

Instituta & exempla de Legationibus.

Quinq; libro rum de Legationibus argumentū in genere.

Methodus & forma docendi.

Varia probationū genera.

Utilitas in exemplis.

T. Liuius.

Dedicatio horum librorum.

Quantus in Legationibus fuerit Cardinalis, Aug.

esses, inter multos unus, à maximis & potentissimis Orbis Monarchis: nimirum sanctissimo domino nostro, Domino PAVLO, huius nominis Tertio, Pontifice maximo: & inuictissimo ac gloriosissimo, Romanorum Imperatore CAROLO, huius nominis Quinto, delectus fueris: Qui maximis & splendidissimis Legationibus, de rebus maximis, tam sacris, quam prophanis, ad maximos Reges, & Principes, & amplissimos conuentus, eorum nomine fungereris. Quin ipse etiam multas ad multos Legationes miseris, & ab alijs missas exceperis, audieris, & dimiseris. Omniaq; hæc, tanta quidem prudentia, fide, integritate, & constantia: ut non solum ob tam eximias et spectabiles uirtutes tuas, Primum Episcopatus dignitatem adeptus, Deinde ad summi etiam honoris, qui contingere homini in Ecclesiastico statu potest, nimirum Cardinalitatis dignitatis fastigium cunctus sis: Sed etiam maxima apud omnes, qui ubiq; gentium sunt, bonos uiros, nunquam intermorituram laudem consequutus. Quin in ea ipsa etiam, in qua nunc constitutus es, summa dignitate, ita uersaris, ut planè intelligant omnes, nihil te prosperis fortunæ afflatibus (ut ferè fit) fieri elatiorem, aut insolentiorum: Sed eundem animi statum, immobiliter retinere, & in omnibus dictis factisq; tuis, perpetuò sibi constare, id est, semper manere iustum, integrum, fortem, & ad res optimas, tum meditandas, tum agendas constantem, Vt uerum iam esse in tua Celsitudine maxime experiamur, quod Aristoteles dicit: Magistratum uirum ostendere, Id est, omnes uirtutes, quæ in homine latent, tum uerè elucere, cum illi Reipub. administratio demandatur. Quas uirtutes tuas, in Celsitudine tua, toties expertus Cæsar, merito te sanctiori Consilio suo Imperiali, & interesse, & præesse uoluit. Proinde Reuerendissime Princeps, Celsitudini tuæ hoc, quicquid est laboris nostri, offero, atq; dedico: non quòd tuo id iudicio (quod omnium exactissimum est) responsurum esse confidam, sed quòd uel hoc ipso argumento, quantumlibet ruditer à me tractato, nonnihil me Celsitudini tuæ: quam alienorum etiam studiorum fructu, in primis delectari scio: gratificaturum esse sperem. Simule etiam ut perpetuam illam meam, erga R. D. tuam, obseruantiam: quam etiam iam inde à pueritia Celsitudini tuæ eidem exhibere, in summa semper uoluptate habui, testentur: Tum etiam, ut gratiores in publicum prodeant. Nam Celsitudinis tuæ iudicio probati, facile bonorū omnium calculum ferent: & eiusdem adiuti patrocinio, malorū inuidiam superabunt. Bene ualeat R. D. T. quam in multos annos saluam & incolumem, nobis & patriæ seruet ille, qui est omnis author salutis, Iesus Christus. Ex Landshuta V. Kalendas Augusti,

Virtus & animi constantia in rebus agendis.

Operis nuncupatio & Authoris obseruantia.

D. CONRADI BRVNI DE LEGATIONIBVS LIBRI QVINQVE: QVORVM

Elenchus ita habet.

- 1 De personis eorum qui mittunt Legatos, deq; mandatis & rebus Legationum.
- 2 De personis eorum qui Legati mittuntur: de scientia item & uirtutibus Legatorum.
- 3 De officijs Legatorum.
- 4 De Priuilegijs & immunitatibus Legatorum.
- 5 De personis eorum ad quos mittuntur Legati, & de officio eorum in suscipiendis dimittendisq; Legationibus.

Capita Libri Primi.

- 1 Sermonem hominibus humanæ societatis conseruandæ causa datum esse: Deq; uario tam inter præsentis quam absentis sermonis usu.
- 2 Non omnia tuto per literas & scripta, sed quædam per fidos homines commodius transigi inter absentes.
- 3 Varia esse genera personarum, quarum ministerio absentes cum absentibus utimur.
- 4 Quid sit Legatio.
- 5 Legationem sine missione & mandatis esse non posse.
- 6 De qualitate & conditione personarum, quæ Legationes mittunt.
- 7 Sorre ne an electione, & quo ordine dandi sint Legati.
- 8 De mandatis Legatorum.
- 9 De duobus generibus mandatorum, quæ Legatis dantur.
- 10 Mandata Legatorum, literis tantum, non etiam testibus probari.
- 11 De mandatis, instructionibus, literis commendatitijs, & ijs quas uocant Credentia.
- 12 De occultis mandatis.
- 13 Quarum rerum sit Legatio.
- 14 De Legatione libera.

Capita Libri Secundi.

- 1 De personis eorum qui mittuntur, Quos Legatos & Oratores uocamus: Et de uarijs generibus eorum.
- 2 Quæ personæ Legationibus, & quibus ex causis, fungi non possunt.
- 3 De personis, quas propter statum & conditionem, non quidem in totum, sed à certis personis ad certas, & in rebus certis, Legationibus fungi non conuenit.
- 4 De scientia Legatorum.

De pru-

E L E N C H V S

- 5 De prudentia, & ad res agendas industria, solertia & sagacitate Legatorum.
- 6 De experientia Legatorum, senioresq; iunioribus in Legationibus esse praeferendos.
- 7 De Eloquentia Legatorum.
- 8 De interpretibus Legatorum.
- 9 De fortitudine & constantia Legatorum.
- 10 De iustitia Legatorum.
- 11 De continentia Legatorum.
- 12 De modestia Legatorum.
- 13 De gratia Legatorum.
- 14 Multi ne an pauci, & quot numero Legati super una re mittendi sint.
- 15 De comitibus Legatorum.

Capita Libri Tertij.

- 1 De officio Legatorum, à sua ipsorum persona sumpto,
- 2 De officio à Legatis reddendo ijs à quibus mittuntur.
- 3 De officio Legatorum ijs ad quos mittuntur praestando.
- 4 Ad officium Legati pertinere, ut mandata diligenter bonaq; fide conficiat.
- 5 De officio Legatorum quibus iurisdictio mandata est.
- 6 De officio Legatorum in his quae ad cognitionem rerum sacrarum pertinent.
- 7 De officio Legatorum, quae à prophana iurisdictioe ducuntur.
- 8 De officio Legatorum bellicorum, quod in earum rerum cognitione uersatur, quae ante bellum geruntur.
- 9 De iurisdictioe quam Legati bellici, in ipsa belli administratione, & post bellum confectum exercent.
- 10 De foederibus & pace.
- 11 De officio Legatorum in paciscendis foederibus & facienda pace.
- 12 De officio Legatorum in consultando.
- 13 De officio Legatorum in his, quae ad meram executionem pertinent: ac inibi de uarijs Caeremonijs & ritibus indicendorum bellorum, ac percutiendorum foederum.
- 14 De matrimonijs & sponsalibus, quae per Legatos contrahuntur.
- 15 Quo ordine & processu Legationes ritè administrantur.

Capita Libri Quarti.

- 1 De iure non uiolandum Legatorum.
 - 2 De poenis eorum, qui Legatos contra ius gentium uiolant.
- Iniuriam

C A P I T V L O R V M.

- 3 Iniuriam contra ius gentium illatam, etiam si qui eos mittunt, uindicare debent.
- 4 Ius nō uiolandum Legatorum: ijs tantum seruandum esse, qui honestè in Legatione uersantur.
- 5 De immunitatibus Legatorum.
- 6 Legati, an munera ab ijs, ad quos mittuntur, accipere possint.
- 7 De salarijs Legationum.

Capita Libri Quinti.

- 1 De personis eorum ad quos mittuntur Legati, deq; earum conditione & qualitate.
- 2 De eorum ad quos mittuntur Legati, circa Legationes autoritate.
- 3 De Concilijs publicis, & uarijs generibus eorum.
- 4 De personis Conciliorū tam sacrorum quàm prophatorum.
- 5 De autoritate Conciliorum.
- 6 De admissione Legatorum, & quomodo ab ijs ad quos mittuntur, excipiendi sint & tractandi.
- 7 De dando Legatis Concilio & audientia, deq; loco & tempore ipsorum.
- 8 De uocatione Legatorū in Concilium, & de sessione ipsorū.
- 9 De ritu & ordine audiendarum Legationum, ac primum de audiendis postulatis Legatorum.
- 10 De rogandis sententijs, audiendisq; suffragijs Legatorum, in Concilijs publicis.
- 11 De dimittendis Legationibus.
- 12 De his, qui cognitionem postulatorum & controuersiarum ad alios reijciunt.
- 13 De postulatis Legatorum & uarijs generibus responforum.
- 14 Oportere eos ad quos Legationes mittuntur, in dandis responfis, iustitiae dignitatisq; suae rationem habere.
- 15 De forma responforum.
- 16 De decretis publicorum Conciliorum.
- 17 De subsignationibus atq; subscriptionibus Decretorum.
- 18 Quae sint praesidentium partes, si maioris partis sententia, contra minorem: sed eandem tamen potiore & saniore, praualuerit: aut minor pars maioris partis legitimo decreto parere noluerit.
- 19 De decretis eorum, qui de rebus ad Concilium delatis, soli decernendi definiendiq; potestatem habent.
- 20 De profectioe Legatorum.
- 21 Quales in accipiendis muneribus & honoribus esse debeant ijs, ad quos mittuntur Legati.
- 22 De renunciatione Legationum.

ORDI-

ORDINATA, BREVISQUE TO-

TIVS DE LEGATIONIBVS METHODI COMPLEXIO.

et quaedam summa totius argumenti, per singula diuisionis membra,
luculenter digesta.

Summarium Libri Primi.

Hic liber tractat de personis quæ mittunt Legatos, & de mandatis, ac de rebus Legationum. Personæ triplices sunt, Quædam mittunt Legationem, Quædam mittuntur, Quædam item, ad quas mittitur Legatio. In personis igitur eorum qui mittunt, duo considerantur, qualitas seu conditio ipsorum, & modus mittendi. Qualitas attenditur in hoc, quod quidam sunt Ecclesiastici, quidam sæculares: & in utroque statu sunt aut corpora seu collegia, aut singulares personæ. Modus mittendi duplex est: Quidam enim mittuntur cum mandatis, quidam uero sine mandatis. Prior itaque modus proprie Legatio est: posterior autem, libera Legatio appellatur. Mandatorum uero quædam sunt libera, quædam diffinita. Diffinita duobus modis dantur. Quædam de re agenda, expressa quidem, sed sine certo agendi modo: Quædam uero simul cum re agenda expressa, certum quoque agendi modum expriment. Rursus duplicia sunt mandata: Manifesta uidelicet & occulta: Manifesta, dantur cum literis: Occulta uero, quædam sunt licita, quædam illicita: Illicitorum, quædam in perniciem Reipub. dantur, quædam ad iniurias & damnationem priuatis inferenda, Et hæc sine literis dantur. Rerum denique quæ in Legationem ueniunt, Quædam sunt sacræ, quædam prophane. Prophane autem, quædam belli sunt, quædam pacis. Quæ belli sunt, Quædam bellum antecedunt, Quædam intercedunt, & inter gerendum bellum accidunt, Quædam bellum sequuntur. Rursus, rerum super quibus Legationes mittuntur, quædam in consultando, quædam in exequendo uersantur. Consiliorum autem, quædam ad disceptationes pertinent, quædam sine disceptatione capiuntur: Et utraq; sunt pacis & belli.

Summarium Libri Secundi.

Hic liber agit de personis eorum qui mittuntur, & Legati uocantur. Omnes autem mitti possunt, qui Legationis munere fungi non prohibentur. Cæterum a Legationibus quosdam repellunt, status, ætas, sexus, casus, & uitæ turpitudine. Legatorum igitur quidam mandata iurisdictione, quidam sine iurisdictione mittuntur. Eorum ergo quibus mandatur iurisdictione, quidam Ecclesiastici sunt, quidam sæculares: Et in utroque genere Legatio interdum unius, interdum pluribus mandatur. Porro, Legati Ecclesiastici, quidam ab uno, quidam a pluribus mittuntur. Etenim ab uno mittuntur Legati Ro., Pontificis, Legati Archiepiscoporum, Episcoporum &c. A multis uero mittuntur, Legati Synodorum, siue uniuersalium siue particularium. Cæterum eorum, qui a Ro. Pontifice Legati mittuntur, quidam dicuntur Legati de latere, quidam constituti, non missi de latere, quidam Legati nati. Ciuiles autem Legati, interdum de una, interdum de pluribus causis, interdum de uniuersitate causarum cognoscenda & disceptanda mittuntur. In personis itaque eorum, qui Legati esse possunt, sex considerantur, Scientia, Virtus, Gratia, Numerus, Officium & Beneficium, Scientia, ut sint idonei: & rerum, propter quas mittuntur, periti, atque Legationi quam suscipiunt sint pares. Scientia autem, sub se habet Prudentiam & Eloquentiam. Prudentiæ partes sunt, Monastica & Politica. Politica, in deliberatiuam, iudiciale & præceptiuam diuiditur. Prudentiam uero natura adiuuat. Ea est promptitudo & habilitas, quæ homini a natura inest, qua quid tum sibi tum alijs prosequendum fugiendumque sit prospiciat.

SUMMARI A

prospiciat. Quam nos solertiam & sagacitatem appellamus. Denique prudentiæ adiungitur Experientia, quæ ex multarum rerum memoria constat: Quam Historiarum diligens Lectio parit & adiuuat. Eloquentia uero Legatorum, in iudicando, deliberando, & demonstrando uersatur. Primum genus, quod iudiciale uocatur, accusationes, querelas, contentiones de iure & possessione continet. Ad secundum genus, quod deliberatiuum siue suaserium appellatur: consultationes, sententiarum dictiones, petitiones amicitiarum, induciarum, pacis, captiuorum, pecuniarum, deprecationes ueniæ, pertinent. In tertio genere, laudationes & uituperationes ponuntur. Virtus, partes habet Iustitiam, Fortitudinem, & Temperantiam. Iustitiæ duo sunt genera, Iustitia uniuersalis, & Iustitia particularis: Iustitiæ uniuersalis, quæ & legitima dicitur, operatur, Leges condere, conditas diffinire, diffinitas exequi curare. Lex autem, alia naturalis, alia positiua dicitur, Naturalis partes sunt, Religio, pietas, gratia, uindicta, obseruantia, ueritas. Ab his ius gentium trahitur, Ius gentium, bellica, seruitutes: quæ a uindicatione trahuntur. Item conuentiones & contractus, in quibus fides seruatur, quæ a ueritate ducuntur. Cæterum ius positiuum, consuetudinem, mores, & legem scriptam continet. Iustitia uero particularis, quæ aequitate seruatur, unicuique tribuit quod suum est. Partes eius sunt, Distributiuæ & commutatiuæ. Porro, Fortitudo est uirtus, quæ circa pericula uersatur: Eius partes sunt, fidentia, patientia, & perseverantia. Temperantia denique est rationis in libidinem atque in alios, non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Huius partes sunt, Continentia & Modestia. Continentia circa uoluptates uictus & Veneris uersatur. Modestia in tribus consistit: quorum primum est, ut appetitus rationi obtemperet: Secundum, ut consideremus quanta res ipsa sit, ne maior aut minor cura & opera suscipiatur, quam causa postulet: Tertium, ut ea seruemus, quæ ad liberalem speciem & dignitatem pertinent, habita ratione temporis, loci, & ordinis. Gratia, natura, consuetudine, & studiorum participatione comparatur. Ad numerum pertinet, quot numero Legati, super una pluribus uel rebus mittendi sint. Numerus autem Legatorum itaturus ex more, Legibus, & arbitrio mittentium. Hæc omnia in secundo tractantur libro.

Summarium Libri Tertij.

Officia Legatorum a personis, rebus, & ordine sumuntur. Personæ Triplicis, sunt considerationis & respectus, utpote ad eos qui mittunt, & ad eos qui mittuntur: atque ad eos ad quos Legati mittuntur, ut pro officio recte omnia fiant. Res in cognitione & executione uersantur. Cognitione in exercitio iurisdictionis & in deliberationibus agitur. Iurisdictione duplex est, sacra seu Ecclesiastica, & prophana seu secularis: Et utraq; rursus duplex est, uoluntaria uidelicet & contentiosa. Contentiosa itidem duas complectitur species, nempe legitima iudicia, & liberas disceptationes. Cæterum deliberatio in publicis conuentibus fit & Concilijs. Concilia autem, quædam uniuersalia, quædam particularia sunt. Similiter & executio duplex est. Alia enim coniunctam habet cognitionem, Alia merum factum & nudum ministerium continet. Prophana insuper iurisdictione uersatur in rebus pacis & belli: Res belli, quædam bellum antecedunt, quædam in bello, quædam post bellum, quædam uero mixtim ante bellum, in bello, & post bellum geruntur. Ordo in his omnibus certus pro diuersitate officij seruandus est.

Summarium Libri Quarti, de immunitatibus & priuilegijs Legatorum.

Legationum quædam gratuita sunt, Quædam ob lucrum suscepta. Legati,

LIB. DE LEGAT.

Beneficia Legatorum qui gratuar Legationis munere funguntur, Duplex beneficium habent, unum a lege, & alterum ab homine. Lex namque naturalis, et ius gentium tribuit Legatis, ut a nemine pulsari, spoliari, aut alia quacumque ratione uiolari debeant. Lex autem humana, sua quoque Præiulia & beneficia tribuit Legatis: ac primum quidem, ut sint a muneribus & honoribus ciuilibus immunes, intra biennium finita Legatione, si longinqua fuerit: Deinde ut Reipub. causa abesse intelligantur, eoque beneficio iuris omnino gaudeant, quo gaudent ij qui Reipub. causa sunt absentes. Postremo, ut ius reuocandi domum habeant. Ab hominibus quoque beneficia accipiunt Legati. Primum, ab ijs qui eos mittunt: Deinde ab ijs ad quos mittuntur. Nam ab utrisque munera ex honesta causa accipere possunt. Certe qui ob lucrum Legatione funguntur, Legatum, id est, salarium, accipiunt ab ijs qui eos mittunt.

Summariū Libri Quinti, de personis eorum ad quos mittitur Legatio: & de eorum officio in suscipiendis dimittendisque Legatis.

Personæ ad quas mittitur Legatio. Personæ, ad quas mittuntur Legationes, uel publicæ sint uel private: Aut una aut multæ: Quædam sacræ, quædam profanæ. Quæ multæ sunt, interdum corpus constituunt, interdum nullum constituunt. In personis eorum, ad quos mittuntur Legati, duo spectantur, Authoritas & Officium. Authoritas, in admittendis, audiendis, dimittendisque Legationibus uersatur. Itaque partes eius sunt: admissio, audientia, dimissio. Authoritatem uero per sese, uel per alios exercent ij, ad quos Legatio mittitur. Admissionis Legatorum partes sunt, Exceptio & Audientia. Exceptionis partes sunt, hospitium & dona. Audientia uero partes sunt, locus, tempus, indictio Senatus seu Concilij, sessio, dimissio, ordo audiendi. Dimissio, Responsa, Decreta, Honores, Profectionem & Responsa. Renunciationem complectitur. Responsa dantur, aut uoce, aut literis: aut partim uoce, partim literis. Porro, Responsorum quædam sunt extrema, quædam Media: Quædam Gratificatoria, quædam Negatoria: Quædam spem faciunt, quædam rem ipsam præstant: Quædam mitia & benigna, quædam dura & aspera: Quædam certa & expedita: quædam perplexa, Quædam magnifica & fortia, quædam modesta, quædam superba. Decretum in Concilio, fit a maiore parte Concilij, et subscriptionibus atque sigillis communitur. Maiorem autem partem, numero, autoritate, zelo, & merito, metimur. Subscriptio fit, uel proprio nomine solo, uel proprio nomine adiuncto: Item, manu propria, uel manu alterius sub signata. Honor exhibetur Legatis. Primum, muneribus datis. Secundo, monstratis ijs, quæ sunt in precio apud eos qui illos dimittunt. Tertio, adhibitis aliquibus, qui eos prosequantur. Renunciatio fit a Legatis, eis, a quibus missi fuerunt.

AVTHORES

AVTHORES QVIBVS
IN HIS LIBRIS DE LEGATIO.

NIBVS VSI SVMVS.

THEOLOGI.

Origenes
Ioan. Chrysostomus.
Grego. Nazianzenus.
Cyprianus.
Hieronymus.
Augustinus.
Leo Pontifex.
Gregorius I.
Bernardus.
Ioan. Gerson.

PHILOSOPHI.

Plato.
Aristoteles.
Xenophon.
Cicero.
Plutarchus.
Seneca.
Strabo.
Hippocrates.
Galenus.
Plinius.
Solinus.
Macrobius.
Quintilianus.
Budeus.
Petrus Crinitus.
Erasmus.

IVRECONSULTI.

Io. Andrea.
Archidiaconus.
Innocentius.
Speculator.
Abbas Panormitanus.
Eclunus.

Dominicus de S. Gemignano.
Philippus de Franchis.
Zabarella.
A. Barbacia.
Antonius Corsetti.
Azo.
Accursius.
Cynus.
Dynus.
Io. Fastolus.
Angelus.
Bartholus.
Baldus.
Paulus de Castro.
Oldradus.
Salicetus.
Io. de Platea.
Lucas de penna.
Ludouicus Romanus.
Præpositus Alexandrinus.
Aluarotus.
And. de Isernia.
Alexander.
Iason.
Bertachinus.
Hippolitus de Mars.
Petrus Raucenas.
Decisiones Capellæ Tholosanæ.
M. Antonius Banerius.
Alciatus.
Socinus.
Decius.

HISTORICI.

Eusebius.
Tripartita.

* ij Theode.

Theoderitus.
Iosephus.
Egesippus.
Thucydides.
Herodotus.
Herodianus.
Appianus.
Dionysius Hallicarnassæus.
Plutarchus.
Diodorus Siculus.
Philostatus.
Diogenes Laertius.
Procopius.
Arrianus.
Ruffinus.
Nicephorus.
T. Livius.
Cor. Tacitus.
Salustius.
Victor Apher.
Liberatus.
Cæsar.
Plinius.
Suetonius.
Fenestella.
Q. Curtius.
A. Gellius.

L. Florus.
Val. Maximus.
Iustinus.
Ael. Spartianus.
Lampridius.
Iulius Capitolinus.
Fl. Vopiscus.
Sextus Aurelius Victor.
Eutropius.
Paulus Orosius.
Paulus Diaconus.
Iornandes.
Platina.
Abb. Frisingensis.
Otto Frisingensis.
Antonius Sabellicus.
Petrus Martyr.
Annonius Monachus.
Agathius.
Antonius Bonifinius.
POETÆ.
Homerus.
Vergilius.
Plautus.
Terentius.
Ovidius.
Horatius.

AD

AD LECTOREM IO. COCHLÆVS.


ANNO superiore, atq; etiam hoc anno, quædam librorum excellentissimi uiri D. Conradi Bruni fragmenta, in publicum spargi curauimus, ut explorarem in ijs, quo animo, qua gratia ipsos lecturus sis libros, ubi euulgati fuerint. Non enim paruo aut laborum aut impensarum onere possunt huiusmodi opera per Typographos in publicum emitti. Cum igitur per huiusmodi fragmenta satis probe intellexerimus, operæ precium fore, ut illius uiri opera primo quoq; tempore in orbem diuulgentur: alacriter rem, Deo Duce & Authore aggressi sumus: Quamuis ambiguus esset adhuc per sectarum importunitates rerum status in Germania. Et tanta quidem cum instantia rem coeptam profecuti sumus, ut licet omnium Clementissimo Domino ac Indulgentissimo Patrono meo, FERDINANDO, Regi Rom. Vng. Bohe. &c. nihil non debeam, pro summa eius in me, postremum & infimum Sacellanum suum, autoritate gratiaq; & beneficentia: supplicissime tamen rogauerim illius Maiestatem, per piissimum & integerrimum uirum, R. D. V. R. B. A. N. V. M., Episcopum Labacensem, Regiæ Pietatis supremum Eleemosynarium: qui iussu regio per literas me hinc auocabat: ut pro hac uice clementissime permitteret, me hic subsistere, & operibus iam coeptis tota mente summisq; conatibus insistere ac infudare, & non cogeret iussu & autoritate sua, me hæc coepia relinquere, atq; Augustam redire, ut tibi sisterem (nescio quas ob causas) paruitate meâ sacratissimo eius conspectui. Quod equidem non ob aliud nunc refero, nisi ut hinc tu intelligas benigne lector, quantum debeas Piissimo Regi nostro, pro hisce D. Bruni operibus, quicquid eruditionis, pietatisq; & adificationis ex eis per nos ad te peruenerit. Si enim hac æstate Augustam me redire oportuisset, tu, Pie lector, ex D. Bruni operibus nihil commodi aut solati hoc in mercatu Francfordienti percipere posses. Nisi enim ego ipse & laborum & impensarum onus, etiam ultra uires meas, strenue sustulsem, atq; infatigabiliter per Dei gratiam & adiutorium, pondus diei & æstus (ut in Parabola habet Euangelium) portassem, opus hoc nequaquam potuisset hac ætate compleri. Quod profecto tibi commemoratum uolo, non ut ullam gratiæ aut laudis partem mihi acceptam referas (cum ego ingenuè agnoscam, me huic & oneri & operi minime parem aut sufficientem esse) sed ut Deo Opt. Max. gratias pie agas habeasq;, pro hoc benigne imparito tibi sanæ doctrinæ thesauro. Nam, ut de alijs D. Bruni libris & operibus hic nihil dicam, Certe isti quinque libri de Legationibus, tantum doctrinæ pietatisq;, & honestatis ubertatem tibi pollicentur ac præ se ferunt, ut à me nihil lectum aut uisum fuisse intra XL. annos existimem, quod huic operi iure præferri, aut etiam ex bono & æquo dignè conferri queat. Quod equidem dictum uolo citra cuiuscumq; docti aut boni Authoris iniuriam. Ego certe nullum alium scio, neq; ex uetustioribus neq; ex recentioribus iure consulis: qui ullam materiam aut Quæstionem iuris, ita tractauerit amplius, subtiliterq; ac uenuste, per omne genus disciplinarum, ex tanta optimorum Authorum sylua, & ex tanta rerum gestarum commemoratione: appositissimè haec exemplorum ad legis morumq; & iustitiæ præcepta applicatione, quantâ admirabili memoria atq; dexteritate ingenij, adducit ubiq; in his quinque libris D. Brunus. Quanta est hic, obsecro, copia allegationum, & breuissime quidè adnotata, ex omnium librorum & disciplinarum genere? Ex sacris literis utriusq; Testamenti, Ex textu utriusq; iuris, Ex antiquis & probatis Ecclesiæ Doctoribus, Ex iure consultorum amplissimis ac subtilissimis commentarijs, disputationibusq; & consilijs, atq; alijs innumeris eorum scriptis & tractatibus. Ex latissimo campo Historicorum tum Ethnicorum tum Christianorum & Iudæorum, & quidem selectissimorum, quorum autoritas & fides à nullis recte doctis rejici solet.

Fragmenta operum D. Bruni præmissa.

Regi Ferdinandus debetur gratiarum actio.

Excellentia operis de Legationibus.

Copiosissima optimorum Authorum allegatio.



Ex tanta Conciliorum, quæ diuersis temporibus in diuersis Orbis Christiani locis regionibusq; habita fuerunt, multitudine. Ex tam pijs doctisq; & non minus rationi, æquitati atq; honestati, quàm fidei & religioni, contentancis Ro. Pontificum, præsertim Leonis I. & Gelasij I. Decretis & Epistolis. Ex celeberrimis deniq; Philosophis Oratoribusq; & Poëtis. Quid, rogo, par aut simile repertas in illo nouarum uel auctore uel propugnatore sectarum; quibus iam ultra XXX. annos misere ac funeste turbatur, non minus religiosa prius quàm fortis & incluta Germania, cum uniuerso (Exceptis Scotis & Polonis) tractu latissimarum regionum Aquilonis. Quid, inquam, simile reperias in uniuersis omnium superborum unicornium & Rhinocerotu huius temporis nostri libris & Tomis, quantumuis ingentibus & prolixis: quibus non minus fidem & religionem, quàm pacem et tranquillitatem Reipub. feditiose conturbant: Confer quæso, si placet, huic uni D. Bruni de Legationibus uolumini haud ita prolixo, quamlibet sinuosos & arte Chalcographiæ politos, atq; in speciem linguarum ostentatione fucatos Tomos, Luberri, Melancthonis, Bucerii, Brentij, Pomerani, Bullingeri, et id genus aliorum Ecclesiæ desertorum & hostium, qui superbe ac feditiose utriq; potestati resistunt, & sanæ doctrinæ pertinaciter contradicunt. Dispercam, si non reperire possis in hoc uno D. Bruni opere (mole licet exiguo) plus solidæ doctrinæ pietatisq; & honestatis: atq; etiam ciuilibus prudentiæ & conuersationis, ex omni bonorum Authorum genere, quàm reperire queas in omnibus illorum pestilentissimis Tomis: quibus Lectoris animus nocentissime inficitur, & pernitiōsa imitatione maledici styli, ad irrisiones, calumnias, petulantias, superbas confidentias & iactantias, contumacias, præsumptiones, contemptus, impietates, & quaslibet impuræ mentis & rixosæ uitæ leuitates incitatur. Conuenio & labore Authoris. Quam sit locuples hic Author in subtilibus punctis iuris, breuissimis allegationibus, tum ex textu & glossa, tum ex præclarissimorum Iuriconsultorū scriptis, apposite multa cum dexteritate decidendis. Quam dexter item ac diligens in definitionibus & diuisionibus, iuxta certam & ordinatissimam Methodi rationem. Quam copiosus in historiarū scitu dignissimarum exemplis, Quam prudens & honestus in uitæ & morū præceptis, Quam succinctus in præscribendis agendi & loquendi modis & formulis: ut absq; illo Lectoris tedio, paucis plurima clare ac ordinate doceat, ac iucundissima ubertate atq; uarietate argumēti animū reficiat. Quæ sane docendi ratio mihi hodi ratio in semper placuit utilisq; uisa est. Vnde & factum est, cum ante XXX. annos Authenticis in apud Italos Bononiæ studio iuris nonnihil operæ nauarem, et in Authenticis seminarij temp. textus prolixitate misere conficerer: indicis de more ferijs, propter æstum & uindemiā. Ego ne nihil agerem, ex Authenticis Iustiniani Imp. iam dictis collegi mihi Paraphrasim, qua possim breuiter & distincte prolixitate constitutionum, per compendium transcurrere, memoriaq; res ipsas commendare: Cumq; molesta mihi foret, ultra prolixitatem, inordinata quoq; & confusa in multis Constitut. Tribunitianis loquacitas, ubi Romam ueni, ex Paraphrasi illa collegi pro me priuatim Quatuor libellos, uelut Epitomen quandam. In qua breuiter & ordinate, secundū certos & distinctos Titulos, omnem Authenticarum (quæ uelut iura nouissima dicebantur plus ponderis & auctoritatis habere in iudicijs q̄ iura antiqua) materiam comprehendere. Cum igitur uideam D. Brunum diligentissime in hoc opere suo Methodi rationē, et ordinatum iuris compendium nobis exhibere: non possum equidem nō commendare tam utilem atq; iucundā hanc eius docendi ac tradendi rationem. Quam et alijs quibusdā longe doctissimis ac laudatissimis uiris placere uideo. Quem admodum ex tribus (quas testimonijs gratia adductas uolo) Epistolis breuiter intelligere poteris, Pie & amice lector, ut tantorum uirorū fides & auctoritas, Authorem ipsum simul cum operibus suis, tibi commendabiliorem reddant.

AD IO.

AD IOHANNEM COCHLÆVM

AMBROSIVS CATHARINVS.

Tras. Non possum miris modis non cōmendare tuam illam incredibilem diligentiam, quam, ut rem fidei iuuares, perpetuo adhibuisti, ut desideriorum. Gustum mihi præbueris optimū in his, quæ ad me ex D. Bruni cellarijs misisti. Incendisti animum uidendi reliqua. Dignetur Dominus rem tantam, iam inceptā, perficere feliciter, ut ij thesauri pateant. Quod uero tibi placuerit, et è nostris tractatulis nonnulla contexere, & in cōpendium redigere ac publicare, si hoc in rem Christianā cesserit, et gaudebo. Vereor tamē ne quæ inde excerpseris, tametsi bona sint, Authoris tamen ignobilitate obscurantur. Si hunc Deus respectū ab oculis hominum amouerit, nō despero, hanc diligentiam tuam posse utilem esse. Facile uero paterer ego, obscurus esse ac nulli notus in hoc mundo, modo fidei ueritas claret. At postquam meum nomen tibi charū esse uideo, gratiam habeo charitati tuæ. Vale mi frater amantissime. Bononiæ 25. Aprilis 1548.

Frater Ambrosius Catharinus, Episcopus Minorienfis.

AD EVNDEM, D. MATTHIAS HELD.

R. Euerende et unde cunq; doctissime uir, Accepi proxime R. D. T. literas, una cum annexis libellis, quæ omnia mihi fuerunt multo gratijs. Respondissem illico per sacerdotem, qui ea reddiderat, neq; me remorata fuissent occupationes, sed illū familiares mei sæpius in hospitio quaesitum, non potuerunt inuenire. Naclius nunc occasione, quam D. Georg. Laucius exhibuit, eam perire non uolui. Absens de successu & ualeitudine R. D. T. anxie fui sollicitus, & sæpe à quibusdam amicis factus certior. Verebar enim ne ob strenuas & assiduas consuetudines, etiā ad extrema usq; rerum & uitæ pericula, pro Catholica religione constanter susceptas, indigna à Lutheranis pateretur, qui implacabiliter in Catholicos seuire sunt soliti: et præcipue in eos qui dolos et imposturas, quibus nituntur, retegunt. In hac arena, præ omnibus alijs tua pietas merito sibi primas partes uendicabit. Hoc non meum tantum est iudiciū, sed multorum doctissimorū uirorum, maxime apud Italos, ubi tua uolumina in maximo haberi precio sensi. De D. Bruno non est cur multis agam, scio enim tanti uiri rarā & eximiam eruditionem, cum summa integritate coniunctam, tibi non minus quàm mihi ipsi exploratā: quam & gustus ex transmissis fragmentis satis comprobatur. Meum fortassis Elogium posset, propter indiuiduam amicitiam, quæ mihi cum eo intercedit, utrumq; suspectum uideri, nisi res ipsa longe emineret, & uel ab inuitis maiorem laudem extorqueret. Quare è Catholica Republica puto, ut huiusmodi scripta ædantur. R. D. T. omnia sibi de me polliceatur, quæ à constantissimo

tissimo amico expectari debent, & hunc animum quandocumque uolet, experiatur. Et bene feliciterque ualeat, inter tot et inexhaustos labores: quos Deus rependet eo cumulatus, quo ingrator est mundus. Coloniae ipsae Dominica Iubilatae 1548.

Matthias Held D. Cas. Consultarius &c.

AD EVNDEM, D. IOAN.
GROPPERVS.

Reuerende Domine, Quando D. T. semel animum induxit, nullas fere literas ad uenendum dominum, Andream a Bardwick, S. Theologiae Licentiatum, uirum optimum et mihi ex animo charum, perscribere: in quibus mei non honorificam faciat mentionem, atque etiam subinde saluere me iubeat per amice: uidebor sane omnis prorsus humanitatis exper, nisi uel semel rescribens declarem, illum suo erga me iniuncto officio functum esse fideliter, & quam mihi grata semper sit saluatio, a tam excellenti uiro (cuius nomen apud omnes pios & Catholicos adeo gratiosum est) allata contestet. Certe non potest mihi non esse gratissimum, quicquid nuncij mihi abs D. T. affertur, praesertim quod illam semper, ueluti egregium quoddam Germaniae nostrae decus et ornamentum, suspexerim et coluerim: cui quantum debeat Religio, tot annos ab haereticis misere diuexata, & te uero strenue & fortiter defensa & uindicata quis ignorat? Ego sane quoties mecum reputo, quot & quantos labores hac in re D. T. nunc annos plus minus 32. sustinuerit & exhausit, mirari cogor tantum animi robur, quod nullis hactenus potuit defatigationibus obtundi, aut ulli aduersariorum ui frangi uel expugnari. Sed nimirum Deus est, qui suis electis organis uires suppeditat, ut in eo possint omnia qui eos confortat. Quod quum uerum sit, in D. T. profecto relucet, quae nunc inclinante etiam annu etate, postpositis paulisper suis tam multis hactenus pro Ecclesia lucubrationibus, partim aeditis partim adhuc aedendis, alienis etiam excudendis tam diligenter inuigilat. Verum dignus est ille acutissimi ingenij & longe doctissimus uir, Doctor Conradus Brunus, mihi iam diu notus, qui per D. T. antiquum Ecclesiae pugilem, nouum Religionis Catholicae propugnator orbi commendetur: cuius opera qualia futura sint, Elenchus aliquot librorum a D. T. aeditus satis ostendit. Quae ergo haud dubium, ubi aedentur, ab omnibus pijs tanto plausibilius excipientur, quod tuo prodibunt testimonio collaudata. D. T. Deus Opt. Maximus in sua uinea indefatigabiliter laborantem Nestoreis annis donet, in suae Ecclesiae profectum & utilitatem. Datum Coloniae ipso die Petri & Pauli Apostolorum, in quibus Ecclesia Religionis sumpsit exordium, Anno 1548.

Iohannes Gropper D.

Scholasticus S. Gerconis Colon.

INDEX

INDEX QVINGVE LIBRORVM

D. BRVNI DE LEGATIONIBVS PER

Ioannem Cochlaeum,

A

A Cursij error de Oratoribus	32	Iulij Caesaris	157
Accursij error de Legationis comitibus	85	Aripertus Longobardorum Rex cautus circa exterorum Legatos	233
Aeneas Euandro propinquus genere fuit	9	Ariaxerxis Legatio CCCC. ad Alexand. Imp. Rom.	82 & 157
Aeneae Oratores ad Latinum Regem	20	Arsurgere Legatis in Concilio, honorificum est	195
Aetates hominum diuersarum sunt qualitates	48	Atheniensium tres Legati ad Roman. Eloquentia praecellentes	52
Aetates aliter Iureconsulti, aliter Medici distinguunt	ibidem	Atlantis montis descriptio	90
Aetas adulescentum non consilij, sed Reipub. deseruit	49	Audiendi non sicut, tumultuantes & pestilentia in consultationibus	203
Aetatis ueniam impetrare	ibidem	Audire debent in Legationibus maiores etiam minores	202
Affectus moderari debent Legati	71	Augustini humilitas, qui & a minoribus doceri cupiebat	203
Affectibus uicari omnino, non requiritur	ibid.		
Agessilai regis benignitas erga suos Legatos	160		
Agessilai magnanimitas in spernendis muneribus	235		
Alexandri Seueri Rom. Imp. egregia in consilij instituta	229		
Albanorum Legati ad Tullum Regem Roman. negligentes mandati fuerunt	64		
Alcibiadis fraus erga Legatos Lacedaemoniorum	65		
Alexandri Magni egregium exemplum in audiendis diuersarum gentium Legatis	201		
Alexandri magnanimitas erga Darij petitionem	217		
Anastasijs Imp. Hormisdæ Papae legatos uiolauit	153		
Anulus, qui datur sponse, Arra potius quam donum est	145		
Anularis digitus neruum habet a corde	ibid.		
Anuli signatorij ornamentum appellatione non continentur	223		
Apochrifarij Legati olim dicti, a respondendo	33		
Apostolorum mandatum coapostolis in scripto datum	22		
Appij Claudij Ceci auctoritas in Repub.	36		
Appius Claudius alter & plebi & militibus inuisus	73		
Arcana reuelare, maxima perfidia est	94		
Arcelij Imp. Legatus ad Gainam seductus a Chrysostomo	40		
Architectas uirgis caesus propter neglectum mandatum	101		
Ariouistus rex Germanorum uiolauit Legatos			
		B	
		Bella per Legatos gesta & confecta	35
		Bella non sine cognitione facialium suscipiebantur	113
		Belli indicendi ritus & forma per faciales	114
		Bellum non debet indici aut suscipi nisi iustum	115
		Bellum dominandi libidine susceptum iniustum est	116
		Bellum iniustum est, quod contra infideles pro religione geritur	117
		Bella hoc tempore non legitime indicuntur a plurimis	120
		Bello indicto sequebantur opera belli diuersa	139
		Bernhardus contra Ecclesiasticos, qui magis terrenam quam caelestem curant & quaerunt potestatem	152
		Bona Ecclesiae non debent esse in potestate Laicorum	111
		Bona fide interpretande sunt literae Credentiae	23
		Bonos Imp. uis in potando & astutia	69
		Bonos hodie multi sunt in Aulis, a quibus caueant Legati	70
		Bucellatum dicitur panis bis coctus	125
		Bulla aurea Caroli 1111. in quibusdam punctis limitata	197

A

I N D E X.

Legati Pipini ad Zachariam Papam pro regno Francie	39	Legati de iure & privilegijs dominorum suorum nihil remittant	ibidem
Legati Regum Episcopi fuerunt	ibidem	Legati non recipiant mandata ab inimicis	149
Legatio Papae Leonis I. ad Attilam Hunnorum regem	39	Legatorum non uiolatorum ius sanctissimum est	150
Legati non temere suscipiant munus legationis	41	Legati iuregentium inter hostes tuti esse debent	151
Legati ad consultandum de Repub. sint legum periti	42	Legati Vitellij Imper. uiolati a Flavianis	152
Legati X. pro legibus XII. tabularum Athenas missi	ibidem	Legatis interfectis statuae pro rostris posita sunt	159
Legatorum officium in tempore belli	43	Legato Selinusij aurea fuit statua posita	ibidem
Legatorum inepte dicentium Quatuor exempla	54	Legatos a suis non defendi nec uindictam, iniquissimum est	ibidem
Legatum uirum bonum esse oportet	57	Legati ex delicto aut contractu tempore legationis per sese, aut per eorum seruos admissis, conueniri possunt	163
Legatos, praecipue sacros, uita probatos esse oportet	59	Legati Reipublicae causa abesse intelliguntur	ibidem
Legatus metiatur uires suas, an possit par esse negotio	73	Legatio gratuita que dicitur	168
Legatus loci & temporis oportet habere rationem	75	Legati ad quolibet personas mitti possunt	170
Legati pra. alijs mittantur, qui grati sint ijs ad quos mittuntur	77	Legati ciuitatum Imperialium, quid iuris habent in conuentibus Procerum Imperij	183
Legatum non expedit esse solum, sine comitibus	84	Legati magna uarietate a diuersis excipiuntur	185
Legati ut inter sese in omnibus bene concordent	91	Legatus Dei maximus debetur honor	186
Legatus non debet propter priuatum commodum negligere officium suum	98	Legati honorifice excipi debent	187
Legatus quomodo potest suum aut alterius commodum querere	ibidem	Legati Exterorum prudenter & caute tractandi sunt	191
Legati ne aliter agunt ac iussi sunt	101	Legati etiam a parum amico Principe missi, honorifice excipiendi sunt	ibidem
Legatorum industria in offerendis donis sponso	145	Legati melius omnia cognoscere poterunt quam exploratores	192
Legati quomodo in consultationibus & concilijs se gerant	147	Legati crebro ad aduersarios mittendi sunt	ibidem
Legatus ne uice sua substituatur alium sine iussu mittentis	102	Legatis denegari concilium seu audientiam, crimen est	ibidem
Legati Municipales non possunt alios uice sua mittere	103	Legati hostium cito debent audiri ac dimitti	194
Legatorum diligentia in mandata sibi iurisdictione	104	Legati a Praetore urbis olim in concilium adducti	195
Legatorum militarium officia	124. 126	Legatis idem debetur honor, qui eorum debetur dominis	196
Legati officium circa consultationes de religione	134	Legatis quibusdam non datur idem locus & honor, qui debetur Principalibus	199
Legatus colloquia cum Hereticis dissuadeat	135	Legatis in Concilio non esse respondendum sine communi decreto	205
Legatorum officium in offerendis decenter donis	136	Legatitium est salarium legatis constitutum	167
Legati qui adueniunt cum iurisdictione quomodo se gerant	146	Legatitium ut detur forma constituta	ibid.
Legati in disceptationibus & iudicijs quomodo se habeant	147	Lex qualis esse debet	58. & 110
Legati in conuentibus publicis quomodo se gerant	148		Lex

I N D E X.

Lex Pipini Regis contra uiolatores peregrinorum	155	Mandatorum quaedam manifesta, quaedam occulta sunt	224
Literarum usus, frequentissimus ac maxime necessarius	2	Mandata illicita duplicia sunt	ibidem
Literarum etiam inter praesentes sepe necessarius est usus	ibidem	Mandata occulta Seueri Imperatoris contra Alabinum	25
Literis certior habetur fides quam sermone aut testibus	ibidem	Mandatum turpe neq; mittentem neq; missum excusat	89
Literae David per Vriam ad Ioab, peiores quam Assueri fuerunt	4	Mandatum turpe in re graui legatum nihil excusat	89
Literae commendatitiae & Credentiae quomodo differunt	23	Mandatum non prestare & exequi bona fide, turpissimum est	97
Liuius Augusto Imperatori sepe in prouincijs comites iuit	87	Mandatum etiam eisdem uerbis, quantum fieri potest, exequi	100
Locus, ubi datur legatis Concilium seu audientia	193	Mandato solet forma exequendi praescribi	136
Locus sedendi in Concilio pro honore uarie datur	195	M. Curij responsum ad Samnites offerentes munerum	235
Locus sedendi in Concilio tam sacro quam profano quomodo datur	196	Matronarum comites quales esse decet	85
Locus legatorum diuersorum in conuentu Imperiali	198	Matrimonij per legatos contractu exempla	143
Lysimachi cicatrices ex collectione cum Leone facta	93	Matrimonium a Romulo per legatos a uicinis petitum	ibidem
		Maximianus in bellis legatus, tandem Imperator factus	35
		Maximiliani Imperatoris legatus insignis Matheus Langus	40
		Maximiliani legatio causa matrimonij	144
		Memoria excellentes uiri	53
		Memoria Cyneae, legati Pyrrhi Regis	ibidem
		Mendacia diuersa legatorum	60
		Mendacium officiosum quid est	ibidem
		Mensuris alia est quam legati renunciatio	242
		Mercurij uestitus & legatio	90
		Militaris disciplina qualis olim fuit	125
		Militaris cibus & potus qualis olim fuit	ibid.
		Militum duces neq; prouincialem neque militum concutiant	126
		Militum poena, qui sine comite absunt	196
		Militum & Procuratorum poena, qui per obreptionem ascendunt	ibidem
		Ministri Proconsulis & legatorum quales esse debent	96
		Ministorum diuersa genera & officia	ibidem
		Missio necessaria est Legato	11
		Missi fuerunt, prophetae a Deo, Apostoli a Christo &c.	ibidem
		Moderatos habere affectus debent legati	71.
		& 217.	
		Moderatus in responso ad legatos Antiochi P. Scipio	216
		Modestia in factis ordine & oportunitate	75
		Modestia legati circa laudes suas	90
		Modestia legati erga suos collegas	91
		Mulieres non funguntur legatione nisi in necessitate	36
		Mulieribus a Romanis multi honores habiti	37
			ibidem

I N D E X.

Mulierum Rom. legatio pro pace ad Sabinos pa-
rentes suos 77
Mulieres Marufforum in bellum & expeditio-
nem iuerunt 87
Munera accipere nisi esculenta non licet Magi-
stratibus 95
Munera legatis Saguntinis & Ptolemæi Regis
data 165
Munera an legatorum sint, an eorum dominis at-
tineant ibidem
Munera per honestam causam data contemni non
debet ibidem
Munera splendida Aeneæ legatis data à Latino
Rege 210
Munera dimittendis legatis dantur si amici sunt
232
Munera in causa honesta missa, à legatis recipien-
da sunt 233
Munera à Regibus Roman missa 234
Munera à Rege Persarum Carolo Magno missa
ibidem
Munera ad corrupendum missa recipi non de-
bent 235
Munera plurima & maxima Alexandro Ma-
gno missa 236

N

Neglectores mandati in legatione puniun-
tur 100
Negligentia Carini & Theodosij II. in
subscriptionibus 224
Negotia inter absentes, literis aut nuncijs agun-
tur 2
Negociorum uarietas in legationibus 43
Negociorum peritos esse oportet legatos ibidem
Neronis inuenta bene gubernata fuit à Burro &
Seneca 127
Nobiles plerumque odio habent Doctos in Aulis
230
Notariorum signa & subscriptiones 223
Nouitas dicendi in lingua Germanica 213
Numerus legatorum uariis habetur, pro rerum
aut causarum qualitate 80
Numerus magnus legatorum ab Indis ad Ale-
xandrum Magnum 82
Numerus legationis quomodo moderari debet
83
Nuncius uice Epistolæ est, & à Bartholo Pica di-
citur 8
Nuncij diuersi generis sunt 9
Nuncio sine literis commissionis non creditur
17
Nuncij relationi creditur in facto proprio, non
alieno 18

O
Bferuantia seruari à legatis debet ijs à qui-
bus mittuntur 92
Occulta mandata, alia licita, alia illicita
sunt 24
Occulta mandata Hannibalis, Romanorum, &
Antiochi ibidem
Occulta mandata plerumq; sine scripto & in re-
bus turpibus dantur 25
Officium legati ad nulla turpia eum obligat
88
Olea ramis utebantur legati pacem petentes 72
Olea fabula de Athenis & Minerva ibidem
Operas suos legatus per se præstet, non per alium
102. & 103
Oratio conciliatrix est humane societatis 1
Oratores, qui & legati dicuntur 32
Oratores eloquentia & memoria excellentissi-
mi 52
Oratores indocti & loquaces, Thersiti similes
54
Ordinis & iurisdictionis diuersa sunt officia
107
Ordo Principum Electorum in processione Cæ-
saris 197
Ordo in audiendis diuersorum legatis 201
Ordo in interrogandis & dicendis sententijs in
publico 202
Ostracismus apud Athenienses quædam exilij spe-
cies fuit 30

P

Pacificæ dimittendi sunt legati, etiam si bo-
stium sunt 233
Papa & Imperator quorum consilio eli-
gunt legatos 16
Papa & Imperator in omni fœdere excipi de-
bent 132
Pascere oues Christi quid est 109
Pascere per se gregem aut per alios idoneos ibid.
Pascere oues meas, quomodo intelligendum est
ibidem
Peccata legatorum, etiam eorum quos Romani
miserunt 59
Peccant legati, qui fines mandati non custodiunt
60
Peccant legati, qui non seruant constantiam
64
Peccant legati nimia uel importunitate uel ne-
gligentia 74
Pedarij & pedanei iudices quomodo differunt?
219

Pentagoni

I N D E X.

Pentagoni figura in cunis infantium 179
Penuria in mittendis idoneis legatis 50
Peregrinorum uiolatores excommunicantur
154
Periculum in literis, captis scripijs, ab hoste re-
pertis 5
Periculose sunt legationes ad seditiosos 79
Peritia rerum legatis necessaria pro quibuslibet
negocijs 43
Petere exemplum decreti aut responsi 239
Philosophorum legatio in bellis aliquando uti-
lis 44
Phormionis imprudentia in colloquio Hanniba-
lis ibidem
Phisonum legati sub Nerone in Orchestra se-
dentes 199
Pietas officium debet patriæ, parentibus, & san-
guine iunctis 57
Plato iubet sacerdotes proxime ad Regem assi-
sere 178
Platonis modestia, quando consulabatur 42
Pœne, quibus castigantur & puniuntur milites
127
Pœne in uiolatores legatorum ab utroque iure
constituta 153
Pompei Magni amor apud Populum Romanum
92
Potentia libertorum Claudij Imp. 36
Prætor olim generaliter dicitur fuit omnis qui
præfuit exercitui 123
Præfectus Prætorio & Magister militum quo-
modo differunt 122
Præfecti Prætorio amplissima fuit post Principia
pen potestas ibidem
Præfecti insignis fuit Ensis, quod hodie Electoris
Saxonie est ibidem
Præfidentis Concilij quomodo se habeat, ubi prauis
prevalent 225
Princeps legationis inter multos unus 84
Princeps unus legationis sit unus ibidem
Principes Imperij Romani, hodie Proconsulum
gerunt officia 113
Principum est, suos defendere, iniuriam propul-
sare 116
Principum honorificentia in excipiendis legatis
189
Principum officium in conuentibus provincia-
lium suorum 229
Principum est, Doctis & Iureconsultis uti in
consilijs 230
Principes non debent recipere oblatos sibi diui-
nos honores 237
Priuati homines non mittunt legatos 13
Priuata odia cedunt administrationi publicæ
91

Præuilegia legatorum 162
Præuilegia quæ Imperator dare potest 185
Proconsul an unum uel plures habuerit legatos
SI
Proconsul pro delictis uxoris & comitum suo-
rum tenetur 87
Proconsul ne oneret provinciam aduentu suo
95
Proconsulum officia in iurisdictione provincia-
rum 112
Procurator quis dicitur 8
Procurator Cæsaris & Comes rerum priuata-
rum differunt ibidem
Procuratorem sine mandato nemo audit 17
Prophana iurisdictionis multiplex est 111
Prophetae Hierem. & Esa. contrario ad legatio-
nem animo fuerunt 41
Prudentia partes, Monastica & Politica 45
Prudentia in legatis requiritur ibidem
Pseudoprophetae & pseudoapostoli 12
Pyrrhi Regis Epirotarum celebre dictum de Fa-
bricio 67
Pyrrhi munera Romæ etiam à mulieribus reie-
cta 236

Q

Questio grauis & egregia de uxoribus
Magistratum 86
Questio de damnis quæ legatis in officio
legationis accidunt, an ea Dominus resti-
tuere teneatur 168
Questio de minori parte, si in Concilio parere
nolit 226
Questio inter Iureconsultos de renunciatione
241
Quales mittendi sunt ad generale Concilium
221
Qui militare non sunt digni 124
Qui legati esse non possunt 37
Quid agendum, ubi defunt idoneæ personæ
58
Quid agendum, quando legati proterue resistunt
decreto 231
Quomodo fiunt subscriptiones & sigillorum ap-
pensiones in conuentibus Imperialibus 224

R

Ratio per temperantiam præest ac domina-
tur affectibus 68
Referre ad Senatam pacis iniitæ conditio-
nes 206
Referre 91

I N D E X.

Referre ad populum dandum Legatis responsum	207	Referre ad populum dandum Legatis responsum	207
Regule pro etate diversitate in Republica	49	Regum Franciæ olim minor potestas quàm eius qui maior domus dicebatur	228
Remunciare amicitiam quid est	118	Remunciare hospitio est societatem dirimere ibidem	108
Remunciatio legatorum ad dominos suos quomodo fieri debet	238	Responsum quando legatis denegantur	203
Responsum dandum ijs, quibus audientia data fuit	209	Responsum dantur aut uoce aut literis	ibidem
Responsum dantur aut uoce aut literis	ibidem	Responsum duriora dare solent uictores	210
Responsum uaria genera	ibidem	Responsum dubia & perplexa	211
Responsum a duriora dare solent uictores	210	Responsum quo spes pro re datur	212
Responsum dubia & perplexa	211	Responsum ab Atheniensibus Mardonio fortiter datum	ibidem
Responsum quo spes pro re datur	212	Responsum Rom. ad inepte postulata legatorum	213
Responsum ab Atheniensibus Mardonio fortiter datum	ibidem	Responsum Gallorum, legatis Rom. contemptim data	214
Responsum Rom. ad inepte postulata legatorum	213	Responsum superbum à Syracusanis datum legatis Ro.	215
Responsum Gallorum, legatis Rom. contemptim data	214	Responsum proprijs uerbis referre expedit	240
Responsum superbum à Syracusanis datum legatis Ro.	215	Responsum Diomedis ad legatos Latini Regis	ibidem
Responsum proprijs uerbis referre expedit	240	Ritus indicendi belli	140
Responsum Diomedis ad legatos Latini Regis	ibidem	Ritus dedendi urbes deuictas	ibidem
Ritus indicendi belli	140	Ritus sancendi foedera apud Ro.	ibidem
Ritus dedendi urbes deuictas	ibidem	Rom. Pontifices, non perse, sed per legatos suos olim interfuerunt Concilij	176
Ritus sancendi foedera apud Ro.	ibidem	Rom. Pontificis in exteriori quoq; iurisdictione Ecclesie summa potestas	110
Rom. Pontifices, non perse, sed per legatos suos olim interfuerunt Concilij	176	Romanus Pontifex sacre legationis Princeps est	111
Rom. Pontificis in exteriori quoq; iurisdictione Ecclesie summa potestas	110	Romani Pontifices aliquando legati fuerunt missi	39
Romanus Pontifex sacre legationis Princeps est	111	Rom. Senatus honestas erga Pyrrhum Regem hostem suum	67
Romani Pontifices aliquando legati fuerunt missi	39	Romani in suscipiendis legatis splendidi ac munifici fuerunt	164. & 187
Rom. Senatus honestas erga Pyrrhum Regem hostem suum	67	Romanus Senatus munera Masinisse Regi missa	164
Romani in suscipiendis legatis splendidi ac munifici fuerunt	164. & 187	Romanus Senatus honorificentia in suscipiendis Regibus	187
Romanus Senatus munera Masinisse Regi missa	164	Rom. Principum Antonini & Alexandri Consularij	228
Romanus Senatus honorificentia in suscipiendis Regibus	187	Romuli legatio ad uicinos pro iungendis matrimonij	143
Rom. Principum Antonini & Alexandri Consularij	228	Sacerdotum gentilium legationes in angustijs	73
Romuli legatio ad uicinos pro iungendis matrimonij	143	Sacerdotes nostri legati sunt Dei ut probentur	76
Sacerdotum gentilium legationes in angustijs	73	Sacerdotibus maior quàm Angelis à Christo data potestas	107
Sacerdotes nostri legati sunt Dei ut probentur	76	Sacerdotum est, offerre, orare, docere populum	108
Sacerdotibus maior quàm Angelis à Christo data potestas	107	Sacerdotum apud Reges Aegypti olim authoritas	179
Sacerdotum est, offerre, orare, docere populum	108	Sacerdotum potestas olim apud Iudeos	180
Sacerdotum apud Reges Aegypti olim authoritas	179	Sacerdotum apud Christianos utranq; habet potestatem	ibidem
Sacerdotum potestas olim apud Iudeos	180	Sacerdotum maior potestas quàm Regum	186
Sacerdotum apud Christianos utranq; habet potestatem	ibidem	Sacramenta septem in Ecclesia	109
Sacerdotum maior potestas quàm Regum	186	Secularibus non implicari negocijs	181
Sacramenta septem in Ecclesia	109	Sagacitas idoneos facit legatos	47
Secularibus non implicari negocijs	181	Scipionis Aphyricani affabilitas & facundia in comiuijs Syphacis	74. & 190
Sagacitas idoneos facit legatos	47	Scipionis munera, quando Masinissam Regem creauit	80
Scipionis Aphyricani affabilitas & facundia in comiuijs Syphacis	74. & 190	Scipionis graue & insigne responsum datum Antiocho	216
Scipionis munera, quando Masinissam Regem creauit	80	Scytalæ formatio in occultis literis Lacedæmoniorum	6
Scipionis graue & insigne responsum datum Antiocho	216	Secreta literarum per certos characteres	ibidem
Scytalæ formatio in occultis literis Lacedæmoniorum	6	Secretarum literarum uarij astus & modi	7
Secreta literarum per certos characteres	ibidem	Secreta publici consilij reuelare, magna proditio est	94
Secretarum literarum uarij astus & modi	7	Seditiosorum legati aliquando propter eorum potentiam recipiuntur	14
Secreta publici consilij reuelare, magna proditio est	94	Seditiosi boni sunt suspecti, & inuisi	78
Seditiosorum legati aliquando propter eorum potentiam recipiuntur	14	Senatus Rom. quàm inelytus & maiestate plenus olim fuit	38
Seditiosi boni sunt suspecti, & inuisi	78	Senatus à prudentia Senum dictus est	47
Senatus Rom. quàm inelytus & maiestate plenus olim fuit	38	Senes quousque cogendi sunt ad munera publica	49
Senatus à prudentia Senum dictus est	47	Senectus in legationibus praefertur ceteris	ibidem
Senes quousque cogendi sunt ad munera publica	49	Senis umbra plus ualet quàm iuuenis arma	50
Senectus in legationibus praefertur ceteris	ibidem	Senes inuitandi sunt ad legationis munus	ibidem
Senis umbra plus ualet quàm iuuenis arma	50	Senatus Romanus honestas in puniendis suorum delictis	90
Senes inuitandi sunt ad legationis munus	ibidem	Senatusconsulta dupliciter fiebant	218
Senatus Romanus honestas in puniendis suorum delictis	90	Senatusconsultum non pauciores quàm centum facere potuerunt	219
Senatusconsulta dupliciter fiebant	218	Sententia diuersorum audiende, ut ex ijs melior eligatur	203
Senatusconsultum non pauciores quàm centum facere potuerunt	219	Sermo ad humanam societatem necessarius	1
Sententia diuersorum audiende, ut ex ijs melior eligatur	203	Sermo inter presentes efficacior est quàm scriptura	ibidem
Sermo ad humanam societatem necessarius	1	Sermo Legatorum qualis esse debet	74
Sermo inter presentes efficacior est quàm scriptura	ibidem	Sessio	183
Sermo Legatorum qualis esse debet	74	Sessio Legatis in Concilio digne consignanda	195
Sessio	183	Sessio legatorum Papæ in conuentu Imperiali	193
Sessio Legatis in Concilio digne consignanda	195	Serui, atque etiam liberti, non debent esse legati	36
Sessio legatorum Papæ in conuentu Imperiali	193	Seruis in negocijs priuatis uti oportet, non in publico munere	97
Serui, atque etiam liberti, non debent esse legati	36	Seueritatis exempla in transgressores mandati	102
Seruis in negocijs priuatis uti oportet, non in publico munere	97	Sigillum Augusti quale fuit	223
Seueritatis exempla in transgressores mandati	102	Sobrios & castos oportet esse Legatos	69
Sigillum Augusti quale fuit	223	Solertia & sagacitas Legatorum	46
Sobrios & castos oportet esse Legatos	69	Splendida Legationes Regum, Imperatoris, & Romani Pontificis	38
Solertia & sagacitas Legatorum	46	Stoicorum Apathia	71
Splendida Legationes Regum, Imperatoris, & Romani Pontificis	38	Studia adolescentum in Republica fouenda	49
Stoicorum Apathia	71	Subscriptiones idem ualent quod scriptiones	222
Studia adolescentum in Republica fouenda	49	Subscriptiones per metum aut errorum extortæ, non ualent	ibidem
Subscriptiones idem ualent quod scriptiones	222	Subscriptiones uarijs modis fiunt	223
Subscriptiones per metum aut errorum extortæ, non ualent	ibidem	Subscriptiones quedam in negocijs publicis, quedam in contractibus	ibidem
Subscriptiones uarijs modis fiunt	223	Subscriptiones Principum proprio olim incausto fiebant	ibidem
Subscriptiones quedam in negocijs publicis, quedam in contractibus	ibidem	Subscriptiones in Receptibus Imperij quomodo fiunt	224
Subscriptiones Principum proprio olim incausto fiebant	ibidem	Supplicationes cur scripto Principibus offeruntur	2
Subscriptiones in Receptibus Imperij quomodo fiunt	224	Superflua quedam in renunciatione Legatorum referri	239
Supplicationes cur scripto Principibus offeruntur	2	Temperantia quid est	67. & 68
Superflua quedam in renunciatione Legatorum referri	239	Tempora redendi quousque computantur Legatis	163
Temperantia quid est	67. & 68	Tempus quomodo mensuratur Legato ad redendum	167
Tempora redendi quousque computantur Legatis	163	Tempus, quod datur Legatis pro Concilio seu audientia	193
Tempus quomodo mensuratur Legato ad redendum	167	Themistocles intra unius anni spacium didicit Persicæ loqui	56
Tempus, quod datur Legatis pro Concilio seu audientia	193	Theauri nostri & alia preciosa non ostendantur Legatis suspectis	232
Themistocles intra unius anni spacium didicit Persicæ loqui	56	Transitus militaris exercitus ut nemini danno sit	126
Theauri nostri & alia preciosa non ostendantur Legatis suspectis	232	Transgressores mandati puniuntur	100. & 101
Transitus militaris exercitus ut nemini danno sit	126	Tribunus Celerum quid fuit apud Reges Romanorum	121
Transgressores mandati puniuntur	100. & 101	Tribunorum olim duo genera	123
Tribunus Celerum quid fuit apud Reges Romanorum	121	Tribunorum plebis apud Romanos officium	183
Tribunorum olim duo genera	123	Tribus aurea Thaleti Philosopho donata	128
Tribunorum plebis apud Romanos officium	183	Tritemij Polygraphia de secretis literis.	7
Tribus aurea Thaleti Philosopho donata	128	Turpianaturaliter erubescimus & celare cupimus.	26
Tritemij Polygraphia de secretis literis.	7	Turpia mandata neq; obligant neq; suscipi debent.	89
Turpianaturaliter erubescimus & celare cupimus.	26	Turpissimum est, datam fallere fidem.	97
Turpia mandata neq; obligant neq; suscipi debent.	89	Tyberius Imperator illensium Legatos irrisit.	75 & 215
Turpissimum est, datam fallere fidem.	97	Tyberij honor in recusando templum & diuinis honoribus.	237
Tyberius Imperator illensium Legatos irrisit.	75 & 215		
Tyberij honor in recusando templum & diuinis honoribus.	237		

I N D E X.

Tripus aurea Thaleti Philosopho donata	128	Valens Imperator Legatos So. Catholicorum interim inuisit	153
Tritemij Polygraphia de secretis literis.	7	Vani loqui non sunt eloquentes	51
Turpianaturaliter erubescimus & celare cupimus.	26	Vassalus quomodo potest Domino suo secundum renunciare	119
Turpia mandata neq; obligant neq; suscipi debent.	89	Veniuli Legati ad Diomedem missi renunciatio	240
Turpissimum est, datam fallere fidem.	97	Verbena coronas portarunt legati, ne uiolarentur	150
Tyberius Imperator illensium Legatos irrisit.	75 & 215	Vestalium uirginum legationes & deprecationes	37
Tyberij honor in recusando templum & diuinis honoribus.	237	Vestitus legatorum qualis esse debet	72. & 91
		Vestitus pro qualitate rerum mutari debet	ibidem
		Veturie matris & Volumie uxoris legatio ad Martium Coriolanum	79
		Violationis legatorum multa exempla	152
		Violatores legatorum Romani hostibus dedecarunt	153
		Violatis Gallorum legatis Roma capta & incensa fuit	154. & 161
		Violatores legatorum incidunt in crimen læsæ Maiestatis	ibidem
		Violatores Episcoporum & sacerdotum quibus poenis percelluntur	155
		Virtutis diuisio in suas species	57
		Vlpiani gratia & auctoritas apud Alexandrum Imperatorem	229
		Vltio diuina in uiolatores Legatorum	156
		Vltio in Fidenates & in Spartiatas	ibidem
		Vltio in uiolatores legatorum Christi	157
		Vltionis exempla in uiolatores legatorum	158
		Vngarorum ad Fridericum III. Imperatorem legatio pro corona	83
		Vrbánitas Legatis exhibenda.	199
		Vrbánitas Latini Regis erga Legatos Aeneæ.	200.
		Vrbánitas erga Reges & Legatos, si dicendo deficiant.	ibidem
		Vxor	

I N D E X.

Vxor an in prouincijs uirum iudicem sequi debeat. 86
 Xerxis in ira in uiolatos Legatorum suorum. 156
 Xerxis insolentia & temeritas in consultatione. 204.

X.

Xenia accipere Magistratus quousq; licet.

Xenia à Philippo Rege recusauit accipere Demosthenes. 165
 Xenia Grecorum qualia olim fuerunt. 189
 Xenocrates aliquot talenta ab Alexandro Magno missa noluit accipere. 166
 Xerxis ridiculum mandatum de uerberibus in Hellepontum. 90

Z

Zeno Cittius in conuiuio tacere nouit. 75
 Zeno Imperator Legatis ius sedendi inter illustres concessit, & iudices puniuit qui id negligenter. 195
 Zeno Legatus Magnetum. 205

F I N I S.

D. BRVNI DE LEGATIONIBVS LIBER PRIMVS, DE PERSONIS EORVM QVI MITTVNT LEGATOS, deq; Mandatis & rebus Legationum.

Sermonem hominibus humanæ societatis conseruandæ causa datum esse, deq; uario tam inter præsentés quam absentes sermonis usu. Cap. I.



Ristoteles in ijs libris, quos de Republica scripsit, Lib. 1. Politicorum. homini sermonem ob id datum esse, scribit quod hoc animal ad societatem natum sit: Tum ad eam conciliandam conseruandamq; omnium maxime necessarium esse sermonem, aptissimum scilicet utilitatum & damnorum ostendendorum instrumentum. Cum enim cætera animalia, quæ iucundis & molestis rebus mouentur, uocem habeant, qua ueluti signo hæc inter se significare possunt: Solus homo, boni & mali, tum etiam iusti & iniusti, aliarumq; uirtutum, quibus humana societas conseruatur, sensum habet: quorum quidem absq; sermone nullus usus esse potest. Quod ipsum, tot hominum conuentiones, contractus, & uariæ rerum permutationes, & commercia: quibus inter se homines utilitates communicant, adeoq; iustitiam exercent: quæ tamen sine sermone exerceri non possunt, facile demonstrant. Cicero lib. 1. de inuentione. Quamobrem recte Cicero, orationem humanæ societatis conciliatricem uocauit. Idem lib. 1. de Legibus. Quemadmodum autem uariæ sunt humanarum actionum et negotiorum qualitates, & conditiones: Quippe quædam inter præsentés tantum commodè aguntur, quædam inter absentes, quædam nihil prohibet siue illo siue alio quopiam modo explicentur: Ita & in tractandis negocijs uarius est sermonis usus. Efficacior est sermo inter præsentés, q̄ scriptura. Quædam enim foelicis uoce inter præsentés comunicata peraguntur: quædam sunt quæ occulta esse oportet, ut ea in aurem (uti prouerbio dici solet) magis dici conueniat, quam in publicum proferri, uel literis committi. Tum sæpe etiam uidemus citius impetrari aut expediri, quæ quis propria uoce, coram postulauerit egerit ue, quam quæ per literas aut nuncios expedienda procurat: Tum, quod literæ interdum arte confictæ creduntur: nec tanta fides nuncijs quanta ipsis dominis, quorū negocia tractantur, adhibetur: Tum, quod uiua uox & uultus ipsius domini præsentis, magis quam mortuæ literæ, aut uox stupidi cuiuspiam nuncijs, commouent. Et re-

B. Cuius

Etius plerunq; geruntur negocia, ubi praesens est, cuius **negocium** agitur: Infelicis autem (ut ille ait) quae oculis aguntur alienis, ac de his commodius fortasse alias. Eorum uero quae inter absentes aguntur, quaedam literarum, quaedam uero personarum ministerio fiunt: utrunq; autem, uicem sermonis absentium sustinet. Etenim ut uoces sunt eorum, quae in animo concipiuntur, notae (ut inquit Aristoteles) sic literae signa sunt sermonum, quibus similiter absentes plerunq; animorum sensus & affectus exprimunt. Et nuncijs alijsq; quorum opera in negocijs absentium utimur, nihil aliud surit, quam quasi organa siue picæ (ut alibi dicit Bartholus) quibus absentium inter se sermones conferuntur. Literarum usus, ut est frequentissimus, sic est in humanis rebus utilissimus, simul & maximè necessarius. Nam quae conuocè, inter absentes ob locorum distantiam, malam ualitudinem, religionem, itinerum pericula, alias ue similes causas, uia uoce agi non possunt, commodè per literas explicantur: quibus animorum sensus utrinq; demonstrantur. Similiter per literas & epistolas, emptiones, uenditiones, societates, locationes, conductiones, aliaq; penè infinita similia, æquè ut uoce, contrahimus. Quinetiam inter praesentes multa sunt, quae nisi interuenientibus literis, nec expediri, contrahi ue de iure possunt, nec contracta ualent: quales sunt, contractus Emphyteotici, testamenta solennia, fideiussiones, quaedam donationes, sententiæ iudicum definitiuæ, omnesq; in uniuersum contractus: quibus hoc agitur, ut non ualeat contractus, nisi in scripturam redactus. Hæc enim & multa id genus alia, non aliter uires habent, nisi scriptis completa & corroborata. Sed & quaedam praesentibus scribimus, quae uoce coram explicare possemus: quod & breuius & certius magisq; deliberatè, quae scriptis agimus, cognoscantur. Quae causa est cur preces subditorum, principibus non uoce, sed conceptis libellis, offerantur. Et Claudij Imperatoris temporibus mos fuit, praesentes etiam scripto adire, ut author est Cor Tacitus. Neq; uero ad contrahenda tantum negocia inter absentes, sed etiam ad rerum gestarum, tam inter praesentes quam inter absentes conseruandam memoriam, imprimis ualent literae. Fragilis res est, & quae saepe fallit, quae per testes fit probatio: per quos non nunquam uix ea, quae non ita pridem gesta sunt, nedum quae memoriam hominum excedunt, probantur. Ut interim non referam, quam sit eorum non raro incerta, saepe etiam fallacissima fides. At scriptura nunquam sibi non similis, quae quod continet, etiam quocunq; tempore gestum, sine fuce fatetur. Hoc sane melior & commodior sermone, quod hæc rem ut gesta est simpliciter edocet, sibiq; semper constat: Sermo uero siue uox, ob fragilitatem memoriae: loquentis ue malitiam, saepe rem aliter quam gesta est, exprimit.

Negocia inter absentes per literas aut nuncios aguntur. Arist. lib. Pe. riberme. L. L. ab eo ff. de suppell. leg. Bald. in leg. de quib. in ul. col. ff. de leg. Bald. in l. ad cognoscenda, C. de ingenuis C. ma. et in l. tres denunciations C. quomodo et quando iudex. U. ius literarum commodus, & plerunq; necessarius quocunq;. L. i. ff. de cont. emp. L. contractus ubi C. Bald. Saly. & doct. C. de fid. instr. gl. in cap. 1. postquam de censibus lib. 6. Supplicatio nes in scriptis offer. m. dx. C. de precib. imp. off. per totum. Lib. 4. Augu. historia. Gesta certioris fidei quam testes.

Nec uero istiusmodi fidem omnibus scripturis tribuo. Nam & in scribendo multiuarij doli fraudesq; admittuntur. Et ut falli nuncijs, sermones, & iniqui testes: ita & epistolæ, & priuata scripturæ, fallaces & mendaces esse possunt: Quod genus falsi, frequentissimum est in stratagematis bellicis. Hannibal Pœnorum dux per falsas literas Salapiam, oppidum Romanis societate iunctum, capere tentauit: Quod & successisset, nisi Ro. Consul fraudem praecauisset. Is Marcelli Ro. Consulis, in pugna interfecti, annulum simul & corpus adeptus, literas illius nomine ad Salapianos scripsit, & annulo signauit: ijs ipsis significans, Marcellum nocte, quæ diem illum esset sequutura, Salapiam uenturum, simul atq; monens, parati milites essent, qui in praesidio erant, si qua opera eorum opus esset, ratus hoc modo se sub nomine Marcelli in oppidum intromissum iri: Quod & factum fuisset, nisi Salapiani antea a Crispino, interfecti Consulis collega, adnioniti, huiusmodi dolum praecauissent. Is enim metuens, ne cui errore annuli interfecti Consulis dolus nederetur, priusquam adulterinae Hannibalis literæ Salapianis reditæ fuissent, circa ciuitates proximas nuncios miserat, occisum collegam esse, annuloq; eius hostem potitum, ne quibus literis crederent nomine Marcelli compositis. Itaq; Salapiani huiusmodi dolum pulchre eluserunt, nempe retromisso nuncio, ut sine arbitro milites quæ uellent agerent, oppidanos per muros urbisq; opportuna loca in stationibus disponunt, custodias uigiliasq; in eam noctem iritentius instruunt: aduenientem hostem aperta porta, & cataraeta funibus subducta, in tantam altitudinis, ut recti subire possent, intromittunt, ac intromissis sexcentis, cataraeta (remisso fune, quo suspensa erat) cadente portam claudunt. Itaq; omnibus intromissis interfectis, Hannibal sua fraude captus abiit. Eiusdem generis literas finxit Hippocrates, ille qui primum dux Hannibalis: deinde Prætor Syracusanorum per seditionem creatus fuerat. Is enim Syracusanis cum Romanis pacè renouantibus, cum ad Tyrannidem ipse cum collega Epicide aspirarent, & ad Hannibalem deficere cogitarent, eorq; nomine Prætores Syracusani, qui tum exercitum ad Megaram habebant: Creterisibus, qui tum tanquã exterum praesidium in exercitu erant, colloquio cum eo commiscentibus, comprehendi eos uinciriq; cathenis iussissent: Hippocrates literas, quas ipse nomine Prætorum Syracusanorum, ad Marcellum Consulem composuerat, a se interceptas dicit ac recitat: quibus scriptum erat. Syracusas non quieturas, donec quicquam externorum auxiliorum in exercitu Consulis esset. Itaq; daret operam, ut eos, qui cum suis prætoribus castra ad Megaram haberent, in suam potestatem redigeret, ac supplicio eorum liberaret tandem Syracusas. Nam his literis recitatis, sperabat se omne Prætorum consilium elu-

Dolus & fallitas quandoq; in scriptis priuatis. Dolo se literæ Hannibalis ad Salapianos. T. Linius lib. 7. secundi bel. Pun. Dolus arte delusus. T. Linius lib. 4. secundi bell. Punici. Dolus Hippocratis Syracusani per falsas literas.

surum, sed nec spe frustratus est. Etenim, recitatis literis, tantus ad arma militum concursus factus est, ut Praetores inter tumultum pauidi Syracusas obequitauerint, & ne fuga quidem eorum seditio compressa fuerit. Quin addita deinde alia fraude, ita Syracusanorum animos à Romanis alienauit, ut urbe dedita ac Praetoribus interfectis, ipsum atq; Epicidem Praetores creauerint. Tales etiam

T. Linius lib.
10. de bello Ma
cedon.

fucrunt literæ, adulterino signo. T. Quintij Ro. Consulis signatæ, ac in odium Demetrii Philippi Regis filij scriptæ, quibus Consul deprecari fingebatur, si quid adolescens cupiditate regni prolapsus secum egisset, nihil cum aduersus suorum quenquam facturum, neq; cum sese esse, qui ullius consilij impij auctor futurus uideri possit. Quibus literis Rex, quasi se uiuo filius regnum ambiret, usq; adeo ira aduersus filium accensus fuit, ut non ueritus sit de occidendo eo, Didæ cuidam mandatum dare: qui & illius opera, non multo post tempore, ueneno interfectus est. Simile ferè exemplum, nostra

Fraus in lite-
ris per aliena
nomina et si-
gna.

ætate aditum est, in regno Neapolitano. Nam dum regnum illud, maximopere exercitu Clementis Pontificis maximi premeretur, Vicerex fictitijs literis & sigillo adulterino, Caroli Quinti Imperatoris, usus, Pontificem elusit & regnum seruauit. Omnium autem fallacissimæ sunt literæ, quæ aliena nomina signatq; sub quibus prodeunt, profitentes, alienos dominos, quos falso mentiuntur, produnt. Ille siquidem inter multos unus, idemq; subtilissimus, omnis generis induendarum obligationum modus est, quo scilicet ignari prorsus & inscij, fictis & alienis tanquam ueris & proprijs literis, quiduis promittere, immo quælibet etiam crimina de se fate-ri conuincuntur. Possent equidem huius rei multa exempla afferre,

Mortis machi-
natrices literæ
quædam.

nisi me instituti mei ratio ad alia properare cogeret. Adde etiam, literas nonnunquam pessimarum rerum machinatrices esse. Cuiusmodi fuerunt Bellerophontis literæ, & Pharnabasi ad Lacedæ-

2. Reg. 11.
Hester. 3.
8.

monios aduersus Lyfandrum. Et apud Hebræos Davidis epistola ad Ioab, de Vria eius epistolæ latore scripta. Quibus non omnino dissimiles sunt Assueri Regis literæ, de occidendis & delendis Iudæis, ad omnes prouinciarum Satrapas scriptæ: nisi quod has Rex, dolis & machinationibus Aman circumuentus, & scribendas & annulo suo signandas, mandauit, sed quas deinde detectis fraudibus proditoris, ad preces Hester Reginae reuocauit, corrigendasq; mandauit, Illas uero Dauid non deceptus, sed sciens pruden-

Piores literæ
Davidis con-
tra Vriam, &
Assueri contra
Iudæos.

densq; in hoc ut Vriam perderet, scripsit, tanto prioribus peiores, quanto deterius est, Principem scienter literis suis abuti, quam dolis inductum, aliud quam oporteat literis mandare. His itaq; se ita habentibus, prudentissimè ueteres, ut non omnibus testibus, ita nec scripturis quibuslibet, sed integris tantum, & quauis suspitione carentibus, fidem adhibendam esse censuerunt, Quinetiam certos quosdam

quosdam modos, quibus cuiuslibet generis falsitates, tam in testibus, quam in scripturis, depræhendi simul & uitari possint, tradiderunt. Itaq; quæ de utilitate literarum supra diximus, ita accipio, ut non de fallacibus istis literarum imposturis, sed de his scriptis, quæ à probis & integris uiris sine suspitione proueniunt, intelligantur.

Non omnia tuto per literas & scripta, sed quædam per fidos homines, commodius transigi inter absentes.

Cap. II.



Vemadmodum multa inter absentes commodè per literas explicantur: ita rursus quædam, quò secretiora sunt magisq; celanda, hoc literis commissa, & facilius & maiore cum periculo multorum in eorum, quos minime uolumus, manus incidunt. Seuerus imperator, Clodio Albino interfecto, statim literas inquiri iussit: ita ut inueniret, ad quos ipse scripsisset, uel qui ad eum rescripsissent: omnesq; illos, quorum epistolas reperit, hostes iudicari à Senatu fecit, nec his pepercit, sed & ipsos interemit, & bona eorum proposuit, atq; in aerarium publicum reulit, ut scribit Iul. cap. in Clod. Albino. Itaq; prudenter Otho Siluius, qui iam iam moriturus, quicquid epistolarum erat, ne cui periculo aut noxæ apud Vitellium forent, concremauit, teste Suet. in Siluio Othone. Plinius quoq; Cæsaris laudibus adscribit, quod captis apud Pharsaliam Pompei Magni scrinijs, iterumq; apud Thapsum Scipionis, ea optima contremasse fide, atq; non legisse. Et C. Cæsarem Caligulam ferunt commentarios ad matris fratrumq; suorum causas pertinentes, ne cui postmodum delatori, aut testi maneret ullus metus, conuectos in forum, & ante clarè obstatum deos, neq; legisse neq; attigisse quicquam, concremassisse. Qui tamen libelli postea per ipsum prolati, & fraudulentum Cæsaris animum testati sunt, & multis exitio fuerunt, ut est testis idem Suet. in C. Cæsare Caligula. At prudentius aliquanto agunt, qui quorum periculosa manifestatio est, ea aut omnino non commendant infidelibus literis: aut ita scribunt, ut non ab alijs, quam quos oportet, legi intelligi ue possint. Quo sanè consilio Demaratus Rex Lacedæmoniorum usus est, qui apud Xerxem exulabat. Is cum accepisset Xerxem in Græciani expeditionem moliturum, hoc Græcis censuit indicandum. Itaq; in tabellis ligneis consilium Regis, de bello aduersus Græciam instructo, magistratibus perscribit: eas deniq; cera superinducta delet, ne aut scriptura sine tegmine indicium daret, aut recens cera dolum proderet, ac fido deinde seruo perferendas tradit, iussu magistratibus Spartanorum tradere, quibus clutius ministerium rei non intelligentibus, & in con-

Pericula per li-
teras interceptas
aut reper-
tas.

Seuerus
Imp.

Otho Imp.

Plinius lib. 7.
cap. 35.
Iulius Cæsar
Dictator.
C. Caligula
Imp.

Cautela de pe-
riculis litera-
rum.

Demarati Re-
gis Lacedæ-
moniorum a-
ctus in literis
secretis.

iectione hœrentibus, tandem soror Regis Leonidæ consilium scribentis inuenit, erasa itaq; cera, belli consilia sine periculo scribentis deteguntur: Authores sunt Herodotus & Iustinus. Eodem consilio usus Hamilcar (ut idem Iustinus auctor est) cognomento Rodanus, à Carthagenensibus ad speculandum animum Alexandri missus, per Parmenionem aditu Regis obtento, profugisse se ad Regē expulsū patriā fingit, militemq; se expeditionis offert, atq; ita consilijs eius exploratis, in tabellis ligneis desuper cera uacua inducta, ciuibus suis omnia citra proditiōis periculum perscripsit. Sunt etiam (Gellio teste) libri C. Iulij Cæsaris ad C. Oppium, & Balb. Cornelium, & (ut Tranquillus refert) ad Ciceronem, aliosq; familiares, qui res eius absentis curabant: in quibus si qua occultius proferenda erant, per notas scripsit. Id est, sic instructio litterarum ordine, ut nullum uerbum effici posset, & tamen ex conuentione inter eos clandestina, facile erat intelligentibus, quæ litera pro qua esset subdita, scribentis consilium (alijs hanc scribendi latebram ignorantibus, incognitum) intelligere. Et Cicero solutus est *ὁρὰ κρυπτοῦ*, hoc est per notas scribere, ut ipse testatur Epistolarum ad Atticum lib. xiiij. & ad Qu. Valerium lib. xiiij. familiarium, his uerbis: Reliquis tantum faciam, ut notam apponam, eam, quæ tecum mihi conuenit. Sed libet iam alios etiam per clandestinas litteras scribendi modos, ex eodem Gellio & ipsius etiam uerbis annectere. Lacedæmonij (inquit) ueteres, cum dissimulare & occultare litteras publicè ad Imperatores suos missas uolebant, ne si ab hostibus exceptæ forent, consilia sua noscerentur, epistolas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pariter crassamento, eiusdemq; longitudinis, derasi atq; ornati consimiliter, unus, Imperatori in bellum proficiscenti dabatur: Alterum, domi magistratus cum iure atq; cum signo habebant, quando usus uenerat litterarum secretarum, circa eum furculum, lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum rei fatis erat, complicabant uolumini rotundo & simplici, ita ut oræ adiunctæ undiq; & cohærentes lori quod plicabatur coirent, litteras deinde in eo loco per transuersas iuncturarū oras: uersibus à summo ad imum proficiscentibus, inscribebant. Id lorum litteris ita perscriptis reuolutum ex furculo, Imperatori commenti illius conscio mittebant. Resolutio autem lori, litteras truncas atque mutilas reddebat, membræq; earum & apices in partes diuersissimas spargebat: Propterea si id lorum in manus hostium inciderat, nihil quicquam ex eoloro legi quibat, sed ille ad quem erat missum, furculo compari, quem habebat, capto ad finem, perinde ut deberet fieri sciebat, circumplicabat: atq; ita literæ per ambitum eundem furculi coalescentes, rursum coibant integramq; & incorruptam epistolam: et lecturam facilem

Herodo. in Polumnia. lib. 7. Iustinus lib. 2. Hamilcar explorator codicis in litteris astu.

Lib. 17. nota. Attic. cap. 9. In Iul. Cæs.

Secreta litterarum per notas speciales characterum.

Gell. ubi supra 10. cap.

Qualis fuit formatio secretarum Lacedæmonij in secretis epistolis.

facilem præstabant, Quod genus epistolæ Lacedæmonij *κρυπτοῦ* loricatum furculum appellabant, De qua aliqua Erasimus noster in prouerbio, Tristis Scytale, & Plutarchus in Lysandro: Tradditum est & (eodem Gellio auctore) Histiaum, cum in Persis apud Dariū esset, cum Aristagoræ cupidam res quasdam occultas nunciare furtiuo scripto uolebat, huiusmodi commento usum fuisse. Seruo suo diu oculos ægros habenti capillum ex capite omni, tanquam medendi gratia deradit, caputq; eius lene in litterarum formas compingit, his literis quæ uoluerat perscripsit: Hominem postea, quoad capillus adolesceret, domi continuit, ubi id factum est, ire ad Aristagoram iubet, & cum ad eum (inquit) ueneris, mandasse me dicito, ut caput tuum, sicut nuper egomet feci, deradat. Seruus ut imperatum erat ad Aristagoram uenit, mandatumq; domini affert, atq; ille id non esse frustra ratus, quod erat mandatum fecit, ita literæ perlatæ sunt. Hæc Gellius, quæ & ab Herodoto in Terpsycho commemorantur. Appianus libro Mitridatico tradit, duos seruos Atticos ex Piræo Romanis fauentes: uel sibi ipsis, si qua fuga incideret consulentes, bullas quasdam ex plumbo inscriptas, funda iecisse, atq; hoc modo Syllam de rebus hostium certiore fecisse. Tali etiam commento usi sunt Timoxenus & Artabazus: Nam quoties Timoxenus ad Artabazum, aut Artabazus ad Timoxenum litteras mittere uolebant, eas sagittæ postremo inuoluebant, adaptatisq; desuper pennis ad locum, de quo cōuenerat emittebant. Author est Herodotus in Vrania. Plinius lacte tithymali herbæ, occultas litteras scribi posse commemorat his uerbis. Tithymalum, nostri herbam lactariam uocant, alij lactucam caprinam, narrantq; lacte eius inscripto corpore cum inaruerit, si cinis aspergatur, apparere litteras, & ita quidam adulteras alloqui maluerunt quàm codicillis. Sunt & alij multi modi, quibus clandestinæ & secretæ literæ conficiuntur, etiam uulgo cogniti. Cuiusmodi inter alios est, Quod literæ urina in manu tinguntur, quæ arefactæ quidem non uidentur, at carbone trito superinfusum demum apparere incipiunt. Similiter quæ succo capis in papyro scribuntur, non prius uidentur quam earum formæ, admota ad papyrum ardente candela, excant, & ueluti sua sponte & ex nihilo proferantur. Multa etiam ad eandem rem pertinentia, scribit doctissimus Abbas Ioannes Tritemius, in Polygraphia sua, quod opus Illustrissimo quondam domino Ioachimo Marchioni Brandenburgensi Principi Electori, dedicauit. Atq; ex his omnibus perspicuum sit, quam cauti ueteres in scribendis literis fuerint, si quod arcanum absentibus significare uoluerunt. Cæterum sunt quædam negotia tam perplexa, ut neq; explicari per litteras, nec ut res exigit demonstrari possint.

B iij sint.

A. Gellius lib. 17. cap. 9. Alia in secretis litteris astucia Histiaei.

Alia duorum seruorum Atticorum astucia.

Alia itē apud Herodotum.

Lib. 8.

Lib. 8. cap. 8. Alia rursus.

Alia item & alia apud Tritemium.

sint. Quaedam etiam uel inter agendum accidunt, uel agentibus in ipso tractatu occurrunt, quae ut prauideri non possunt, ita nec scribi commodè possunt. In quibus omnibus, quod non possunt literae & epistolae, hoc commodè homines, quorum nobis fides & industria perspecta est, praestare possunt.

Varia esse genera personarum, quarum ministerio absentes cum absentibus utimur. Cap. III.



Am uero quorum in agendis negotijs ministerio apud absentes utimur, diuersi quidem generis sunt: in quibus tamen precipue procuratores, nuncios, oratores, & legatos connumeramus. Procuratorem generaliter

L. 1. ff. de procurat.

L. 2. de negot. gest. Negociorum gestor.

Cognitor. Patronus. Aduocatus.

Procurator.

L. 2. C. de iure fisci lib. 10. & l. 3. eo. tit.

L. si quando C. de bo. uacanti. lib. 10.

L. pen. C. de iure fisci lib. 2. de mod. mult.

L. prohibitum C. de iure fisci lib. 10.

Azo. l. 1. C. de off. com. rerum priua.

Bar. in leg. si quando C. de bo. uacanti.

L. omne C. de pet. bo. subli. lib. 10.

L. si quis C. ubi caus. fisci. lib. 11.

L. si quis C. ubi caus. fisci. lib. 11.

accipimus, qui aliena negotia mandato domini administrat, administranda ue suscipit: Cuius usus perquam necessarius est, ut qui rebus suis ipsi superesse nolunt uel non possunt, saltem per alios possint negotia sua litesq; explicare. Sed & admittuntur, qui absentium negotia, licet ignorantium, utiliter gerunt, ut eo etiam nomine in eos, quorum negotia gesta sunt, actio deur. Et hac facie in uniuersum de omnibus, qui tam priuatis, quam qui publicis administrationibus praesunt, accipienda sunt: ut scilicet qui eorum absentium negotia gerunt, aut procuratores, aut negotiorum gestores appellentur. Qui uero in iudicio litem praesentis suscipit,

cognitor appellatur, ut est auctor Asconius Pedianus. Is in diuinatione inquit. Qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut praesentiam suam commodat amico: aut procurator, si negotium suscipit: aut cognitor, si praesens causam nouit, & si tuctur ut suam. Qui uero specialiter negotia publica alieno nomine gerunt, & ipsi procuratores appellari solent. Interdum etiam alia quaedam nomina

fortiri, ut procurator Caesaris, procurator rei dominicae, procurator fisci, qui & rationalis alibi uocatur. Comes rerum priuatarum, & generaliter Officiales fisci omnes Caesariani appellantur. Ac de omnium istorum aliorumq; negotiorum publicorum procuratoribus, fortassis alias dicemus: Vnum tantum admonere hoc loco sufficiat, esse uidelicet qui putent, eundem ipsum esse procuratorem Caesaris, qui est Comes rerum priuatarum. Quorum sententiam nos minime recipimus, siquidem Comes rerum priuatarum

Illustris: Procurator aut Caesaris non Illustris, sed clarissimus appellatur. Qui igitur diuersas dignitatum praerogatiuas habent, non uideo quomodo idem officium habere intelligi possint. Nuncius est, cuius in explicandis negotijs ministerio, uice epistolae utimur. Est enim organum quoddam (ut inquit Bar.) quo uox unius ad alium perfertur, quem ob id prudentes Picam, & Buccinum domini

ni appellant. Mittitur autem nuncius, uel a principe, uel a iudice, uel a priuato. Priuatorum nuncij sunt, quos quilibet pro arbitrio suo ad causas priuatas expediendas deligit. Et eodem modo principum nuncij sunt, qui ad principalia negotia tractanda mittuntur. A Iudicibus autem delecti, citationes & alia Iudicum decreta exequuntur. Hos olim locupletes et probatos esse oportebat, ut a quibus periculum non esset, ne peccaretur aliquid aut proderetur, aut malignè ageretur: hodie uilissimi etiam & infames homines deputantur, quos & consuetudo tolerat, nec infamia repellit. Nuncius a procuratore hoc differt, quod procurator in suam personam: nuncius autem in personam domini, contractum concipit, nec proprium, sed alienum factum, & nudum ministerium praestat. Ac de procuratoribus, negotiorum gestoribus, & nuncijs satis iam dictum sit, nunc autem ad legatos ueniamus.

Quid sit Legatio. Cap. IIII.



Legationem definire possumus, ut sit missio eorum quibus principum aliorumue Reipub. administratorum nomine, cum absentibus, ad quos mittuntur, dicendum aliquid, gerendum, exequendum ue mandatur. Haec definitio personas, mandata, & res comprehendit. Personae tripliciter spectantur, eorum qui mittunt Legationes: eorum qui suscipiunt munus Legationis: & eorum ad quos mittuntur Legati. Qui mittunt, personae esse debent in administrationibus publicis constitutae. Quos enim priuati mittunt, non Legati, sed uel Nuncij uel procuratores appellantur. Tum autem principes & magistratus Legationibus utuntur, cum ipsi res suas cum absentibus, uel agere non possunt, uel propter certas causas nolunt. Nam & per se negotia sua, si ita dignitatis eorum ratio, uel rerum gerendarum conditio, aut personarum, quibus cum agendum est, qualitas exigit, gerere possunt. Ita Aeneas apud Poetam generis propinquitate fractus, maluit ipse per se, quam per Legatos, a rege Euandro auxilia petere. Sic enim inquit.

Non equidem extimui, Danaum quod ductor & Arcas,
Quodq; a stirpe fores geminis coniunctus Atridis,
Sed mea me uirtus, & sancta oracula diuum
Cognatiq; patres, tua terris dedita fama
Comunxere tibi, & satis egere uolentem.
Dardanus Iliaca primus pater urbis & auctor
Electra (ut Graij perhibent) Atlantide cretus
Adueritur Teucros, Electram maximus Atlas
Aedidit, aethereos humero qui sustinet orbis.

C. de pond. & auri lib. 11. In l. si pupilli § item si procuratori ff. de negot. gestis. In Ant. de Iudicib. § necessarias Coll. 6. In Ant. de Iudicib. § his qui causas Coll. 6. C. de infamib. l. 1. lib. 10. L. nec infames C. de decur. li. 10. l. tres demeritios C. quo modo & quando iudex tex. in l. si quis sibi uel alteri. in c. prudentia de off. deleg. circa gl. in uerb. literatorie. Personae triplices. Eos, qui Legatos mittunt, Principes aut Magistratus esse oportet.

Aeneas ad Euandrum per sese accessit.

Verg. lib. 8. Aeneid.

Vobis

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllene gelido conceptum in uertice fudit
At Maiam, auditis si quicquam credimus, Atlas
Idem Atlas generat, cæli qui sydera tollit.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
His fictus, non legatos neq; prima per artem
Tentamenta tui pepigi, mēme ipse meumq;
Obiecti caput, & supplex ad limina ueni.

Ita et hodie inter maximos Principes, et maxime inter eos qui sunt confanguinitate, aut alia necessitudine coniuncti, obseruatur, ut secretiora negocia inter se potius, quam per Legatos agant. Qui uero mittuntur, nihil refert, publicæ sint an priuatæ personæ: modo idoneæ sint, qui mandata negocia gerere & explicare possint. Similiter personas, ad quos mittitur, nihil prohibet & publicas & priuatas esse. Mandatum est rerum gerendarum exequendum uel commissio, & ueluti forma quædam conficiendæ Legationis, ijs qui mittuntur præscripta. Res in mandatis continentur, & sunt multiplicis generis. Quædam enim publicæ sunt, quædam priuatæ: quædam sacræ, quædam prophanæ: quædam in cognoscendo, quædam in agendo: quædam in dicendo, quædam in exequendo consistunt. Primum igitur, missio in hac Legationis definitione pro genere ponitur, generaliter enim quicumq; ad alios destinantur, mitti dicuntur, ut nuncij, tabellarij, literæ. Vnde & destinatio ipsa rectè missio uocatur. Cicero ad Atticum: Non sine causa Legatorum istam missionem semper timui. Idem de claris oratoribus: Fabricius, qui fuit ad Pyrrhum de captiuis recuperandis missus Legatus. Additur, quibus principum &c. ad differentiam eorum, qui à priuatis mittuntur, quos non Legatos sed uel procuratores uel nuncios appellamus: quanquam nihil prohibet, Legatos principum etiam procuratores esse & uocari. Cum absentibus, ad differentiam eorum additur, qui nomine principum & magistratum apud præsentem aliquid dicunt agunt uel. Hij enim non Legati sed aduocati, cognitores, consiliarij appellantur. Ad dicendum aliquid agendum uel. His uerbis, res ipsæ quæ mandantur, officium item Legatorum & finis Legationis significatur. Ideo enim mittuntur, ut mittentium negocia apud absentes expediant. Porro à rebus ipsis Legationes ipsæ denominantur, & in uaria genera distinguuntur. Nam quædam sacræ sunt, quædam prophanæ: quædam cum iurisdictione, quædam sine iurisdictione mandantur: quædam item in orando, quædam in consulendo, quædam in exequendo uersantur, quædam alijs de rebus alijsq; modis exercentur: Et (ut summatim dicam) tot ferè sunt genera Legationum, quot

Quid Mandata
talia.

Explicatio
Definitionis.

Diuersa Lega-
tionum gene-
ra, secundum
rerum diuer-
sitates.

quot rerum super quibus Legationes mandantur: de quibus omnibus posthac plenius & ordine dicemus.

Legationem sine missione & mandatis esse non posse.

Cap. V.



Deo autem ad Legationem necessaria sunt missio & mandatum, ut sine his nulla Legatio esse possit: Prophetæ Legati sunt Dei, quod & ipsi de se aliquoties testantur. Christus patris: Apostoli autem & eorum successores, Christi. Hi autem omnes missi sunt. Nam quos Deus prophetas dedit: hos & misit. Prophetam in gentibus dedi te (inquit dominus ad Hieremiam) & ad omnia quæ te mittam, ibis: & uniuersa quæcumq; mandauero tibi, loqueris. Misit & pater unigenitum filium suum Christum, quod & Esaias de ipso prædixit, & ipse de se Prophetam loquutum esse, apud Lucam testatur. Cum enim in synagoga Esaiæ librum reuoluisset, & locum inuenisset, ubi scriptum est: Spiritus domini super me, eoq; unxit me, Euangelizare pauperibus misit me &c. Dixit ad omnes. Quia hodie completa est hæc scriptura in auribus uestris. Eò quoq; pertinent hæc & similia: Qui credit in me: non credit in me, sed in eum qui me misit: Qui uidet me, uidet eum qui misit me: Sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui me misit patris: Qui misit me uerax est: qui misit me, mecum est. Similiter Christus quos elegit Apostolos: hos & ad prædicandum misit, & dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eiciendi dæmonia. Quod & post Resurrectionem testatur dicens: Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Nec quisquam in Ecclesia prædicare potest, qui non idem sit missus. Nam (ut Apostolus inquit) quomodo prædicabunt nisi mittantur. Et ueritas ipsa Apostolis: Rogate, inquit, dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Mittuntur autem ad prædicandum, quibus id uel à domino occultè, uel ab Ecclesiarum Prælati apertè mandatur. Neq; uero ut quisq; se à Deo missum esse dicat, ita protinus illi credendum est. Nam & hæretici se missos esse gloriantur, quos tamen à Deo non missos esse constat: ut non solum ab officio prædicandi, sed etiam à quolibet alio Ecclesiastico munere sint arcendi, ut alias multis probauimus. Hi autem, cum occulto Dei mandato missi esse intelliguntur, quorum missio uel speciali scripturæ testimonio, uel miraculo aliquo probatur. Vnde Moyses missionem suam hoc ipso probabat, quod uirgam uertit in colubrum & rursus uirgam restituit. Ioannes Baptistæ missionis suæ testimonium de scriptura protulit: Ego sum, inquit, uox clamantis in deserto, dirigite uiam domini, sicut ait Esaias Propheta. Qui autem missi non sunt, hi non Prophetæ, non Apostoli, non

Nemo Legatus, nisi missus cum mandato.

Prophetæ missi a Deo. Hierem. 1.

Christus missus a patre. Esaiæ 61. Lucæ 4.

Ioan. 12. & 8.

Apostoli missi a Christo. Marci 3. Ioan. 20.

Prædicatores missi ab Ecclesiarum Prælati. Rom. 10. Matth. 10.

Hæretici non mittuntur a Deo.

Quidam occulto Dei mandato mittuntur. Exod. 7.

Ioan. 1. Esaiæ 40.

non

Pseudoprophe-
ta & pseudo-
apostoli.
Hier. 23.
2. Corinth. 11.
Ad Philip. 1.
Legatio sine
mandato nō
ualet.
Ioan. 12.
Ioan. 14.
Ad Gal. 1.
Rei suae nemo
Legatus esse
potest.
L. in re manda-
ta C. mandati.
Inst. de mand.
in princip.
L. eum qui est
epistola ff. de
furtis.

non Legati Christi, sed pseudoprophetae, & pseudoapostoli ap-
pellandi sunt. De pseudoprophetae dominus in Hieremia ita lo-
quitur: Non mittebam Prophetas, & ipsi curcebant: Non loque-
bar ad eos, & ipsi prophetabant. Et de pseudoapostolis Paulus
Apostolus Corinthiis scribens dicit: Pseudoapostoli sunt operarii
subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum,
ipse enim Sathanas transfigurat se in Angelum lucis: Non ergo
est magnum, si ministri eius transfigurentur, ueluti ministri iusti-
tiae, quorum finis erit secundum opera ipsorum. Atque in illis fortas-
se recte numerabimus & eos, de quibus idem Apostolus ait: Qui
propter inuidiam & contentionem praedicant Christum: Et eo-
dem modo, humana Legatio sine missione esse non potest, adeo
ut Legatis, nisi se missos esse literis probauerint, non credatur, uti
posthac docebimus. Sed nec sine mandatis Legatio esse potest.
Christus cum mandato a patre missus est, quod ipse testatur, cum
apud Ioannem ait: Ego ex meipso non sum, sed qui misit me pa-
ter: ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar. Item,
Sicut mandatum mihi dedit pater, ita facio. Et Paulus alique Apo-
stoli aliquoties dicunt, Euangelium se non ab homine, sed a Chri-
sto accepisse, & alijs nunciare. Praeterea humanis quoque legibus
sancitum est, Legatum sine mandatis esse non posse. Nam ita ha-
bet lex xij. tabularum: Rei suae ergo ne quis Legatus esto: Qua sci-
licet significatur, neminem nisi Reipub. causa legari debere. Qua-
propter Cicero eam Legationem reprehendit, qua qui mittun-
tur, haereditates & syngraphas persequuntur, qua item cum tui
inter ciues non sunt, sub Legationis praetextu se a conspectu ciui-
um subtrahunt: Quam ueteres Liberam Legationem uocarunt,
de qua posthac dicemus: Rei itaque suae nemo Legatus esse potest.
Nam cum in re sua quilibet moderator sit & arbiter, quomodo ei-
usdem gerendae ab alio mandatum accipiet, quod non nisi alienae
rei datur: Nisi forte simul & eius qui eum mittit, & sua causa mitta-
tur: quo casu ut mandatum constat, ita & Legatio ualet. Ita qui
cum epistola mittitur, in qua continetur, ut nomine eius qui mittit,
ei qui mittitur, aliquid detur fiat: ue: quia utriusque causa scribitur,
mandatum ad accipiendum id quod scribitur, datum esse uidetur.
Sin uero non mittentis causa, sed eius qui mittitur epistola scripta
sit, sicut non mandatum, sed commendationem potius continet,
ita qui eam reddit, tabellarius potius uel nuncius
priuatus, quam Legatus nomi-
nabitur.

De

De qualitate & conditione personarum, quae Legationes mittunt. Cap. VI.



Vnc ad personas uenio. Ac primum quidem de perso-
nis eorum dicendum est, qui Legationes mittunt, in
quibus duo considerantur. Qualitas & conditio, Mo-
dus & ordo mittendi. Eorum igitur qui Legationes mit-
tunt, quidam sunt Ecclesiastici, ut Patriarchae, Archiepiscopi, Epi-
scopi, Abbates, alique Ecclesiarum Praelati: Quidam saeculares, ut
Imperator, Reges, Principes, Duces, Comites, Barones &c. Et in
utroque statu sunt corpora, collegia, & communitates, quae & ipsa
Legatos mittunt. Ut in Ecclesiastico statu, conuentus & congre-
gationes Episcoporum, quae concilia appellamus: capitula, Eccle-
siae, monasteria &c. In saeculari, Regna, prouinciae, ducatus, socie-
tates, fraternitates &c. Atque hi omnes ea ratione Legatos mitten-
di potestatem habent, quia in publicis administrationibus consti-
tuti sunt. Vnde non solum qui a Regibus & Principibus mit-
tuntur, sed etiam quos prouinciae, ciuitates, aliarumque rerum publi-
carum administratores mittunt, Legatorum appellatione conti-
nentur. Quamquam sunt, qui putent eos tantum Legatos esse, qui
a Papa uel Imperatore mittuntur ad alios, uel ab alijs ad Papam
uel Principem: qui autem ab alijs mittuntur, eos nuncios siue mis-
sos appellari. Verius tamen est eos, qui a communitatibus ad Prin-
cipes & ad alios mittuntur, recte Legatos uocari: Quales sunt,
quos Iurisprudentes legatos municipiorum, siue municipales uo-
cant. Qui autem nullam administrationem publicam uel ge-
runt uel gerere possunt, in ea causa sunt, ut nec Legationes mitte-
re possint: & si mittant, non tamen sunt qui mittuntur ut Legati
uenerandi, sed ut priuatorum nuncios, uel recipiendi uel refutandi.
Proinde haeretici, schismatici, Banniti, alique infames, ut omnibus
prorsus muneribus & honoribus publicis arcentur, ita nec Lega-
tos mittere possunt: nec Legati si quos mittunt, tanquam ab indi-
gnis missi, ab his ad quos mittuntur, audiendi sunt. Atque ea sa-
ne de causa Catholici Episcopi, inter quos & sanctissimus Martyr
Cyprianus fuit, Maximum presbyterum & eum quidem primo
solum, Deinde etiam cum ipso Augendum Diaconum, Mechæum,
et Longinum, Legatos a Nouatiano missos, quia Nouatianum ex-
eorum asseueratione contra Catholicam Ecclesiam Episcopum fa-
ctum compererant, a sua communicatione reiecerunt, ut scribit
idem Cyprianus ad Cornelium Papam. Sed nec ad haeticos
scribendum: nec eorum literas suscipiendas esse, Concilij Sardicen-
sis decreto sancitum est: Idem de alijs quoque dicendum est, qui ut
indigni a publicis honoribus repelluntur, Nam & hi nec Legatos
mittere

Eorum qui mit-
tunt legatos,
alij sunt Ecclē-
siastici, alij sae-
culares.

C. de Legatio-
nib. tit. lib.

L. si. ff. de Le-
gationib.

Gl. in rerū C.
de Leg. lib. 10.

L. legatis ff. ex
quib. caus. ma-
iores.

L. 1. ff. de Le-
gationib.

Priuari ho-
mines nō mit-
tunt Legatos.

Nec haeretici
nec Banniti
Legatos mit-
tere possunt.

Cypri. lib. 1.

Epistola 3.

idem lib. 2. Epi-
stola 11.

trip. libro 40 ad haeticos non
scribendi

C mittere

mittere possunt: nec recipiendi audiendiq; sunt, qui ab eis mittuntur: nisi ab his, qui mittunt, periculum sit, ne si eorum Legationes non audiantur, incommodum aliquod Reipub. propter eorum fortē potentiam inferatur. Quod in seditionibus plerunq; accidere solet, in quibus etiam indignissimi, facinorosi, & plerunq; etiam sordidissimi (ut olim, teste Plutarcho, quoq; proverbio dictum est) maximis dignitatibus & honoribus fruuntur. Quorum pro re & tempore non solum Legationes cognoscendæ & audiendæ sunt, sed alia quoq; multa dissimulanda & toleranda: Donec consilio & ratione uicti, tandem ab iniuste usurpatis honoribus deturbentur, & in ordinem redigantur. Quo sanè consilio sæpe olim Schismaticorum Legationes, in Concilijs Generalibus receptæ sunt. Nec tamen consultum uidetur, ut ad publica consilia seditiosorum Legationes admittantur. Nam hoc modo, ipsorum audacia & contumacia non solum non frangeretur, sed etiam corroboraretur.

Quando recipiendi sunt hęc Legationes aut seditiosorum Legati.

Seditiosorum Legationes nõ recte admittuntur ad Imperij consilia.

Sorte ne an electione, & quo ordine dandi sint Legati.

Cap. VII.



Lib. 4. Polit. c. ult.

Cic. Phil. 14. Idem lib. 1. epistolæ ad Att. epistola. Magna mihi etc. Idem lib. 3. de legib. Mathias forte. Septem Diaconi suffragij aut inspiratione fuerunt electi.

Act. 1. Actor. 6. Elegas disputatio in Senatu Ro. de Legationum electione.

Cor. Tacitus lib. 20. Heluidij rationes ut Legati nõ sorte sed iudicio eligantur.

Væ ad mittendi rationem modumq; pertinent, ea sunt, electio & mandatum. Aristoteles alibi tradit, Iudices sorte & electione dari, quod & in cæteris magistratibus dandis, olim à Romanis obseruatum esse constat. Nam & Consules sortiti sunt, sortitione prouincias mandarunt, & multa alia modi eiusdem sorte fecerunt. Sæpe hæc eadem, non sortitione sed suffragijs egerunt. Quinetiam ab Apostolis Christi Mathiam sorte in Apostolatam, & Iudæ successorem, electum esse legitur: Sed idem septem Diaconis non sorte: sed suffragijs aut inspiratione à multitudine electis, manus imposuerunt. Eodem item modo Legationes sorte & electione dari possunt. Illud autem apud ueteres quæsitum est, utrum magis conducatur, suffragijs ne an sorte Legatos dari. De qua re, inter Heluidium Priscum & Marcellum Eprium, apud Cor. Tacitum: pulchra sanè, & in utraque partem acris extat disputatio. Nam cum Senatus de Imperio Vespasiani censendum esset, ac mitti ad principem Legatos placuisset: Heluidius eligi nominatim à magistratibus iuratis Legatos putabat. Marcellus urnam postulabat, quæ Consul designati sententia fuerat. Quærebat Heluidius (inquit Cornelius) quid ita Marcellus iudicium Magistratum pauesceret, esse illi pecuniam & eloquentiam, quibus multos anteiret, ni memoria flagitiorum uergeretur, sorte & urna mores non discerni, suffragia ad existimationem Senatus reperta, ut uniuscuiusq; uitam fama penetrarent: pertinere ad Vespasiani honorem, occurrere illi quos innocentissimos Senatus habeat, qui honestis sermonibus aures Imperatoris imbuant:

disputatio

antillos Principi non malos ostentari debere, nullum maius boni Imperij instrumentum, quam bonos amicos esse. Marcellus uerum exempla sequenda esse dicebat, qui sortem Legationibus posuissent, ne ambitioni aut inimicitiae locus foret, nihil euenisse cur antiquitus instituta exolescerent, aut Principis honor in cuiusquam contumeliam uerteretur, sufficere omnes obsequio: id magis uitandum, ne pertinacia cuiusquam irritaretur animus, nouo Principatu suspensus, & uultus quoq; & sermones omnium circumspiciens, se meminisse temporum quibus natus sit, quam ciuitatis formam patres auicq; instituerint, ulteriora mirari, præsentia sequi, bonos Imperatores uoto expetere, qualescunq; tolerare: suadere se Prisco, ne supra Principem scanderet, ne Vespasianum senem Triumphalem, iuuenum liberorum patrem, præceptis coaceret: quomodo pessimis Imperatoribus sine fine dominationem, ita quamuis egregijs modum libertatis placere. Hęc cum magnis utrinq; contentionibus iactata, diuersis studijs accipiebantur: uicit pars quæ sortiri Legatos malebat, etiam medijs patrum annitentibus retinere morem, & splendidissimus quisq; eodem inclinabat metu inuidiæ, ut ipsi eligerentur. Hactenus Tacitus. Ex quibus quidem uerbis apparet, tamen si Legati ad Vespasianum mittendi sorte electi fuerint. Quod & in electione aliorum magistratuum, apud multos etiam hodie obseruatur: ea fortasse ratione, ut hoc modo citra inuidiam negocium electionis perficiatur. Tamen olim Romanos, Legatos non sortiri, sed eligere consueuisse: quod & maiorem rationem habet. Siquidem fors & bonos & malos: aptos & ineptos, sine discrimine, officijs & honoribus dignatur. Et ut Socratica illa similitudine utar, Legatos aut alios magistratus sortiri, perinde est ac si quis athletas sortiat, non eos qui certare possint, sed qui sorte cuenerint: aut si è nautis sorte gubernatorem constituat, quasi uerò sorte potius quam scientia constituendus sit. Electione autem unusquisq; pro merito suo uel honoratur uel negligitur. Tum præstantiores, & qui sunt omnium maxime idonei, officijs præficiuntur, quicq; præsentis Reipub. statum norunt, deliguntur. Sic et Sancti patres tradunt, & si de sortibus scripturæ quædam exempla extant, tamen ea non esse in consequentiam trahenda. Fit autem electio uel scrutinio occulto, uel apertis suffragijs. Romani priorem tabellas, alteram uoces appellarunt. Et licet in utrisq; sit, quod & laudari & reprehendi possit (Siquidem uoces olim nimiam libidinem suffragandi potentibus tribuerunt, tabellæ autem sæpe uitiosum occultarunt suffragium) tamen uoces tabellis à Cicerone præferuntur: qui & legum tabellariarum authores, homines uel fordidos & ignotos, uel seditiosos, uel improbos fuisse tradit. Vnde & Legatos, Senatusconsulto electos fuisse, idem testatur:

Marcelli rationes pro urna & sorte.

Præualuit sententia Marcelli de sorte.

Melior electio q̄ sortitio.

Arist. li. 2. Eth. cap. de exemplo.

Duplex electio, una occulto scrutinio: altera apertis suffragijs.

Cic. lib. 3. de legib.

C ij statur:

cum id abs. 5 fuerat fortissimum

statur: quod & nostro iure receptum est, ut Legati non secreto scrutinio (ut uocant) sed ex ordine, & apertis suffragijs eligantur. Ordine (inquit Martianus Iureconsultus) unusquisque munere Legationis fungi cogitur, & non alias cogendus est munere Legationis fungi. Quem ordinem sic accipimus, ut lege præcipitur: Sed & si lex cessat, tunc dignitates erunt spectandæ, ut eligantur eo ordine, quo quisque eorum maximo honore functus est. Quod & in cæteris magistratibus obseruatur, ut eo ordine scribantur, quo quisque maximo honore functus est: ut puta qui duumuiratum gesserunt, si hic honor præcellat, & intra duumuirales antiquissimus quisque prior: Deinde hi qui eorum secundo post duumuiratum honore in Repub. functi sunt, post eos qui tertio & deinceps, mox hi qui nullo honore functi sunt, prout quisque eorum in ordine uenit. Cæterum neque ad illud ipsum Legationis munus, neque ad alia officia, alij quam idonei eligendi sunt. Nam quod de ordine dictum est, ut uidelicet gradatim honores deferantur, ita obseruandum est, ut si idonei sint qui eliguntur. Sed nec ordinem hunc obseruamus, quoties Legatio eiusmodi est, quæ de primatibus uiris desideret personas: quo casu si ordine inferiores nocandi essent, tamen qui digniores sunt, præferuntur. Sic Ro. Senatus, postquam detecta nece Iuliani, Scuerum Imperatorem declarasset: Legatos ad eum mittunt, partim qui magistratum obtinerent, partim qui maximam haberent in Senatu auctoritatem, ut omnes illi honores Augustorum deferrent. Author Herodianus. Iam uero quo certius procedat Legatorum electio, illud specialiter cautum est, ut à prouincijs & Receptoribus, sed ab uniuersis Prouincialibus, totoque concilio à Præsidibus et Receptoribus super ea re conuocandis, eligantur. Neque electio ipsa, sicut nec cætera quæ ad publicam utilitatem pertinent, nisi à superiore confirmata, rata habeantur. Ac de Legationibus prouinciarum, ciuitatum, & municipiorum, quæ hæcenus de eligendis Legatis diximus, intelligenda sunt. De Legatis autem Principum, nulla certa regula statui potest: quippe in quorum arbitrio positum est, quos malint ad Legationis officium aliaque munera deligere. Quod tamen ita accipiendum esse existimo, ut Summi Principes, Papa & Imperator in grauioribus Ecclesiæ & Imperij rebus, non aliter Legationes quam de Cardinalium & Procerum consilio mittant: sicut nec alia negocia, quæ sunt magni momenti, sine consilio eorundem expedire possunt. At qui supremis illis potestatibus fauent, illud addunt, Etsi prudentia Principum id exigat, ut in magnis rebus eiusmodi consilio utantur: tamen si data consilia non sequantur, nihilominus id, quod neglecto consilio agunt, ualere. Nos certe hodie, ex conuentione inter Imperatorem & status

L. sciendum ordine ff. de Legatio. L. 1. ff. de alb. scrib. Quomodo ser uandus est or do inter Legatos.

L. ut gradatim ff. de munerib. & honorib. d. l. sciendum ff. de Legatio. uide gl. c. quid ergo u. q. 3. lo. de plat. in l. si quis decurio C. de decurionib. lib. 10. Herod. libro 2. L. pe. & si. C. de Leg. lib. 10. A quibus rati uel ciuitatibus ad Principem mittendi Legati non à solis Potestati ficanda sit Electio.

Quomodo Papa & Imperator debet suos mittere Legatos. Specul. in tit. de leg. § qua liter in fi. Prepos. Alex. in usib. feud. in tit. ep. uel. abb. in princip. Bald. in l. fi. C. de diuers. re

& status Imperij inita, necessitatis esse dicimus, ut in magnis Imperij negocijs Imperator Principum & ordinum consilio utatur, & quod communi eorum consilio decretum fuerit, sequatur. Hoc tantum nunc admonemus, ne Principes libertate sua in suum ipsorum detrimentum abutantur: sed quod alibi in uniuersum de eligendis Consiliarijs scripsimus, hoc in eligendis Legatis minimè negligendum esse putamus. Ut scilicet non gratia, sed uirtutes & merita eorum, qui deligendi sunt, spectentur: & omnino tales, quales negociorum, quæ in Legationibus gerenda sunt, qualitas exigat, deputentur.

De Mandatis Legatorum. Cap. VIII.



Alterum, quod ad rationem mittendarum Legationum pertinet, est mandatum. Primum enim, ut in cæteris rebus, ita & in Legationibus, permultum interest eorum qui mittunt: ut negocia, quibus ipsi superesse uel nolunt uel non possunt, pro eorum arbitrio & uoluntate peragantur. Id autem commodè fieri non potest, nisi ad obeundam Legationem delecti, mandatis, quibus certa gerendorum negociorum forma præscribatur, instructi mittantur. Deinde constat, absentium negocia plerumque ex eorum mandatis, quorum nomine geruntur, firmitatem accipere. Quod quidem generaliter in omnibus obtinet, qui aliena negocia curant, ut non solum eorum qui mittunt, sed etiam eorum ad quos mittuntur, inter sit, eos qui mittuntur gerendorum negociorum mandata habere. Ideoque procuratorem nemo audit, cuius non prius mandatum rei gerendæ uiderit, aut eius exhibendi fidem atque cautionem acceperit. Similiter nuncio non creditur, qui non literas commissionis suæ ostenderit: sicut nec per eum gesta negocia, ullam firmitatem sine commissione domini sui obtinent. Quod tamen de his tantum accipimus, qui eis, ad quos mittuntur, non sunt noti, ueluti si qui in exteris prouincias mittuntur: qui siue publica siue priuata negocia agant, non aliter inchoare aut perficere mandata negocia permittuntur, nisi impositas de his sibi iussiones & mandata ostenderit. Ideoque per eos etiam ad domum citati, non uisis prius commissionis literis, nunquam contumaces fiunt. Ob id etiam consuetudine multarum terrarum receptum est, ut nuncios non aliter, quam solitis quibusdam signis notati, recipiantur: Nec uero quælibet literæ ad faciendam fidem negocij mandati sufficiunt. Quid enim si generalem commissionem contineant? Quo sanè casu quidam putant, huiusmodi commissionem nihil operari. Alij uero generalem commissionem, nuncio factam, ualere existimant, eoque casu regulam obtinere: ut tantum ualeat generale quo ad genus, quantum speciale quo ad

scrip. & in l. pe. C. de bon. que lib. Arch. in cap. cum redemptor 12. q. 2. Abbas in c. per uenerabile qui fil. sint leg. Domi. in ca. 1. de renun. lib. 5. Optimum & generale consilium de eligendis Legatis.

Necessario datur Legatis mandati.

Negocia ex mandatis firmitatem accipiunt.

L. Palatinos. ubi Barth. C. de colla. fund. fiscal. lib. 11. L. neminem C. de exhib. reis.

Bald. & Ang. in lib. 11. C. de annal. excep. Bar. in consil. ad reprimend. Quomodo in Cri. lesma. Bar. in d. cont. ad reprimend. lo. de plat. in l. prohibitum C. de iur. sif. lib.

10. l. item apud
Labeonē § si
quis uirgines.
ff. de iniurijs l.
si quis ignorās
ff. locati.
Bar. in d. l. ne-
minē C. de ex-
hib. reis et l.
de iur. domi-
impet.
Not. in c. si fa-
cerdos de off.
ord. et in l. si
duo ff. de ad-
mi. tuto.
Bar. in d. l. ne-
minem.
Bald. in l. si
quando C. de
testib. in 11. et
12. q.
Tex. in Aut. li-
belli C. de lit.
contest.
L. 1. § cura car-
nis ff. de off.
praefect. urb. l.
mag. puto §
ne tamē de reb.
corum.
Cy. in d. l. nemi-
nem C. de ex-
hib. reis.
Not. in l. diuus
ff. de custo. reo-
rum, et in l. ca-
quidem C. de
accusf.
Tit. Linius de
bell. Maced. et
Asiat. lib. 6.
Annonius mo-
nachus de ge-
stis Francorū
lib. 4. cap. 79.
Vr̄sprugens.
Lib. 3. de legi-
bus.
c. nobilissimus.
et ibi gl. 97.
dist. not. in c.
ego de iur. iu.
et in c. cum
olim de priui-
leg. Saly. in de

quoad speciem. Tertij, quorum sententiam & nos recipimus, me-
dia quadam uia ingrediuntur, ut in causis, quæ cognitionem exi-
gunt, specialis commissio requiratur, ut in citatione uerbali: In qui-
bus uero casibus non requiritur causæ cognitio, in ijs generalis
etiam commissio sufficiat. Ita nuncius, cui ab initio causæ alicuius
exequutio commissæ est, absq; noua cōmissione quaslibet exequu-
tiones facere potest: sicut & exequutor in causa datus, absq; specia-
li commissione pronuisionem & cautionem nomine partis recipere
potest: & Notarij actorum ex generali commissione oblationes
libellorum: quoniā de plano & diebus etiam feriatis fieri possunt:
etiam iudice specialiter non committente, immo eo etiam absente,
recipere possunt. Cæterum relationi nunciorum tum demum credi-
tur, si ea quæ sunt facti proprij, narrent: Sed ita tamen, ut de com-
missione, si extranei sint ad quos mittuntur, appareat. In facto au-
tem alieno, nuncio non creditur: in his maximè quæ maleficia con-
cernunt, ut plenè probet: Quanquam ipsius relatio in his quoq; ali-
qualem fidem facit, ut ad eius relationem: ad inquisitionem procedi
possit. Omnium autem maximè Legati, nisi literas mandatorum
suorum ostendant, aut agrè audiuntur, aut infecta re ad dominos
suos remittuntur. Ita cum Phaneas, Ætholorum Legatus, longam
orationem, quam ad mitigandam Ro. Consulis iram habuerat, ita
ad extremum finiuiisset: ut diceret Ætholos se suaq; omnia fidei po-
puli Rom. permittere, ac Consul nonnihil dubitans dixisset: Etiam
atq; etiam uidete Ætholi, ut ita permittatis, Tum Phaneas decre-
tum, quod disertè in id scriptum erat, protulit, scilicet ut mandatum
Legationis Consuli probaretur. Saepè etiam Legati, qui man-
datum non habent, in suspicionem ueniunt fraudis. Qua ratione
Legati Tassillonis, ducis Baioriæ, ad Adrianum Papam missi
petitum, ut inter Carolum Regem & Ducem suum pacem conci-
liaret. Cum nullum aliud mandatum Pontifici ostenderent, quam
ut responsa audirent, & domino suo renunciarent: Cōmotus Pon-
tifex, quasi fallaces ac fraudulentos anathemate percutiendos esse
statuit, si à fide olim Regi promissa discederent. Rectè itaq; M.
Cicero nihil turpius esse putat, quam sine procuratione Senato-
rem, sine mandatis legatum. Igitur nec Principis legato, quamcum-
que dignitatem præferat, tametsi mandatis secretis aduenisse se
asserat, nisi quod sacris scriptis, & literis Principalibus probauerit,
credendum esse puto. Idem in ciuitatibus obtinet, quarum & ipsa-
rum Legatis non creditur, nisi literas mandatorum suorum osten-
dentibus. Hodie receptum est, ut Egregijs & nobilitate prædi-
tis personis, quales sunt Cardinales S. Ro. Ecclesiæ, si sunt notæ &
honestæ, etiam sine literis credatur, idq; propter personarum solen-
nitatem, quæ hoc casu defectum literarum supplet atq; refarcit, ma-
ximè

ximè propter ipsius mittentis honorem, ut inquit Cardinalis Za-
barella. At nihilo minus etiam qui in summa potestate constituti
sunt, non solum Legatos suos literis instruunt, quibus mandata
probare possint, sed etiam literas ipsas eiusmodi clausulis commu-
niunt, ut quæ in ipsis compræhensa non sunt, uel tacitè contineri
uel si ita uelint, ipsi etiam uigore eiusdem mandati, exprimere pos-
sint. Quod tum fit, si talis uel similis clausula mandato inseratur:
Dantes nihilominus iisdem oratoribus Legatis siue procuratori-
bus, & eorum cuilibet, præsentibus literis in mandatis, ut defe-
ctum supplere ualeant, & huic procuratorio addere, quicquid
quoad præsens negocium expediendum, substantiæ uel solenni-
tatis posset esse necessarium uel utile, per occupationem uel alias
omissum, & sicuti quoad addita, ac si fuissent procuratorio appo-
sita per nos ipsos. Cuiusmodi clausulam in cuidam Apostolico man-
dato insertam uidisse se affirmat Laud, ut Zabarella testatur.

De duobus generibus mandatorum quæ Legatis dan-
tur. Cap. IX.



Vunt autem duorum generum mandata, quæ ad expe-
dienda negocia publica Legatis dantur: quædam enim
sunt libera, quædam definita, & certis quibusdam ter-
minis conclusa. Libera mandata (quæ & absoluta, &
cum summa potestate apud Thucydidem nominantur) de his re-
bus dari solent, quæ aliter decerni ac constitui, quam in re præ-
senti non possunt. De quibus pulchrè admodum Seneca ad Lu-
cillum: lam (inquit) intelligis educendum esse te ex istis occupatio-
nibus, speciosis & malis, sed quomodo id consequi possis, quæris.
Quædam non nisi à præsentè monstrantur, non potest medicus
per epistolas tibi aut balnei tempus eligere, uena tangenda est.

Vetus prouerbium est, Gladiatorem in arena consilium cape-
re: aliquid aduersarij uultus: aliquid manus mota: aliquid ipsa incli-
natio corporis inuentem monet, quid fieri soleat, quid oporteat in-
uenersum, & mandari potest & scribi: tale consilium non tantum
absentibus, sed etiam posteris datur. Illud autem quando fieri de-
beat, aut quemadmodū, ex longinquo nemo suadebit, cum rebus
ipsis deliberandum est: In quibus rebus, quoniam certum manda-
tum dari non potest, multa eorum, qui mittuntur, fidei credenda
sunt. Non solum in disceptationibus causarū, uerum etiam in con-
sultationibus publicis de bello & pace. Qualia sanè permulta con-
tingerunt, cum bellum pararet aduersus Romanos Rex Syriæ An-
tiochus. Multis enim tunc Legationibus sollicitabantur ab utra-
que parte Græcorum populi: quos à fide & societate Romano-
rum magnis promissionibus abducere quærebat Antiochus. Hu-
iusmodi

l. unica C. de
mand. Princi.
L. si quis C. de
decur. lib. 10.
Bar. in l. Pala-
tinos C. de col-
la. fund. fiscal.
lib. 11. per tex.
in l. missi opifi-
ces C. de exact.
tab. eo. lib.
Zabar. c. l. 1. §
nos itaq; de lu-
re iur.

Mandata Li-
bera.
Thucydides.
Lib. 5. belli Pe-
loponnesiaci.
Seneca in epi-
stolis ad Lucil-
lum.

Mandatum li-
berum in re præ-
senti necessa-
rium.

iufinodi sunt, quæ olim Senatus Ro. confectis bellis, decem Legatis more maiorum dabat, qui quidem transigendorum negotiorum tam plenam potestatem habebant, atque si specialia singulorum mandata accepissent. Atque idem etiam hodie obseruare solent magni Principes in magnis rebus, ut missis à se Legatis eam dent facultatem, ut etiam ea quæ in literis mandatorum suorum non continentur, supplere possint: Quod & in literis exprimere consue-

C. l. i. Nos ita que, de iureli. runt, ut iam supra ex Card. Zabarella dictum est. In desperatis quoque rebus, ubi nullum certum consilium, nullius certæ rei electio

T. Lilius li. 5. de bell. Macedi. et Asia. a fortuna relicta est, Legati cum Liberis mandatis mitti solent. Ac cum huiusmodi mandatis Phaneas & Domocles Ætholorum Legati, ad Consulem Romanorum missi, pacem orauerunt. Erat autem mandatum tale, ut quod è re Ætholorum, ut in tali casu, fideque sua esse censerent, agerent, author T. Lilius. Idem quoque in priuatum negotijs obseruari solet, ut pro qualitate rerum interdum etiam Libera mandata dentur. Quod quidem tunc fit, cum

Bald. in l. illud §. ff. de minorib. generaliter alicui Libera rerum administratio conceditur. Nam tali casu omnium, quæ dominus facere posset, mandatum plenum

habere intelligitur, ut etiam ea, quæ speciale mandatum exigunt,

d. l. procurator et ibi gl. et Bar. l. si procurator C. eod. tit. l. creditor §. Lucius ff. mand. l. i. ff. de off. procurato. C. as. explicare possit. In quibus tamen mandatis Liberis, nisi uerbum Libera aut æquipollens uel insit tacite, uel expresse nominetur, quantumlibet generaliter concepta sint, nunquam tamen ad ea, quæ speciale mandatum requirunt, extenduntur. Itaque recte à quibus-

Bald. in l. mandatum in 3. op. C. mand. d. l. creditor §. Lucius ff. mand. da. dam dictum est, procuratorem quantumcunque generalem, nisi cum libera potestate mandatum habeat, nullam obligationem contrahere. Cæterum quæcunque de Liberis mandatis dicta sunt

aut dici possunt, illam interpretationem recipiunt, ut absit dolus aut mali: ut scilicet qui mandauit, non aliter quam quatenus res ex

fide agendæ sunt, mandasse intelligatur. Definita mandata sunt, quibus certum aliquod negotium explicandum committitur, ut

mandatum de bello indicendo, de offerendis muneribus, de agendis gratijs, ac alijs id genus similibus rebus datum. Definitum

mandatum duobus modis datur: uno, si res ipsa agenda exprimitur, sed sine certo agendi modo. Quo casu Legatus ad certam quidem rem agendam astringitur, uerum industria & peritiæ Legati, agendi modus relictus uidetur. Huiusmodi mandatum fuit, quod

Oratores Æneæ ad Latinum Regem. Æneas oratoribus suis ad Latinum Regem dedit, scilicet ut donarent Regi, & pacem Troianis peterent: His uerbis,

Virg. lib. 7. Æneid. Centum oratores angusta ad mœnia Regis

Ire iubet, ramis uelatos Palladis omnes,

Donaque ferre uiro, pacemque exposcere Teucris.

Vides mandatum generalibus uerbis, rem tantum exprimere: Verum mandatum hoc breue Legationis Princeps, Ilioneus, longa oratione

oratione explicat, certoque modo & pacem petit & munera offert. Nam quò facilius & pacem impetret, & munera gratiora reddat, principio Regis animum præparat, petentis & offerentis personam commendando. Siquidem facilius pacem & hospitium damus his, quorum nobis & genus & uirtus cognita est: maxime cum pacem nobis quoque honestam & utilem fore confidimus, & (ut ille ait) acceptissima semper munera sunt, author quæ preciosa facit. Carmen sic habet,

Rex genus egregium Fauni, nec fluctibus actos.

Atra subegit hyems uestris succedere terris.

Nec sydus regione uisæ, litus ue fefellit,

Consilio hanc omnes animisque uolentibus, urbem

Afferimur pulsi regnis, quæ maxima quondam

Extremo ueniens sol aspicebat olympo.

Ab Ioue principium generis, Ioue Dardana pubes

Gaudet auo, Rex ipse Iouis de gente suprema

Troius Æneas, tua nos ad limina misit.

Quanta per Idæos, seuis effusa Mycenis,

Tempestas terit campos, quibus actus uterque

Europæ atque Asiæ fatis concurrerit orbis,

Audijt, et si quem tellus extrema refuso

Summouet Oceano, et si quem excenta plagarum

Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui.

Diluuiio ex illo tot uasta per æquora uecti

Dijs sedem exiguam patrijs, litusque rogamus

Innocuum, et cunctis undamque auramque patentem,

Non erimus regno indecores, nec uestra feretur

Fama leuis, tanti ue abolefcet gratia facti,

Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.

Et paulo post

Dat tibi prætere fortunæ parua prioris

Munera, reliquias Troia ex ardente receptas,

Hoc pater Anchises auro libabat ad aras,

Hoc Priami gestamen erat, cum iura uocatis

More daret populis, sceptrumque sacerque Tiaras,

Iliadumque labor uestes: etc.

Alio modo definitum mandatum datur, cum & certa res, eiusque gerendæ certus etiã modus uerbaque exprimuntur, Quale est quod apud eundem Poëtam Iupiter Mercurio ad Æneam dedit. Carmina recitantur infra libro tertio, cap. v. Ac de duplici isto genere mandatorum, aliàs copiosius dicam.

Ouid. epistola 16.

Virg. Æneid. lib. 7.

Alia species definiti mandati.

Mandata

Llud quoque à prudentibus Iuris quæri solet, quibus modis mandata probentur. Et quidem sunt, qui mandata per instrumenta tantum, non etiam per testes, probari contendunt, Quorum sententia Cyno quoque placuit. Alij interesse existimant, an in ciuitate, an rure detur procurator, ut priori casu non aliter mandatum, quam per instrumentum: Posteriori uero etiam per testes probetur. Alij putant consuetudinem iudiciorum non recipere, ut mandata per testes probentur, Maxime actorum, & eorum qui ad iudicium prouocant. Sed nec eorum nisi contumaciã suam excusare, aut missionem impedire: non si litteram persequi uelint, ne scilicet articulus probationis mandati, longiore, quam ipsa causa Principalis, tractum habeat. Alij autem censent regulariter, mandata non solum literis sed etiam testibus probari posse. In qua re Speculator iuramentum calumnie exigit, non quidem ab ipso domino, sed ab eo præstandum, qui se procuratorem esse dicit, quod in hac ipsa causa, ipse procurator non dominus Principalis sit. Quorum opinionem (quoniam communis est, metentur formæ. l. i. c. de iura. calum. C. cum dilectus extra de elect. ff. de dam. infect. l. qui bona & recipiuntur. Quod ita firmiter obseruarunt ueteres, ut nec Apostoli eum morem negligendum esse putauerint: quippe & ipsi in re maximi momenti Legatos diuina tum fide tum prudentia præditos, nimirum suos collegas & Coapostolos, non aliter quam literis instructos miserunt. Sicut nec alijs officialibus Cæsaris, aliorumque Principum, etiam in negocijs fisci, nisi mandatorum suorum literas, his quibus oportet ostenderint, fides habetur: Nec refert siue patentes, siue clausæ, & mittentis sigillo obsignatæ fuerint literæ. Et licet in cæteris rebus amissio literarum etiam Principis per testes peritos, et tenorem literarum scientes probetur, dummodo culpa uacet qui amississe dicitur: quo casu etiam exemplum latissime Barba in tract. de Card. leg. q. 1. nunquam sine literis auditur, etiam si eorum amissionem probare uelit. In quibus enim negocijs maius periculum uertitur, in his diligentius cuncta præuideri, cautiusque geri oportet.

L. i. c. de procur. C. si cert. per. Aut. scilicet nouo C. de fid. instrum. Aut. at. si contractus l. si. C. de testam. Azc in summa Ioan. And. in add. ad spec. in tit. de procura. torib. & ratio- ne aut. formæ. Gl. in l. mari- tus C. de procu- ra. Bar. in l. i. C. de procura. 2. col. Spec. in tit. de procur. & ratione au- tem formæ. l. i. c. de iura. calum. C. cum dilectus extra de elect. ff. de dam. infect. l. qui bona & recipiuntur. Quod ita firmiter obseruarunt ueteres, ut nec Apo- stoli eum morem negligendum esse putauerint: quippe & ipsi in re maximi momenti Legatos diuina tum fide tum prudentia præditos, nimirum suos collegas & Coapostolos, non aliter quam literis instructos miserunt. Sicut nec alijs officialibus Cæsaris, aliorumque Principum, etiam in negocijs fisci, nisi mandatorum suorum literas, his quibus oportet ostenderint, fides habetur: Nec refert siue patentes, siue clausæ, & mittentis sigillo obsignatæ fuerint literæ. Et licet in cæteris rebus amissio literarum etiam Principis per testes peritos, et tenorem literarum scientes probetur, dummodo culpa uacet qui amississe dicitur: quo casu etiam exemplum latissime Barba in tract. de Card. leg. q. 1. nunquam sine literis auditur, etiam si eorum amissionem probare uelit. In quibus enim negocijs maius periculum uertitur, in his diligentius cuncta præuideri, cautiusque geri oportet.

De

Dvo sunt genera literarum quas Legatis dare solemus, Quasdam in personas Legatorum concipimus, quasdam in personas eorum ad quos mittuntur. Primi generis sunt mandata & instructiones. Mandata sunt, quibus Legatis, quod nostro nomine agere debeant, committimus, & ueluti potestatem tribuimus: Et hæc Legatos quidem obligant, ut quæ in mandatis continentur, nostro nomine conficere teneantur: Nos autem, ut quod nostro nomine gerunt, ratum habere cogamur: similiter eos quibus cum Legati nostri quid gesserunt, contraxerunt uel, ut inita pacta & conuentiones custodiant. Instructio est, qua Legatis quid nostro nomine: & quo ordine & modo agere debeant, certam formam præscribimus, ueteres Commonitoriu appellarunt. In secundo genere literas commendatitias, & quas Credentia uocant connumeramus. Commendatitia sunt, quibus personas Legatorum ijs ad quos mittuntur, commendamus. Credentia sunt, quæ præter uulgarem commendationem, in agendis nostris negocijs uel uno uel pluribus, plenam quoque fidem adhibendam esse ei qui mittitur, significamus. Et hæc quoniam & personam & fidem tantum Legati commendant, non etiam mandatum contrahendi negocium continent, nihil earum uigore qui mittuntur, in præiudicium & damnum mittentis agere possunt, sicut nec aliqua ex his obligatio inducitur: Quippe quæ bonæ fidei interpretationem recipiunt. Neque si quid dicat is qui mittitur, quod non sit uerisimile, aut quod inuile futurum sit domino, credi debet: nisi qui scribit, etiam alienæ fidei in se periculum recipiat. Veluti si dicat, nuncio suo in negotio suo plenam fidem suo periculo adhibendam esse: Aut si dominus opera eius, qui mittitur, in contrahendis negocijs uti soleat. Quibus casibus qui mittunt, ex contractibus eorum qui mittuntur, obligantur: Quæ uero gerendi contrahendique negocij speciale mandatum continent, non est dubium, quin & mittentem, & cum qui cum Legato contrahit, si de his edoctus fuerit, efficaci obligatione obstringant. Cuiusmodi sunt epistolæ, quibus negocium per Legatum gerendum, nos quoque narramus, & uoluntatem nostram significamus. Quod tamen non esse necessarium, Leo Papa, ad Anatholium Episcopum Constantinopolitanum scribens, docet: De commonitorio uero, inquit, a Clericis dilectionis tuæ nobis oblato, necessarium non fuit, epistolis quid uideretur inserere: cum sufficeret Legatis cuncta committi, quorum sermone ex omnibus diligentius instruereris. Ac de his omnibus nos alijs fusius scripsimus.

Card. in d. § nos itaque in cl. 1. not. 1. de procur. post l. no. in c. quomodo contra, de proba. L. prohibitum C. de iure fisci lib. 10. l. 1. C. de manda. Princi. Extra de priuileg. c. cũ olim 1. arg. C. de fi. instr. l. fi. Bar. in Aut. si quis in aliquo C. de edendo, d. Lunica C. de mand. Prin. l. si qua per calumniam C. de Episc. et Cler. c. ubi periculum de elect. lib. 6. cum gl. 97. dist. c. nobilissimus 63. Dist. c. lectis. Abbas in c. fraternita. de Cle. non resid. L. si uero non remuner. § cũ quidam ff. manda. Bald. in rerum C. de const. pecu. § l. fi. C. quod cum eo. l. si uero remunerandi § si quis mandauerit ff. mandati. L. qui autem § si cum l. seq. ff. de const. pecu. Epistola 44. Commonitorium, id est, instructio.

De

De occultis mandatis. Cap. XII.

Sed & illud sciendum est, mandatorum quaedam esse manifesta, quaedam occulta. Manifeste mandantur, quae nec eos, quibus cum agenda sunt, latere uolumus, ut Bella indicere, sancire foedera, offerre munera, et similia. Occulta mandata duplicia sunt. Quedam ijs tantum, quibus ea exequenda committimus, cognita esse uolumus. Quedam ad paucos aliquos damus, quorum occulta opera consilioque utimur: ut a multitudi- ne id quod uolumus, sed aperte tamen non possumus, impetremus. Et utraque rerum licitarum dari possunt & illicitarum. Licita sunt, ueluti quae ad hostium exploranda consilia, siue per Legatos solos, siue per ipsos & paucos quosdam alios, dantur. Quemadmodum Romani, cum Pœnis ac Macedonibus subactis, Aethiolorumque uiribus Principum captiuitate debilitatis, soli adhuc Achæi in uniuersa Græcia potentes uiderentur: Legatos ad inspiciendas res Spartanorum, quorum agros Achæi propter mutuum odium populabantur, & ad iniuriam domandam in Græciam miserunt, atque eisdem occulta mandata dederunt, ut corpus Achæorum dissoluerent, singulasque urbes proprii iuris facerent. Huic haud dissimile fuit, quo Hannibal usus fuisse fertur. Is quum Romanis Antiochi Regis nomine bellum inferre, ac propterea etiam Carthaginenses ad rebellandum inducere instituisset, Aristonem quendam Tyrium (cuius solertiam prius expertus fuerat) Carthaginæ cum mandatis, non quidem ad Senatum & populum, sed ad priuatos aliquos amicos misit: ut per eos popularium animos, nihil eorum quae ipsi agerent cogitantium, sollicitaret, & ad rebellionem ueluti prae- pararet. Eiusdem generis fuit mandatum, quod Rex Antiochus Byzantio Heraclidi Legato dedit. Nam propter mandatum, quod ad Ro. Conf. de pace petenda aperte constituerat, illud quoque occulte in mandatis dedit, ut priuatim eadem de re Scipionis animum tentaret, ac ad dandum, quod petebat, magnificis etiam promissis alliceret. Licita sane huiusmodi mandata sunt, etiam si occulta: Hoc enim consilio commodè hostium uires frangere potuerunt: quod facere minime potuissent, si hostibus hoc ipsum etiam manifesta- fissent. Nam in his casibus dolus an uirtus, quis in hoste requirat? Et in hoc genere omnia ferè bellica stratagemata rectè numerauerim. Illicita autem mandata sunt duplicia. Quedam in perniciem Reipub. Quedam ad damna & iniurias priuatorum dantur. Primi generis sunt, ut quae ad interturbanda corrumpendaque publica consilia dantur. Id fit, cum ad consultandum de negocijs publicis missi, praeter generalia mandata, priuata etiam & occulta mandata habent, non quidem ea quae publice pro- sunt, sed quae uel in rem eorum sunt qui mittunt, aut ad aliorum odium

Mandata Manifesta.

Mandata occulta duplicia. c. 1. de homici. lib. 6.

Mandata occulta ad explorandam Licita sunt. T. Lilius lib. 4. de bello Maced. & Assat.

idem in eodem lib.

ibidem.

Mandata illicita duplicia sunt.

odium uel inuidiam pertinent agendi, nec aperte ea, sed sub praetextu publici consilij suadendi, & ad haec ipsa aliorum quoque animos tentandi, sollicitandi atque corrumpendi. Atque horum mandatorum quam frequens etiam his nostris temporibus sit usus, malis eos, qui negociorum publicorum tractatibus iam aliquot annis inter- fuerunt, iudicare: quam ipse ego id cum magno meo discrimine atque periculo, exemplis demonstrare. In altero genere ponimus occulta mandata, quae ad calumnias, accusationes, homicidia innocentium, aliaque scelera, uel a Legatis solis, uel aliorum ope & auxilio perpetranda pertinent. Ideoque illicitum fuit mandatum, quod Ro. Senatus ad speculandos actus Hannibalis Seruilio in Aphricam Legato, tacitis mandatis praecipit: ut si posset, cum per æmulo- sus suos interficeret: immo & a Romana uirtute in primis alienum fuit, qua ab huiusmodi fraudulentis caedibus abstinerunt, qui & Pyrrhum Regem Epirotanum, etiam inimicissimum mœnibus iam appropinquantem monuerunt, a ueneno ut caueret, ut est au- thor Gellius, & L. Florus. Sicut nec licitum est, quod Iustinus tradi- dit, æmulos quosdam Hannibalem apud Romanos occultis man- datis cum Antiocho inita societate, falso criminatos esse. At hu- iusmodi sane mandatis occultis uti solent Tyranni, quoties extin- ctos esse cupiunt, quorum uirtutem aduersari suis conatibus intelli- gunt. Ita Seuerus Imperator occiso primum Nigro, cum Albinum parum sibi usui fore, adeoque imperium ambire, magisque a nobilitate, tanquam illustri ortum genere, diligi suspicaretur: Tabellarios aliquos, siue (ut quidam tradunt) Stipatores sibi fidelissimos cum li- teris mandatisque, amicitiae quidem plenissimis, ad eum mittit, sed occulte tamen mandat, uti redditis publice epistolis, quaedam ha- bere se dicerent, quae apud illum remotis arbitris loquerentur, atque ut primum seorsum a custodibus nacti eum forent, facto impetu eum trucidarent. Testis est Iul. Capitol. in Clod. Albino, & Hero- dianus. Atque idem Senatum Ro. fecisse, idem Herodianus author est, qui praeter alia quae Legatis ad Seuerum missis mandauerat, occidendi quoque Iuliani occultum mandatum cuidam Tribuno dedit. Solent autem occulta mandata, tam licita quam illicita, plerumque sine literis dari: ne quo casu interceptis literis, quod occultum esse uolunt qui mittunt, palam fiat. Tum Legatos secretis no- tis instruunt, per quas sua mandata cognoscere possint. Quomodo Tyrium ab Hannibale instructum, & Carthaginem missum fuisse, Lilius testatur. Porro crebrior usus esse solet occultorum mandatorum in rebus turpibus, quam in honestis. Quippe ea est honestatis natura & conditio, ut nusquam latere, quin potius omnibus exposita esse uelit, & omnium conspectui sese offerre: Contra uero turpitudine, ipsa natura lucem refugit, hominumque conspe- ctum

Frequens hodie fraus in occultis mandatis.

Illicitum mandatum Rom. Senatus contra Hannibalem.

Gell. li. 3. noct. att. c. 8.

L. Florus lib. 33. Epito. Iustinus lib. 31.

Duplex mandatum Seueri Imp. ad Clod. Albinum.

Herodianus lib. 2. Ro. Senatus duplex mandatum.

Occulta mandata sine literis.

Lib. 4. de bell. Maced. & A. stat.

De turpibus & inhonestis dantur mandata occulta. Ioan. 3.

D etum

ctum reformidat, a qua omnes homines quantum libet etiam pra-
 tam dissimilis homini, qui non, ut comprobatione honestatis: ita
 offensione turpitudinis, moueatur. Quo fit ut qui turpia perpe-
 trant, ea aut aliquo honestatis praetextu uelare studeant (Quod
 quidem plerumque faciunt seditiosi, & quicumque uitia pro uirtutibus
 uendunt, malum bonum, & tenebras lucem esse mentiuntur) aut
 si id non possint, tamen quod faciunt celatum esse uelint: Maxi-
 me uero, ne authores ipsi prodantur, si crimen ipsum celari non po-
 test, laborent. Quos tamen peregrinus philosophus apud Gel-
 lium omnium maxime errare putat: neque enim peccatum ullum
 diutius latere posse, nec impunitatem ex ea latebra sperandam.
 Idcirco Sophocles illos uersiculos semper in ore habendos esse di-
 cebat.

*Nihil occulte, quando cuncta tuens
 Et cuncta audiens omnia reuelabit dies.*

Quod si igitur turpia mandata in uniuersum uitanda sunt, tum ab
 occultis omnium maxime abstinendum est, quae non eo tantum
 nomine, quod turpia praecipunt, mala esse iudicantur: sed quia oc-
 culta sunt, hoc ipso, quod in alienam perniciem suspiciuntur: Pro-
 ditionis etiam speciem aliquam praeferre uidentur, Quae & ipsa,
 etiam si manus non adhibeantur, homicidij species est. Non solum
 enim homicidae sunt, qui manibus hominem occidunt, sed etiam
 per quorum consilium & fraudem, & exhortationem homines
 extinguuntur.

Quarum rerum sit Legatio. Cap. XIII.



Ost mandata Legationum, recto ordine de rebus, quae
 mandatis continentur, dicendum est: a quibus etiam Le-
 gationes partim denominationem accipiunt, ut antea
 dictum est. Rerum autem quae in Legationem ueni-
 unt, quaedam sunt sacrae, quaedam prophanæ. Sacrae sunt, quae ad
 religionem & Ecclesiarum administrationem pertinent: ut Deo
 & Ecclesijs munera offerre, sacra facere, de Ecclesiasticis causis co-
 gnoscere. & ab his Legationes sacrae & Ecclesiasticae uocantur. Ta-
 les Legationes etiam gentilibus in usu fuerunt. Qualis fuit Lega-
 torum Philippi, petenti, ut sibi sacrificare in Capitolio, donumque
 ponere liceret in aede Iouis, qui & centum pondo auri posuerunt.
 Item, Fabij pictoris, qui Delphos missus est sciscitatum oraculum,
 quibus precibus supplicationibusque Deos possent placare, post ac-
 ceptam cladem ad Cannas. Item, M. Pompei Mathonis & Q.
 Catuli, qui Delphos missi sunt, ad portandum donum ex praeda
 Hasdrubalis. Tulerunt autem coronam auream Ducentorum pon-
 do, &

Subia.
Libro 5. de finibus.
Esaias.
Matth. 10.
Sophocles.
ocultum.
occulta man data turpia sunt et perniciosa.
offense eo quod occulte peto.
de pecc. dist. 7.

Legationes sacrae etiam apud Gentiles.
T. Linius. De cadis Tertio libro secundo.

do, & simulachra spoliolum, & Decem pondo argenti facti. Hu-
 iusmodi etiam Legatione functi sunt Legati, qui urbe Roma pe-
 stilentia laboranti missi sunt, ut Aesculapij signum ex Epidauro
 Romam transferrent. Nec uero haec a me referuntur, quod imi-
 tanda esse putem, quae nimirum superstitiosa sunt, impia & sacrile-
 ga: Sed ut intelligamus, Gentiles, ut sua sacra habuerunt, sic & sa-
 cris Legationibus usos fuisse. Nostra autem religio, ut unica est &
 uera, & Sacrosancta: ita & rerum quae ad eam colendam & tuen-
 dam pertinent, Legationes iustae sunt & piaae. Itaque & Christiani
 Principes, per Legatos Deo & Ecclesijs munera offerunt. Iustinia
 nus Hypacium & Demetrium Episcopos Legatos Romam cum
 muneribus misit, qui & suo nomine Ro. Pontificem salutarent, &
 munera Beati Petri templo offerrent. Fuerunt autem munera Scy-
 phus aureus, circumdatus gemmis librarum sex: Scyphi argentei
 duo librarum xij: Calices argentei duo librarum xv. Hi fuerunt
 Legati, qui & iidem confessionem fidei Iustiniani Imperatoris
 Summo Pontifici Ioanni Secundo obtulerunt, ut ipse epistola ad
 eundem Pontificem scripserat, testatur. Sed & Ro. Pontifex, Ar-
 chiepiscopi, Episcopi, & ceteri Ecclesiarum Praelati, de dogmatibus
 fidei, & Ecclesiarum statu, in generalibus & Prouincialibus Syno-
 dis, per Legatos consultant, statuunt, atque decernunt. Quin & Ec-
 clesiae Ro. consuetudo olim fuit, ut Ro. Pontifices Concilijs genera-
 libus non per se, sed per Legatos praesiderent, autoritatemque ad-
 hiberent, ut Leo ad Theodosium Imperatorem scribit. Similiter
 de disceptandis rebus Ecclesiarum: de pace inter Christianos Prin-
 cipes concilianda, Legati a Ro. Pontifice mitti solent: Quae & ipsae
 Legationes rerum sacrarum sunt, & ab his sacrae appellandae. Res
 prophanæ, quaedam belli sunt, quaedam pacis. Rursus earum quae
 belli sunt, quaedam bellum antecedunt, ut consultatio de inferen-
 do bello, indictio belli: qua Legatione apud Romanos Feciales
 functi sunt. Quaedam incidunt, & inter gerendum bellum accidunt,
 ut inducias petere, auxilium postulare, colloquium petere, depre-
 cari, ueniam petere, obsidiones nunciare, urbes dedere, captiuos re-
 ducere, hostium consilia explorare, castra & munitiones aliaque spe-
 culari, frumenta & annoniam militarem comparare: aliorum so-
 cietatem petere, aliorum auxilia ab hostibus auertere, Duces reuo-
 care, & similia. Quaedam bellum sequuntur, ut pacem facere, foede-
 ra percutere, conditiones pacis exequi: & hanc Legationem Cice-
 ro pacificatoriam appellat. Ac de his rebus omnibus Legationes
 mitti solent: quod ex infinitis historiarum exemplis cognoscere li-
 cet. Ad pacem autem pertinent, concordiam inter aduersos ho-
 mines reconciliare: In quo genere Legationis munere functi sunt,
 Maccenas & Cocceius ad Antonium & Octauium Augustum, ut

L. Florus libro 11. Epito. Plinius de uisibus illustribus ca. 22.
L. Nos reddentes c. de summa tri. & fide Cath.
Legatio & munera Iustiniani Imp. ad Ro. Pont.
Legati Rom. Pont. in Generalibus concilijs.
Epistola 12. & 16.
Variae Legationes in rebus prophanis, tempore belli.
Philip. 11.
Tempore pacis.

Horatius his carminibus testatur.

Horat. lib. 1. Sermonum Satyra 5.

Huc uenturus erat Mœcenas optimus, atq; Cocceius, missi magnis de rebus uterq; Legati, aduersos soliti componere amicos.

Eiusdem generis sunt, ob partam uictoriam, aut alios foelices successus, Regibus & amicis gratulari, pro acceptis beneficijs gratias agere, dona offerre, & similia. Ita Carthaginenses post uictoriam, a Romanis aduersus Samnites obtentam, Legatos Romam gratulatum miserunt, cum Coronæ aureæ donō, quæ in Capitolio in

Iouis cella poneretur. Sic Hernici Legati gratulatum de concordia patrum & plebis uenerunt, donumq; ob eam Ioui: Coronam auream in Capitolio tulerunt, parui quidem precij, quia tunc religiones Ethnicorum more, piè magis quam magnificè colebantur, ut

inquit Liius. Quin & uictores per Legatos ijs quibus auxilio fuerunt: & qui in fide permanserunt, gratias agunt: Quod Romani fecerunt, qui ad Ptolemæum tres Legatos miserunt, ut annunciarerent uictum Hannibalem, Pœnosq; & gratias agerent Regi, quod in rebus dubijs, cum finitimi & socij Romanos desererent, in fide permansisset. Interdum Legati ad laudandum mittuntur. Quales fuerunt, qui ex tota undiq; Græcia ad laudandum L. Flac-

cum missi sunt, ut M. Cicero in oratione pro Lucio Flacco testatur.

Romulus ex consilio patrum, circa uicinas gentes Legatos misit, qui societatem connubiumq; nouo populo peterent. Quod & hodie Reges obseruant, ut per Legatos, sponsalia & matrimonia contrahant: quam Legationem Budæus pronubam appellat. Rursus earum rerum, super quibus Legationes mandantur, quædam in cognoscendo, quædam in dicendo, quædam in consultando, quædam in exequendo uersantur. Porro consilia quædam ad disceptationes pertinent, quædam sine disceptatione capiuntur: Et utraq;

belli sunt & pacis. Ac uetustissimus quidem mos omnium semper gentium fuit, ut ad disceptandas litigantium controuersias, Legatos mitterent. Sic à Milesijs missi sunt Legati, qui controuersia de Tripode aurea à piscatoribus Milesijs per iactum retis, quem à Lebedijs quibusdam emerant, reperta componerent: uerum negotio infecto, ea deinde, ex diuino oraculo, Thaleti Philosopho tanquam sapientissimo oblata est, quam ipse Delphos remissam Apollini consecrauit. Ad disceptandas itaq; controuersias Regum, populorum, & ciuitatum: Romani quandoq; decem Legatos ex more, quandoq; alios miserunt, quibus libera mandata de

summa rerum constituiebant: Decem Legati ex decreto Senatus Ro. res Asiæ Antiocho Rege uicto disceptarunt. Ad disceptandas autem controuersias inter Philippum Regem, Thessalos, Perrhæ-

bios,

T. Liius lib. 7. de bello Maced. & Astat.

Lactius de uita Philosoph. lib. 1. In Thalete. Ausonius de ludo Sap. in Thalete.

T. Liius lib. 1. de arte et partib. eius. Variæ causæ Legationum.

Oratione 24.

T. Liius de bell. Maced. & Astat. lib. 1.

bios, & Athamanes, idem Senatus Q. Celio Metello M. Bebro Pamphilo, & T. Sempronio, Legationē mandauit. Scipio Aphricanus & C. Cornelius Cethegus, & M. Minutius Ruffus, ab eodem Senatu in Aphricam missi sunt, ut inter Regem Massinissam & populum Carthaginensem, de controuersia agri disceptarent.

Sine disceptatione Feciales olim, de bellis inferendis & indicendis, de fœderibus ieiendis, de pace item cōstituenda, consultarunt:

Actalis etiam Legatio erat eorum, quibus de legibus ferendis consultatio mandabatur. Exequutio autem Legatis mandata intelligitur, quoties mandatis continetur, ut quæ prius deliberata sunt, conficiantur. Quæ & ipsa diuersi generis sunt: Nam quædam meram exequutionem habent, & (ut dicitur) nudum ministerium:

alia in ipsa etiam exequutione deliberationem requirunt, quod in bellicis rebus plerumq; accidit. Siquidem in ipsis etiam expeditionibus, multa, quibus consulto opus est, incidunt: Immo in ipsis sæpe conflictibus & pugna, in arcna (ut dicitur) consilium capiendum est.

Feciales, a ferendo dicti, q; belli pacisq; ferendæ apud eos ius erat. T. Liius li. 3. ab urb. cond. Exequutio per Legatos.

De Legatione libera. Cap. XIII.

Sciendum est, Romano olim Senatui in usu fuisse, ut ciuibus quibusdam honoratioribus liberam Legationem concederent. Ea sine mandatis erat, quâ hij maxime impetrabant, quibus negocia futura erant in prouincijs: ut qui hereditates aut Legata persequi, aut qui nomina

exigere uolebant in prouincijs: scilicet ut hoc modo Legatorum persona accepta, cōmendabiliores controuersias haberent. Quod illud Ciceronis testatur. Canicius (inquit) familiaris meus, uir omnibus rebus ornatus, negociorum suorum causa Legatus est in Aphricam Legatione libera: Eum uelim rebus omnibus adiuues, operamq; des, ut quam commodissime sua negocia conficiat. Sed & illa utebantur, qui ab æmulis hostibus ue in Repub. minus tuti, honestam aliquam causam proficiscendi, ac è ciuium conspectu subtrahendi, quærebant: Nam hac Legatione ornati, domi contempti, apud Prouinciales in honore & reuerentia habebantur. Ideoq; qui hac Legatione aberant, non uidebantur Reipub. causa abesse, non enim publici commodi causa, sed sui aberant, ut inquit Vlpianus: Qui locus hætenus corruptè lectus est, nempe pro eo quod ponitur, qui libera Legatione abest, supposito illo. Qui liber à Legatione abest, una uidelicet dictione, libera, in duas mutata, liber à. Hac Legatione usus est Scipio Nasica, qui propter iniquissimam uirtutum suarum apud ciues æstimationem, sub titulo Legationis Pergamum fecelsit, & quod uitæ superfuit, ibi peregit. P. quoq; Lentulus, clarissimus & amantissimus Reipub.

Legatio libera sine mandato.

Nomina, id est, debita, quæ in Kalendario hominū nomina tenebant obligata. Epistol. Fam. lib. 12. epistolæ Canicius. Legatio libera priuati cōmodi causa.

L. qui liber ff. de Lega. Bud. in annot. Val. max. lib. 2. cap. 3.

D iij pub.

pub. ciuis, inuidia & obrectatione compulsus, Legatione à Senatu libera impetrata, habitacq; concione, qua à Dijs immortalibus petijt, ne unquam ad ingratum populum reuerteretur, in Siciliam profectus est, ibicq; perseveranter morando compotem se uoti fecit.

Tacitus li. 17.
Aug. histor.

Talis Legatio
Exilij quæ
dã species est.
Cicero in ora-
tione pro do-
mo sua.

Otho item Siluius, quia à Poppea Sabina amica Neronem Corriualem excluderat, per causam Legationis in Lusitaniam sepositus est, ut scribit Tranquillus in Othone Siluio. Atq; hæc quidem Legatio, relegationis & exilij quandam speciem habere uidetur. Quemadmodum M. Cato apud Ciceronem, quasi per beneficium Cyprum relegatus esse dicitur. Quæ & eidem Cicero amandatio dicitur: De eodem enim loquens Catone: Posses, inquit, extrudere ad Cypriam pecuniam, præda perierit, alia non deerit hunc modo amandandum esse. Et iterum: Me expulso, et Catone aman-

Ostracismus
apud Atheni-
enses.

dato, in eum ipsum se conuertit. Huiusmodi etiam uidetur fuisse Ostracismus ille Atheniensium, nam & ipse erat exilij genus, non quidem improbitatis castigatio, sed honestiore uoce elationis, ac grauioris potentia moderatio & pœna. In eos siquidem ferebatur, qui superexcellere uiderentur, uel propter diuitias, uel propter

Lib. 3. Polit. c.

Plutarch. in
Aristide.

aliam ciuilem potentiam, testis Aristoteles. Fuit autem (teste Plutarcho) huiusmodi. Ostraci (id est, calculi) uiritim in concilio dabantur, & in eis quisq; quem ex ciuibus urbe cedere uellent, literis indicabant, quem postea in unum fori locum cancellis circumseptum deferebant. Magistratus uero, quibus negocium dabatur, primum quidem simul uniuersos recensebant, qui nisi sex millium numerum excelsissent, nihil confectum erat: postea uniuersusq; calculis sepositis, eum quem pluribus sententijs damnatum cognoscere, decem annis extorem esse declarabant: ea tamen conditione, ut fructus suos capere liberum sibi relinquere: Hæc Plutarchus in Aristide. Mirabilis sanè auditu pœna, quæ non ob delictum inferebatur: sed humani tantum liuoris erat consolatio. Hanc Aristides, hanc Cymon, hanc alij plures, nobilissimi simul multarumq; rerum gloria Clarissimi uiri passi sunt. Qui nullam aliam ob causam, quam quod populus eorum uirtutem & amplitu-

Iniqua pœna
Ostracismi.

dinem ferre non posset, à patria exterminati sunt. Hic mos & si

Apparens ra-
tio & iustitia
Ostracismi.

apparentem quandam iustitiam, his qui eum instituerunt, habere uisus est. Siquidem arbitrati sunt, ciues æquales genere & potentia esse debere, illosq; qui superexcellunt, quantumlibet nobiles, non tam ferendos esse inter cæteros, quam pictor pedem debitam mensuram proportionemq; excedentem, quantumuis pulchrum, animal habere non pateretur: aut artifex proram aut aliam partem nauis: aut magister chori pulchriorem ac meliorem toto choro uo-

Perandri cõ-
siliu.

cem emittentem, in choro esse non sineret. Atq; eod etiam Perandri consilium Thrasibulo datum respicere putant; Hoc enim ipso, quod

quod nullo responso nuncio dato, supereminentes spicas demetendo segetem adæquauerit, super eminentes ciues auferendos esse, significauisse. Tamen nulla ratione iusta huiusmodi pœna nititur, quippe quæ ex liuore populi procedit, seditionumq; materiam & uelut fomentum præbet. Tum omni quoq; iustitiæ aduersum est, eum qui uirtute excellat, exilio multari: quem perpetuum magis ciuium administratorem gubernatoremq; esse conueniret.

Iniquitas
Ostracismi.

Cæterum illa, quam dixi, libera Legatio, quæ propter negocia priuata impetrabatur, lege xij. tabularum uetita fuit, his uerbis. Reipub. ergo ne quis Legatus esto: Deinde lege Iulia definitum tempus quinquennij accepit. Quod tempus à Cicero postea diminutum, annum factum est. Ita enim in libro de legibus inquit: Omitto quemadmodum isti se gerant aut gesserint, qui Legatione hæreditates aut syngraphas persequuntur, quod est fortasse uitium:

Libera Lega-
tio lege xij. ta-
bula. prohibi-
ta.

Sed quæro quid possit esse turpius, quam sine procuratione Senator: Legatus sine mandatis, sine ullo Reipub. munere: Quod quidem genus Legationis, ego Consul, quanquam ad commodum Senatus pertinere uideatur, tamen approbante Senatu frequentissimo, nisi mihi Leuius Tribunus Plebis intercessisset, sustulifem: minui tempus, & quod erat infinitum, annum feci: ita turpitudine manet, diuturnitate sublata. Atq; ex his intelligimus eos, qui Legatione libera fungebantur, nullum à Senatu mandatum habuisse: quippe qui non Reipub. causa, sed sui commodi gratia abesse intelligerentur. Erat enim libera Legatio quod à Budæo

Ciceronis uer-
ba contra Le-
gationem li-
beram.

Legatio libe-
ra sine man-
dato.

alibi annotatum legimus ἀνοπέδων ἀπερίλιπτον τε καὶ ἀπερίορον

Ⓞ, quasi nullo tempore uel loco circumscripta,
nullis rationibus reddendis
obnoxia.

D iij D. BRVNI

BRVNI DE LEGATIONIBVS

D. BRVNI DE LEGATIONIBVS LIBER SECVNDVS,
 DE PERSONIS EORVM QVI LEGATI MITTVNTUR,
Deq; scientia & virtutibus Legatorum.

De personis eorum qui mittuntur, quos Legatos & Oratores uocamus, ac de uarijs generibus eorum.
 Cap. I.

Spec. in tit. de Leg. in prim. c. presbyteri so. dist. 6. ego 63. dist. Domi. in c. 1. 94. dist.



L. lege 1. ff. ad leg. Jul. de ui. pub.

L. lege Jul. ff. ad leg. Jul. de ui. publ.

c. sig. inf. c. de si. de elect. c. conuenientibus 1. q. 7. ubi gl.

Consequenter ad eorum personas ueniamus qui mittuntur, quos Legatos uocamus. Hii sunt, qui de quacunq; re agenda ab his, qui rebus publicis administrandis prepositi sunt, mittuntur. Sic dicti (teste M. Varrone) quod legantur ut publice mittantur, quorum opera consilioq; utatur peregrè magistratus. Veteres etiam Oratores appellarunt, quod & Iureconsultus alibi facit, ex Græco *ἀγορευται*. Qui missi ad Reges nationesq; Deos solènt testari, teste Sex. Pomp. Festo. Seruius (apud Virg. xi. Aeneid. super illo, iamq; Oratores aderant) à perorando pro Repub. dictos esse putat. Sunt qui inter Legatos & Oratores hanc differentiam faciunt: Vt Legati sint omnis generis, & de quacunq; re missi, Oratores uerò qui deprecabundi ueniunt. Liuius, Theij Oratores cum Infulis & uelamentis ad Romanos miserunt. Quod & Iureconsultus alibi innuere uidetur: qui & si hanc differentiam non exprimat, tamen hoc ipso quod Legatos & Oratores ut diuersa ponit, inter hæc ipsa differentiam esse, significat: Quæ utiq; alia esse non potest, quàm ea quam paulò ante diximus. Quo loco Accursius Oratores, Doctores artium esse interpretatur. Sed malè, Neq; enim cum Doctores artium quicquã commune habent Comites, quos plerunq; Philosophorum more solos incedere uidemus: quos tamen Iureconsultus Oratoribus adhibet, & pari pœna plectendum esse affirmat, qui Oratorem, & qui ipsius Comitum necauerit, uerberauerit, aliam uel iniuriam intulerint. Quod non de Doctores artium, sed de ijs qui Legatione funguntur intelligi potest. Idem Apochrisarij Græco uocabulo appellantur. Quod nomen ueteres Synodi Romanæ Ecclesiæ aliorumq; Episcoporum Legatis tribuerunt. Quidam Apochrisarios dictos putant quasi deauratos nuncios, etymologiam nescio quam friuolam inducentes, dicunt enim Apochrisarios dictos ab *apos* quod est nuncius & *chrysis* aurum: Ideoq; in Papæ nuncios

nuncios hanc appellationem non conuenire, quod plumbati sint, non deaurati. Alij autem & ipsos deauratos uocari posse autumant, quia scilicet plumbum dent & aurum reportent. Ego uero apochrisarios à uerbo *ἀποκρίσσειν* quod est respondeo uel ab *ἀποκρίσειν*, dictos puto, tum quia de ijs rebus plerunq; mittuntur, quæ prius maturo consilio deliberatæ fuerint, & uelut ab oraculo aliquo diuino repetitæ: Tum quod ad eas res explicandas nō alij delignantur: quàm qui & ipsi idonei sint, qui quæ ad eas ipsas pertinere uidentur, deliberare, & quod commodum fuerit, respondere possint. Recentiores Iurisconsulti eos tantum Legatos uocare solent, qui à sede Apostolica missi fuerint: reliquos uerò Ambasiatores appellant, uocabulo (ut opinor) ab Itatorum lingua ad nostrum usum traducto. Sunt autem multa Legatorum genera. Nam quibusdam iurisdictione mandatur, quidam sine iurisdictione mittuntur. Eorum qui iurisdictiones habent, quidam Ecclesiastici sunt, quidam ciuiles: Et in utroq; genere iurisdictione interdum unitantum: interdum multis. Et iisdem nonnunquam coniunctim, nonnunquam eorum cuiuslibet in solidum mandatur. Eorum qui sacra & Ecclesiastica Legatione funguntur, quidam à Ro. Pontifice, quidam ab Archiepiscopis, quidam à Synodis tam uniuersalibus, quàm Prouincialibus mittuntur. Similiter eorum qui prophana Legatione funguntur, quidam ab Imperatore, quidam à Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, quidam à Regnis, quidam à prouincijs, alij à ciuitatibus mittuntur. Et rursus eorum, qui à Ro. Pontifice mittuntur, quidam sunt de latere. Et hi non solum de collegio Cardinalium: sed etiam ex alijs ordinibus deliguntur. Nam & Officiales Papæ Legati de latere esse possunt: quanquam usus Ecclesiæ Ro. habet, ut solos Cardinales Legatos de latere uocemus. Alij constituti sunt, quibus Legatio non de latere, sed ex speciali commissione decernitur. Quidam sunt nati, qui neq; de latere, neq; ex speciali aliqua commissione missi sunt, sed propter dignitatem, cui Legationis munus annexum est, huiusmodi honore fruuntur. Atq; hii Legati omnes ab ea qua funguntur sacra Legatione, de qua supra dictum est, Sacri appellantur, quod eorum functio circa res sacras uersatur. Quemadmodum & apud Ethnicos sacra Legationes fuerunt, ut qui ad persoluenda dijs publice uota offerendaq; dona legabantur. Sic Stratocles apud Athenienses decretum tulit, ut Legati, quos Athenienses ad Antigonom & Demetrium mitterent, Sacri nominarentur: sicut illi qui cum patrijs sacris Olympum & Pythiam mitti consueuerant totius Græciæ celebritate, Author Plutarchus in Demetrio. Talis etiam fuit Legatio, quam Romani ob pestilentiam, respōso monente, ad Æsculapium Epidaurum accersendum, Princeps

Legati de latere.

Spec. in tit. de leg. § sequitur tex. & gl. in c. officij de off. leg. lib. 6. ubi Domi. et Ph. l. Abbas. in reu. co.

Legati nati.

Legati sacri.

Plin. de uir. illustrib. cap. 22.

Legati ^{ciui-} ^{les.} cipe eius Legationis Q. Volumnio, miserunt. Ciuiles Legati, interdum de una, interdum de pluribus causis: interdum de uniuersitate causarum disceptanda cognoscendâq; mittuntur. Vnius plurimum ue causarum iurisdictionem accipiunt, ut qui ad disceptandas controuersias inter aliquos mittuntur. Ad uniuersitatem causarum legantur, ut olim Præsides & Rectores prouinciârum, Consules & Proconsules, & eorum Legati. Huiusmodi Legatos olim uel Senatus belli Ducibus & Imperatoribus adiungebat, uel Consules prouincias sortiti, & Proconsules sibi ueluti Comites expeditionis nominabant. Nam qui gentibus præerant, et à Senatu ad subsidia mittebantur, uel qui ab his, quibus iurisdictione aliqua mandabatur, in partem curarum assumebantur, Romanis Legati appellabantur, ut Appianus auctor est. Et hij ex Consularibus uiris ad exercitum mittebantur. Inter quos & decem Legati numerantur, qui Imperatoribus ueluti consilium aliquod dispenandæ cohonestandæq; uictoriæ causa, adiungebatur, ut scribit Lilius. Et hij militares Legati appellabantur, quibus legiones & uniuersa auxilia obtemperabant in ordinatione pacis uel necessitate bellorum: ut Vegetius tradit. Sed nec in decem Legatis mittebantur, qui essent Imperatorum necessarii, ut Cicero ad Atticum testatur. Posterioribus temporibus Senatui à Principe permissum est, ut Proconsules crearet, Consulibus Legatos daret, ius prætorium Præsibus daret: leges, quas Principes æderent, ipse Senatus consulti proprijs consecraret, ut Flauius Vopiscus in Probo testatur. C. Cæsari Imperatori, dum contra efferas gentes bellum parat, decem Legatos consilij socios decreuit Senatus, quibus adiutoribus & ministris magnas res gessisse fertur. Pompeius quoq; bello Piratico, contra tot prædones & communes hostes, omni genere rapinarum grassantes, cum solus superesse nequiret, quinque & uiginti Legatos accepit. Q. Fuluius Consul graui uulnere affecto, cum exercitui in castris præesse nequiret, aduersus Hannibalem ex patrum decreto, tres Legati additi fuere. Seuerus antequam Imperator saluatus est, Legatione Proconsulis Africæ functus est. Prætores quoq; unum plures ue in prouincia Legatos habebant. Legionum item erant Legati, qui non tam à Senatu quam à Ducibus exercituum creabantur, ac posterioribus etiam temporibus à Principe dabantur. Nam & Flauium Vespasianum Cæsarem legimus, priusquam ipse Principatum adeptus est, Claudio Principe, Narcissi gratia, Legatum legionis in Germaniam missum fuisse. Et in Germania Legati legionum fuerunt, Ordeonius Flaccus. A. Cæcinnæ, et Fabius Valens. Cæsar in Gallia singulis legionibus, singulos Legatos & Quæstorem, præfecit, ut eos testes suæ quisq; uirtutis haberet. Subsequentis etiam temporibus, ad id fastigij huiusmodi Le-

Lib. 1. de bell. ciuili Ro.

Tit. Lilius lib. 38.

Legati militares.

Lib. 1. cap. 9.

Lib. 13. epistola 1.

Acl. Spartianus in Seuero.

Legati legionum.

Suet. in Vespasiano.

Cæsar, lib. 1. comment.

gi Legatorum munus ascendit, ut quoties laborantibus prouincijs subsidia mittenda forent, aut si quid publici priuatiq; negocij esset, ubi plurimum laboris & periculi impenderet: ea uel frequens Senatus, uel Princeps per Legatos decerneret, illisq; prouinciæ administrandæ munus, interdum cum Consulibus, Proconsulibus, & Prætoribus, interdum etiam solis delegaret. Tyberium Cæsarem legimus multa bella per Legatos suos, etiam sine Consulibus, & gessisse & confecisse, teste Eutropio. Et Antoninus Pius, auctore Iulio Capitolino, Britannos per Lollium Urbicum Legatum uicit, & Mauros ad pacem postulandam coegit, & Germanos & Dacas & multas gentes, Iudæos insuper rebellantes per præses & Legatos contudit. Similiter Maximinus, eodem Capitolino teste, cum prius Tribunus militum fuisset, multosq; numeros egisset: tum etiam Prætoris, sumptu Pescenninæ Marcellinæ (quæ illum loco filij susceperat, & auerat) præfuisse, Inde & Consulatum Bithyniæ, ac deinceps Græciæ, ac tertio Narbone agens, tandem Legatus missus Sarmatas in Illyrico contudit, atq; inde translatus ad Rhenum, contra Germanos rem foeliciter gessit, qui & postea Ro. Imperator saluatus est. Q. Cepioni Legato Rutilij, cum obfessus prosperè in hostes erupisset, ob eum successum, Imperium cum C. Mario æquatum est. Olim Præsides ipsi prouinciarum Legati Principis appellabantur, ut Martianus testatur. Hij erant quos Cæsar in prouincias mittebat, quas suæ curæ reseruauerat, ut Alciato placet, siue (ut Budæus scribit) Vicarij Principis, quos locum tenentes, nos & Interreges uocamus. Fuerunt & Legati, qui de bello inferendo, indicendo, gerendoq;: de foederibus item faciendis, de pace societatisq; contrahendis, iurisdictionem habebant: Hi Fœdiales uocabantur, quanquam & foederum percutiendorum, pacisq; constituendæ potestas etiam apud Senatum erat, & quibus ea à Senatu mandabatur, Qualem decem Legati ex more delecti, alijq; ex decreto Senatus sæpe acceperunt, ut supra ostendimus. Atq; hi omnes Legati cum iurisdictione fuerunt. Legati autem sine iurisdictione sunt, quibus mandantur ea, quæ citra ullam disceptationem geruntur, ut Oratores, qui ad repetendas res, & indicenda gerendaq; bella: ad gratulandum, ad offerendum dona, & si qua sunt alia huius generis, mittuntur. Ac de horum omnium iurisdictione & officio posthac dicemus.

Quæ personæ Legationibus, & quibus ex causis, fungi non possint. Cap. II.



Einceptus uideamus, quæ personæ in Legationibus esse non possint. Nam si cognouerimus, quæ istæ personæ sint, simul etiam intelligemus, quibus id munus rectè mandari possit. Ac primum quidem generaliter constitutum

Lib. 20. anti-quitat. Ro. Iul. Capitol. in Anto.

Iul. Capitol. in Maximino.

al. & Proconsulatum

L. Florus in Epit. lib. 73.

L. 1. ff. de off. præsid.

L. speciosus ff. de uerb. sig.

Annot. in d. l. 1. ff. de off. præsid.

Legati cū iurisdictione.

Legati sine iurisdictione.

L. sciendum ff. de Legationib.

Qui sunt inhabiles ad Legationes.

tutum est, ut qui ius postulandi non habent, idem etiam Legationibus fungi non possint. Nam qui aliorum desideria etiam priuatorum in iure coram eo, qui iurisdictionem habet, exponere prohibentur: qua ratione Principum, & eorum, qui res publicas administrant, mandata uel priuata uel publica, ut Legati exequentur: Vnde quae ad postulandum inhabiles reddunt, eadem etiam a Legationibus repellunt. Atque huiusmodi ferè sunt haec, status, aetas, sexus, casus, turpitudine. Propter statum & conditionem a Legationibus (sicut a caeteris quoque publicis muneribus et honoribus) repelluntur serui, atque olim etiam liberti. Nam si Principes olim, non alios quam ingenuos, ad consilia sua admiserunt: qui scilicet priuilegium Principalis Maiestatis proprium esse putarunt, ut non seruorum, sicut priuatae conditionis homines, sed liberorum honestis uterentur obsequijs: quanto magis a tam splendido munere Legationis repellendi sunt, tam sordidae conditionis homines: Quamquam historijs traditum est, quosdam Principes libertos etiam praeringenuis in magno precio habuisse. Quales Claudio fuerunt, Possidius Spado, Polybius, Narcissus, Pallas, & illius frater Faelix: Coram quo Apostolus etiam Paulus Caesareae accusatus fuit. Quos omnes ille Princeps magnis honoribus & diuitijs decorauit. Hodie autem liberti literis eruditi, aut alioqui rerum experti, sicut postulare possunt, ita nec Legationibus arcendos esse puto. Plebeios autem & Spurijs, ita ad hoc munus recipendos esse censeo, si non alij idonei inueniantur. Nam generaliter constitutum est, quoties eorum peruria est, qui magistratum suscipiunt, ut uel alij, etiam qui non sunt idonei, subrogentur. Propter aetatem, minores xvij. annis, Legatione fungi prohibentur: quia haec aetas non est idonea ad procedendum in publicum. Propter casum autem, ut surdi, qui prorsus non audiunt, Legati esse non possunt. Item ab hoc officio excluduntur caeci, quamquam olim magistratus, quos uidentes acceperunt, retinere potuerunt. Quod de Appio Claudio Caeco Iureconsultus affirmat, qui non solum caecus magistratu non abiit, sed grauissimis etiam consultationibus interfuit: qui & sententia sua obtinuit, ut Cyneae Pyrrhi Legato petenti, ut Rex suus componendae pacis causa in urbem reciperetur, id denegaretur. Est autem in uniuersum consultius, ut sani corpore & animo quam infirmi mittantur. Vnde recte Cato, cum Legatos ad pacem inter Nicomedem & Prusiam faciendam Romani misissent, & unus ex ijs multis cicatricibus sparsum caput haberet, alter pedibus aeger esset, tertius ingenio socors haberetur: eam Legationem, nec caput nec pedes, nec cor habere dixit. Item propter Sexum, foeminae Legatione fungi prohibetur, nisi magna necessitas id suadeat, quo casu & foeminae admittuntur. Ac talis Legatio olim a Romanis,

Serui, atque olim liberti quoque, inhabiles erant ad Legationes. l. pe. c. de praepos. Sacri cubi. lib. 12.

Potestiam libertorum Claudio.

Suetonius in Claudio. Aurelius Victor in Claudio.

Aet. 24. l. 2. c. de postul.

l. ut gradatim l. honor s. ff. de mu. et ho. l. 3. s. spurijs ff. de decurio. l. 1. ff. de postul.

Lucius Florus li. 13. in Epit. Appius Claudius caecus.

idem lib. 50.

Mulieres non funguntur Legatione, nisi in magna necessitate.

Romanis, Sabinorum gentis mulieribus, ad Sabinos gentiles suos, ad pacem petendam decreta est: quae & ea Legatione feliciter functae sunt. Eiusdem generis fuit Legatio Veturiae matris & Volumniae uxoris, ad Martium Coriolanum exulem, urbem iam obfidem, ac propè funus & tenebras Romano Imperio minitantem, ut inquit Valerius. Qua Legatione rite & salutariter expedita, tantum de patria merita sunt, ut in earum honorem Senatus sanxerit, ut foeminis semita uiri decederent, tum uetustis aurium insignibus nouum uitae discrimen adiecerit: Sed & purpurea ueste & aureis segmentis uti permiserit. Ad ultimum etiam super hoc aedem & aram Fortunae muliebri, eo loco, quo Coriolanus exortus fuerat, faciendam curauerit. Simili propè Legatione functae sunt mulieres Romanae, ad Constantium Imperatorem missae rogatum, ut Liberium Pontificem, quem in exilium egerat, summum populo pastorem restitueret. Sed & uirgines Vestales, quoties uel pax erat suadenda, uel uenia petenda apud Romanos, Legationibus fungi poterant. Quomodo eas a Vitellio una cum alijs Legatis, ad castra Flauij Vespasiani missas fuisse, Tranquillus au thor est. Quin & in alijs etiam periculis delictisque deprecatrices eas Romani adhibere solebant, quod quod peteretur fieret impetrabilis. Ad quem modum Messalina per Vibidiam Vestalem a Claudio Imperatore, coniuge suo, cum eum ad ipsius ultionem uenisse audisset, ueniam petiuit. Et Iulius Caesar per uirgines Vestales, a Dictatore Sylla, atque alij ab alijs, ueniam & petiuerunt & impetrauerunt. Item, personae turpitudine notabiles, ut arena remissa, muliebria passae, &c. Item, lege Iulia repetundarum damnatae, Item, omnes infames. Nam hijs non solum Legationis sed omnium etiam alio honore carent. In eadem causa sunt seditiosi, haeretici, incendiarij, raptores sacrarum uirginum, Ecclesiarum deprædatores, alijque sacrilegi: quos omnes publicis consilijs & honoribus arcendos esse, & sacrorum Canonum decretis, & Catholicorum Principum sanctionibus cautum est. Quibus & Paganos, Sarracenos, Iudaeos, aliosque, qui religionem Christianam non profitentur, connumeramus. Nam & his, sacris Christianorum constitutionibus, omnes administrationes & dignitates interdictae sunt: Vnde nec Legati a Christianis mitti possunt. In hoc etiam munere mandando, sicut in caeteris muneribus, siue honoribus gerendis, eorum qui mittuntur, facultates spectantur: maxime si eorum sumptibus Legatio subeunda est. Sed & Reipub. debitores Legatione fungi prohibentur, non quidem propter inopiam, sed quia ex administratione Reipub. debitores relicti sunt.

T. Linius libro 1. ab urbe cond.

T. Linius libro 2. ab urbe cond. Val. Max. lib. 5. c. 2.

Theod. lib. 2. c. 17.

Legationes uirginum Vestalium. Suet. in Vitellio.

Sueton. in Caesare Dictatore.

Infames. l. eadem: s. ff. ad leg. Jul. repet. l. 1. ff. ad leg. Jul. de ui. pri. l. 1. ff. de postul.

l. si. c. de uandis. l. si. c. de postulan.

l. si. c. de uandis et Celsis.

l. sciendum ff. de Legatio. l. rescripto s. debitores ff. de mu. et ho.

E De

De personis quas propter statum & conditionem, non quidem in totum, sed à certis personis ad certas, & in rebus certis, Legationibus fungi non conuenit. Cap. III.



Vnt & personæ, quæ propter statum & conditionem, non quidem in totum à Legationibus excluduntur: uerum quas non omnibus, nec ad omnes: nec pro omnibus rebus, Legationibus fungi conuenit. Primum enim non decet ut à Regibus alijsq; maximis potestatibus personæ uiles & Plebeia, & ab infimis Magistratibus supremæ dignitatis homines mittantur. Quin potius pro uniuscuiusq; statu & conditione, Legatos quoq; non impares decerni, mittiq; oportet. Senatus Romanorum, qui olim toti propè terrarum orbi dominabatur, quem & maximi Reges multaq; Nationes & populi uenerabantur: qui & per se adeo augustus fuit, ut Cyncas Legatus Pyrrhi, ipsum ex Regibus constare dixerit: honestissimas semper Legationes, & quales ex Maiestate & dignitate Populi Romani decuit, ad Reges misit. Quales fuerunt ad Attalum & Philippum Reges. Ad quorum alterum quinq;, unus bis Consul, unus Prætorius, unus Aedilitius, & duo Quæstores cum quinq; nauibus quinque remibus. Ad alterum uero C. Terentius Varro, Cn. Manlius & M. Aurelius, idē Clarissimi uiri cum tribus Quinq; remibus misi fuerunt. Nec in his nobilitatem generis tantum, sed etiam uirtutem & industriam spectarunt. Siquidem C. T. Varronis pater Ianus fuit, ipse institor mercis: Is tamen quæstura primum, Deinde duabus Aedilitatibus, & ad postremum etiam Consulatu perfunctus, id meruit, ut ad magnos Reges Legatus mitteretur. Idem & supremis Monarchis semper in usu fuit, ut ad Reges & eos qui Regia dignitate fulgerent, Legatos quoq; tum nobilitate tum uirtute clarissimos mitterent. Et hætenus Pontifices ad generalia Concilia, ad Comitæ Imperialia, ad Imperatorem, Reges & Principes, ad Regna item & Prouincias, Cardinales & Episcopos. Et eodem modo Imperatores ad Pontificem, ad uniuersales Synodos, ad Reges & Principes imperij: Episcopos, Duces, Marchiones, & Comites mittere consueuerunt. Sic Gregorium Magnum legimus, adhuc Diaconum & in minoribus constitutum, à Pelagio Papa Secundo, ad Tyberium Imperatorem Legatum missum, ad placandum Principem, quod iniussu eius Pelagius Pontifex creatus fuisset. In qua Legatione, peractio, sibi à Pontifice demandato, negotio, libros Moralium in Iob. composuisse traditur. Beatus Augustinus à Zozimo Papa de Ecclesiasticis negocijs Cæsaream Legatus missus est, ut ipse ad Optatum Episcopum scribens

Discretio inter personas habenda.

Splendida Legationes Senatus Romanorum ad Reges.

T. Lilius lib. 9. ab urbe cond. Eutro. lib. 2. Ro. antiq.

T. Lilius lib. 10. Secūdi bell. Punic. Terentius Varro genere ignobilis fuit.

Quales personas mitti decet in Legationibus.

Otho. Eristing. de reb. gestis ab orig. lib. 5. cap. 6.

Platina in Pelagio secundo.

Epistola 157. tur.

Cæsarea Mauranæ.

scribens testatur. Sanctus Burkardus & Folradus Archicappellanus (quem quidam Abbatem, quidam presbyterum fuisse scribunt) ad Zachariam Romanum Pontificem misi sunt consultum, quid de Regibus Franciæ: qui nudum tantum nomen Regum & nullam administrationem obtinebant (apud maiores domus summa rerum consistente) agendū esset: Super qua re Pontifex melius esse decreuit, illum uocari Regem, penes quem summa potestatis consisteret. Itaq; autoritate sua Pipinum, patrem Caroli Magni, Regem constitui iussit: qui electus ad Regnū, per manus Sancti Bonifacii, Archiepiscopi Moguntinensis, eleuatus est in Regni solium. Nec inconueniens uideri debet, ut Episcopi alijsq; Clerici, ab Imperatore alijsq; sæcularibus Principibus, Legati mittantur. Quod & iure cautum & permissum esse scimus: Sicut & Consiliarij & delegati Principum sæcularium esse possunt. Carolus Magnus Iesse Episcopum Ambrisiensem Constantinopolim misit, Hirenem Imperatricem Constantinopolitanam uxorem sibi petiuit. Sic Nicephorus Constantinopolitanus Imperator Michaellem Episcopum & Petrum Abbatem, ad Carolum Magnum de pace Legatos misit. Et eodem modo multi alij Pontifices & Imperatores Romani, alios Episcopos & Ecclesiasticos uiros, de magnis rebus Legatos miserunt. Quin & Romani Pontifices à Regibus, necessitate exigente, Legatos se ad Imperatores mitti passi sunt. Sic Leo Pontifex, diuinitus ille (Sub quo Chalcedonense Concilium celebratum est) multis Italiæ urbibus incendio, cædibus & ruina, ab Attila Hunnorum Tyranno deuastatis: Christianæ Reip. calamitatem miseratus, non solum à Valentiniano Imperatore, sed etiam à Senatu Populoq; Romano rogatus, ultro Legationem pro salute publica ad Attilam suscepit. Qua & feliciter functus, graui ad ipsum oratione habita, id effecit & impetrauit, ut protinus Italia & urbe abstinuerit Tyrannus, non tam ipsius Legati uirtute superatus, quam diuino numine territus. Tradunt enim nō contemnendæ historiæ, Tyrannum ipsum proprio etiam ore confessum, duos senes denissa barba ac uenerando horribiliq; uultu (hos creditum est beatos Apostolos Petrum & Paulum fuisse) supra diuini uiri caput districtis ensibus astitisse, ac nisi Legato paruisset, præsentem mortem infestis gladijs minatos fuisse: Itaq; non tam Legati uerbis, quam Sanctorum uirorum numinibus perterrefactum paruisset. Sic Agapitus Papa à Theodato Gothorum Rege ad Iustinianum Imperatorem missus est, quem & in ea Legatione ad confessionem Catholicæ fidei (nam in Eutichetis errorem corruerat) reduxit: conuicto simul & condemnato Anthenio, eiusdem hæresis defensore, ut Paulus Diaconus testatur. Atq; ex hoc inserunt Iurisperiti, Episcopos aliosq; Clericos ad Eij obedientiam

Vrspergen. in am. Pipini & Carolomanni.

Nō est inconueniens, Episcopos a Regibus mitti Legatos.

Not. in Aut. C. ne si. pro. Pan. c. in Archiepiscopatu de ra. doct. in c. 2. de iud. c. cum parat. ubi pana. Philipp. de appell. Bertach. in tract. de Episcopa lib. 4. q. 14.

Vrsperg. in an. nis Caroli. Anto. Bonifini us lib. 7. deca. prima rerum Hungar. Abb. Vrsperg. de origine Hunno. Platina in Leone primo.

Lib. 17.

obedientiam Principum obligari, maximè si sint eorum Vassalli. Bald. in tit. de pace consl. 9 Quod nos tamen ita accipiendū esse putamus: ut obedientia, qua in ciuitate in princi. gl. in c. reprehensibile Episcopi Romano Pontifici obstricū sunt, omnibus modis prelata & excepta intelligatur, nisi maior causa urgeat, Principi Laico parere quam Papæ. 23. q. 8. c. si Episcopus 18. dist. Sed & Principes in eorum personis quos Legatos miserunt, non imagines tantum Maiorum, sed uirtutem etiam, industriam, fidem & constantiam semper spectauerunt. In Legatis nō tam generis nobilitas, q̄ uirtus et industria spectatur. Nam & humili loco nati, ut ad magnos honores apud illos peruenerunt, sic Legationis munere sæpe magno cum honore functi sunt. Feli. in c. si quando de re script. & in c. accepimus de fid. inst. Abb. in c. cum teneantur de fid. inst. Matthæus Langus Car. Quin & nostris temporibus uidemus priuatæ conditionis homines, ad magnos honores dignitatesq̄ suis meritis et Principum fauore, euectos esse. Qualis apud Maximilianum Imperatorem fuit Matthæus Langus, origine quidem Ciuis Augustensis, sed qui uirtute sua primum dignitatem Episcopalem, deinde Archipræsulatum, postremo etiam Cardinalitium honorem adeptus: multis quoq̄ honestissimis Legationibus, sub hoc Principe ad Pontifices Maximosq̄ Principes functus est. Accidit tamen non raro, ut homines non solum humiles, & sordido loco orti, sed etiam nugaces, & perfidi, de maximis etiam rebus Principum Legationibus: non sine magno ipsorum qui mittunt dedecore, & eorum ad quos mittuntur damno: fungantur. Deinde non est conueniens, ut de omnibus rebus, sine discrimine cuiuscunq̄ status & conditionis homines, Legati mittantur. Ad ea enim, quæ sunt Ecclesiasticæ iurisdictionis, uel cognoscenda uel exequenda, Legati Ecclesiastici decernuntur. Quæ autem sunt temporalis iurisdictionis, Legatis etiam Laicis expedienda mandantur. Quæ autem mixta sunt, nihil refert an Ecclesiasticis an uero sæcularibus personis eorum Legatio demandetur. Tripart. lib. 9. cap. 6. Quemadmodum Arcadius Imperator Ioanni Chrysostomo Episcopo ad Gainam Tyrannum, per Thracias uniuersa iam uastantem, Legationem demandauit: in negotio bellico quidem, sed non nihil etiam ad religionem pertinente. Erat enim Gainas eo tempore Magister militum, multos quidem sub suo magisterio habens, plurimis propter Tyrannidem meditatam ipsiq̄ etiam Principi terrori: qui & Arrianus erat, nihil dubitans ab Imperatore intra ciuitatem, unam Ecclesiam petere. Quod & annuisset Princeps, nisi consilio simul & sermone Ioannis Episcopi eius os obstricū fuisset. Huius igitur + consilium ne aucta eius potentia, non solum Principi, sed etiam religioni officeret, Princeps, Legatione Ioanni Episcopo demadāta, frangendam esse putauit. Ecclesiastici Legati generaliter in Ecclesiasticis causis, à Summo Pontifice, ab Archiepiscopis, Episcopis, Synodis, & Capitulis mittuntur: Ciuiles autem in prophanis causis, tam ab Ecclesiasticis quam à sæcularibus mittuntur. at. + confidentiam Quanquā & in

& in prophanis causis non omnes omnium rerum Legationibus Cicero lib. 3. de legib. fungi possunt. Quemadmodum apud Romanos Feciales de pace cum hoste facienda cognoscebant: id autem Ducibus bellorum non erat permissum. Similiter & in mixtis causis, utriq̄ & Ecclesiastici & sæculares, & legare possunt, & legari.

De scientia Legatorum. Cap. IIII.



Atis iam dictum est de his, qui Legati esse non possunt: nunc de eorum personis dicendum est, qui esse possunt. Omnes autem possunt, qui non prohibentur. In eorum autem personis, quibus Legationes demandantur, sex consyderantur. Scientia, uirtus, gratia, numerus, officium, et beneficium. Scientia, cognitio est earum rerum, quæ Legatis gerendæ, exequendæ uel, committuntur. Primum igitur qui Legatos mittunt, diligenter circumspicere debent, ut sint, quos mittunt, rerum, quæ eis mandantur, periti. Quod & Sapiens admonet, dum inquit: Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit uerba per nuncium stultum. Et iterum, Initium uerborum ignorantis & insipientis, est stultitia, & nouissimus uerborum error pessimus. Deinde & qui mittuntur, non debent munus, cui se impares esse agnoscunt, temere suscipere. Scriptum est enim, Si tibi est intellectus, responde proximo: sin minus, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in uerbo indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria in uerbo sensati, lingua uero insipientis subuersio est ipsius. Sed & prudentes & periti ea modestia utentur, ut non statim oblatum Legationis munus suscipiant. Quin potius imprudentiam honesta aliqua ratione excusent. Nam hoc modo & maiore cum honore mittentur, & qui eos mittunt, si res secus quam uolunt successerint, non habebunt quod ipsis missis imputare possint. Hoc Hieremix exemplo docemur, qui Domino, cum eum Prophetam missurus esset, respondit: Ah ah ah Domine Deus, nescio loqui, quia puer ego sum. Qui ob id à Domino contra audiit: Noli dicere, Quia puer ego sum: quoniā ad omnia ad quæ te mittam ibis, & uniuersa quæcunq̄ mandauero tibi, loquæris. Quanquam alius Propheta, ultro se offerens Domino quærenti quem mitteret, respondit: Ecce ego, mitte me. Verum id alia ratione factum est, nimirum ut necessitate id exigente proximis prodesset. Et in utrisq̄ illud animaduertendum esse Canon admonet, quod is, qui recusauit, non plene restitit: & is qui mitti uoluit, ante se per altaris calculum purgatum uidit, ne aut non purgatus adire quisquam mysteria sacra audeat: aut quem superna gratia eligit, sub humilitatis specie contradicat. Quin & prudentis & consyderati hominis esse puto, ut oblata mu- Caute pro mittentibus Legatos. Prouerb. 26. Eccl. 10. Fugienda temeritas. Eccl. 5. Modestia in excusatione. Hierem. 1. Duorum Prophetarum ad literam contraria exempla, & utraq̄ recta. Esaiæ 6. viij. q. 1. c. in scripturis, in fin. nera in peritiores reſciat. Valer. max. li. 8. c. 13. Q. Scæuola, clarissimus & certissimus E iij legum

legum uates, quotiescunq; de iure Prætorio consulebatur, ad Furium & Casselium, tanquam huic scientiæ deditos, huiusmodi res consulto reijciebat. Et eruditissimi pectoris Philosophus Plato, conductores sacræ aræ, modum & formam eius secum conferre conatos, ad Euclidem Geometram ire iussit: scilicet ab his negocia aptius explicari posse ratus, qui eorum periti & quotidiano usu exercitati forent. Neq; uero qui unius aut alterius rei scientiam habent, propterea idonei sunt, ut aliarum quoq; rerum, quarum periti non sunt, Legationibus fungantur. Neq; enim omnes in omnia, ut inquit Iustinianus Imperator, sed certi per certa uel meliores uel deteriores inueniuntur. Ideo ad certa negocia gerenda certos quosque Legatos, eorundem peritos, mitti oportet. Itaq; de Sacris & Ecclesiasticis rebus missi, sacrarum quoq; & Ecclesiasticarum rerum periti esse debent. Episcopi quidem & Sacerdotes, qui Legatione Dei in terris funguntur, legis quoq; diuinæ scientiam habent. *ant necesse est: Labia enim Sacerdotis (ut ait Propheta) custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Et ideo Sacerdotibus diuina Legatio mandata est, ut eos, ad quos mittuntur, id est, plebem Christianam, in lege Domini erudiant, eaq; quæ ad salutem necessaria sunt, administrent, Christum prædicent, & Dei uirtutem, & testimonia eius enarrent: Christus autem Dei uirtus est, & Dei sapientia, & qui nescit scripturas, nescit Dei uirtutem, eiusq; sapientiam. Scripturarum enim ignorantia, Christi est ignorantia, ut inquit Hieronymus. Vnde de ignaris illis Christi Legatis, Episcopis & Sacerdotibus, dictum est: Si cæcus cæco præstet ducatum, ambo in foueam cadunt. Episcopi autem, Sacerdotes, aliq; ad cognoscendas causas Ecclesiasticas, uel in Concilijs uel in prouincijs missi, sacros Canones patrumq; regulas, & Ecclesiasticas constitutiones, Conciliorumq; decreta cognoscere debent. Quomodo enim Ecclesiastica iudicabunt, eorum, quæ ad cognitionem causarum Ecclesiasticarum necessaria sunt, ignari? Similiter & res prophanæ, non alijs quàm earundem peritis, rectè mandantur. Ad consultandum sanè de his, quæ ad Rempublicam legibus bene fundandam pertinent, legum quoq; periti: qui cognoscant, quæ leges iustæ, quæ iniustæ, quæ possibles, quæ tempori & personis secundum locorum consuetudinem conuenientes sint, rectè mittentur. Quales olim Athenas missi sunt. SP. Posthumius Albus. P. Sulpitius Camerinus, & A. Manilius, ut inclytas Solonis leges describerent, & aliarum Græciæ ciuitatum instituta, mores, iuracq; noscerent. Quibus deinde alijs septem adiuncti sunt, dataq; decem ipsis (qui Decemuirii dicti sunt) potestas est, ut Populo Romano iura conderent. Qui & antiquis legibus uel correctis uel interpretatis,*

Plato ad Euclidem misit conductores de rebus Geometricis.

C. de uet. iur. emulc. l. 1. § omnibus.

Sacerdotes rerum sacrarum periti & Legati esse debent.

2. Cor. 5.

Malach. 2.

Sacerdotibus necessaria est scientia scripturarum.

1. Cor. 1.

In Esaiam.

Matth. 23.

c. nulli 38.

dist.

Sacrorum Canonum periti Episcopi & presbyteri habere debent.

Legati ad consultandum de Reipub. debent esse Legum periti.

c. Erit autem lex 4. dist.

Tit. Linius li.

3. ab urb. con.

7. Dist. 2. 2.

3. ff. de orig. iur. l. 2. § ex d.

dist.

terpretatis, tum ex peregrinis legibus, Primum decem tabulas, anno uero sequenti duabus additis, leges duodecim tabularum tulerunt. Quin & legum interpretandarum potestas posteriori tempore a Populo Ro. Deinde etiam, imperio in unum Principem translato, a Principibus Iureconsultis data est. Quod & hodie leges, quæ in Pandectis Iustiniani eorum nominibus inscriptæ, & de ipsis etiam multæ historiæ scriptæ, abundè testantur. Atq; eodem modo ad alia negocia de iure cognoscenda, siue pacis siue belli, Iureconsulti rectè Legati decernuntur. Itaq; Romani, de iustitia & iniustitia belli, de pace item componenda, de feriendis item fœderibus: Fecialibus, harum uidelicet rerum iurisq; peritis, potestatem dederunt, Quod & hodie ad professionem Iureconsultorum pertinet. Hæc autem omnia si ijs, qui legum iurisq; ignari sunt, demandentur, id eueniat oportet, ut pro iustis iniustæ leges, iniustum bellum pro iusto decernatur. De alijs autem controuersijs disceptandis & iudicandis, siquidem iuris sunt, Iurisperiti: sin autem sine aliquo iuris præscripto de bono & æquo dirimendæ sunt, alijs etiam boni uiri honestiq; studiosi legari possunt. Idem in alijs quoq; pacis consilijs obseruatur, ut eorum periti pro conditione rerum mandatarum mittantur. De subditis in fide retinendis consultabunt, qui popularium animos moresq; perspectos habent: de seditionibus, qui causas seditionis cognoscunt: Quæstores de publicis pecunijs cogendis: Procuratores Reipub. de annona publica comparanda: de muris ciuitatis uel faciendis uel reficiendis, de alijs item publicis ædificijs construendis uel adornandis, Architecti, & operum publicorum curatores. Et eodem modo de alijs rebus pacis mittentur, qui sunt earundem, & pacis consiliorum periti. Sunt autem quædam negocia tam pacis quàm belli, quæ partim in consultando, partim in exequendo uersantur, ut armorum expeditio in bello, sententiarum quæ de iure prolata sunt exequutio: Quædam ad solam eorum, quæ deliberata sunt, exequutionem pertinent. In illis igitur mixtis eos mitti oportet, qui & consultare de incidentibus rebus possint, & quod deliberatum fuerit, etiam re ipsa præstare. Itaq; qui Legati ad gerenda bella mittuntur, non hoc tantum deliberabunt, sit ne cum hoste conflicendum, an urbs sit obsidenda, uel non obsidenda: sed illa præterea sciant oportet, quomodo exercitus instruendus, deducendusq; sit, quæ loca ad castra metandum idonea eligenda, quomodo castra constituenda, quomodo aduersus hostium clandestinos & apertos impetus fossis ac uallis munienda: excubijs item & stationibus custodienda, Quomodo annonæ militibus erogandæ, quomodo acies struendæ, qui cum quibus in acie coniungendi, quomodo ad pugnam eundum, quomodo in pugna milites cohortandi, quomodo in ipso congressu

Origo legum xij. tabularum. Potestas interpretandi leges Iurisperitis data.

Cognitio Fecialium de bello & pace.

Legati negotiorum pro quibus mittuntur, periti esse debent.

ff. de adm. res. rum ad ciuita. perti. l. 2.

Negocia quædam mixta sunt.

Quales debent esse Legati ad gerenda bella.

signa edenda sint, quibus modis milites uel uicti recedere: uel uictores, hostes insequi fusos fugatosq; debeant: Quomodo urbibus obsidendis tormenta bellica, & cui parti urbis admouenda: quomodo ad muros scalæ afferendæ, & infinita alia ad eandem rem pertinentia. Ac tales olim fuerunt Legati, quos Consules, Proconsules, ac Prætores nominabant, uiri uidelicet non solum magna prudentia præditi, sed multo etiam rerum usu exercitati. Neque uero satis est eos, qui mittuntur, commodè de rebus bellicis deliberare, & dicere posse: Sed illud præterea exigitur, ut si factio opus sit, quæ deliberata sunt etiam re ipsa præstare possint. M. Cicero de quacunque re copiosè quidem & ornate dicere potuit, qui & prudentia bellica non parum ualuit: Idem tamen adeo in castris nihil profuit, ut quidam de ipso scribat, Nihil minus ipsum quam ad bella natum fuisse. Sed & idem Cicero de Phormione quodam Peripatetico Philosopho scribit, cum apud Antiochum Regem in cœna, ad quam tum forte Hannibal inuitatus fuerat, copiosum sermonem de Imperatoris officio, & de omni re militari habuisset, ac cæteri, qui eum audiuerant, uehementer delectati essent, & ab Hannibale quæsitum esset, quid nam ille ipse de illo Philosopho iudicaret: Respondisse tunc Hannibalem, multos se deliros fenes uidisse, sed qui magis quam Phormio deliraret, uidisse neminem. Nimirum hoc sentiens, ridiculum esse, eum, qui nunquam hostem necq; castra uidisset, & ne minimam quidem partem publici muneris unquam attigisset, præcepta de re militari dare. Ac multos etiam hodie inuenias Phormioni haud dissimiles, quibus Ma-

Non satis est, apte dicere, sed oportet etiam re ipsa præstare.

M. Cicero.

L. Florus lib.

c. 11. Epit.

Phormio Philosophus.

Cic. lib. 2. de Oratore.

Virg. lib. 11. Aeneid.

Philosophi in belli negotiis aliquando idonei esse Legati.

Plutarch. in Demetrio.

Appianus de ciuilib. bell. li. 4.

4.

uors (quod Turnus apud Poëtam in Drancem torquet) uentosa in lingua pedibusq; fugacibus hæret. Nihil tamen prohibet etiam Philosophos aliosq; doctos mitti Legatos, si ad suadendum disuadendumue mandatum sibi negocium sint idonei. Quemadmodum ab Atheniensibus ad Demetrium Crates Philosophus Orator missus est, qui & multis rationibus Demetrio persuasit, ut obsidionem solueret, & maiora utilioraq; susciperet. Et Rhodij ad Cassium ipsius olim in Rhodo præceptorem Græcarum literarum Archelaum miserunt oratum, ut bello, quod in ipsos agitatabat, desisteret. In reliquis quoq; rebus tam pacis quam belli, quæ ad executionem pertinent, mittendi quoq; sunt Legati, qui quæ deliberata, ipsisq; mandata sunt, pro honore & utilitate eorum, qui eos mittunt, commodè exequi possint.

De

De prudentia, & ad res agendas industria, solertia, & sagacitate Legatorum. Cap. V.



Vb scientia prudentiam & rerum gerendarum industriam, & solertiam comprehendimus. Prudentia est, quæ quid in quacq; re, quod quidem suscepto mandato conueniat, agendum omittendumue sit præscribit. Huius partes sunt monastica & politica. Monastica ad rem familiarem administrandam pertinet: Politica tum in ferendis legibus, tum in singulis etiam rebus ciuitatis agendis, consultandisq; uersatur. Hæc in deliberatiuam & iudicalem diuiditur. Deliberatiua est, qua quid in agendis rebus bonum malumue sit deliberamus. Iudicatiua, qua quid utile, & inter plura quid utilius sit iudicamus. Possumus & tertiam speciem addere, qua quæ rectè deliberata iudicataq; sunt præcipimus, & ad opus accomodamus, hanc præceptiuam appellamus. Legati igitur, qui cum certis definitisq; mandatis mittuntur, Primum de his quæ expressè mandatis continentur, facillè deliberabunt, iudicabunt ac præcipient, tum si executionio etiam mandata fuerit, exequentur. Nam quorum est certa expressaq; forma, ea etiam certam indubitataq; expeditionem habent. Veluti si à Feciali Ro. res repetendæ, & bellum indicendum sit, nihil ipse de rebus repetendis, & indicendo bello, necq; qua forma indicendum sit, deliberabit: nec an hæc ipsa utilia sint, an inutilia iudicabit: sed forma ipsiq; ipsdem etiam uerbis, quibus res repeti, & bella iudici consueuerunt, ipse quoq; repetet & indicet.

Quid Prudentia.

Partes & species Prudentia.

Prudentia Legatis necessaria.

Exempla prudentia in Legatis.

Si uero incidant aliqua, quæ à mandato quidem pendebant, sed tamèn mandato expressè non contineantur, Tum Legatus quid mandato conueniat, quid honestum, quid utile sit, quid inutile, & inter multa quid sit utilius, deliberabit & iudicabit. Veluti ad faciendam cum hostibus pacem missus Legatus, mandatum quidem accipit, ut æquis conditionibus pacem promittat: Verum quoniam conditiones pacis in mandato non continentur, Legati prudentia datur, ut quæ conditiones æquæ sint, quæ iniquæ, quæ utiles, & inter multas, quæ magis utiles sint, deliberet. Item, si frumentum comparandum sit, leges aut libri certi alicunde afferendi, mandatum Legati in eo quidem certum est, ut frumentum emat, leges aut libros referat: uerum ad prudentiam eius pertinet, ut quale frumentum, quibus modis, quouè precio comparet: quas leges & quos libros offerat, ipse diiudicet. Ita Legati à Populo Romano Athenas missi, certum quidem mandatum habuerunt, ut leges scriptas Solonis afferrent, tum iura etiam & mores aliarum ciuitatum noscerent: Verum ipsorum simul etiam prudentia datum est, ut ipsi, quæ Solonis essent leges, quæ iura & mores ciuitatum, dispicerent.

46 D. BRVNI DE LEGATIONIBVS

dispicerent. Sic P. Gabinius, L. Valerius & M. Octavius Legati, Brithras missi, qui carmina Sybillæ conquesta Romam deportarent, certum quidem mandatum de deportandis Sybillinis carminibus acceperunt: Sed eorum nihilominus industriæ iniunctum est, Ut à quibus huiusmodi carmina conquirent, & quibus modis ea cognoscerent, ipsi dijudicarent. Quod & diligenter præstiterunt, siquidem descriptos à priuatis uersus circiter mille Romanam reulerunt. Author Fenestella. Maxime autem ijs prudentia est necessaria, qui cum liberis mandatis de summa rerum Legati mittuntur: Veluti de ferendis legibus, ac Republica imperij bene constituenda missus, de omnibus quæ ad rationem ferendarum legum, & ad publicam utilitatem & tranquillitatem: pro temporum & personarum conditione & qualitate pertinent, delibere & cognoscat. Similiter qui ad disceptandas controuersias, Regum, Principum, Populorum, mittuntur, æqui & iniuri, iusti & iniusti rationem: rerum item, de quibus disceptatur, qualitatem, & eorum qui contendunt & litigant, mores probe agnoscant oportet. Atque hæc omnia ab illa, quam dixi, prudentia, quæ certis quidem præceptis constat, multoq; rerum usu contingit, proficiscuntur: Quam quidem ad res consultandas agendasq; facultatem, natura etiam ipsa plurimum adiuuat. Nam & naturalis promptitudo & habilis inest homini, quæ quid tum sibi tum alijs sequendum fugiendum ue sit prospicit: Hanc solertiam & sagacitatem appellare possumus. Et est innata quædam uis, qua qui præ-

In liberis mandatis opus est prudentia Legatis maxime.

Prudentia circa disceptatione.

Quid solertia.

Arist. lib. 1. re sol. post. c. 27.

Exemplum solertiae.

4. Reg. 13. Esaiæ 36.

diti sunt, cum ad rem gerendam peruentum sit, perinde se habent ac si in ipsis actionibus multum antea uersati fuissent. Aristoteles definit coniectationem esse medijs, in tempore admodum breui: ueluti si quisquam uiso paupere diuitem aduente, hoc illum propterea facere, quod mutuo argentum accipiat, intellexerit: aut si cognouerit cur hij sint amici, quia sunt eiusdem hominis inimici. Omnis enim medias causas qui uidet, extrema facile cognoscit. Talem solertiam ostenderunt Legati, qui ab Ezechia Rege missi, à Rapsace Regis Assyriorum Legato petierunt, ut mandata sua Syria, non Iudaica lingua exponeret: ueriti ne si lingua Hebræa audiente populo, qui erat super murum ciuitatis, ueretur, populus ad defectionem moueretur. Sed nec minore solertia usus Rapsaces, & si in mandatis expressè hoc non habuit, tamen conuenire mandato intellexit, & non tam prudenter quam solerter respondit. Nunquid ad dominum tuum & ad te misit me dominus, ut loquerer omnia uerba ista, & non potius ad uiros qui sedent in muro, ut comedant stercora sua, & bibant urinam pedum suorum uobiscum? & continuo magna uoce Iudaicè, ea quæ Ezechia Legatis, sed audiente etiam toto populo Iudæorum, proclamauit. Qui autem susceptis

susceptis negocijs consultandis ueloces & prompti sunt, ut ueluti augurari ac præsentire, quid in causis, de quibus agitur, futurum sit, uideantur, Sagaces appellantur. Ad hanc etiam naturalem promptitudinem Arist. sententiam & intellectum refert: ac sententiam quidem appellat, æqui & boni rectum iudicium. Quale est ut aliquo euentu ignoscendum sit, Nam & boni uiri ad ignoscendum, si id honesta ratio suadeat, procliuus sunt. Intellectus autem in agendis rebus principia quædam, quibus ad ea quæ bona sunt, ueluti natura diriguntur, constituit. Quale est, honestum præferendum esse utili, Pro religione tuenda ac salute patriæ pericula esse subeunda, Vnicuique quod suum est tribuendum esse, Quod sibi quis fieri nolit, alteri non esse faciendum, & si qua sunt huius generis alia. Qui igitur naturali hac ad gerenda negocia solertia præditi, eam ipsam simul etiam prudentiæ præceptis, multoq; usu excolunt: Hi denique maxime idonei sunt, qui non solum sua & priuata negocia gerant, sed etiam quibus aliena & publica gerenda administrandaq; mandentur, quicq; de maximis rebus Legati mittantur. Nam multa sæpe in mandatis negocijs accidunt, quæ non præceptis aut usu aliquo, sed solertia & industria innata iudicantur.

Quid sagacitas.

Intellectus circa principia in rebus agendis.

Legati idonei.

De experientia Legatorum, senioresq; Iunioribus in Legationibus esse præferendos. Cap. VI.



Scientiam & prudentiam efficit experientia. Hæc ex multarum rerum memoria constat: quæ & ipsa in agendis rebus plurimum ualeat. Nam (ut Aristoteles ait) experti certius quod intendunt consequuntur, quam illi qui rationem absq; experientia tenent. Quanquam qui artem habent, expertis sapientiores sint: quod hij causam sciunt, illi uero minime. Experti enim sciunt quid est, propter quod autem nesciunt: artem autem qui tenent, propter quod & causam cognoscunt. Omnium autem certissime & absolutissime agunt, qui experientiam cum arte habent coniunctam, De his igitur ait Sapiens: Vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui autem non est expertus, pauca recognoscet: Et Horatius.

Arist. lib. 1. Mete. Quod experientia.

Ecd 34.

Aut uirtus nomen inane est,

Aut decus & precium recte feret experiens uir

Experientiam ueram, quæ est cum prudentia coniuncta, senectuti tribuimus. Nam (ut Sapiens ait) in antiquis scientia est, & in multo tempore prudentia. Minores autem sunt homines exigui temporis, ad intellectum iudicij & legum. Et iterum, Quam speciosa ueteranis sapientia, & intellectus & consilium corona senum, multa sapientia: & gloria illorum timor Dei. Vnde non ineptè ueteres, quos prudentes & optimos iudicarent, eosdem etiam senes appellantur.

Senatus a senum prudentia dictus est.

runt. Quin et summo consilio Romani nomen à senibus dederunt. Senatū ipsū, quod ex senibus & prudentissimis uiris constaret, appellantes. Vulgò quoq; receptum est, ut quæ grauitatem in se habent, prudentiamq; aliquam præferunt, eadem senilia uocemus. Nam & prudens consilium, senile: præceptus uerò ac male consultum, iuuenile appellamus. Et Cicero orationem grauem & prudentem canescere, & quandam maturitatem habere, ac senescere dicit. Itaq; Legationes, ut cætera quoq; munera, quæ consilio prudentiaq; geruntur, non tantum doctis & prudentibus, sed etiam expertis, & inter plures expertos, his, qui cæteris experientia præstant, & in primis senioribus mandandæ sunt. Nam (ut Arist. testatur) ut in artibus: sic etiam in actionibus & rerum publicarum administrationibus, non minus expertis quam doctis iudicium tribui mus: nec minus seniorum atq; prudentium sententijs & iudicijs indemonstrabilibus, quam demonstrabilibus ipsis, ex certis indubitatisq; principijs deductis, credimus. Neq; uerò id eò dico, ut solos senes prudentes, alias autem ætates omnes rudes, & ad publica negotia inutiles esse putem. Equidem uarias esse ætates scio, quod & Cicero scribit. Naturam unicuiq; suam tempestiuitatem dedisse, infantium, puerorum & adolescentium infirmitas est, ferocitas iuuenum, grauitas iam constantis ætatis, Maturitas senectutis, senij autem labor & dolor. Atq; inter illas ætates quædam consiliorum expertes sunt, ut infantia, pueritia, decrepita ætas. Quædam consilia habent, sed ea fragilia & infirma, ut adolescentia, quædam firma quidem, sed nec dum usu & experientia corroborata, ut iuuentus, Quædam matura & solida, multaq; rerum cognitione, usu & exercitatione firmata, ut media ætas & senectus. Atq; ita quidem Iureconsulti statuunt, qui etiam unamquamq; ætatem certis temporum spatijs finiunt. Nempe, infantiam septimo anno: Pueritiam in masculis decimoquarto, in foeminis duodecimo: Adolescentiam uigesimoquinto: Iuuentutem quinquagesimo: Constantem ætatem & senectutem septuagesimo, uel octogesimo: Senium reliquo tempore uitæ concludunt. Medici autem quatuor partes ætatis faciunt, pueritiam, pubertatem, ætatem consistentiæ, & senectutem: sed alia ratione, nimirum corporis constitutionem spectantes. Ac proinde pueritiæ ac pubertati caliditatem & humiditatem, minus tamen pubertati quam pueritiæ, utriq; autem multum calorem: Mediæ ætati caliditatem & siccitatem, & calorem quidem copiosum, Senectuti frigiditatem & siccitatem, calorem autem paucissimum tribuunt. Similiter pueritiam & pubertatem sanguine: Mediæ ætatem flaua bili: senectutem autem pituita abundare. Præterea ijdem dicunt, corporis eiusdem uires in ætate, quæ mediæ præcedit, augeri: In mediâ uigere & consistere: in senectute

Dionys. Halicar. li. 2. antiq. Rom.

Cicero in libro de senectute.

Cicero de Clar. oratorib.

Expertis committenda est Legatio.

Lib. 3. Polit. cap. 7.

Lib. 5. eth. cap. 11.

In libro de senectute.

Qualitas & differentia in ætatibus hominum.

Cy. & doct. in l. si infanti C. de iure delibe.

Galenus in diffinitionibus medicis.

Hipocr. Aphor. 13. & 30.

neclute uel occulto uel manifesto sensu deficere. Nos autem in ætatibus non solum corporum, sed etiam animorum habitudinem, & quæ ætas ratione & consilio polleat, & ad quas actiones idonea sit, consideramus. Primum igitur ad ea negotia, in quibus periculum Reipub. uertitur, siue publico siue priuato consilio administrantur: Minores, id est, infantes, impuberes, & adolescentes, qui nec dum uigesimalium quintum annum habent, etiam si uelint, minime admittimus. Etsi enim ea ætas ad omnia ministeria apta sit & docilis, propter quod à lege beneficium habet, ut eius studia nullis etiam personalibus muneribus impediatur: Nam & Reipublicæ interest, in bonis disciplinis erudiri eos quibus aliquando Reipub. partes, ad gubernandum credendæ sunt: tamen non est æquum, ut cum damno Reipub. publica munera gerant, qui suis etiam rebus administrandis impares iudicantur. Quod sanè & in his, qui ueniam ætatis impetrauerunt, obtinere, prudentioribus placuit. Et si enim ætatis uenia ijs, quibus datur, facultatem suarum rerum moderandarum tribuat: tamen quia prudentiam non tribuit, nec ad munera pub. idoneos reddere intelligitur. Hic autem Legatos & procuratores ad negotia excipimus, qui & minores (nempe decimum septimum annum egressi) deligi atq; constitui, & quæ susceperunt mandata exequi possunt. Deinde mente capti, mulieres & senes, qui ea ætate confecti sunt, ut desipere iam & delirare incipiant: ab huiusmodi muneribus, non solum excusantur, sed etiam repelluntur. Qui uerò adolescentiæ ætatem egressi, inter iuuenes numerari incipiunt: in ea ætate, ad ea munera non solum uolentes admittuntur, sed inuiti etiam agnoscere ea coguntur. Senes autem à muneribus personalibus, quæ sunt autoritate & utilitate publica, usq; ad quinquagesimum quintum: ad alia autem quæ sunt autoritate publica sed utilitate priuata, usq; ad lxx. annum, non solum admittuntur, sed etiam inuiti coguntur. Exacto autem conuulsi, ab huiusmodi quidem muneribus excusationem habent: Verum ea oblata sponte suscipere non prohibentur. Ad ea autem negotia, quæ ad publicorum consiliorum rationem pertinent, ut prudentes tantum, consiliorumq; periti admittuntur: Ita ab his nulla ætas, quæ modò ad publica consilia idonea sit, neq; uolens neq; inuita remouetur. Quin & quod quæq; maiore prudentia pollet, hoc cæteris magis in gerendis publicis negocijs præferatur. Quamobrem non immeritò nos in mittendis Legationibus, cæteris ætatibus senectutem prætulimus, non quod alijs scientiam & prudentiam adimamus: sed quod hæc reliquis consilio & prudentia antecellat. Et si enim iuuentus multarum rerum scientiam habeat & cognitionem: tamen multa sunt, quæ nunquam experta est, & imprudenter multa etiam, propter inconsultum calo-

Infantia, pueritia et adolescentia, ad publica munera non admittuntur.

l. præcipiunt ff. de edil. edict.

l. 1. C. qui ætate lib. 10.

Iust. in proe. in fi.

gl. & 10. de Pla. in l. 1. C. qui ætate, lib. 10.

10.

Exceptio. l. 1. ff. de postulan.

Regulæ pro ætatibus diuersitate.

c. nisi cum priorem. de renum.

Idem Ioan. de Plat. in l. cum decurionatus l. si ultra C. de decur. lib. 10.

l. cum affirmatis l. manifesti C. qui ætate se excus. lib. 10.

Cur senectus in Legationibus præfertur.

rem temerè agit. Senectus uerò multa experta, nihil non circumspicit, omnia prouidenter: nihil inconsultò, nihil temerè agit. Quia etiam aliorum temerè facta sæpe modestia mollit, & refrenat. Quod de Q. Fabio Maximo testatur Ennius.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem,
Non ponebat enim rumores ante salutem,
Ergo postq; magisq; urri nunc gloria claret.

Bald. in l. seniu C. qui testat. fa. poss. Sed nec minus in gerendis rebus autoritate ualet. Nam plus ualet (ut quidam inquit) senis umbra, quam iuuenis arma. Optimo igitur iure in actionibus publicis, seniores iunioribus præferuntur.

Inter Legatos multos unus saltem sit senex uel aliorum Dux. Lib. 6. eth. ca. 12. Quod si negociorum gerendorum conditio, aut mittentis dignitas & autoritas exigat, ut multi legentur, et inter multos illos, si non multi, saltem unus senex, idemq; prudens & expertus, uelut aliorum dux mittatur. Nam ita ferè fit (ut Aristoteles existimat) ut etiam hi, qui usu rerum carent, tamen uel unius experti consilio adiuncti, optimas etiam & iustissimas sententias proferant, et ut pro uerbis dicitur. Qui bonum præbet ducem, plerunq; facit ut & alij bene sequantur. Quod si id non succedet, tamen ferendū erit quod plerunq; fieri solet, ut non semper pares esse possint, quibus negocium unum communiter exequendum mandatur. Quod & in Le-

Lib. 1. ad Atticum. gationibus accidit, sicut Cicero ad Atticum testatur. Legati (inquit) cum autoritate mitterentur, qui adirent Galliarum ciuitates, darentq; operam, ne ea cum Heluetijs se iungerent: Legati sunt. Q. Metellus Creticus, & L. Flaccus το ἐπὶ φανῶ μύρορ. Lentulus Clodiarum filius. Quo nimirum loco significat, Legationis munus homini & negotio et collegis suis, minus accommodo fuisse delegatum, & (ut

Quid agendum, ubi defectus aut paucitas est idonearum personarum. dici solet) lenti unguentum infusum. Sunt igitur senes iunioribus coniungendi, si haberi possunt. Sin uerò seniores non sint, qui Legationibus fungi possint: aut si sint, tamen obire nolint: His certe casibus eos qui excusatione utentur, iustis præmijs et honoribus, ut suscipiant, inuitari oportet. Quod si nec his moueantur, tum eorum opera utendum erit quos habere possumus, non quos uolumus. Nam sæpe accidit ut ob penuriam hominum, defectum personarum in mittendis Legationibus non habeamus. Id quod etiam in populosissima illa urbe Roma euenit: in qua tanta solitudo propter præteritam pestilentiam, ac ingrauescentem famem fuit, ut in Legationes pro frumentis comparandis non plus singulis Senatoribus inuentis, coacti fuerint contra morem binos equites ad-

T. Linius lib. 4. ab urb. con. hñcere. Generaliter enim constitutum est, ut quoties earum personarum penuria est, quæ magistratum gerere possunt, alij qui non possunt, modò non sint prorsus inutiles, subrogentur: quanto magis idonei contenti erimus, si magis idoneos habere non possumus. L. ut Gradatim et l. honor ff. de mun. et ho. l. 3. et ff. de decurionibus.

De

De eloquentia Legatorum. Cap. VII.

IN his autem rebus, quæ uel in totum, uel aliqua ex parte in dicendo consistunt, ut in cæteris rebus, ita & in Legationibus, parum prodest scientia & prudentia sine eloquentia. Quantumuis enim doctus, prudens & expertus sit Legatus, nisi negocium sibi mandatum commodis & idoneis uerbis & sententijs, & omnia ut negocij, quod gerit, qualitas exigit, exponat: nihil egerit, sed in uentum potius (ut dicitur) laborauerit. Nam (ut Cicero inquit) eloqui copiosè modo prudenter, melius est, quam acutissimè sine eloquentia cogitare. Itaq; & Aaron, quoniam eloquens erat, Moyse à Domino dabatur, ut pro eo ad populum loqueretur, & esset os suum. Sic & Legatus, quo Princeps tanquam ore & organo utitur, eloquentia etiam instructus sit oportet. Eloquentes autem appellamus, non uerbosos, non temerarios & inconsiderantes, non uaniloquos & fallaces: quales ferè aulae Regum & Principum & alere & producere solent, qui (ut L. uius, de Legatis Antiochi Regis, ait) maria terrasq; inani sonitu uerborum complentes, omnia gloriantur, omnia iactant, omnia cum minis & imperio agunt, homines plerunq; indocti & obscuri. Qui quò humiliori loco sunt, hoc magis exultant ipsi, aliosq; contemptui habent: qui & uaniloquentia sua non raro honesta consilia turpiter non solum perturbant, sed etiam inuertunt. De quibus scriptura dicit, Stultus uerba multiplicat. Item illud, Vidisti hominem uelocem ad loquendum, stultitia magis speranda est, quam illius correctio. Et iterum, Temerarius in uerbo suo odibilis est. Item illud, Verbosus separat Principes. Item, Lingua fallax non amat ueritatem. Et item illud, Qui Sophisticè loquitur odibilis est, in omni re defraudabitur, non est enim illi data à Domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est. Sed eloquentes uocamus eos, qui uerba sua pro qualitate rei, personarum & temporis, attemperare possunt, ut neq; duriora, neq; mitiora, neq; plura, neq; pauciora quam oportet: nihil inconsultò, nihil temerè, sed omnia deliberatè & prudenter, & in tempore proferant: docti uidelicet & prudentes, & preciosi spiritus uiri, qui moderantur sermones suos, & qui uerbis suis faciunt stateram, & frenos ori suo rectos, attendentes ne labantur in lingua, & cadant in conspectu inimicorum insidiantium ipsis. Quorum uerba non ore, ut de Ulyssè Homerus scribit, sed in pectore nascuntur, habentium uidelicet linguam, nec liberam, nec uagam (ut inquit Gellius) sed quæ uinculis de pectore imò & de corde apertis mouetur, & quasi gubernatur: Breviter qui nec alia nec plura loquuntur quam sapiens, ut habet uetus prouerbiū. Legatorum autem in dicendo officium, ut & aliorum quibus dicendi munus iniungitur, circa tria negociorum

Verboſi, uani loqui & fallaces non sunt eloquentes.

De bell. Mace. et Aſiat. lib. 5.

Superbi aliorum contemptores uerboſi.

Eccl. 10.

Prouerb. 29.

Eccl. 9.

Prouerb. 16.

et 26.

Eccl. 37.

Qui sunt uere eloquentes.

Eccl. 28.

Lib. 1. cap. 17. noſ. att.

Ariſt. lib. 3.

Rheto.

Tria genera negociorū de quibus tractat Legati.

F ij genera

- I. genera uersatur. Aut enim ad disceptandum mittuntur Legati, aut ad deliberandum, aut ad demonstrandum. Ad primum genus, quod Oratores iudiciale appellant, referuntur accusationes, querelæ, contentiones de iure & possessione. Secundum genus Deliberatiuum siue Suasorium appellamus, & in hoc ponuntur consultationes, sententiarum dictiones, petitiones amicitiarum, auxiliorum, induciarum, pacis, captiuorum, pecuniarum: deprecationes item & uenitæ petitio: aliorum ad suscipiendum contra hostes bellum adhortationes, consolationes, iracundiarum mitigationes, & quæ sunt his similia. In tertio genere, quod Demonstratiuum dicitur, laudationes & uituperationes ponimus. Sunt autem singulorum generum singulæ quoque dicendi rationes, unicuique propriæ et accommodatæ, Rhetorû præceptis traditæ: Quas & ueteres in Legationibus diligentissimè semper obseruarunt, quod multorum Legatorum multæ quidem in unoquoque genere orationes, apud Historicos testantur. Cuiusmodi sunt (ut inter multas aliquas docendi causa enumerẽ) ueluti quæ in primo genere apud Liuium extant, Legatorum Malsinissæ Regis Numidarum, et Carthaginensium de finibus agri disceptatio: Orationes quas Legati Thessalorum, & Atamantium, aduersus Philippum Regem habuerunt: Et illius aduersus accusatores querelæ & defensio. Loerensium item Legatorum oratio, de sceleribus Q. Pleminij coram Senatu habita. In secundo genere, orationes Legatorum Atholorum, quibus Nabis, Philippo, & Antiocho Regibus, bellum aduersus Romanos suscipiendum suadent. Orationes item Legatorum Philippi Regis, Atheniensium, & Romanorum: quibus alij bellum Atholis, aduersus Philippum, alij pacem suadent, alij amicitiam orant. Gloriatur Demosthenes in hoc genere, se Pithonem Philippi ad Bæotos Legatum, qui cum eloquentia plurimum ualere existimabatur, ueluti fulmine uerborum in se irruentem, non solum non subterfugisse, sed eloquentia etiam superasse, & quo minus auxilia a Bæotis impetraret, effecisse. In tertio genere excelluerunt Legati totius Græciæ ad laudandum L. Flaccum missi. Possent & alia exempla ipsidem atque alij de rebus afferre: uerum his ipsis, quas modo enumeravi, orationibus satis & artem & diligentiam ueterum Legatorum in dicendo, demonstrasse uideor. Iam & illud obseruandum est Legatis, ut in unoquoque genere parua submissè, mediocria temperatè, magna grauitè, omniaque hæc prudenter dicant. A. Gellius in noctibus suis narrat tres nobilissimos illius ætatis Philosophos, Carneadem ex Academia, Diogenem Stoicum, Critolaum Peripateticum: quos Athenienses Romam ad Senatum Populumque Romanum legauerant impetratum, uti multâ remitterent, quam fecerant propter Oropi devastatorem.

Exempla in genere iudiciali.
 T. Liuius lib. 4. de bell. Maced. & Asiaticis.
 T. Liuius lib. 9. de bell. Maced. & Asiaticis.
 T. Liuius lib. 9. secundi belli Punici.
 T. Liuius lib. 5. de bell. Maced. & Asiaticis.
 T. Liuius lib. 1. de bell. Maced. & Asiaticis.
 Diodorus Siculus lib. 13. de gestis Philippi.
 Cicero in oratione pro L. Flacco.

Lib. 7. ca. 14.
 Macrobius lib. 1. Saturnaliorum cap. 5.
 Marc. Cicero lib. 2. de oratore.

tionem: & si in Senatum inductos, interprete usos, tamen seorsim quoque unumquemque ostentandi gratia magno hominum conuentu dissertauisse, & tria illa dicendi genera (quæ Græci κατὰ τὴν ἰδέαν uocant, nominaque eis apponi fecerunt ἀδ' ἑοῦ τὸν νοῦν μέσση) expressisse, suisque cuiusque generis facundia usos fuisse. Nempe uiolenta & rigida Carneadem dixisse, Cita & teretia Critolaum, Modesta & sobria Diogenem. Eloquentiam ut aliorum Oratorum, ita & Legatorum maximè etiam iuuat memoria. Nam si quid quod in mandatis habet, quodque in Legatione audit & uidet, præterfluit: neque commodè quæ mandata fuerint exponere, neque quæ responsa acceperit, aliaque quæ in ipsa Legatione acciderint, renuciare poterit. Quo nomine magnam sanè laudem retulit Cyneas Pyrrhi Legatus, qui postero die quàm ingressus Romam fuerat, & Equestrum ordinem & Senatum proprijs nominibus salutauit. Quod certè memoriæ bonum paucis contingit. Nam quod historiæ narrant Themistoclem intra unum annum optimè Persicè loquutum: Mithridati duarum & uiginti Nationum, quibus imperauit, linguas notas fuisse: Crassum illum diuitem, cum Asiæ præesset, quinque Græci sermonis differentias sic tenuisse, ut qua quisque apud eum lingua postulasset, eadem ius sibi reddiderit: Cyrum, & L. Scipionem in exercitu numerosissimo, omnium militum nomina tenuisse: Et Theodecten uersus quantumlibet multos protinus reddidisse: Insignis quidem hæc ipsa memoriæ, sed eadem tamen miræ & rarissima, & narratu quàm imitatu multo faciliora exempla esse ab authoribus commemorantur. Quo magis mirum, Quod Seneca de hac memoriæ laude scribens inquit, intra exiguum paucissimorum dierum tempus, poterit quilibet facere id, quod Cyneas fecit: qui missus à Pyrrho Legatus ad Romanos, postero die nouus homo & Senatum & omnem urbanam circumfusam Senatui plebem nominibus proprijs persalutauit. Mihi certè, ut sint qui Cyneam imitari possint: nunquàm tamen (quod de his qui Theodecten imitari dicebantur. Quintilianus dicit) ut ipsi Legatum, tale aliquid præstantem, audire contigit. Ut autem non unius generis negocia sunt, quæ Legatis mandantur, nec paræ conditionis homines ad quos mittuntur: Ita non in omnibus Legationibus exactam facundiam & artificiosam eloquentiam requirimus: sed eam nonnunquam dicendi facultatem & industriam, quæ à natura profecta est, in Legato admittimus: quæ & personæ, ad quam mittitur, & mandato negocio conueniat. Sunt & certæ quædam dicendi formulæ, certis negocijs attributæ, quarum ne uerba quidem negligere oportet: Quales indicendorum bellorum, foederum item iciendorum apud Romanos fuerunt. Et hodie certas quædam formulas salutationum, gratulationum, gratiarum actionum,

Memoriæ bonum.

Excellētis memoriæ uiri. Cyneas.

Soli. cap. 7. Plinius lib. 7. ca. 24. Plutarch. in Pyrrho. Cicero lib. 1. Tuscul. quæst.

Quintil. li. 11. ca. 2. orat. inst.

inuitationum, & similitum, usus introduxit. Sæpe etiam negocij & personarum conditio exigat, ut eloquentiam, quam consequutus est, dissimulet Legatus, magisq; rem prudenter, quam disertè, & interdum gestibus magis quam uerbis, agat. Nam semper prudentia grata, sæpe autem lingua suspecta esse solet, ut inquit Cicero. *Cicero in Oratore ad Brutū. Lib. 17. Augusti. historiæ.* Atq; huius rei pulchrum sanè exemplum, de Legatis Heluetiorum extat, apud Cornelium Tacitum. Legati Heluetiorum (inquit Tacitus) haud facile dici est, minus placabilem Imperatorem, an militem inuenerint, ciuitatis excidium poscunt, tela ac manus, in ora Legatorum intentant, ne Vitellius quidem minis ac uerbis temperabat: Cum Claudius Cossus, unus ex Legatis, notæ faciendæ, sed dicendi artem apta trepidatione occultans, atq; eo ualidior, militis animum mitigauit (ut est mos uulgo) mutabilem subitis, & tam pronum ad misericordiam, quam immodicum sæuitia, effusus lachrymis & meliora constantius postulando, impunitatem salutemq; ciuitati impetrauere. Et de tribus illis quos diximus Atheniensium Legatis, Marcus Cato, qui Censorius dicitur, audito uno Carneade, ita censuit, ex usu Reipublicæ Romanæ esse, ne tales Oratores tanquam ualida eloquentia præditi, qui possent æqua pariter atq; iniqua persuadere, audirentur publice. Quoniam Carneade ipso argumentante, quid ueri esset, haud facile discerni posset. Nam & hunc traditum est, cum pro iustitia publicè multa eleganter ac sapienter differuisset, postridie non minore doctrina atq; copîa, contra iustitiã perorasse. Ac de eloquentia Legatorum, & qua dicendi facultate præditi esse: & quo genere dicendi in unoquoq; negotio uti debeant, satis dixisse uideor.

Leues uerò & futiles illos & importunos loquutores (ut Gellianis uerbis utar) qui scilicet nulla dicendi ratione habita: immo dicendi prorsus ignari, multa securitate ita loquuntur, ut plerunq; sese nescire loqui uideantur, & cum loqui nesciant, tacere tamen non possunt: Illos inquam Therites Homericos, quanto impudentius se plerunq; honoribus & officijs ingerunt, tanto longius à tam honestis Legationum muneribus repellendos esse iudico. Neq; enim his tantum molesti sunt, ad quos mittuntur, sed plerunq; etiam non sine magno damno eorum, quorum Legatione funguntur, infecta re abire coguntur. Cuius quidem rei ex multis, pauca quædam exempla referam. Ad Cleomenem uenerunt Oratores Samiorum, hortaturi, ut cum Polycrate Tyranno bellum suscipere. Id cum fecissent oratione plus æquo proluxa, respondit in hunc modum. Quæ primo loco dixistis non memini, & ob id ne media quidem intelligo, quæ uerò omnium dixistis postremo, non probor.

Et Abderitarum, Corinthiorumq; Legati, multa apud Agidem Lacedæmoniorum Regem loquuti, Vterq; cum uix tandem finem

finem dicendi fecissent, rogarentq; quid ciuibus suis essent renunciaturi: Agis, illud (inquit) renunciate, quantum temporis opus fuit uobis ad dicendum, tantum me silentem audiuisse. Et Athenienses cum ad Syllam duos tres uel Legatos misissent de pace tractaturos, atq; illi nihil afferrent quod ad incolumitatem ciuitatis faceret, sed Theseum Eumolpum & res aduersus Medos gestas uerbis inanibus iactarent: Abite inquit, ô beati, istasq; orationes uobis scum referte, non enim discendi cupidus huc missus sum à Populo Romano, sed ut rebelles subuertam. Et Labatus Lacedæmonius, cuidam apud ipsum prolixiore utenti sermone, Quid mihi, inquit, de re pusilla longa textis prohemia.

De interpretibus Legatorum. Cap. VIII.



Vod si autem Legati linguæ eorum periti non sint, ad quos mittuntur, nihil prohibet quin interpretis ministerio, aduocationibusq; uti possint. Quod & Romanis in more fuisse Cicero testatur. Ita enim in oratione pro Cornelio Balbo inquit, Neq; enim sine causa de Cn. Publilio Mercurio Libertino homine: quem apud maiores Legati nostri in Græciam proficiscentes interpretem secum habere uoluerunt: ad populum latum, ut is Publilius si domum reuertisset, nec minus ciuis esset. Et Sylla ad Bocchum Numidiæ Regem missus, ab utroq; fidei interpretibus adhibitis, quæ in mandatis habuit, & dixit & respondit. Et idem de tribus Philosophis quos dixi, narrat Gellius, qui in Senatu interprete usi sunt Cæcilio Senatore. Illud etiam hic annotare libet, quod Valerius scribit Romanos magna cum perseverantia semper custodiuisse, ne Græcis unquam nisi latine responsa darent: Quin etiam eos per interpretem loqui coegisse, non in urbe tantum Roma, sed etiam in Græcia & Asia, quo latinæ uocis honos per omnes gentes uenerabiliter diffunderetur. Quin illud etiam de Catone Censorino scribit Plutarchus, ipsum Athenis morantem, à Græcæ linguæ usu (cuius tamen peritissimus fuit) abstinuisset, & quando Latine non commodè licuit, nec Græcè etiam loqui uoluisset, sed interpretis potius opera, quoties usu uenit, usum fuisse. Nam Latinis literis adeo contentus fuit, ut eos non magno opere probaret, qui Græca admirarentur. Et Posthumius Albinus, qui Græcè scriberet historiã, ueniam deprecatus, morsibus eius uacuis non fuerit, sed audierit: ignoscendū esse, si Amphictyonum decreto coactus res gestas scribere adortus esset. Idem quoq; Plutarchus addit, acerrimam eius in dicendo celeritatem, magnæ Atheniensibus admirationi fuisse. Nam quæcumq; ipse breuissima oratione expediebat, interpretes multo uerborum ambitu uix renuciabat. Quocirca rati sunt, Græcis quidem sermonem ex labijs, Romanis autem ex corde proferri.

F iij Legatos

Petr. Crinitus lib. 22. ca. 4. de honest. discipl. Ex Plinio lib. 7. cap. 30. nat. histor.

Ar. eorū quæ de teste uerbo. Not. spec. in tit. de teste §. 1. uerf. Itē quod est uerbosus et arg. l. si. C. de precib. imp. offer. gl. in l. solā de testib.

Quatuor ex epla inepte dicentium Legatorum.

I.

II.

Publilius Romanorū interpretes.

Salustius de Turgurtino bello.

A. Gellius lib. 7. cap. 14.

Val. Max. lib. 2. cap. 1.

Honor linguæ Latinæ a Romanis ubique habitus magis q; Græcæ, etiam in ipsa Græciã.

Plutarchus in Cat. Censori.

Legatos Milesiorum tradunt, cum Mileto publicæ rei causa uenissent Athenas, tum qui pro se uerba facerent quos uisum erat aduocasse. Quo tempore Demosthenes, apud Gellium scribit, Critolaus (C. Grachus apud eundem testatur, Demadem fuisse) Milesiorum postulatis acrior respondit: Et cum res in posterum diem prolata fuisset, tum fertur Legatos ad Demosthenem uenisse, magnoque opere orasse, uti contra ne diceret, eum pecuniam petiuisse, & quantum petierat, abstulisse. Postridie cum res denuo agi coepta esset, Demosthenem lana multa, collum ceruicisque circumuolutum ad populum prodijisse, & dixisse se οὐδέ τι παθῆναι, eò contra Milesios loqui nequire, tum è populo unum exclamasse, non οὐδέ τι παθῆναι sed ἀπὸ γυμνασίου esse. Sed nec Demosthenes id postea celauit, quin gloriæ quoque hoc sibi assignauit. Nam cum interrogasset Aristodemum, Actorum fabularum, quantum mercedis uti ageret accepisset, & Aristodemus talentum respondisset, At ego plus (inquit) accepi, ut tacerem, Author Critolaus apud Gellium. Huius Legationis Aristodemi, Actoris Tragici, ad Philippum, alibi Augustinus quoque meminit. Sed & eundem morem sacra olim Concilia custodisse animaduertimus. In quibus & ipsis Legati Episcoporum eius linguæ, in qua negocia conciliaria tractabantur, ignari, subsidiaria interpretum opera usi sunt. Quemadmodum in Chalcedonensi, Florentius Episcopus, Iuliani Episcopi & Hilarij Diaconi Legatorum Leonis Papæ: Eulogius Vranij Episcopi, & alij quoque aliorum Legatorum in alijs Concilijs interpretes fuerunt. At longe præstiterit eos mitti, si modo haberi possunt, qui linguæ eorum, ad quos mittuntur, sunt gnari & periti. Nam neque tutum est semper interpreti, cuius neque fidem, neque industriam perspectam habemus, mandata nostra concedere. Nam addere potest nihil ad rem pertinentia, prætermittere necessaria, idque uel malitia uel inscitia: Verum ut nihil nec addat nec omittat, tamen non tam commode fortasse dicit, ut uel uolet Legatus, uel negocij qualitas exiget. Qua sanè ratione Themistocles, primum Athenis, mox tota Græcia depulsus, cum ad Persarum Regem confugisset, ac admittus, iussus esset dicere: Respondit, orationem similem esse picturatis stragulis. Nam quemadmodum, inquit, illæ, dum extenduntur, ostendunt imagines: dum contrahuntur, celant easdem & abolent, itidem fit in oratione. Petijt autem anni spatium, ut interim Persicam linguam suo arbitrio perdisceret, nec Regi per interpretem cogere ea quæ sentiret explicare. Diffusus est interpreti, qui dum quædam omittit, quædam addit, quædam aliter narrat, perdit orationis gratiam. Admonendus tamen hoc loco mihi uidetur, qui interpretis munere fungitur, ne exteris Legatis adhibitus, iniquiora postulata lingua sua exponat, ne forte accidat ei, quod

Li. 11. not. At. ticularum ca. 9.

Expedi Legatos esse gnaros linguæ eorum ad quos mittuntur, ne opus habeant interprete.

Plutarchus in Themistocle.

quod Themistoclem in interpretem quandam admisisse traditur. Is enim, missis à Rege Legatis maris & terræ Imperium flagitantibus, interpretem, per quem hæc dixerant, publico decreto comprehensum, iussit interim, quod Græcorum lingua ad Barbarorum nutum & imperium usus fuisset.

De Iustitia Legatorum. Cap. IX.

Post scientiam sequitur, ut de uirtute morali dicamus: quæ fuit altera illa qualitas, quam in Legato considerandam esse supra admonuimus. Neque enim satis est, doctum, prudentem, expertum, & dicendi facultate præditum esse Legatum: sed in eo animi quoque uirtutes exigimus, ut sit idem iustus, fortis, temperans, & (ut uno uerbo dicam) uir bonus. Nam qui prauus est, quo magis scientia, & multarum rerum cognitione & experientia excellit: tanto magis ingenio fretus, malitia in omnibus tam priuatis quam publicis actionibus nocere potest. Est autem uirtus (ut Cicero diffinit) animi habitus, naturæ moderationi consentaneus: siue quo honesta facimus, turpia uitamus. Cicero huius partes quatuor constituit. Prudentiam, Fortitudinem, Iustitiam, & Temperantiam. Aristoteles autem uirtutem in moralem & intellectuam diuidit, & prudentiam, sicut scientiam & artem, sub intellectuam uirtute comprehendit. Quamobrem & nos eam scientiæ coniunximus, & partem intellectuam uirtutis non moralis (de qua hic loquimur) fecimus. Primum igitur de iustitia dicendum est. Hanc Cicero diffinit esse animi habitum, qui communi utilitate seruata, suam cuique tribuat dignitatem. Arist. duo genera iustitiæ constituit, Alteram iustitiam totam siue uniuersalem, Alteram particularem. Uniuersalis est, per quam legibus obediunt, unde & legitima dicitur. Leges de communi hominum societate conseruanda, de mutuis inter se officijs præstandis, de utilitatibus communicandis, & breuiter de omnium uirtutum honestis actionibus præcipiunt, & hæc superiorum est & inferiorum: maxime autem eorum qui magistratus, & munera publica gerunt: quorum officium est, non solum legibus obedire, sed etiam eas pro uiribus tueri. Ac propterea legitimæ iustitiæ opera sunt, Sanctas & honestas leges condere, conditas definire, definitas exequi curare, & omnium actiones ad communem utilitatem referre. Leges uel à natura ducuntur, uel consuetudine inducuntur, uel scripto proponuntur. Quæ à natura profectæ sunt, ius naturale appellantur. Et est, quod non opinio genuit, sed quædam innata uis inseruit. Huius iuris sunt, Religio, quæ earum rerum est, quæ ad cultum & honorem Dei pertinent. Pietas, per quam patriæ, parentibus, & sanguine coniunctis officium & diligentem cultum tribuimus. Gratiæ, qua

Ut Legatus sit uir bonus.

Lib. 1. de Inuentione.

Arist. li. 5. Eth. cap. 1. et 2.

Iustitia uniuersalis seu legitima quid est.

Partes legitimæ iustitiæ.

Religio. Pietas.

Gratiæ.

qua de nobis bene meritos remuneramus, & benefacientibus be-
 nefacimus. Vindicatio, qua uim ui repellentes, nos nostraq; uindi-
 camus & defendimus. Observantia, qua homines aliqua dignita-
 te præcellentes, honore dignamur. Et ueritas, qua ea quæ sunt, aut
 fuerunt, aut futura sunt, immutata dicuntur. Et ex hoc iure, ius gen-
 tium deriuatur: Quod fit, cum id quod leniter à natura tractum est,
 maius facit usus, & uelut communis gentium approbatio. Huius iu-
 ris sunt bella, seruitutes, quæ à uindicatione trahuntur, ut fidem
 atq; pacta seruemus: Vnde & contractus proueniunt, qui à ueri-
 tate ducuntur. Quæ autem uel consuetudine inducta, uel in scri-
 pro ut seruentur proposita sunt: quia ut posita sunt, ita mutari pos-
 sunt, ius posituum dicuntur (Cicero legem appellat) quæ tamen &
 ipsa, à iustitiæ naturalis & uniuersalis præceptis deriuantur. Nam
 non est lex, quæ non eadem sit honesta, iusta, possibilis, secundum
 naturam, & secundum consuetudinem patriæ, loco temporisq; con-
 ueniens, necessaria & utilis: manifesta quoq; ne aliquid per obscu-
 ritatem incautum captione contineat, nullo priuato commodo, sed
 pro communi utilitate ciuium conscripta. Iustitia particularis
 uirtus est, quæ æquitate seruata unicuiq; tribuit quod suum est. Id
 autem fit in distributionibus honorum, præmiorum, pecuniarum,
 poenarum: & in commutationibus rerum, propter quod & Ari-
 sto, huius iustitiæ duas partes facit, Distributiua, quæ circa distri-
 butiones: & Commutatiua, quæ circa contractus uersatur, tam
 earum rerum, quæ sponte, quam quæ clam & cum inuitis gerun-
 tur, ut furtum, adulterium. Hac igitur uirtute etiam eos, qui Le-
 gatione funguntur, præditos esse oportet, & illius præcepta in su-
 cepto munere diligenter custodire, id est, leges omnes tam diui-
 nas & naturales, quam humanas & posituias seruare. Est autem
 primum & præcipuum iustitiæ præceptum, ut Deum colant & ti-
 meant, & à Deo omnes actiones auspiciantur, in Deum referant,
 & in Deo finiant, Quod & Christus præcepit, Primum, inquit,
 quærите regnum Dei. Et Apostolus Paulus, Omne quodcumq; fa-
 citis in uerbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu
 Christi facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum. Et gentili-
 bus etiam in usu fuit, ut rerum agendarum initium à precationibus
 çaperent, quod nihil sine Deorum ope, consilio, & honore auspi-
 candum esse censerent. Ac proinde à Legationibus remouemus
 impios, hæreticos, & Schismaticos, & omnes qui Dei nomen &
 doctrinam blasphemant. Qui enim in Deum iniqui sunt, quomo-
 do hominibus quæ sunt iusta præstabunt? Secundum præcep-
 tum est, ut & honestè uiuat, & in suscepta Legatione honestè uer-
 setur. Nam ut doctus sit & prudens Legatus: Tamen plurimum il-
 lius authoritati, si qua turpitudine uitæ illi possit obijci, detrahatur.

In

In quo genere Demosthenes, aduersus Æschinam, & alij contra
 alios laborant. Omnium autem maxime qui in sacris Legationi-
 bus uersantur, studere debent, ut eorum doctrinæ ipsa etiam ui-
 ta respondeat. Nemo enim in Ecclesia Dei amplius nocet (ut ait Ca-
 non) quam qui peruersè agens, nomen sacerdotis habet, hoc est,
 eius qui Dei Legatione in terris fungitur. Et Dominus missurus
 Prophetam, primo iussit, ut staret super pedes suos, id est, ad bona
 opera surgeret: Deinde iam stanti dixit, Fili hominis mitto ego te
 ad filios Israël, ad gentes Apostatrices, quæ recesserunt à me.

Tertium præceptum est, ut neminem iniuste lædat, Iniuste au-
 tem lædunt, qui alios iniuria afficiunt. Iniuria fit quicquid non iure
 fit, ut conuitia, calumniæ, iniustæ & calumniosæ accusationes, dam-
 na iniuste allata, furta, rapinæ, iniustæ captiuitates, pulsationes, ho-
 micidia, & quæ sunt generis eiusdem. Itaq; in hoc præceptum com-
 miserunt Ro. Legati, qui apud Antiochum Regem per speciem in-
 eundæ amicitiae, Hannibalem falsè criminati sunt. Item alij, qui ad
 Carthaginenses sub prætextu dirimendarum controuersiarum in-
 ter Malsinissam Regem & ipsos missi, in occultis mandatis habue-
 rant, ut uelut accusatores calumniam in Hannibalem iurarent, ac
 nomen eius deferrent. Similiter Philippi Regis Legati è Roma re-
 deuntes, qui falsis literis adulterino signo T. Quintij signatis, qui-
 bus Demetrius filius, tanquam regnum uiuente patre ambiret, de-
 ferebatur, Philippo redditis id effecerunt, ut paulò post filium clam
 interfici mandaret. Pleminius item Romanorum Legatus, cuius ra-
 pinas, spolia, stupra matronarum, raptus uirginum, sacrilegia, aliaq;
 multa scelera in Locrenses admissa, eorum Legati coram Ro. Se-
 natu exposuerunt. Quartum præceptum est, ut in omnibus dictis
 factisque sint ueraces, fidemq; & pacta diligenter seruent. Est enim
 (ut Cicero inquit) præceptum iustitiæ fundamentum, fides, id est, di-
 ctorum conuentorumq; constantia & ueritas: quam qui uiolant,
 non immeritò iniusti appellantur. Sanitas est, inquit Sapiens, fide-
 lis Legatus, frigus niuis in die mensis: qui misit illum, animam eius
 requiescere facit. Qui uerò negocia sua credit infideli, in multa peri-
 cula incidat necesse est, iuxta illud eiusdem Sapientis, Dens putri-
 dus & pes lapsus, qui sperat super infideli in die angustiae. In hoc
 igitur præceptum peccant mendaces, à quibus maxime cauendum
 est. Nam (ut Sapiens ait) potior est fur, quam assiduitas mendacis.
 Ac primum quidem inter mendaces numerantur, qui cum missi
 non sint, tamen Legationem mentiuntur: Quales sunt hæretici
 omnes, qui se à Deo ad prædicandum missos mentiuntur. Huius
 criminis Demosthenes Æschinam insimulat, contra quem oratio-
 nem falsæ Legationis scripsit, Et M. Cicero Heraclidam negat Le-
 gationem habere, quia non sit à ciuibus suis missus. Idem Pisoni
 obijcit,

Vindicatio.
 Observantia.
 Veritas.
 l. ex hoc iure
 ff. de iust. &
 iure.

Ius positi-
 uum.

c. erit autem
 lex 4. dist.

Quid est iusti-
 tia particula-
 ris.

Arist. li. 5. eth.
 cap. 2.

Legatis ne-
 cessaria est iu-
 stitia.

Matth. 6.
 Coloss. 3.

Hæretici non
 debent esse Le-
 gati.

Legatos ho-
 nestè uitæ ef-
 se oportet.

c. Nemo 83.
 dist.

2. Cor. 5.
 Ezech. 2.

Legati nemi-
 ni faciant ini-
 uriam.

Peccarunt
 etiam Ro. Le-
 gati.

T. Linius lib.
 3. de bell. Ma-
 ced. & Asiat.

Tit. Linius de
 bell. Maced. &
 Asiat. lib. 10.

Tit. Linius li.
 9. secundi belli
 Punici.

Veraces oportet
 seruare fi-
 dem et pacta.

Proverb. 25.

Eod. c.

Qui sunt Le-
 gati menda-
 ces.

Eccle. 20.

Cicero in Ora-
 tore optimo.

In oratione
 pro Lu. Flac.

In oratione obijcit, quod Legatos non modò nullo Senatusconsulto, sed etiam repugnante legauerit. Inter Legatos Philippi Regis ad Hannibalem missos, in Romana fortè presidia illatos, eius Legationis Princeps Xenophanes mentitur, se à Rege suo ad amicitiam societatemq; cum Populo Romano iungendam missum, ac mandata habere ad Coss. Senatum, Populumq; Romanum: Sed haud scio an inter mendaces illos etiam numerem, qui ad euitandam uim & pericula hostium, se Legatos esse fingunt. Nam dolus an uirtus, quis in hoste requirat? Quo sanè nomine fortasse Hannibal excusabitur, qui Romanorum insidias euitare uolens in Cerema insula, ne nosceretur, Tyrium se Legatum à suis dici iussit. Haud diuerso consilio Legati Philippi Regis, de quibus paulò ante diximus, usi, per eorum Principem Xenophanem, à Rege suo se ad amicitiam societatemq; cum Populo Romano iungendam, missos dixerunt, ac mandata ad Coss. Senatū, Populumq; Ro. habere, quod & his ipsi in præsentia non malè celsit. Nam hostes pro hospitibus habiti, tuti, & abierunt, & ad castra Hannibalis peruenerunt. Verum tamen quia & amicitiam simulate cum Romanis contraxerant, ac cum Hannibale postea societate iuncta, Romanis fidem fefellerunt, quam & hostibus seruare debuerunt: Nihil est quod eiusmodi mendacium excusari possit, quod & euentus postea docu. isse uidetur. Nam cum denuò una cum Hannibalis Legatis, in manus Romanorum incidissent, ac qui, & unde, & quò tenderent cursum interrogati, idem demum mendacium struxissent, Xenophane respondente, se à Philippo Rege ad Romanos missum, ipsum sanè suosq; collegas, & alienus cultus, & habitus, & literæ Hannibalis ad Philippum, & sermo Punicus prodidit, propter quod & ipsi & eorum Comites captiui, Romam deportati sunt. Solent & nonnunquam Legati, cum sua mandata exponunt, ueluti causæ suæ inseruientes mentiri, quod Lilius Liberum, nostri Officiosum mendacium uocant. Cuiusmodi fuit, quo Dicearchus Ætholorum Legatus apud Antiochum Regem usus est. Is enim quò magis Regis animum ad Romanum bellum commoueret, mentitus est, & Nabim & Philippum Reges, ad rebellandum Romanis paratos esse. Sed nec tale mendacium excusandum esse puto. Nam & si uir bonus, nonnunquam in defensione bonæ causæ, iudici auferre ueritatem possit (ut Fabius inquit) & Plato Rempub. administrantibus ad communem ciuitatis utilitatem aliquando mentiri permittat; reliquis autem, à mendacijs abstinendum esse præcipiat, tamen eatenus id accipiendum esse puto, quatenus sine damno & fraude aliorum fiat, & ab honestatis regula non discedatur. Postremò in hoc genere iniustitiæ delinquunt Legati, qui mandatorum suorum fines non diligenter custodiunt, quod planè faciunt, qui aut

pro P. Sextio.
T. Lilius lib.
3. secundi belli
Punici.

An menda-
cium excusari
queat, quod
apud hostes
fit.

T. Lilius lib.
3. de bello Ma-
ced. & Asiat.

T. Lilius lib.
3. secundi belli
Punici.

Mendacium
officiosum.

T. Lilius lib.
5. de bell. Ma-
ced. & Asiat.

Plato lib. 3. de
Repub.
Fab. li. 12. orat.
inf.

Legationem deserunt, aut negocia aliter quàm mandatum est gerunt. De quibus posthac cum de officio Legatorum agetur, lauius dicemus.

De Fortitudine & constantia Legatorum. Cap. X.

Fortitudo est uirtus, quæ circa pericula uersatur, quæ & Legatis saepe cum obeunda sint, rectè & Legatum uirum fortè esse oportere diximus. Arist. eum Fortem appellat, qui circa honestam mortem: & omnia quæ repente eueniunt, interritus est. Non igitur circa omnia pericula, sed circa ea tantum, quæ mortem afferunt, et eandem pulcherrimam: quam scilicet in bello, nimirum pulcherrimo periculo oppetimus, uersari existimat. Qui aut metu opprobriorum, quæ à legibus inferuntur, aut spe magnorum honorum, aut experientia rei militaris freti, aut ira perciti, aut uictoriæ spe, aut per ignorantiam magna pericula impauidi aggrediuntur, hos similes quidem fortibus, sed minime fortes esse contendit. Alij autem Fortitudinem circa quælibet magna, eademq; honesta pericula, ac labores uersari dicunt, ac proinde Fortitudinem definiunt, esse consideratam periculorum susceptionem, & laborum perpersionem. Atq; huius partes constituant, fidentiam, patientiam, & perseuerantiam. Eum autem qui his rebus benè instructus fuerit, Fortem appellant. Atq; horum sententiam sequuti nos quoq; Fortem cum Legatum appellamus, qui magnarum & excelsarum rerum Legationem suscipiens, eam ampla quadam & splendida animi propositione agit, atq; administrat. Tum se confecturum eam cum dignitate, multum in se fiducia certa cum spe collocat, nihilq; ob id periculorum laborumue refugit: sed animo forti & inuictò æquè & prospera fert, & aduersa tolerat atq; sustinet, & in proposito suo firmiter permanet atq; perseuerat. Huius uirtutis officia præstant, qui non uerentur ijs, qui ægrè etiam audiunt, quæ sunt uera dicere: nec si offendantur audientes, formidare. Qualis inter Legatos qui Alexandriam missi fuerant M. Æmilius fuit. Is inter collegas nati quidem minimus, non ueritus est duorum aliorum consensu, Philippum Regem adire, atq; illi, quod arma Attalo & Rhodijs intulisset: tum Abydenos etiam oppugnasset, opprobriari, non ignorans id ægrè laturum Regem, quod & Regis responsio planè testata est, Ætas, inquit, & forma, & super omnia Romanum nomen, te ferociorem facit. Q. Fabius Ro. Legatus, unus ex ijs qui Carthaginem missi sunt, ad percunctandos Carthaginenses publicone consilio Hannibal Saguntum oppugnasset, & si id faterentur, populo Carthaginensi bellum indiceret. Leni quidem oratione quod mandatum erat percunctatus est, ac ferociore non solum sermone, sed etiam

Lib. 3. etib.
cap. 6.

Qui proprie
fortes dicun-
tur.

Cicero lib. 2. de
inventione.

Quis Lega-
torū recteior
tis dicitur.

T. Lilius lib.
1. de bell. Ma-
ced. & Asiat.

T. Lilius lib.
3. secundi belli
Punici.

G factio

82 D. BRVNI DE LEGATIONIBVS

facto bellum indixit. Nam Pœno superbius respondente, Quod parturit animus uester, aliquando pariat: sinu ex toga facto, Hic, inquit, Vobis bellum & pacem portamus. Non minore animi magnitudine atq; constantia, Cn. Pompilius à Senatu Ro. Legatus, ad Antiochum missus, ut bello se, quo Ptolemæum laceſſebat, abſtineret, mandata confecit. Is enim cum Antiochus prompto animo & amicissimo uultu dexteram ei porrexisset, & (ut Iustinus refert) osculum obtulisset (Nam coluerat inter cæteros P. Pompilium Antiochus, cum Romæ obses esset) facessere interim priuatam amicitiam iubet, cum mandata patriæ intercedant, nec inuicem ei suam porrigere uoluit, sed tabellas, S. C. tenentes tradidit. Quas ut legit Antiochus, dixit se cum amicis colloquuturum: indignatus Pompilius, quod aliquam moram interposuisset, uirga solum quod insistebat, denotauit, & prius (inquit) quam hoc circulo excedas, da responsum, quod Senatui referam: adeoq; hæc asperitas animum Regis fregit, ut pariturum se Senatui responderet. Certum profecto constantis animi documentum, sed quod uix temeritate careat, qua sese periculo obnoxium fecit. Nam in ea Legatione peremptus esse fertur, cui & Senatus (ut author est Plinius) columnam in Rostris statui iussit: Quanquam de C. Octauio hoc refert Plinius, à quo tamen hoc loco erratum esse Hermolaus Barbarus testatur. Huic confine est, quod uni Legatorum ad Theucam Illyriorum Reginam missorum accidit, Hæc cum Legatis ipsis querelas sociorum & uarias iniurias & prædas, quas ab Illyrijs paterentur, exponentibus respondisset, Daturam se operam ut nulla publice Romanis iniuria fieret, Cæterum prohibere suos, quod minus priuatim fructum è mari caprent (fecerat enim suis potestatem nauigandi, marisque latrocinium in quoscunq; finitimorum exercendi) neq; Regij id moris esse, neq; se inhibituram: Tum ex Legatis minor natu fortiter quidem, sed parum tempestiue & non sine periculo. At, quoniam, inquit, Romanis ò Theuca optimus mos est, priuatas iniurias publice ulciscendi, iuuandiq; iniuria affectos, dabimus operam (dij uolentibus) ut uel inuita Regiam istam consuetudinem emendes. Tam feroci responso eò iracundiæ, cuius ille sexus impatiens est, processit Theucas, ut iure gentium neglecto miserit, qui Legatos à se dimissos adorti iuniorem obruncarent. Considerandum igitur erit ante omnia Legatis, à quibus, & ad quos missi sint, & quo utriq; affecti sint animo, ut si qui eos miserunt, formidabiles sint, ijs ad quos mittuntur, tum ita affecti, ut iniuriarum tam sibi quam Legatis illatarum impatientes, easq; ulcisci iam parati, tum uerbis etiam ferocioribus uti licebit: modo ad tuendam dignitatem dominorum suorum, non ad alienam iniuriam pertinentibus. Sicut Cornelius Centurio, Princeps Legationis ab Augusto missæ,

Lucius Flor. in
epit. lib. 45.
Iustinus li. 34.

Constantis ani-
mi Legatus
Cn. Pompei-
lius.

Plinius li. 34.
cap. 6.

Anto. Sabell.
Athen. 4. li. 9.

Cautela Le-
gatis consyde-
randa, ut pru-
denter sint for-
tes.

missæ, ut peterent Augusto Consulatum, interim admotis ad urbem hostiliter legionibus, reſecto sagulo ostendens gladij capulum, non dubitauit in Curia dicere. Hic faciet, si uos non feceritis. Sin uero periculum sit, ne iritent magis eos, apud quos dicunt, ad conandum aliquid in se atrocius, tum abſtinendum erit uerbis durioribus, & talibus utendum, quibus nec offendantur ipsi, qui Legatos audiunt: nec dignitas & utilitas eorum, qui eos miserunt, negligatur. Fuit & Pompeij probabilis fides & constantia, Qui dum Legationis officio fungeretur, à Gentio Rege interceptus, cum Senatus consilia prodere iuberetur, ardenti lucernæ admotum digitum cremandum præbuit, eaq; patientia Regi simul et desperationem tormentis quicquam ex se cognoscendi excussit, & expetendæ Pop. Ro. amicitie magnam cupiditatem ingenerauit. Author Valerius Max. Omnium autem maximè in hoc genere uirtutis excelluerunt, qui olim Legatione Dei in terris functi sunt, Prophetæ & Apostoli. Hi nimirum mandata sua, & illa quidem non terrena sed cœlestia, & rerum non caducarum, sed æternarum, Primum diuino spiritu, tum certa indubiâq; spe & fiducia agitati: Ac deinde nullis neq; iniurijs, neq; minis, neq; cruciatibus quantumlibet horrendis, ac ne morte quidem (cuius uaria genera perpessi sunt, ut gladium, ignem, cruces, feras, dilaniationes &c.) deterriti, forti & infracto animo confecerunt, ac in suscepta Legatione etiam usq; ad mortem, quam patientissimè tulerunt, perseuerarunt. Nam ut inter multa uel aliqua huius rei testimonia afferam, Magni certè & fortissimi, certa q; spe confidentis animi uox est, quam à socijs Danielis audiuit Rex Nabuchodonosor, Deus noster potest nos eripere de camino ignis. Quod si noluerit, notum tibi sit ò Rex, quod deos tuos non colimus. Item illa Stephani apud Iudæos, Dura ceruice & incircumcisi corde & auribus, uos semper Spiritui Sancto restitistis. Et illa Pauli ad Principem Sacerdotum, Percutiat te Deus paries dealbare. Item alia, ad Elymam Magum præſente Proconsule, O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere uias Domini rectas. Item, quod idem dixit, Ecce ego alligatus spiritu, uado in Hierusalem: quæ in ea uentura sunt mihi ignorans, nisi quod Spiritus S. per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens, Quoniam uincula & tribulationes me Hierosolymis manent, sed nihil horum uereor, nec facio animam meam preciosiorem quam me, dummodo ego consummam cursum meum, & ministerium uerbi, quod accepi à domino Iesu, testificari Euangelium gratiæ Dei. Rursus, magnum tum patientiæ, tum in proposito firmiter constantis animi testimonium est, quod de Apostolis cæcis dicitur, Ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt affici contume-

Suetonius in
Augusto.

Gentius Rex
Illyriorum.

Lib. 3. cap. 3.
Omnium ex-
cellentissimi
Legati fuerunt
Prophetæ &
Apostoli.

Exempla in-
trepidæ con-
stantiæ.
Daniel. 3.

Act. 7.

Act. 23.

Act. 19.

Act. 20.

Act. 13.

Acto. 7. lia pro nomine Christi. Item, quod Stephanus cum lapidaretur di-
 Legatio Christi, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Hos autem omnes
 sti omni ex- fortitudine & patientia superauit, huius Legationis Princeps
 sellentissima. Seruator noster Christus, qui Legatione Dei patris fungens, post
Phil. 2. innumeras iniurias & contumelias, obediens illi factus est usque ad
 mortem: mortem autem crucis. Qui & quod ipse fecit, Apostolos
 suos ut imitarentur, antequam ea quæ dixi, passi sunt, docuit. Nam
Matth. 10. apud Mattheum dicit, Non est discipulus supra magistrum, nec ser-
 uus supra dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister
 eius: & seruo sicut dominus eius. Si patrem familiæ Beelzebub uo-
 cauerunt, quanto magis domesticos eius? Nihil enim opertum est,
 quod non reueletur, & occultum quod non sciatur. Quod uobis di-
 co in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate
 super tecta, Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam au-
 tem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & ani-
 mam & corpus perdere in gehennam &c. Et paulo post, Nolite
 ergo timere, Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confi-
 tebor ego eum coram patre meo qui in cælis est: qui autem nega-
 uerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo
 qui in cælis est &c. Item apud Iohannem. Non est maior seruus
 domino suo. Si me persequuti sunt: & uos persequentur. Item,
 Venit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur se obsequium præ-
 stare Deo. Sed hæc locutus sum uobis, ut cum uenerit hora, eorum
 reminiscamini: quia ego dixi uobis. Omitto iam prudens, innum-
 mera, quæ ex Ecclesiasticis historijs de sanctis Dei Martyribus ex-
 empla afferre possem. Videorq; mihi paucis his, quæ enumerata
 sunt, satis, qui imitentur Legati Dei Episcopi & Sacerdotes, de-
 monstrasse. Huius autem uirtutis præcepta negligunt, qui ficta hu-
 manitate & amicitia, blandis uerbis, magnificis promissis, magna-
 rum rerum ostentata spe, malorum iniecto timore, corrupti & de-
 cepti, uel semel obitam Legationem deserunt, uel suscepta manda-
 ta prætermittunt: aut remissius uel negligentius quam ipsa causa
 postulat, exequuntur. Legationem deseruerunt discipuli qui recesserunt
 a Domino, & abierunt retrò. Magnarum rerum spei osten-
 tationem Legati Philippi Romam missi, a Perseo filio corrupti, al-
 terum filium Demetrium contra mandatum prodiderunt. Blandis
 autem uerbis decepti Albanorum Legati, ad Tullum Regem
 res petunt, & si non redderentur, bellum indictum missi, manda-
 ta sua remissius & negligentius, quam ipsa causa postulauit, exe-
 quuti sunt. Primum enim comiter & benigne à Rege excepti, tum
 celebrato conuiuio etiam honorati, non prius mandata Regi ex-
 ponunt, quam idem Rex per Legatos, Albanis res non reddentibus,
 bellum indixit. Deinde re iam neglecta, & illis dicendi pote-
 state

Peccata Le-
gatorum con-
tra Constan-
tiam.

T. Livius lib.
ab urb. cond.

state facta, purgando tempus terunt, ac se inuitos quicquam quod
 minus placeat Tullio dicturos, sed imperio subigi testantur, ac uix
 tandem mandata frigide exponentes, addunt res se petiuitum ue-
 nisse, ni redderentur, bellum indicere. Ficta autem amicitia, tum
 malarum rerum iniectio timore, Alcibiades Legatos Lacedæmo-
 niorum circumuenit, & ne suscepta mandata exequerentur effecit.
 Libet historiam, quoniam pulchra est, ascribere. Hanc post Thu-
 cididem Plutarchus hoc modo narrat. Fœdere inter Athenienses
 & Lacedæmonios authore Nicea iuncto, maximè hanc gloriam
 Nicæ inuidebat Alcibiades. Igitur dum is contra Niceam apud
 populum multa machinaretur, fortè Lacedæmoniorum Legati
 Athenas uenerunt, gratos (uti ipsi dicebant) ac beneuolos afferen-
 tes sermones: Vulgauerant enim se non modo confirmandi nu-
 perrimè iustum fœdus, sed societatem etiam faciendi (si Athenienses
 uelint) plenam potestatem habere. Primum igitur, hi Oratores
 aduertes Senatum, Cum grauissimis uerbis exposuissent manda-
 ta, sic benigna cunctis audientibus uisa sunt: ut magnam gratiam
 apud Senatores, qui frequentes eo die conuenerant, suæ Reipub.
 comparauerint. Metuens Alcibiades ne eadem oratione, auribus
 multitudinis blandientes: omnia sua consilia, multo tempore agi-
 tata, uno momento peruerterent, argutam fallaciam machina-
 tus, clam ad eos accessit, commemoratisq; prius multis amicitie
 causis, quæ sibi cum Lacedæmonijs intercedebant: Deinde, quid,
 inquit, uiri Spartiatæ, huius ciuitatis nostrorumq; hominū mores,
 uestras aures latent? An ignoratis quantum inter Senatum Po-
 pulumq; Atheniensium intersit? Hesternò die cum tam frequenti
 Senatu tam grata, tamq; benigna exposuistis mandata, exem-
 plo prudentissimorum hominum mentes, quæ modesta oratione
 facile persuaderi solent, ut uestris sermonibus acquiescerent, com-
 pulistis. Nunc si id ad populum, qui temeritate & insolentia qua-
 dam loquentium uerba metitur, eundem dicendi modum seruabi-
 tis, in tantam superbiam eorum animos efferetis, ut frustra deinde
 à uobis, & ab ijs omnibus, qui uestræ causæ fauent, laborandum
 esse uideatur. Deinde adhortatur, ne populum aduertes sic allo-
 quantur: ac si mandata libera ac cum omni potestate permissa co-
 rum arbitrio sint, ut coram Senatu pridie egerant, sed hanc am-
 plissimam auctoritatem prudenti consilio tegant, ut Senatus
 deinde populum, minimè eorum uerbis elatum, in hanc socie-
 tatem perducere sine labore possit. Postremo iureiurando ada-
 ctos, ut omnia hæc silentio comprimerent, dimisit. Postera
 die, congregata concione, uenientes Lacedæmoniorum Lega-
 ti, amicissime ab Alcibiade rogantur, ut ea quæ uellent dice-
 rent, Extemplo illi exposuerunt mandata remissa sane ac frigida,
 G iij longeque

Plutarchus in
Alcibiade.
Thucul. lib. 5.
belli Pelopona-
nesiaci.

Fraus Alci-
biadis, qua
Lacedæmo-
niorum Lega-
tos circumue-
nit.

Legati misere
decepti, luctu-
bri fuerunt
tam Senatus
q; populo.

longeque ab ea expectatione populi: & ea fama quæ uulgata erat aliena, summam auctoritatem quam habebant regentes, ut Alcibiadis consilium sequerentur. Alcibiades autem, postquam illi finem dicendi fecerunt, non ut is qui Legatos fefellerit, sed tanquam dolo fallaciæ deceptus, increpare eos cepit, duplices, fallaces, mutabiles appellans: neque sancti quicquam, integri quicquam in uerbis suis habentes. Hinc populus, illinc Senatus indignabatur, atque hanc Legatorum uarietatem quasi quandam derisionem putabant. Quo sane loco facile intelligimus Legatos Lacedæmoniorum, si in sententia sua perseverassent, & magnam sibi laudem comparaturos, & utriusque Reipublice perennem inter se pacem societatemque stabilituros fuisse. Quoniam autem nimis creduli & inconstantes, à mandatis suis abduci se passi sunt, reiectis & ludibrio habitis ipsis, magnum ex ea re bellum deinde exarsit. His igitur aliisque huius generis exemplis (quæ multa quidem adhuc enumerare possem) admoniti Legati, omnium maxime prospiciant, quibus credant, quos caueant. Nam habent & hodie Regum & Principum aulae suos impostores, in hoc maxime doctos & compositos, ut aduenientes Legatos uel blandis uerbis, uel magnarum rerum ostentata spe, uel malarum iniecto timore, sub specie humanitatis deceptos, ab officio abducant, eorumque mandata euadant. Idcirco Legatos non quidem ab eorum congressione & colloquio prohibeo, leuitatem tantum & inconstantiam damno: Audient quidem omnes, sed & omnes cauebunt, nemini fident, neque cuiusque consiliorum suorum rationem temere aperient: Quin & inspecta aliorum dicta atque facta prudenter eludent. Quod C. Fabricium fecisse legimus. Is ad Pyrrhum Regem Legatus, eum eisdem Rex seorsim blanditus, ut pecuniam à se caperet, suassisset, non ob aliquam turpem causam, sed ob amicitiae & hospitalitatis indicium: & renitente Fabricio, postridie Elephantum maximum post auleam, dum colloquerentur, constitutum, subito ad terrendum ipsum, tanquam qui nunquam uidisset Elephantum, produci iussisset, ac Elephas proboscidem super caput extulisset, et uocem terribilem emisisset, tranquille conuersus, leuiterque arridens Fabricius respondit: Nec heri aurum, ne hodie Bestia permouit. Idem Fabricius, constantiam suam alio quoque exemplo testatus est. Cum enim Pyrrhus, Tarentinis aduersus Romanos auxilium tulisset, & ad ipsum Legati de redimendis captiuis missi fuissent (inter quos & Fabricius fuit) fertur Regem sic admiratum esse Fabricium, ut cum pauperem eum cognouisset, non dubitaret, quarta parte regni promissa, eum, ut ad se transiret, sollicitare. Verum nec ista etiam quantumlibet maximæ spei ostentatione permotus Fabricius, à suscepto se officio abduci passus est. Sed nec minus erga hostes etiam iustus

Ne incauti & nimis creduli sint Legati.

Plutarchus in Pyrrho. C. Fabricij constantia.

Eutropius lib. 2. Rom. antiq.

Iustus etiam erga hostem Fabricius.

stus, quam Romanis fidelis fuit, quam & ipsam Fabricij constantiam commendauit Pyrrhus. Nam cum medicus Pyrrhi ad Fabricium uenisset, promittens ueneno se Pyrrhum occisurum, si sibi aliquid polliceretur: Fabricius proditorem uinctum ad Regem reduci, eique quæ medicus in caput eius spondidisset dici iussit, ad quod Rex admiratus, dixisse fertur. Hic est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam sol à cursu suo auerti potest, Testis Eutropius. Alij, Fabricium eam rem ad Senatum scripsisse, & Senatum per Legatos, Pyrrhum ut sibi caueret admonuisse. Alij, Consules non Senatum Legatos misisse, tradunt. Gellius horum omnium sententias in hunc modum narrat. Cum Pyrrhus (inquit) Rex in terra Italia esset, & unam atque alteram pugnam prospere pugnasset, satisque angerentur Romani, & plerumque Italia ad Regem descisisset. Tum Ambraciensis quispian Timochares Regis Pyrrhi auuncus, ad C. Fabricium Consulem furtim uenit, ac præmium petiuit, & si de præmio conueniret, promisit Regem uenenis necare, idque facile esse factu dixit, quoniam filij sui pocula in conuiuio Regi ministrarent: Eam rem Fabricius ad Senatum scripsit. Senatus Legatos ad Regem misit mandauitque, ut de Timochare nihil proderent, sed moneant, ut Rex circumspicius ageret, atque à proximorum insidijs salutem tutaretur. Hoc ita, uti diximus, in Valerij Antiatij historia scriptum est. Quadrigarius autem in libro Tertio, non Timocharem sed Niciam adisse Consulem, scripsit: neque Legatos à Senatu missos, sed à Consulibus, & Regem Populo Romano laudes atque gratias scripsisse, captiuosque omnes, quos tum habuerit, restituisse & reddidisse. Consules tum fuerunt, C. Fabricius atque Æmilius. Literas, quas ad Regem Pyrrhum, super ea causa miserunt, Cl. Quadrigarius scripsit fuisse hoc exemplo, Consules Romani salutem dicunt Pyrrho Regi. Nos pro tuis iniurijs, continuo animo strenui commoti, inimiciter tecum bellare studemus, sed communis exempli & fidei ergo uisum est, uti te saluum uelimus, ut esset quem armis uincere possimus. Ad nos uenit Nicias familiaris tuus, qui sibi precium à nobis peteret, si te clam interfecisset, id nos negauimus uelle. Neue ob eam rem quicquam commodi expectaret, & simul uisum est, ut te certiore faceremus, ne si quid eiusmodi accidisset, nostro consilio ciuitates putarent factum, & quod nobis non placet, præcio aut præmio, aut dolo pugnare.

De Continentia Legatorum. Cap. XI.



Equitur ut de Temperantia dicamus. Ea est (ut Cicero definit) rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio. Philosophi duplicem animorum uim esse dicunt, quarum alteram in appetitu,

Varietas historicorum de Pyrrho & Fabricio. Libro 3. noct. 8. cap. 8.

Tenor literarum Consulum ad Pyrrhum Regem.

Cicero de inuentione lib. 2.

68 D. BRVNI DE LEGATIONIBVS

Affectus ho- appetitu, alteram in ratione ponunt. In appetitu affectus sunt, &
 minum in ap- horum quidam placidi & leues, quos constantias uocant. Quidam
 petitu. inquieti, turbulenti & rationi contrarij, quos Poëta his uersibus
 exprimit.

Virg. lib. 6.
 Aeneid. *igneus est ollis uigor & caelestis origo
 Semimbus, quantum non noxia corpora tardant,
 Terreniq; hebetant artus moribundaq; membra
 Hinc metuumt, cupiuntq; dolent, gaudentq; nec auras
 Respiciunt, clausæ tenebris & carcere caeco.*

Appetitus igitur, & qui in eo sunt affectus, hominem huc & illuc
 rapiunt. Ratio autem, quid faciendum fugiendumq; sit, explanat.

Itaq; fit ut ratio præsit, appetitus obtemperet. Virtus autem, per
 Quid tempe- rantia seu con- tinentia.
 quam in omni actione appetitus rationi subijcitur, ne aut longius
 siue cupiendo siue fugiendo, quam ratio suadet, uagetur: nec pro-
 pter pigritiam aut negligentiam rationem deserat, Temperantia
 uocatur. Itaq; quod Cicero definiendo Temperantiam dixit, eam
 esse dominationem rationis: eod pertinet, ut intelligamus ratio-
 nem dominam esse in regno animæ. Et quod addit, In libidinem
 aliosq; non rectos impetus, appetitum & affectus intelligit: In hos
 enim dominatur ratio. Postremo quod adijcit, eam dominatio-
 nem firmam esse & moderatam, certum quendam modum & or-
 dinem in omnibus actionibus seruandum intelligit, ut nihil incon-
 sulto nihil temere, nihil fortuito ac negligenter agamus, nec ad
 agendum minorem maioremue curam & operam, quam causa
 postulat suscipiamus, & ut nihil eorum, quæ ad liberalem speciem
 actionis pertinent (quod decorum appellatur) intermittamus.

Habet autem hæc uirtus partes subiectas duas, Continentiam,
 & Modestiam. Continentia cupiditates & beluinos animi motus
 Continen- tia.
 sedat, ut non delicate & molliter: sed parçè, castè, sobriè ac tempe-
 ranter uiuamus. Modestia, ordinem, constantiam, & moderatio-
 Modestia.
 nem, in omnibus dictis factisq; seruat, ut nihil inconsul-
 tuto, nihil quod non deceat, agamus: Atq; utranq; hanc in Lega-
 tis exigimus. Primum igitur de Continentia dicendum est, quæ
 Sobrijs & ca- sti dicuntur continentes.
 & si sedatrix sit omnium malarum cupiditatum, tamen in eo maxi-
 me genere, quod circa uoluptates uictus & Veneris uersatur, ex-
 cellit. Itaq; continentes uocamus, castos & sobrios: Inemperantes
 autem, libidinosos, mulierosos, & ebrios. Est igitur in omni genere

Legationis necessaria continentia. Apostolus Paulus enume-
 rans uirtutes, quibus Episcopum & Legatum Christi præditum es-
 se oportet, illud quoq; præcipit, ut sobrius sit, castus, non uinolens,
 1. Tim. 3.
 Episcopos, tanquam Le- gatos Dei, cõ- tinentes esse oportet.
 tus, & cupidus &c. Nimirum ostendens, eum qui Legatione Dei in
 terris fungitur, Temperantem & Continentem esse oportere. Quod
 & Apo-

& Apostoli in omni uita testati sunt, qui quod liberius Legationi
 Christi uacare possent, non solum à prauis cupiditatibus, sed etiam
 à proprijs uxoribus abstinerunt. Quin & Ecclesiæ sacrorumq;
 Conciliorum decretis sancitum est, ut quibus Legatio Christi man-
 danda est, iidem in Legatione sua castè se uicturos esse promittant.

Et rectè de sacerdotibus Hieronymus, Tibi o sacerdos de altari ui-
 uere, non luxuriari permittitur. Sed & in prophanis Legatio-
 nibus apud ueteres semper commendata fuit Continentia, non so-
 lum quod ea uirtus tum ab omnibus, tum uerò maxime ab ijs, qui
 negocia publica administrant, per se expetenda colendaq; sit: sed
 etiam quod ea præditi & ornati, & saniore consilio, & maiore au-
 thoritate & gratia, mandata sibi negocia gerant. Contra uerò ad
 Legationes inutiles esse constituo, quicunq; hac neglecta uirtute,
 uino & Veneri indulgentes, ita uiuunt, ut nullas non turpes uolup-
 tates persequantur. Nam hi uel ipsa turpitudine inuisi, nihil constan-
 ter, nihil decorè: sed temere omnia & inconsiderate agunt. Atq;

hæc quidem ebrietas & libido habent communia. Illud autem
 ebrietati proprium est, ut arcana retinere non possit, neq; enim se-
 cretum esse potest, ubi regnat ebrietas, inquit Sapiens. Atq; ab hoc
 uitio longè abesse Legatum oportet, ut qui secretorum tenacissi-
 mus esse debet. Propterea ebrios reddere Legatos solent, qui eo-
 rum, quæ in secretis mandatis habent, conscij fieri cupiunt. Hac
 arte tradunt olim Bonosum Imperatorem usum. Fuit is ualidus, &
 in primis Egregius potator, de quo Aurelius sæpe dixisse fertur,
 Non ut uiueret natum esse, sed ut biberet. Is igitur quoties Barba-
 rorum Legati, undecunq; gentium ad eum uenissent, propinato ui-
 no ebrios eos reddebat. Itaq; ab his per uinum quæ uellet cogno-
 scerebat, ipse quantumcunq; bibisset, semper securus & sobrius, &
 adhuc in uino prudentior. Testis est Flavius Vopiscus. Solet
 præterea ebrietati plerunq; stultitia esse coniuncta, maxime si id ui-
 tium sit inueteratum. Nam ita ferè uidemus, ebriosos natura simpli-
 ces esse & stupidos. Ebrios autem etiam si ingenio, cum non ma-
 dent uino, ualcant, tamen uino obrutos, & ipsos quid agant plane
 nescire. Legati Celtiberorum, cum ad Gracchum Ro. Prætorem,
 qui cum Certinam Celtiberorum oppidum obsideret, uenissent, at-
 que à Prætore nihil prius petissent, quam ut bibere sibi iuberet da-
 ri. Tum epotis primum poculis iterum poposcissent, magno risui
 omnibus circumstantibus habiti sunt: Cumq; deinde sciscitati à
 Graccho essent, quare tandem fretus arma ipsis inferret. Gracchus
 occasione à simplicitate Legatorum sumpta, exercitu egregio se fi-
 dentem uenisse, respondit, quem si ipsi uisere uelint, quo certiora ad
 suos referant, potestatem se eis facturum esse: Tribunocq; militum
 imperat, ut armati omnes copias peditum equitumq; decurrere iu-
 beat

Dist. 44.

c. 1.

Quoslibet Le-
gatos sobrios
& castos esse
oportet.Ne ebrijs fiant
Legati.

Proverb. 31.

Ebriosi natu-
ra simplices
sunt & stupa-
di.
Fl. Vopiscus
in Bonoso.T. Linius de
bell. Maced. 2.
Asiat. lib. 10.

beat armatas. Quo quidem spectaculo simplices illi Legati deter-
riti, Celtiberos quoque ab auxilio circumfessæ urbi ferendo deterrue-

Pericula Le-
gatorum prop-
ter libidinem.

runt. Propter libidinem autem, Legati non solum apud hone-
stos uiros infamiam, leuitatisque suspicionem incurrunt: sed etiam in
maxima sæpe corporis, fortunarum, & uitæ pericula adducuntur.

Iustim, lib. 7.

Cuius rei pulchrum sanè & memorabile exemplum extat apud Iu-
stinum, in Breviario, de Oratoribus Persarum, ad Amyntam Re-

Legati Darij
ad Amyntam
intemperan-
tes.

gem missis, quod hic non alienum fuerit ascribere. Darius Rex
Persarum (inquit) postquam turpi à Scythia fuga submotus fuis-
set, ne ubique deformis damnis militiæ haberetur, mittit cum parte
copiarum Megabazum ad subigendam Thraciam, cæteraque eius
tractus regna, quibus pro ignobili momento accessura erat Mace-
donia: qui breui tempore exequuto Regis Imperio, Legatis ad
Amyntam Regem missis, Obsides in pignus futuræ pacis sibi da-
ri postulabat. Sed Legati benignè accepti, inter epulas (ebrietate
crescente) rogant Amyntam, ut apparatus epularum adiciat ius
familiaritatis, adhibitis in conuiuium suum filiis, & uxoribus & fi-
liabus: Id apud Persas haberi pignus & fœdus hospitij. Qui ut ue-
nerunt, petulantius Persis eas contrectantibus, filius Amyntæ
Alexander: rogat patrem respectu ætatis & grauitatis suæ abire e
conuiuio, pollicitus se hospitum tentaturum iocos. Quo digresso,
mulieres quoque paululum e conuiuio euocat cultius exornaturus,
gratioreque reducturus: in quarum locum matronali exornatos ha-
bitu iuuenes supponit, eosque petulantiam Legatorum ferro, quod
sub ueste gerebant, compescere iubet. Qui & ex mandatis parentis
omnes Legatos interfecerunt. In similem incontinentiæ suspi-
cionem uenit Legatus quidam Regis Arabum, apud Herodem

Ioseph. lib. 16.
cap. 7. iud. 411.
tiq.

Regem Iudæorum, qui inuitatus à Rege ad cœnam, in Salomen
Regis sororem amore accensus, adeò dissimulare conceptum amo-
rem non potuit, ut & nutibus & oculis omnibus incontinentiam
suam proderet. Propter quod & omnibus ludibrio habitus, in fe-

Vt caueant
ab ebrietate
Legati.

sta Legatione discedere coactus est. Discant igitur Legati, in
Legationibus primum omnium, castè uiuere, appetitum à prauis
cupiditatibus cohibere: Et si quibus capiuntur, uerecundè ea celare
& dissimulare: Deinde à nimio uini usu & ebrietate abstinere, illo

Eccl. 31.

Sapientis admoniti, Ne comprimis uino in conuiuio. Nam suffi-
ciens est homini erudito uinum exiguum, ne scilicet ebrii inter ui-

Proverb. 31.

na, uel arcana reuelent, uel stultitiam suam prodant, uel instar He-
rodæ tale aliquid promittant, quod nec ipsi nec qui eos mittunt, si-

Matth. 24.

ne dedecore præstare possint. Nam & hodie Regum et Principum
aulæ Bonos & Gracchos habent, qui amicitiam inter pocula si-

e. unusquisque
22. q. 4.

mulantes, per ebrietatem eorum, quibus cum conuiuatur, animos
pertentantes, sæpe secreta, quæ à sobrijs non possunt, ab ebrijs eli-
cere

cere conantur. Nec me fugit, uetribus Germanis in usu fuisse
(teste Cor. Tacito) de Grauioribus rebus, utpote de reconcilia-
dis inuicè inimicis, & iungendis affinitatibus, & adsciscendis Prin-
cipibus, de pace denique ac bello, in conuiuijs consultare: tanquam
nullo magis tempore, aut ad simplices cogitationes pateret ani-
mus, aut ad magnas incalesceret. Verum (ut idem Cornelius au-
thor est) gens tum non erat astuta & callida, quæ pectoris secreta
aperiebat licentia loci, sed detecta & nuda omnium mens, postera
die retractabat, et salua utriusque temporis erat ratio: deliberabant,
dum fingere nesciebant: constituebant, dum errare non poterant.
At nostra hæc ætas bibendi quidem, ac de quibuslibet rebus libe-
rè loquendi (seruata consuetudine) simplicem illam ueterum Ger-
manorum fidem probitatemque remisit aliquantulum, ut iam inter
pocula, neque tutum sit libere loqui, neque ea quæ semel dicta sunt
reuocare.

De Modestia Legatorum. Cap. XII.



Necesse est autem multum, ut Legati non solum castè & so-
briè officio suo fungantur, sed etiam eo modo & ordi-
ne mandata sibi negocia gerant, ut & aliorum appro-
batione nihil indecore egisse uideantur. Equidem multa

sunt per se quidem honesta & bona, sed quæ non suo loco, tempo-
re, & ordine præstita, omnem gratiam amittunt. Ea autem in actio-
nibus Moderatio decorum appellatur, & à modestia proficiscitur.

Sunt igitur (ut Cicero docet) in omni actione suscipienda, tria
tenenda, quæ hoc, quod diximus, decorum efficiunt. Primum, ut
appetitus rationi obtemperet. Deinde, ut animaduertatur, quanta
res sit, quam efficere uelimus: ne ue maior, ne ue minor cura & opè
ra suscipiatur, quam causa postulet. Tertium, ut caueamus, ut ea,
quæ pertinent ad liberalem speciem & dignitatem, moderata sint.

In primo genere dabunt operam Legati, ut ne concitatus quic-
quam per iram, nec effusus per efferatam lætitiã, nec remissius
per metum, nec petulantius per libidinem agant: sed hos affectus
ita moderentur, ut neque demitti, neque perturbari nimis tristibus, ne-
que insolentius efferrè lætis uideantur. Ac proinde, duo hæc uerba

ex Epicteti Philosophi sententia, semper cordi habebunt, & uerba
ἀπέχου, quibus admonentur, ut & tolerant quæ sunt ferenda, & à
quibus abstinendum est, se contineant. Neque uerò hoc dico, ut Le-
gatos omnibus prorsus affectibus uacare uelim (neque enim Stoico-
rum Apathiam probamus) sed ut eos rationi subijciant, nec eos à
prescriptione illius auerti patiantur. Nam ut in omnibus gerendis
negocijs: ita & in Legationibus affectus sunt necessarij. Quædam
enim læto uultu fiunt, ut gratulationes: quædam tristi, ut ueniæ pe-
titio,

Libro de situ
moribus, et po-
pulis Germani-
æ.

Seruare deco-
rum.

Decerui in tri-
bus consiliis.

Moderari affe-
ctus.

Gellius lib. 17.
cap. 19.

Ut affectus
sint rationi
subiecti.

titio, deprecatio: Quædam graui, ut accusationes, bellorum indicationes &c. Quæ quidem non solum animo & uultu, sed etiam exterioribus signis, & corporis motu, incessu, uestitu, repræsentanda sunt. Incessus omnium grauis sit, & decorus, non mollis, non modo citus modo tardus. Hæc enim inconstantis animi, & excitatæ curis conscientia signa sunt, ut de Catilina scribit Salustius. *Ve-*
stitus sit non exquisitus nimis, & affectatus. Quo in genere apud
Græcos Demostheni uitio datum est, quod uestitu & cultu corpo-
ris nitido accuratior fuerit. Apud Romanos male audiuit Horten-
sus, ætatis suæ clarissimus Orator, quod circumspicere & composi-
tè indutus & amictus esset: Sed sit mundus & mediocris. Licebit tam-
en nitidior etiam & preciosior uestitu uti Legatis, ad repræsen-
tandam dignitatem eorum, à quibus mittuntur. Quod & in Comi-
tatu & cæteris rebus diligenter olim seruauerunt Romani, qui Lega-
tos uel magno uel paruo Comitatu instructos, ut Maiestatis Ro-
ratio postulabat, miserunt. Sed & pro uaria qualitate & ratio-
ne rerum agendarum, uestitus quoque uariandus est. Et interdum
sordidus, tristis, & lugubris: Interdum uilis & obsoletus: Interdum
nitidus & preciosus assumendus est. Qui ad Reges & Principes
mittuntur, ut connubia & amicitiam petant, ut gratulentur, ut gra-
tias agant, ut munera offerant: non sordide, sed bene & ornate ue-
stiti eos accedere debent. Tristi autem & lugubri utuntur, qui sup-
pllices petitum aliquid aut deploratum mittuntur. Itaque ueteres
in more habuerunt, ut ad petendam ueniam & pacem, uel in ad-
uersis rebus opem, Legatos Oleæ ramis uelatos mitterent. Ad
eum modum amicti Latini Regis Legati, ad Æneam uenerunt pe-
titum, ut sepulturam his qui occubuerant permitteret. Quod Poëta
his uersibus testatur.

Virg. lib. 11.
Æneid.

Iamque Oratores aderam ex urbe Latina
Uelati ramis Oleæ, ueni amque rogantes,
Corpora per terras ferro quæ fusa iacebant,
Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ.

Cur Oleæ ra-
mis uti sunt
olim Legati.

Sed & quoties minor à maiore aliquid petebat, uitta comptus ramum Oleæ pretebat. Nam talis ramus significat eum, cui offeritur, esse meliorem. Et ex fabula ductum est. Nam cum de nomine Athenarum Neptunus & Minerua contenderent, & iussisset Iuppiter, ut illius nomine diceretur ciuitas, qui munus melius obtulisset, equum Neptunus: Oliuam Minerua obtulit, & statim uicit. Ita Æneas apud eundem Poëtam.

Lib. 8. Æ-
neid.

Centum Oratores Augusta ad mœnia Regis
Ire iubet, ramis uelatos Palladis omnes, &c.
Ad hunc modum Æneas Euandrum alloquitur.

Optime

Optime Graugenum, cui me fortuna precari,
Et uitta comptos uoluit prætere ramos,
Non equidem extimui Danaum quod ductor & Arcas
Quodque à stirpe fores geminis conuinctus Atreidis,
Sed mea me uirtus, &c.

In deploratissimis rebus, Sacerdotes cum infulis miserunt Romani, Ita Sacerdotes suis insignibus uelatos supplices ad castra Coriolani miserunt. Ita Sacerdotes cum infulis, ab Abydenis ad urbem Philippo dedendam, missi sunt. Sæpe etiam oratione uarijsque gestibus, Legati affectus suos animorumque habitum significant. Decem Legati Locrensiu miserias suas aduersus Pleminium deploraturi, non solum obstiti squalore & sordibus, in comitia sedentibus Consulibus ramos Oleæ porrexerunt, sed etiam ante Tribunal flebili uociferatione procubuerunt. Legati Campani auxilium à Romanis petitum missi, ad Consules tendentes, pleni lachrymarum procubuerunt. Fœminæ Romanæ, quarum Princeps Hersilia fuit. Primum miserabili oratione usæ, pacem petierunt: Deinde ad Regis genua procubuerunt simul cum filijs, permanseruntque prostratæ, donec eas astantes erigerent. Mulieres Romanæ, ad Constantium Imperatorem missæ supplicatum, ut Liberium Pontificem exulem, Pastorem gregi suo restitueret, preciosissimis uestibus ornata Principem accesserunt, quod magis nobiles ratus, precibus uoluntatisque ipsarum gereret morem. In secundo genere. Primum curæ erit Legato, ut Legationem uel professionem uiribus suis imparem ne obeat, neque enim affectare quisquam debet, in quo intelligit uel intelligere debet, infirmitatē suam alij periculosam futuram. Itaque Legatus priusquam Legationem suscipiat, diligenter uersabit, quid ferre recusent, quid ualeant humeri. Est enim turpe, oneri quod susceperis succumbere. Et ut fortis animi est, in susceptis negocijs multum fiducia cum certa spe ponere: ita superbi & nimium sibi fumentis, quæ præstare non possit, obire. Itaque à Legationibus militiæ professor iuris: à disceptationibus & his quæ iuris cognitionem requirunt miles, à sacris Laicus: ab accusationibus & sanguinarijs causis Sacerdos abstinebit. Sunt qui ex formulis gratulari, gratias agere, munera offerre & referre, res repetere, bella indicare possint: qui tamen idem bella gerere, de conditionibus pacis & fœderibus sciendis, alijsque grauioribus rebus consultare non possint. Quamobrem, ab earum quoque rerum Legationibus se abstinebunt. Deinde, parem quoque gerendis negocijs, quorum Legationes susceperunt, curam adhibeant. In grauioribus quidem negocijs, & quorum mora periculosa est, nihil de diligentia, cura & solitudine remittent: & ne tum

T. Linius lib.
9. secundi belli
Punici.

Linius lib. 7.
ab urb. cond.

Dionysius Ha-
licar. lib. 2. Ro.
antiq.

Theod. lib. 2.
c. 17.

U. Legatus
meriatur ut
res suas, an
onus Legatio
nis ferre que-
at.
Idem iuris ff.
ad leg. Aquil.

U. cura nego-
cij adaptetur
conueniens.

H quidem

quidem cum nimis solliciti, & importuni uidebuntur. In leuioribus autem rebus diligentiam adhibebunt, & curam negotio gerendo aptam & conuenientem: ne, dum sua promouere negocia uolunt,

vide sup. cap. 10. eodem lib. eadem importunitate remouentur. Diligentiam negotio parem Pompilius praestitit, qui Antiochum Regem circulo exire non antea passus est, quam ab eo responsum accepisset. Contra nimis remissi, & desides fuerunt Albanorum Legati, qui conuiuio & colloquio Regis Tulli suspensum demum, cum iam delusa essent mandata, exposuerunt. In tertio genere, modus & ordo seruandus erit Legatis, in omnibus dictis & factis. Ac primum quidem, quales in contentionibus & postulationibus esse debeant, supra demonstratum est.

Qualis debet esse sermo Legatorum.

Sermonem autem, cuius & inter priuatos & inter eos, qui una Legatione conuenient, saepe usus incidet, ita temperabunt, ut sit lenis minimeque pertinax: & in primis cauebit, ne dum loqui incipit, desinere non possit, & quasi in possessionem suam uenerit, solus loquatur, omnes alios excludat. Scrijs grauitatem aliquam adhibeat, iocis leporem: Nulla ira ex sermone appareat, nulla cupiditas, nulla pigritia, nulla ignauia animi, nullus fastus & superbia, nullus contemptus. Sed ita compositus sit, ut cum neminem offendunt, omnes uereri, & diligere uideantur.

T. Linius lib. 8. secundi bell. Punici.

Quo in genere excelluit Scipio ille Africanus: Is a Syphace Rege Barbaro, ad conuiuium una cum Hasdrubale inuitatus, non modo Syphacem Barbarum insuetumque Romanis moribus, sed etiam Hasdrubalem hostem infestissimum, facundè alloquendo sibi conciliauit. Cauere autem in primis debent Legati, ne in conuiujs de rebus differant, ad suam professionem non pertinentibus.

Ne de rebus a sua professione alienis differant.

Ita nec de Philosophia miles, nec de rebus bellicis differet Philosophus: Phormionis illius Philosophi exemplo docti, qui cum in conuiuio, ad quod & Hannibal inuitatus fuerat, longam orationem de re militari & officio Ducis habuisset, ut delirus ab Hannibale derisus fuit. Licetbit tamen Legato huiusmodi disputationibus, etiam si a professione sua alienae sint, & locum aliquem liberalem & modestum: maxime si ad professionem suam, & res Legationis suae, non nihil alludat, intermiscere. Quale fuit, quod C. Fabricius Romanus Legatus, in conuiuio Pyrrhi Regis dixit. Is cum forte Cynaeas Pyrrhi Regis a consilijs, Epicuri mentionem fecisset, memorans ea quae ab Epicureis dicuntur, de dijs immortalibus, ac de Repub. ut nonnulli finem honorum in uoluptate ponentes, curam Reipub. fugiendam censerent, utpote felicitatis corruptionem: Deos autem a gratia atque ira longissime remotos, nec ullam de nobis curam suscipientes, in ociosam uitam & plenam uoluptatum conijcerent. Haec etiam ipso Cynea dicente, Fabricius exclamans, O utinam, inquit, haec Pyrrho & Samnitibus cordi sint, quam diu aduersus nos bellum

Supra eod. lib. c. 4.

et iocum

Plutarchus in Pyrrho.

Epicureorum de dijs & de uoluptate dogmata.

bellum gerunt. Saepe etiam modestiae erit, Legatum in conuiujs prorsus tacere, ueluti si alijs, plus iusto loquacioribus, solis loquendi locum relinquat, & se ad audiendum magis quam importunè dicendum componat. Quod Zeno Cittiaeus fecit, qui Ptolemaei Legatis, qui multos eruditos ad conuiuium inuitarant, percontantibus, quid de ipso Regi suo essent renunciaturi, ait: Vidisse uos senem, qui in conuiuio tacere nouerit. Cum enim alij multa ad ostentationem dixissent, unus Zeno perpetuum tenuit silentium. Sic Archidamidas cuidam, qui uitio uertebat Hecataeo Rhetori, quod adhibitus ad ipsorum conuiuium nihil dixisset. Videris (inquit) nescire, quod is, qui dicendi nouit artem, etiam tacendi norit oportunitatem. In factis autem, ordinem & oportunitatem temporum seruabunt: quod ipsum & si prudentiae quoque officium sit, tamen & ad modestiam Legati attinet, ut nihil non suo ordine & tempore agat. Itaque dato concilio uel Senatu, rectè suoque loco mandata sua exponant Legati. Quod si quis idem in itinere, aut in templo fecerit, eum delirare potius, quam modestiam seruare dicemus. Sic Tyberius Iliensum Legatis paulo serius consolantibus eum, quasi oblitterata iam doloris memoria, irridens, se quoque respondit, uicem eorum dolere, quod Egregium ciuem Hecorem amississent. Prudentius autem & modestius Publius Iulius Romanus Legatus ad Antiochum missus: quoniam audierat Regem, ob nunciatam mortem filij, in luctu esse, ne alieno tempore incommodius obuerfaretur, abiit, & in aliud tempus Legationem distulit. Proderit itaque maxime, Legatos loci & temporis habere rationem. Haec enim obseruata, maiorem gratiam actionibus tribuunt: neglecta uero, saepe totam Legationem frustrantur. Haec tenus de uirtutibus Legatorum, a quibus & plerumque alia officia ducuntur, de quibus libro sequenti tractabimus.

Aliquando modestiae fuerit, tacere inter loquaces.

Modestia in factis.

Legati Ilien- sium a Tyberio Imp. uruli.

T. Linius lib. 5. de bell. Macedoniae, & Asiae.

De Gratia Legatorum. Cap. XIII.



Actenus de scientia & uirtute satis dictum est: Nunc de gratia dicendum uidetur, quae tertium illud fuit, quod in personis Legatorum considerandum esse dicebamus.

Gratiam autem appellamus hic non eam, in qua amicitiarum & officiorum, alterius quidem memoria, alterius autem remunerandi uoluntas continetur: sed habitudinem illam & conditionem, propter quam ita erga nos afficiuntur alij, ut illis simus grati & accepti. Haec autem comparatur natura, consuetudine, studiorum participatione, & uirtute. Natura inter se Gratioli sunt, sanguine aut alio necessitudinis uinculo coniuncti: ut parentes, liberi, fratres, maritus & uxor, praceptor & discipulus: Nam & praepceptores mentium parentes sunt, ut ait Fabius. Quibusdam, aetas

De qua hic agitur gratia.

Qui sunt natura inter se gratiosi.

Quintil. lib. 1. orator. insit.

& corporis dignitas gratiam conciliat: Nam natura etiam, gratior est pulchro ueniens e corpore uirtus. Sed & quidam ea felicitate nasci putantur, ut omnibus Gratioli sint, nemini inuisi. **Consuetudine** & participatione studiorum, ut qui in eodem ludo disciplinae operam dederunt, ut commilitones, discipuli: Quomodo Pomponius Atticus Ciceroni Gratiolus fuit. In hoc genere eos etiam colloco, qui similitudine status & morum coniuncti sunt: Quomodo nobiles nobilibus, Plebei Plebeis fauent. **Virtute**, ut liberalitate, beneficentia, iustitia, fide, & omnibus uirtutibus, quae pertinent ad mansuetudinem & morum facilitatem. In his enim illud, quod diximus, decorum & honestum consistit. Quod, quoniam per se placet, & sua sponte commouet, Idcirco in quibus eas uirtutes esse remur, eos a natura ipsa diligere cogimur. Et haec ab illa, quam supra diximus, proficiscitur modestia. In quo genere Titum Vespasianum Gratiolum fuisse puto. Is enim quia natura beneuolentissimus fuit, miraque comitate tractauit omnes: ita ut neminem a se tristem abire passus sit: delitig et amor humani generis appellatus est.

Sunt & aliae multae causae, quibus fauor & beneuolentia comparatur, ut beneficia, largitiones, promissiones, & si qua sunt huius generis alia. Quae tamen ut perpetua non sunt, ita nec firma esse potest, quae ex his nascitur, Gratia & beneuolentia. Iam igitur &

Qui consuetudine.
Qui uirtute.
Sueton. in Tito.
1. liquet in si. de summa tri. et fid. cath. Pauor. in Rub. de uit. et ho. nest. Cler. 3. q. 7. c. in grati. lib. Lib. 2. de inuentione. c. ipsi sacerdotes 1. q. 1.

Gratia in Legato spectanda est, dandaque opera, ut qui mittuntur, non inuisi sed grati & accepti sint his, ad quos mittuntur. Nam uere dictum est, Quod quis non diligit, id facile contemnit: sitque saepe, ut qui ad intercedendum mittitur, si displiceat, irati animus ad deteriora prouocetur. Nec beneuolentia (inquit Cicero) etiam si perspicue ab iratis appetitur, inuenitur, sed augetur potius atque inflammatur odium. Id autem non modo in prophanis, sed etiam in sacris Legationibus obtinet. Nam & Sacerdotes, qui Legatione Dei in terris funguntur, ac pro populo apud Deum interpellant: quanto digniores atque meliores fuerint, magisque Deo grati, tanto facilius in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Proinde diligenter obseruandum est, ut qui & quales sint, ad quos mittendi sunt Legati, cognoscamus: ut si doctus sit, doctum: si in re militari uersatus, militem: si discipulus, praecceptorem: si filius, parentem: si aliter affecti, similiter affectos mittamus. Omnium autem maxime eos mitti proderit, quos expetuerint hij ad quos mittendi sunt, ut quos uerisimile est non alios uelle, quam qui sint eis quam maxime grati. Quemadmodum Senatus Romanus orta propter Decemuiros seditione, L. Valerium, & M. Horatium ad plebem Auentinum iam montem insidentem misit, Non alia nimirum ratione, quam quia repudiatis C. Iulio, P. Sulpitio, & Sp. Tarpeio: qui primum mandata Senatus ad eos detulerant: hos maxime uiros

ros quibus responsum darent, ad se mitti petierant. Et Iustinianus Imperator, ad Cosroen Persarum Regem, Tribunum Medicum de pace misit, tum quia eum ad se mitti Rex petierat, tum quia eum a morbo grauissimo liberauerat, & ex eo amicus ei & gratissimus erat. Hacetiam ratione cum Romani & Sabini diutinis isdemque acerrimis bellis inter se attriti, utrinque de pace cogitarent, nec facile eius componendae uiam rationemque inuenirent, tandem mulieribus Sabinorum, propter quas bellum Romanis illatum erat, ex Senatusconsulto, Legatio ad gentiles suos demandata est: quae uestes lugubres induta, & earum quaedam infantes secum ducentes, ad Regem Sabinorum ueniunt. Inter quas Legationis Princeps Hersilia, longa & miserabili oratione precibusque postulat, ut uiris suis pacem largirentur, eis ipsis precantibus precipue, ob quas bellum se intulisse assererent. Quibus uero aequis conditionibus bellum dissoluerent, cocuntes Principes discernerent, communem spectantes utilitatem: Quibus dictis, omnes ad Regis genua simul cum filiis procumbentes, humisque prostratae manentes, donec eas astantes erigerent: ad reconciliationem inter partes faciendam Sabinos induxerunt. Et quod uiri non potuerunt, mulieres (alioqui ad huiusmodi functiones minus idoneae) ob id tantum, quod uiris isdemque gentilibus & cognatis suis gratiae & dilectae fuerunt, pacem amicitiamque inter tantos Reges stabiliuerunt. Authore est Dionysius Halicarnassaeus. Item, Rhodij ad Cassium, Archelaum, ipsius olim in Rhodo praecceptorem Graecarum literarum, Legatum miserunt oratum, ut bello, quod cum ipsis intercedebat, desisteret: nimirum sperantes, quod alij non possent publico, hunc priuato, & ueluti parentis & educatoris iure, impetraturum. Apud Vergilium, Venulus a Latinis ad Diomedem Argium Legatus mittitur, ea ratione, quod & ipse Argiuius esset, Quod & si Poeta id non exprimat: Nam ita habet Carmeni.

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem Qui petat auxilium &c.

T. Linius lib. 3. ab urb. eond. Procop. de bello Persico libro secundo. Dionysius Halicarn. lib. 2. antiqu. Ro.

Appianus de ciuilib. Ro. bellis lib. 4.

Venult ad Diomedem Legatio.

Lib. 8. Aeneid.

Vrbes a Diomede in tractu Apuliae conditae.

Legatio Diomedis ad Aeneam per Annam sororem.

Tamen id a Seruio annotatur. Diomedes, inquit, postquam reperit, ira Veneris a se uulnicratae, uxorem apud Argos turpiter uiuere, noluit reuerti, sed tenuit partes Apuliae, & edomita omni Garganti montis multitudinis, in eodem tractu, ciuitates plurimas condidit. Nam Beneuentum, & Equutaticum ipse condidit & Arpos, quae Argiripa dicitur, & ad hanc Venulus mittitur, Argiuius ad Argium, Ideo ut eum quasi ciuis possit mouere, Haec Seruius. Dido (ut est apud eundem Poetam) remorari cupiens discessum Aeneae a Carthagine, Annam sororem ad ipsum, ut quam gratam uiro esse sciebat, mittit.

H iij Anna

Verg. lib. 4.
Aeneidos.

*Anna uides toto properari litore circum,
Vndiq; conuenere, uocat iam carbasus auras,
Puppibus & laeti nauae impoſuere coronas.
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,
Et perferre ſoror potero: miſeræ hoc tamen unum
Exequere Anna mihi, ſolam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus,
Sola uiri molles aditus, & tempora noras:
I ſoror, atq; hoſtem ſupplex affare ſuperbum.
Non ego cum Danais Troianam excidere gentem
Aulide iurauit, claſſemq; ad Pergama miſi,
Nec patri Anchisæ cineres Manes'ue reuelli,
Cur mea dicta negat duras demittere in aures?
Quo ruit? extremum hoc miſeræ det munus amanti.
Expectet facilemq; fugam, uentosq; ferentes,
Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro,
Nec pulchro ut Latio careat, regnumq; relinquat:
Tempus mane peto, requiem ſpaciumq; furori
Dum mea me uictam doceat fortuna dolere.*

T. Linius lib. 3. ab urb. cond. Saepe etiam Legatis ob id maxime, quod ijs, ad quos mittuntur, grati non sunt, audientia non datur. Quod in ea secessione, quam

Plebs Rom. ob iniuriam Virginio ab Appio Claudio illatam, in Auentinum fecit, accidit. Nam cum Senatus tres Consulares Legatos ad plebem miſiſſet, multitudo non solum illis responſum non dedit, sed conclamauit, Ut L. Valerius et M. Horatius mitterentur: his se duros responſum. Idem & in alijs ſeditionibus euenire ſolet, ut in his non quod æquum est, sed quod multitudinĩ placeat, præualeat. Quin etiam quanto quiſq; maiore uirtute præditus, tanto ſeditioſis ſuſpectior est, magisq; ab illis non solum in Legationibus, sed in omnibus etiam alijs honorificis actionibus recuſatur. Est enim ea natura ſeditioſorum, ut malefactorum agitati conſcientia, nihil æque ut ius, iuſtitiamq; & qui ea colunt, iudices & iuſtitiaẽ adminiſtratores, omnemq; adeo bonorum conſpectum formident: quos & quoties occasio datur, omni iniuria & contumelia perſequuntur. Ac propterea nihil mirum, si quos iuſtos, ſortes, & conſtantes eſſe cognoscunt, eorundem Legatos audire dedignantur.

Sed nec periculo uacat, Magiſtratum dari ingratum plebi, aut Imperatorem inuiſum exercitui: quod Appij Claudij exemplo probatur. Is enim inuiſus inſeſtusq; plebi Conſul factus, & plebem aduerſam in Conſulatu ſuo, & exercitum inobedientem habuit: Quippe illa omnia ipſius facta etiam per tumultum repro-

bante:

bante: hoc uero imperium eius ita detrectante, ut ſegniter, ocioſe, negligenter, contumaciter omnia ageret, nec pudor nec metus coerceret: Si citius agi uellet agmen, tardius ſedulo incederent: si adhortator operis adeſſet, omnes ſua ſponte, motam remitterent in-duſtriam, præſenti uultus demitterent, tacite prætercuntem execra-rentur: breuiter ita ſe componerent, ut ſub eo non solum uincere nollent, sed etiam uinci uellent. Sed & in primis periculoſæ ſunt, quæ ad ſeditioſos ſuſcipiuntur Legationes. Nam ſiue leniter cum illis agatur, magis in contumacia obdureſcunt: Si aſpere, pro-tinus quamlibet etiam cruentam uindictam cogitant. Proinde fœ-lices, quibus ab huiusmodi Legationibus abſtinere licet. Quod ſi autem utilitate ſuadente, uel cogente neceſſitate, ad ſeditioſos de-cernenda ſit Legatio, proderit fortasſe, primum uel per literas uel per nuncios ab illis ſciſcitari, quos ad ſe mitti Legatos fide publica permittant, ut tales deligi poſſint, quorum & eloquentia & man-ſuetudine eorum furor leniri ſedariq; poſſit. Poſtremo illud etiam non parum conducet, tam mittentibus quam ijs qui mittuntur Le-gati, ſi oſtentione & commemoratione earum rerum, quibus ſe gratioſos fore conſidunt: ſeſe ijs ad quos mittuntur inſinuent, & ue-lut acceptiores commendabilioreſq; reddant. Ad quem modum

Halycar. lib. 2.
antiq. Ro.

raptæ à Romanis Sabinæ mulieres, ad cognatos ſuos urbem ob-ſidentes miſſæ, infantes manibus ducentes, atq; parentibus & co-gnatis ſuis occurrentes, non tam miſerabili geſtu & lachrymabili uoce, quam tacita commonſtatione naturalis illius coniunctionis & neceſſitudinis, gratiam ſibi apud agnatos conciliarunt, & om-nes in ſui commiſerationem adduxerunt. Eadem induſtria uſæ ſunt, Veturia mater, & Volumnia coniunx, ad Martium Coriola-num, urbem iam obſidentem, miſſæ: quippe duos paruos ex Mar-tio filios ſecum ducentes, ubi ad Martium uenerunt, complexum iam obuia matri ferre geſtientem, Mater in iram ex precibus uer-ſa, filium ad hunc modum alloquuta eſt. Sine (priuſquam comple-xum accipio) ſciam, inquit, ad hoſtem an ad filium uenerim, captiua mater ue in caſtris tuis ſim, In hoc me longa uita, & inſœlix ſenectæ traxit, ut exulem te, deinde hoſtem uiderem: Potuiſti populari hanc terram, quæ te genuit atq; aluit: Non tibi, quamuis inſeſto animo et minaci perueneras, ingredienti fines ira cecidit: Non cum in con-ſpectu Roma fuit, ſuccurrit: intra mœnia illa domus ac Penates mei ſunt, mater, coniunx, liberiq; Ergo ego niſi peperiſſem, Roma non oppugnaretur: niſi filium haberem, libera in libera patria mortua eſſem. Sed ego nihil iam pati, nec tibi turpius, quam mihi miſerius poſſum, nec ut ſim miſerrima diu futura ſum: De his uide-ris, quos, ſi pergis, aut immatura mors, aut longa ſeruitus manet. Hos ſermones ſubſequuti deinde amplexus matris uxoris & libe-

T. Linius ab
urb. cond. li. 2.

H iij rorum,

rorum, tum fieri ab omni turba mulierum ortus, ita uiri animu-
 Appianus de fregere, ut mox castra ab urbe mouerit. Sic Archelaus præce-
 bell. ciuili. Ro. ptor ad Cassium discipulum, iam Rhodum obsidentem missus, de-
 lib. 4. xtera eius apprehensa, non solum à longa & uetusta Rhodiorum
 cum Populo Romano societate, sed etiam à singularibus benefi-
 cijs, quæ ea urbs in Cassium contulerat: & in primis quod eadem
 eiusdem nutrix & eruditrix, & ipse præceptor fuisset, eidem tam ur-
 bem quam sese commendans, eum ipsum, ut ab obsidione urbis, in
 Proco. de bell. qua enutritus eruditusq; fuisset, desisteret, hortatus est. Et Ste-
 Persico lib. 2. phanus ille Medicus, ad Cosroen Persarum Regem ab Edeffenis,
 eam maxime ob causam missus, quod ob beneficia quædam in il-
 lum collata, in primis illi gratus esset, priusquam mandata sua ex-
 poneret, ea quoq; propter quæ se erga eum benemeritum, & ob id
 acceptum esse putabat, commemorauit.

Multi ne, an pauci, & quot numero Legati super una re mittendi
 sint. Cap. XIII.



Legati super una re, uel multi uel pauci, pro dignitate &
 conditione personarum, & qualitate rerum mittuntur.
 Qua in re illud antiquitus obseruatum esse animadu-
 to: Legatos interdum certo numero ex more uel legi-
 bus: Interdum incerto numero, pro mittentium arbitrio missos fu-
 isse. Romanis in more fuit, unum Legatum mittere, quoties Re-
 ges appellandi, eisq; munera danda essent: Solebant enim pri-
 mum quos Reges facerent, aut appellarent, eos muneribus quoq;
 ornare. Sic Scipio Mafsiniffam primū ex mandato, Regem à se ap-
 pellatum, eximijq; ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera,
 Lib. 10. secundi fella Curuli eburnea, & Scipione eburneo, toga picta & palmata
 belli Punici. dabatur, is unus ex Senatoribus erat, quod Cor. Tacitus his uer-
 bis significat. Cognitis (inquit) dehinc Ptolemæi per id bellum stu-
 lib. 4. Aug. his dijs, repetitus ex uetusto more, missusq; è Senatoribus, qui Scipio-
 nem eburneum, togam pictam, antiqua patrum munera daret, Re-
 gemq; & socium & amicum appellaret. Similiter ex more qua-
 tuor Feciales Romani ad res repetendas indicendumq; bellum mi-
 serunt, teste Nonio Marcello. Quamobrem & quos Fidenates oc-
 ciderunt, quatuor fuerunt. Decem item Legati ex more Imperato-
 ribus decernebantur: quod quidem consilium ipsis dispensandæ
 cohonestandæq; uictoriæ dabatur. Quod apud Liuium decem Le-
 T. Liuius lib. gatis Cn. Manilius Proconsuli, quasi non essent eo officio rectè
 8. de bell. Ma- functi, objicit. Ita Senatus Bellonæ habitus, more maiorum decre-
 ced. & Astat. uit decem Legatos, quorum ex consilio T. Quintius Imperator le-
 T. Liuius lib. ges pacis Philippo daret, eidem Legati Philippo Rege, Macedoni-
 3. de bell. Ma- busq;

Qualia dona
 Scipio Mafsi-
 niffæ Regi de-
 dit.

Lib. 10. secundi
 belli Punici.

Cor. Tacitus
 lib. 4. Aug. his
 stor.

Quatuor Fe-
 ciales.

Decem Lega-
 ti Imperatori
 in bello adiu-
 cti.

T. Liuius lib.
 8. de bell. Ma-
 ced. & Astat.
 T. Liuius lib.
 3. de bell. Ma-
 ced. & Astat.

busq; deuictis, Legationes Regum, gentium, ciuitatumq; audiue-
 re, quibus & leges dederunt, libertatemq; concesserunt, aliaq; quæ
 ex re Senatus esse putarent, decreuerunt. Cn. Manilius ex de-
 cem Legatorum sententiâ foedus cum Antiôcho Rege conscripsit.
 Tum leges etiam Gallis, quibus pacem cum Eumene seruarent, di-
 xit. Simili modo decem Legati, quorum Princeps fuit L. Opimius,
 regnum Numidiæ, quod Micipsa obtinuerat, inter Iugurtham &
 Adherbalem diuiserunt. Sed & ad disceprationes Regum, po-
 pulorum, & ciuitatum, aliaq; grauiora negotia sæpe decem Lega-
 tos ex more decreuerunt. Cuius rei plenæ sunt historia Romanæ.
 Appianus auctor est, in exercitu Pompeij Legatos ei quinq; & ui-
 ginti à Senatu decretos fuisse. Hæc de more. Quod autem ad leges
 attinet, posterioribus temporibus Edicto diui Vespasiani præcipi-
 tur omnibus ciuitatibus, ne plures quam tres Legatos mittant.
 Illud etiam à Iureconsultis nostræ ætatis dubitatum est, quot olim
 Legatos habuerit Proconsul: alijs unum, alijs plures habuisse opi-
 nantibus. Ac eorum quidem opinio, qui unum habuisse putant, le-
 gibus iuari uidetur: de uno tantum Proconsulis Legato mentio-
 nem facientibus. Quod & Rubrica significare uidetur, quæ habet,
 de Officio Proconsulis & Legati, non Legatorum. Item alia, de
 Apparitoribus Proconsulis & Legati, non Legatorum. Qui au-
 tem plures habuisse dicunt, moribus magis quam legibus nitun-
 tur. Siquidem tres eligere solitum, ex prima epistola Ciceronis ad
 Quintum fratrem, notum euadit, ubi illi gratulatur Asiæ Procon-
 suli, quod tres Legatos optimos legerit, Tuberonem, Halienum,
 Gradium. Alciato uerisimilius uidetur, ex prouinciæ qualitate
 nunc plures, nunc unum tantum habuisse. In cæteris autem re-
 bus, de quibus quo numero mittantur Legati, nihil neq; more re-
 ceptum, neq; legibus cautum est. Veterum quoq; exemplo, inter-
 dum multi, interdum pauci, & eo omnino numero, qui & mitten-
 tium & eorum ad quos mittuntur dignitati, tum rebus ipsis geren-
 dis conuenit, Legati mittuntur. Duo Legati à Romanis Sa-
 guntum ad Hannibalem, Tres armati in Auentinum, Tres ad
 Gallos, quinq; Carthaginem in Aphricam: ad percunctandum
 Carthaginensium de Sagunto ab Hannibale oppugnato confi-
 lium, missi sunt. Decem Saguntini gratulatum Senatui, & gratias
 actum coronamq; auream in Capitoliū Ioui oblatum, missi sunt.
 In quibus sanè negotijs nihil admodum interfuit, siue multi siue
 pauci mitterentur. In alijs autem grauioribus rebus longè alia ra-
 tio habenda est. Carthaginenses, cum iam uicti à Scipione, in
 extremis periculis essent, Primum decem ad Scipionem uictorem
 Legatos, Principes ciuitatis, cum uelamentis supplicum: non pau-
 lo post triginta alios, & specie multo miserabiliore miserunt, ut pa-
 cem

T. Liuius lib.
 8. de bell. Ma-
 ced. & Astat.

salust. de bel-
 lo Iugurt.

Numerus Le-
 gatorum.

l. sciendum q
 fin. ff. de Lega-
 tionibus.

C. de apparito-
 rib. Proconsul-
 Legat.

T. Liuius lib.
 7. de bell. Ma-
 ced. & Astat.

T. Liuius lib.
 10. secundi bel-
 li Punici.

Iulius Capitolinus in Maximo et Albino. cem peterent. Viginti Legati Senatores, in quibus quatuor Prætorij, Quæstorij octo, ad Maximum Imperatorem, occiso Maximino Tyranno, iam in urbem reuertentem missi, sua quoque mandata & graua quidem exequuturi uenerunt. Aeneas aduectus in Italiam.

Lib. 7. Aeneid. Centum oratores Augusta ad moenia Regis,
Ire iubet, &c.

Ael. Spar. in Seuero. Senatus occiso Iuliano, cum Seuerus in castris & tentorijs, quasi per hosticum ueniens adhuc maneret: centum ad eum Senatores Legatos misit, ad gratulandum, rogandumque, aliaque quae mandata fuerunt, conficiendum. Nisai Acuphim ciuitatis suae Principem, & cum eo Legatos Triginta ex Primoribus ciuitatis, ad Alexandrum Magnum miserunt oratum, uti Deo urbem suam liberam permetteret. Similiter ad eundem Alexandrum ab Oxidracis urbium praefecti Principesque, & cum his CL. ex Primoribus

Arrianus lib. 6. eiusdem gentis, cum amplissimis muneribus missi sunt, ut sese ac gentem suam in fidem eius darent. Catholici Episcopi ab Arrianis uexati, acuarijs iniurijs & contumelijs affecti, Legatos ex ordine Ecclesiastico delectos, numero Octoginta ad Valentem Imperatorem miserunt petitum, ut Orthodoxos a uiolentijs Arrianorum liberaret. Atque haec sane negotia non leuia, sed magna, ardua, & ampla fuerunt: propter quae Legati numero tam multi missi fuerunt. Illud etiam obseruandum est, ut quoties multi Legati mittendi sunt, ex omni ordine dignitatis deligantur. Quod Poeta in persona Aeneae demonstrat, Dum inquit.

Lib. 7. Aeneid. Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
Centum oratores Augusta ad moenia Regis
Ire iubet, &c.

Seruius ab omni ordine dictum interpretatur, quod apud Romanos in Legatione mittenda obseruatum fuerit, ut ab omni ordine ac dignitate mitterentur. Sunt qui Legatos etiam multos, non aliqua necessitate urgente, sed ad libidinem & pompam, & ad terrenum potius quam impetrandum aliquid, mittant. Quod Artaxerxis Regis Persarum exemplo cognoscere licet. Is quadringentos uiros proceritate insignes, uestitumque eleganti auroque exornatos, equis atque arcibus conspicuos, Legatos ad Alexandrum Romanorum Principem in hoc tantum misit: quoniam sibi persuaserat, territum iri Romanos a conspectu illo cultumque Persarum. Author est Herodianus. Id autem ut insolentiam & superbiam praefert, ita non

Anto. Bonifin. lib. 10. Decad. 3. rer. ungar. uideo quomodo non uituperari debeat: Sicut nec laudandum est, si comitatus Legationum iustum modum excedat. Veluti si unum, duos, tres, quatuor, quinque, sex aut septem Legatos, seu aliquot milia

Haec peditem equitum ue comitentur. Nam quae huiusmodi Comitatum habet, non Legatio, sed exercitus potius dici debet. Ac talem quidem Comitatum habuit Iddigunnas Cosrois Persarum Regis ad Iustinianum Imperatorem Legatus, cui Quingenti electi uiri Persae Comites adhibiti sunt. Verum his ipsis obuiam procedens Georgius Romanus, Daræ urbis Praefectus, quam Cosroes sub praetextu huiusmodi Legationis capere sperabat, non more Legati eum uenire ait, nec tot numero Persas in ciuitatem Romanorum recipi fas esse. Quo dicto Legatus spe Legationis excidisse se intellexit. Huic haud dissimilis fuit Legatio, quam Vngari ad Fridericum Imperatorem, huius nominis Tertium, Neapolim miserunt, repetitum ac redemptum Sacram coronam regni Vngariae: quae tum in manu Friderici seruabatur. Siquidem Legati tres, Comites habuerunt equitum tria millia, quos cum aduentare animaduertisset Imperator, occludi fecit undique ciuitatis portas: Ac Legatis, iure Legationis introitum ciuitatis petentibus, per suos Legatos respondit, Quam uideret, eam non Legationem, sed hostilem exercitum reputari debere. Nec excusationem recepit, quod honorandae sacrae coronae gratia, tanto apparatu comitatus Legati aduenissent. Ideoque post multa, unus tandem Legatus cum Ducentis tantum equitibus, ex placito & uoluntate Caesaris, ingressi sunt. Scio tamen, quarundam gentium Reges (quod de Soldano Babyloniorum Tyranno refert Petrus Martyr) pro opprobrio & ludibrio habere, si missus orator non longo Comitum ordine eos accesserit. Erit igitur uniuscuiusque Legationis numerus ita moderandus, ut neque minor sit, quam mittentis, uel eius qui mittitur, Legati dignitas postulat: neque rursus ita magnus, ut oneri magis sit, ad quos mittuntur: quam is qui mittunt aut qui mittuntur, honori. Quidam duabus equitaturis, Legationis famulum unum pedestrem adiungendum esse putant, Quod in uisitationibus Monasteriorum & Ecclesiarum fortassis locum habet. In reliquis uero negocijs, pro arbitrio boni & prudentis uiri statuendum erit: Quot equi, quot pedites, quot uecturae, quot naues, uni Legationi adhibeantur. Illud autem magis ridiculum est, quod quidam in negocijs non admodum magnis dolent ad se Legatos non multos mitti, quod de Demetrio tradunt historiae. Nam eum ferunt, cum aliquando a Lacedaemonijs unus tantum Orator ad eum uenisset, grauius aduersus eos commotum, ac tum ad Legatum conuersum dixisse, Vnum te Lacedaemonij miserunt Legatum: Verum prudenter Orator, ac festiuiter illud eludens, Vnum (inquit) ad unum: Nimirum significans, mandata sua eiusmodi esse, quae pro dignitate Regis, tum ciuium suorum rite a se uno confici possent. Illud tamen addo, & utilius esse is qui mittunt, & tutius

Procopius lib. 2. de bello Persico.

Lib. 2. Legat. Babylon.

Panor. in c. in singulis de statut. morib.

Plutarch. in Demetrio.

is

ius qui mittuntur, plures mitti quam unum. Siquidem opinio reddi-
 tur firmior, si fuerit ab altero quoque comprobata, ut Plato docet:
 Et minus suspecti sunt plures quam unus, ut Iureconsultis placet.
 Diomedes apud Homerum, iturus exploratum quid agant Tro-
 iani, comitem postulat: Id enim fore tum iucundius tum tutius. At
 mihi si qui alias uentiat, comes ille futurus Solamen, fueritque simul
 fiducia maior, si duo coniuncti ueniant: Deinde hic prior illo, si
 quid opus facto uidet. At qui solus & unus, quatenus perspiciat, ta-
 men est mens segnior illi & consilium tenue. Iam uero & illud om-
 nium gentium consensus obtinuit, inter multos Legatos ut unus
 plures uel totius Legationis Principes constituantur, sic Legatio-
 nis eius quam Agamemnon ad Achillem misit, Princeps fuit Phoe-
 nix: & eius, quam Aeneas ad Didonem, Ilioneus: & in Legatione
 Philippi Regis ad Hannibalem Xenophanes: Atholorum ad Ro-
 manos Phaneas: Romanorum in Graeciam & Macedoniam App.
 Claudius: Hersilia Romanarum mulierum ad Sabinos: Legatio-
 nis Orthodoxorum ad Valentem, Urbasus, Theodorus & Mene-
 demus: & alij in aliorum Legationibus ad alios Principes fuerunt.
 Quorum sane officium est mandata exponere, responsa accipere,
 & quicquid in negocijs mandatis dicendum est, aliorum consilio
 & consensu dicere. Nisi consuetudo gentis sit ut minor natu loqua-
 tur, quod de Venetis narrat Bernard. Iustinianus Patricius Vene-
 tus, in historia sua de origine urbis Venetiarum, rebusque a Venetis
 gestis: Aut nisi qui minor natu est, seniore facundia praecellat.
 Quomodo L. Sylla, & A. Manlio a Mario ad Bocchum Regem
 missis Legatis: Sylla (cuius facundia, non aetate, a Manlio concess-
 sum est) uerba fecit. Praestat autem, unum quam multos Lega-
 tionis Principes facere. Nam multi si dissideant (quod non raro
 euenit) & ex aequo dicendi munere fungantur, facile fieri potest, ut
 & diuersa pugnantiisque dicant. Id plane Achaeis accidit, qui cum
 Legationis suae, quam ad Romanos mittendam decreuerant,
 Diaphonem & Lycortam Principes fecissent: quemadmodum hi
 Principes in Repub. disenserant, Ita in ipsa Legatione minime
 inter se conuenientes orationes habuerunt. Proinde consulo,
 ut uni Legationi unus quoque Princeps, qui sit idem inter alios na-
 tu maximus: Tum scientia, eloquentia, & prudentia praestantior,
 praeficiatur. Quod & ueteres semper obseruauerunt, ut Poeta hoc
 carmine testari uidetur.

Plato in Pro-
thagora.

Ang. in C. sua
cant. C. de bon.
uacantib. libro
10.

Princeps Le-
gationis inter
multos unus.

Odyss. lib. 9.
Virg. lib. 1. Ae-
neid.

Tri. lib. 7.
cap. 29.

Lib. 13.

Salust. de bell.
Iugurthino.

Princeps Le-
gationis sic
unus.

T. Livius lib.
3. de bello Ma-
ced. & Astat.

Lib. 11. Aea-
neid.

*Tum senior semperque odijs & crimine Drances
 Infensus iuueni Turno sic ore uicissim,
 Orsa refert.*

Vbi Seruius ab aetate, auctoritate Dranci datam esse interpretatur.
 De

De Comitibus Legatorum. Cap. XV.

Solebant ueteres magistratibus, quos in prouincias mit-
 tebant, ministros quosdam administrationis & Imperij
 adiungere: ut sunt Legati, Praefecti, Quaestores, Scribae,
 Medici, Accensi, Aruspices, Praecones: hi comites uoca-
 bantur. Nec consentire hoc loco Accursio possumus, qui alicubi Co-
 mites, collegas & socios interpretatur. Collegarum siquidem appel-
 latione continentur, qui sunt eiusdem potestatis, ut duo Consules:
 At Comites inferiores sunt potestate ijs quibus adiunguntur. Et
 socius par est illi cuius est socius: Comes autem eo, cuius est comes,
 inferior. Praeterea Comes est quicumque sequitur alterius ducum:
 Socius plerumque in negocijs rebusque serijs, & fortunae arbitrio sub-
 iectis, in pari conditione cum socio est: quod Caesar in Commenta-
 rijs his uerbis significat. Androsthenes Praetor Thessaliae, cum se ui-
 ctoriae Pompei comitem esse mallet, quam socium Caesaris in rebus
 aduersis, omnem agris multitudinem seruorum ac liberorum in op-
 pidum cogit. Alibi comes pro eo accipitur, qui alium comitatur
 & sequitur, ut sunt comites matronarum, paedagogi, & generali-
 ter omnes (ut Labeo definit) qui frequentandi cuiusque causa ut se-
 querentur destinati sunt. Ita de Penelope Homerus.

Haud sola aet illam famulae binae comitatae.

Et Alcmena apud Plautum. Iuben ire mihi comites: Si non iubes,
 ego met, comitem mihi pudicitiam duxero. Matronarum au-
 tem comites uirgines esse decet non malas, forma tamen mala: Vt
 Demipho inquit, in Mercatore. Sic enim ad filium Charinum, de
 ancilla quam e Rhodo adduxerat, Neque matrem (inquit) illa satis
 honeste tuam sequi poterit comes, neque suam. Quia illa forma ma-
 trem familiae flagitium est sequatur: quando incedat per uias con-
 templant, conspiciant, nutent, nictent, sibilent, uellicent, uocent, mo-
 lesti sint, accentent noctu ad hostium, meae impleantur carbonibus
 elegiorum fores: atque ut nunc sunt maledicentes homines, uxori
 meae mihique obiectent lenocinium facere. Fuerunt autem magi-
 stratum comites duorum generum, ut Budaeus ex Cicerone nota-
 uit. Quidam uelut negociorum publicorum adiutores dabantur,
 ut assessores Iudicum, Legatus, Quaestor, alijque: quorum opera
 Principum Officiales in negocijs administrationis suae utuntur.
 Alij sunt, quos ex domesticis conuictoribus, qui prouincijs praefi-
 ciuntur, aut ex necessarijs Apparitoribus secum esse uolunt, qui
 quasi ex cohorte praetoria appellari solent (ut inquit Cicero in epi-
 stola prima ad Quintum fratrem, Asiae Proconsulem) ut Accen-
 sus, Praeco, Medicus, Lictores, Aruspices: de quibus Marcellus Iu-
 reconconsultus loquitur. Asconius cohortem praetoriam comites

Cicero act. 3.
in Verrem.
l. in comites ff.
ad leg. Iul. re-
petund.
l. collegarum ff.
de uerb. sig.
l. 1. §. 1. ff. de
off. Conf.
l. apud filium ff.
de man. uind.
l. solent ff. de
off. Procons.

l. 1. et l. item
apud §. si quis
uirgines ff. de
iniurijs.

Plautus in Am-
phitr.
Quales debet
esse comites
Matronarum

Duo genera
comitum.
In l. in comites
ff. ad leg. Iul.
repet.
gl. in l. die fun-
cto ff. de off.
assess.

l. 1. ff. ad leg.
Iul. repet.

I inter-

Quid cohortes interpretatur: Veteres, inquit, omnem magistratum, cui pareret exercitus, Prætores appellauerunt. Vnde & Prætorium tabernaculum eius, & in castris Porta Prætoria, & hodie quoque Præfectus Prætorio. Cohors itaque Prætoria fuit, quæ Consuli aut Prætori in l. abesse ff. ex provincia præsto semper aderat, quasiq; latus eius cingebat. Hi quib. caus. m. iores. comites æque ut prioris generis à Republica dabantur. Quæ res in prouerbium abiit, ut quicumque ad nutum præsto essent, ex cohorte Prætoria esse dicerentur, ut in Chiliadibus prouerbiorum admodum 10. Prouerb. 76. net Erasmus. Porro magistratus, cum quibus mittebantur, erant Proconsoles, Consules, Prætores, Procuratores Cæsarum, Legati, l. in comites ff. & similes: quos omnes Marcellus Iureconsultus, Iudicum appellatione comprehendit. Sed & Legationes sacræ comites suos habent, quemadmodum Apostolus Paulus Legationis suæ comitem habuit: de quo ita scribit ad Corinthios, Misimus autem cum illo Apostoli S. Lucas. fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias: 2. Corinth. 8. non solum autem, sed & ordinatus est ab Ecclesijs comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam, quæ ministratur à nobis ad domini gloriam, & destinata uoluntatem nostram, deuitantes hoc, ne quis nos uituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis in domini gloriam. Prouidemus enim bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Erat autem apud ueteres illud etiam in quæstione, utrum Consules, Proconsoles, Prætores, Quæstio, an uxores suas in comitatu habere possint. Legati, & cæteri Iudices, uxores suas in comitatu habere possint. esse comes Legationis. Quam rem grauius quidem apud Cor. Tacitus in utraque partem disputant, Seuerus Cæcinnæ, & Valerius Messalinus. Cecinnæ lib. 3. Aug. historia. quidem censente, ne quem Magistratum, cui provincia obuenisset, Quod non de uxore comitaretur. Nec enim frustra olim placitum, ne fœminæ in comitatu esse. socios aut gentes externas traherentur. Inesse mulierum conuentui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad similitudinem Barbari incessus conuertant, non imbecillum tantum & imparem laboribus sexum: sed si licentia adsit, fœuum, ambitiosum, potestatis auidum. Fœminas exercitibus præsidere, negocia suscipere, transigere, his deterrimum quæque Prouincialium adhærere, iniquum esse, quæ olim Oppiis alijsq; legibus constrictæ fuissent: eas exolutis uinculis domus, forum, & exercitus regere. Messalinus contra putabat, uxores maritorum comitatu non esse arcendas, nihil honestius reuertentibus post laborem maritis, quam uxorium leuamentum. Nec ideo excludendas, quod quædam in ambitionem & auaritiam fuissent prolapsæ. Nam & Magistratus quosdam uarijs libidinibus obnoxios esse, non tamen ideo neminem in prouinciam mitti. Multos quidem uxorum prauitatibus corruptos, nec tamen idcirco omnes cælibes integros esse: Leges Oppias olim placuisse: sed temporibus Reipub. postulantibus

lantibus, postea de his remissum aliquid & mitigatum: nec dignum, ut ob unius aut alterius imbecillum animum, maritis consortia rerum secundarum & aduersarum eriperentur: Vix præsentia custodia manere illæsa coniugia, absentibus autem maritis, sexum natura inualidum deserui, & exponi suo luxu cupiditatibus alienis. Addebat & Liuiam Augusto marito sæpe in Orientem & Occidentem comitem fuisse: se quoque in Illyricum profectum, & si conducatur alias ad gentes iturum, haud æquo animo laturum, si ab uxore charissima, tot communium liberorum parente, diuelleretur. His dictis elusa sententia Cæcinnæ Messalinus obtinuit, ut uxores maritorum comites ad prouincias esse possent. Marusiorum genti mos fuit (ut Procopius refert) fœminas cum pueris in expeditionem ducere, ut uallum tuguriæ facerent: præterea equos scite diligenterq; curarent, camelis pabulum subministrarent, armaturamq; omnem ferream polirent ac mundarent, multis deniq; per eas laboribus leuant. Quæ consuetudo proficit ne an obsit bellum gerentibus, peritis rei militaris censendum relinquo. Debenit autem comites Legatorum esse honesti, nec ullas molestias aut damna Prouincialibus inferre: alioqui ipsi etiam magistratus, si quid forte ministri deliquerint, emendare tenentur. Quod eleganter Cicero ad Quintum Fratrem exprimit. Hic, inquit, in rebus iam te usus ipse profecto erudiuit, nequaquam satis esse ipsum has te habere uirtutes: sed esse circumspectum diligenter, ut in hac custodia prouinciae, non te unum, sed omnes ministros imperij tui, socijs & ciuibus, & Reipublicæ præstare uideare. Et paulo post, Atq; inter hos eos, quos tibi comites & adiutores negociorum publicorum dedit ipsa Respub. duntaxat finibus his præstabis, quos ante præscripsi. Quos uero ex domesticis conuictoribus, aut ex necessarijs Apparitoribus tecum esse uoluisti: qui quasi ex Prætoria cohorte appellari solent: horum non modo facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt. Hactenus Cicero. Sed & pœna pro criminibus uxorum, si quas secum duxerint, luent Magistratus, ut est author Martianus. Proficisci, inquit, Proconsulem melius est sine uxore, sed & cum uxore potest. Dummodo sciat Senatum, Cotta & Messala Cofs. censuisse futurum, ut si quid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint: ab ipsis ratio & uindicta exigatur. Et generaliter omnes Administratores publici, Officialium & ministrorum suorum delicta præstare tenentur.

I ij D. BRV.

l. obseruare ff. de off. Procon.
Tex. & Bar. in l. 1. C. de executione, et exact. lib. 12. Saly. in l. 2. in fi. C. de his qui latrones occul.

D. BRVNI DE LEGATIONIBVS LIBER TERTIVS, DE OFFICIIS LEGATORVM.

De officio Legatorum à sua ipsorum persona sumpto. Cap. I.



Actenus de scientia, uirtute & gratia Legatorum, satis dixisse uideor. Nunc de officijs Legatorum, quæ & ipsa in personis Legatorum consideranda esse dicebamus: agendum est. Ducuntur autem officia Legatorum à persona, à rebus, & ab ordine: A persona eorum qui mittuntur, eorum qui mittunt, & ad quos mittuntur. Officium igitur Legati, quantum ad suam ipsius personam attinet, in his ferè rebus uersatur, ut nihil iniuste, nihil imprudenter, nihil remisse & negligenter, nihil temerè: sed omnia fideliter, bono consilio, ratione & ordine conficiat. Quæ quidem omnia qua ratione modoq; præstanda sint, satis (ut opinor) à me supra, cum de uirtutibus ageretur, demonstratum est. Hic tria tantum, uelut auctarij loco, his quæ antea dicta sunt, adijciam. Quorum primum ad iustitiam, alia duo ad modestiam perti-

Ne turpe mandatum suscipiat Legatus. l. iuris gentium ff. de pascuis ff. de uerbis ob. l. generaliter. In Aut Scenicas non sol. si fideiuss. circa med. Aut. quod eis C. de nup. l. in hoc iudicio ad si. ff. de ser. Cor. Bald. in l. 1. C. de ser. fug. Vana est excusatio circa mandatum turpe.

Gen. 3.

Primum igitur iustitiæ ratio exigit, ut turpe mandatum ne suscipiat Legatus. Vt enim qui mittunt, non alia quam quæ honesta sunt mandare: sic qui mittuntur, nunquam inhonesta & turpia mandata suscipere debent. Nam & si turpis & inhonesti mandati nulla sit obligatio, etiam si iuramento firmatum sit, siquidem rei iuris præstiti iurisiurandi transgressio magis Deo placet, quam obseruatio, ut Imperator Iustinianus ait) Tamen ob delictum perpetratum, æque qui mandauit, et qui mandato obsequutus est, legum pœnis subiunguntur. Nec illum quod nihil perpetrarit: nec hunc quod alienum mandatum sequutus, nihil ipse sponte sua fecerit, excusat. Primum enim qui mandat delictum, non solum ipse delinquit, sed etiam Princeps delicti esse censetur: hoc etiam grauius peccans quam Mandatarius: quod & in se delinquit, & mandando alterius quoq; animum corrumpit: Nec solum mandans, sed etiam quicumq; mouent, docent, dirigunt, & ad delicta instruunt, tanquam magistri scelerum puniuntur. Qui uero alterius mandatum sequutus, ipse delictum perfecit, quomodo pœnam cui tabit: qui hoc ipso grauissimè peccauit, quod iniustis mandatis obtemperauit: Vana erat excusatio Adæ, qui culpam prauaricationis præcepti diuini in Euam uxorem reijciebat: & Euæ, quæ deceptionem

tionem serpentis causabatur. Nam in pœnam neglecti mandati diuini, huic dictum est, Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tibi. Et Adæ dictum est, Quoniam audisti uocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea omnibus diebus uitæ tuæ, spinas & tribulos germinabit tibi, &c. Errant itaq; qui rerum turpium mandata suscipientes, propter iussum dominorum suorum excusari se putant: neq; enim fides in rebus turpibus (quarum nulla licita potest esse conuentio) seruari debet, nec eas ad effectum perducere conuenit, ut alibi Baldus inquit. Quæ tamen omnia de grauib; accipienda sunt, in quibus neq; iussum neque mandatum dominorum excusat. In leuioribus autem iussum domini excusat: atq; hoc casu qui obtemperauerit, uenia dignus est. Idem, si qui mandatum suscepit, non putabat esse delictum, ut si quod mandatur tale aliquid est, quod simpliciter licitum esse possit: ueluti in alieno fundo operari, quem quis domini sui esse putabat. Sed & regula iuris est, Quod mandato Iudicis factum est, id dolo factum esse minimè uideri, cum habeat qui facit parere necessè. Quæ tamen & ipsa non aliter obtinent, quam si iustum fuerit, quod Iudex præcepit: id quod in dubio præsumitur. Si uero iniustum esse constet, non solum impune Iudici non obtemperatur: sed etiam qui parerit & ipse iniustitiæ particeps esse uidetur. In his uero rebus, quæ beneficio iuris per unum aliquem licite fieri possunt, ut adulterum cum uxore repertum occidere: non excusantur qui earundem rerum conficiendarum, quas ipsi per se licite facere non possunt, mandatum suscipiunt. Quanquam ea ferè apud omnes hodie opinio inualuit, ut qualia cumq; mandata à Principibus delegantibus acceperint, ea in uniuersum honestè perficere se possent existiment: quæ si minus proba uel recta uisa fuerint, non eos qui missi sunt incusandos, sed qui miserunt potius culpandos esse. At quanto magis curabit Legatus, ne ipse quantumlibet generali & libero mandato instructus, per se quicquam agat, quod turpitudinem præferat. Nam si speciali mandato non excusatur, quanto minus tuebitur cum generale mandatum: quod quantumuis liberum, etiam iuramento uallatum, in generalitate sua nihil inhonestum, nihil turpe & illicitum, nihil iuri contrarium, continere intelligitur. Itaq; hoc casu peccans Legatus, nihil alienis neq; mandatis, neq; defensionibus tutus (quis enim alieni delicti uel participem se faciat, uel patrociniū in se suscipiat?) solus commeritam pœnam in se sustinebit. M. Clodium Senatus Romanus Corsis, quia turpem cum his pacem fecerat, dedit, quem ab hostibus non acceptum, in publica custodia necari iussit. Similis pœna Venturium

In turpibus non tenet obligatio. Bald. in tit. hic finitur lex per tex. in l. Quintus Mutius ff. de ann. leg. l. liber homo ff. ad leg. Aquil. l. seruus, de act. ex obli. l. liberorum ff. de his qui not. infra. Not. in l. in re signum ff. de rei uend. Bald. in l. non ideo in prin. C. de accus. ff. de reg. iur. l. non uidentur qui iussu tex. in l. si quis id quod doli. ff. de iurisd. om. iud. tex. in l. ait prætor §. 1. et ibi gl. ff. de minor. Bar. in l. non solū §. si mandatum ff. de iniurijs. Procop. lib. 1. de bellis Gothorum. l. si procurator ff. de cond. in deb. l. si pater ff. que in frau. cred. lo. de Plat. l. 1. C. de mu. et ho. no. continuand. lib. 10. Val. Max. lib. 6. cap. 3.

Idem lib. 6. cap. 1. rium ob turpiter icum foedus cum Samnitibus in Consulatu suo perstrinxit: quos a deo potestas a Senatu accepta, a turpitudine excusare non potuit, ut iustas etiam ob perpetrata delicta poenas pendere Senatui coacti sint. Sunt & mandata quaedam ridicula magis quam turpia. Haec nihil prohibet Legatum suscipere & exequi: Etenim si quid in his erat, Dominis magis quam Legatis imputatur. Cuiusmodi est, quod Xerxes Caduceatoribus suis mandauit, ut Hellesponto (quia orta in ipso tempestas, quos fecerat pontes quosdam corruerat atque dissoluerat) Trecenta uerbera infligerent, & in eius pelagus par compedum demitterent, & stigmata inurcerent, uerba barbara & uersana dicentes, O aqua amara, Dominus hanc tibi irrogat poenam, quod eum laxisti, qui de te nihil male meritus erat. Te tamen Rex Xerxes, uelis nolis ue transmittet, meritoque nemo hominum tibi sacrificat, ut doloso pariter &

Lib. 7. in Poesymnia. Qualiter se gerere debet Legatus in loco suae Legationis. amaro flumini, auctor Herodotus. Deinde ad modestiam Legati spectat, ut ingressus locum, in quo Legationem administraturus est, & commendari sibi qui id petent, & laudes suas non cum grauitate audire patiat. Item, ut in adeundo facilem se praebet: sed contemni se non patiat, & ne in familiaritatem, quae contemptum pariat, quoslibet admittat. Ut item omnibus instrumentis, quae ad Legationem pertinent, instructus proficiscatur, & in Legatione uersetur, ut comitatu, equitatu, fascibus, uestitu & similibus. Quod in Mercurio, Iouis Legato, Poeta eleganter demonstrat. Is mandatis ad Aeneam susceptis, primum pedibus Talaria necit.

Mercurius Legatus Iouis ad Aeneam.

Libro 4. Aeneid. Virga Mercurij.

Aurea, quae sublimem alis, siue aequora supra
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant,
Tum uirgam capit, hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit,
Dat somnos adimitque, & lumina morte resignat,
Illa fretus agit uentos, & turbida tranat
Nubila, iamque uolans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri, caelum qui uertice fulcit,
Atlantis, cinctum assidue cui nubibus atris
Pimferum caput, & uento pulsatur & imbre
Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento
Praecipitant senis, & glacie riget horrida barba.
Hic primum paribusque nitens Cyllemius alis
Constitit, hinc toto praecipit se corpore ad undas
Misit, cui similis, quae circum littora, circum
Pisces scopulos humilis uolat aequora iuxta,

Atlantis Montis descriptio.

Haed

Haed aliter terras inter caelumque uolabat:
Littus arenosum Libyae uentosque secabat,
Materno ueniens ab auo Cyllema proles.
Vt primum Atlantis tetigit magalia plantis
Aeneam, fundantem arces, & tecta nouantem
Conspicit, atque illi stellatus Iaspide fulua
Ensis erat, Tyroque ardebat murice laeua
Demissa ex humeris, diues quae munera Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro,
Continuo inuadit. Tu nunc Carthaginis altae, &c.

Maxime autem in ipsa administratione, & (ut dicitur) exercitio Legationis, decenti & ad mandatum negocium accommodato uestitu utatur Legatus, ut si Sacerdos sit, Infula: si Princeps, uestitu qui Principem deceat: & in rebus tristibus lugubri: in laetis, speciosat: quisque pro conditione sua ueste indutus, Legationem conficiat. In qua re locorum maxime consuetudo seruanda est, iuxta uulgatum illud.

Terram quam pergis, cape mores quos ibi cernis

Et haec quidem iam dicta, communia sunt Legationibus unius, plurium ue Legatorum. Haec autem Legationi plurium Legatorum propria. Primum, ut qui de uno pluribus ue negocijs communiter gerendis, unam Legationem suscipiunt, id ante omnia student, ut sint inter se concordēs. Nam si pluribus, isdemque etiam generationis officijs praepositi fuerint: tum recte uniuersae administrationis officium absolunt, si concordēs fuerint, ad unum opus uno consensu intendentes, ac sese mutuo iuuantes. Contra uero male, si discordēs, & ad diuersa & contraria respicientes. Non secus atque dulcis concentus fit diuersis chordis, iusta & uera sonorum proportionē concordantibus, quam Harmoniam Musici appellant: Contra uero dissonantia, quam eruditae aures ferre non possunt, si chordae inter se discrepent. Quapropter ueteres, quibus semper publica res quam priuatae magis cordi fuerunt, in ipsis uel in eundis uel gerendis Magistratibus, priuata odia publicis utilitatibus remittenda esse putauerunt. Vnde Aemilius Lepidus, & Fuluius Flaccus, nobili genere amplissimisque honoribus, & summo loco in ciuitate praediti, cum odio inter sese graui & simultate diuturna conflictati fuissent, ac populus eos postea simul censors fecisset, ultro uterque & pari uoluntate coniuncti complexique sunt, ex eoque die & in ipsa censura, et postea iugi concordia fidelissime amicissimeque uixerunt. Et M. Crassus, sed serius fortasse quam oportuit, quippe iam Magistratu decessurus, collegae suo Pompeio dexteram porrexit, ac ad

gl. in l. 3. ff. de mu. & honorib.

In Legatione plurium, necessaria est inter eos concordia.

Similitudo a uocū harmonia.

Priuata odia cedant utilitati publicae.

A. Gell. l. 6. 12. cap. 8. Val. Max. lib. 4. cap. 2.

Plutarch. in M. Crasso.

I iij populum

populum conuersus. Nihil, inquit, o Quirites me indignum factu-
 rus uideor, si prior cum Pompeio in gratiam rediero, quem uos eti-
 amnum impuberem Magnum cognominastis, cuius prius trium-
 phu decreuistis, quam in Senatum electus esset. Sic Cato, cum cen-
 seret perpetuam dictaturam, ut Tyrannicam potestate, e Repub.
 tollenda. Bibulus cum esset Pompeio inimicus, primus in Senatu
 rogationem tulit, ut unicus Pompeius Consul decerneretur, Aut
 enim, inquit, Respublica ab imminente procella per illum liberabi-
 tur, aut optimo parcendum erit, et ita priuatam simultatem Reipub.
 commodis posthabuit. Quanto magis concordēs esse debent, qui-
 bus unum aliquod munus communiter administrandum deman-
 datur: eoq; contendendum, ut priuata inter ipsos odia publica uti-
 litati concedantur. Vnde recte Aristides cum Themistocle, cui ini-
 micus erat, Orator missus. Vis ne, inquit, Themistocles in finibus
 inimicitias relinquamus? nam si uidebitur cum reuersi fuerimus, il-
 las resumemus. Illud quoq; ad alendam inter ipsos conseruan-
 damq; concordiam profuerit, Si qui superior est, non despiciat eos,
 qui ipso sunt inferiores: & rursus qui inferiores sunt, non pares esse
 uelint his, qui gradu sunt superiores. Alioqui inferior a superiore
 spreus, recte in ipsum torquetur illud Domitiani. Cur ego, inquit,
 te habeam ut Principem, cum tu me non habeas ut Senatorem? Al-
 terum, Legationi plurimum proprium est, ut Legationem manda-
 tam omnes, non singuli expediant: Nam quod multis mandatur,
 ab uniuersis, non singulis confici debet.

Plutarch. in Apophtheg.

Caurela pro conseruanda in ter plures Legatos conseruanda.

95. dist. c. esto.

l. si in tres et l. sic ff. de arbi.

De Officio a Legatis, ijs a quibus mittuntur reddendo. Cap. II.

Est & officium quod a Legatis, ijs, a quibus mittuntur,
 reddi debet. Eius partes sunt duae, Observantia & fides.
 Observantia est, per quam iustus eis debitusq; honor
 exhibetur. Est autem iustum, ut eos homines, qui nobis
 uel aetate, uel autoritate, uel usu rerum, alijs ue eiusdem generis re-
 bus antecedunt, cultu quodam & honore dignemur. Qui autem
 Legatos mittunt, uel hoc ipso ueluti subiectos eos habent, quod
 eorum ministerio utuntur, neq; enim Legati ullam potestatem ha-
 bent, quam non ab his accipiant, quorum sunt Legati. Atq; id sa-
 ne est, quod Iureconsultus dicit, Legatos Proconsulis nihil pro-
 prium habere, nisi a Proconsule mandata eis fuerit iurisdictio.
 Fides id primum exigit, ut Legatus honorem eius, qui eum mi-
 sit, tueatur. Est enim & naturae & rationi consentaneum, ut eorum
 honorem augeamus & tueamur, qui negocia, fortunasq; suas, fa-
 mam & uitam, fidei nostrae committunt atq; credunt. Contra
 hoc officium fecerunt Legati Demetrii ad Lyfimachum missi. Nam
 ijs

Observantia.

l. Legati ff. de off. Proconsul. et Legat.

Fides erga eos qui Legatos mittunt.

Legati Demetrii ad Lyfimachum.

ijs cum Lyfimachus per ocium narraret aliquando, quomodo co-
 actus ab Alexandro, cum ferocissimo Leone colluctatus fuisset, &
 Cicatrices ostenderet in cruribus & brachijs, e feræ unguis im-
 pressas: Legati dixerunt, et noster Rex Geantes, Lamiae morsus in
 collo gestat: notantes incontinentiam Regis ac suauiorum ama-
 toriorum morsus & uestigia, simul etiam alludentes ad lamiam be-
 luam. Qui autem ab ijs mittuntur, quibus fidelitate aliqua ob-
 stricti sunt, ut Vasalli, subditi, Consiliarij: ij dominorum suorum
 non solum honorem, famam, & existimationem: sed etiam uitae,
 membrorumq; incolumitatem custodire tenentur. Nec per se quis-
 quam in perniciem salutis existimationisq; dominorum machina-
 ri, nec consilijs aut tractatibus, quibus de discrimine uitae membro-
 rum honoris ue agitur, interesse: quin potius haec omnia, & uitare
 ipsi, & aliorum nefarios & illicitos in dominos conatus, pro uirili
 frangere & impedire debent. Sed & quorum conscij sunt, etiam
 si participes non sint, reuelare dominis tenentur. Et si enim culpa
 caret, qui scit quod prohibere non potest: tamen qui alterius pote-
 stati subiectus est, ut seruus domino, ciuis ciuitati, Vasallus domi-
 no, Consiliarius & subditus Principi: Hi inquam, qui sciunt ea quo-
 rum neq; participes, neq; fautores sunt, tamen dominis suis indica-
 re tenentur. Quae tamen ita accipienda esse puto, ut si quae sciunt,
 eadem etiam probare possint: alioqui in eo quod ostendi non po-
 test, animus domini commoueri non debet. Deinde sub ea, quam
 dixi, fide, continetur: ut Legati non solum ea fideliter praestent,
 quae in mandatis continentur, sed etiam eorum, quorum Legatio-
 ne funguntur, iura, priuilegia, & prerogatiuas in sessionibus, in ro-
 gandis dicendis ue sententijs, & si qua his similia habent, tueantur:
 Nec alijs, quod non habent, tribuant. Vnde Lacones Legatum,
 quem ad Antigonum Demetrii filium miserant, quoniam accepe-
 rant quod Antigonum appellasset Regem, multarunt: quamuis in
 annonae penuria Medimnum frumenti in singulos ab ipso repor-
 taret. Quod in Legationibus Principum & ordinum Imperij: in
 publicis item Imperij Concilijs saepe usu uenire uidemus. Po-
 stremo ad fidem Legatorum pertinet, ut arcana consiliorum, quae
 uel ante Legationem a dominis, uel in ipsa Legatione a collegis ca-
 piunt, fideliter custodiant. Etenim ut maximam confidentiam in
 Legatos ponunt, qui arcana illorum fidei committunt: sic non ui-
 deo quae maior Legatorum fides esse possit, quam arcana, quae se-
 mel didicerunt, fideliter retinere, ut non temere dictum uideatur.
 Quod tacitum esse uis, nemini dixeris: quia non poteris ab ipso si-
 lentium exigere, si tibi ipsi non praestas. Atq; ab hac sane fide, lite-
 ras Credentiae appellatas esse crediderim, quod ab ijs quibus eas
 literas damus, secreta nostra credere, & alijs ea exponendi man-
 datum

c. 1. Si uero domesticus ubi Alia, prepositus et alij, Quae littera iura deb. Vasal.

Iac. de S. Geor. gio in tract. de homag.

l. quisquis ff. C. ad leg. iul. Maie.

l. culpa caret ff. de reg. iur. Bar. in l. utru

ff. ad le Pomp. de parricid.

Arg. l. nostris C. de calum. Hippol.

De Marf. sing. 164. in d. l. tex. in 2. C. de Heret. l. utru

c. plerumq; 2. q. 7.

Tueri iura & Priuilegia eorum qui Legatos mittunt.

Arcana Do- minorum no- prodece.

Et d. in rubr. C. de ost. pec. not. in l. eius

qui in si. ff. si cert. pct. Ale-

xan. apost. l. Lucius ff. de si de iur.

datum dare solemus. Alia autem fides est, quam nuncijs adhibemus, quibus secreta nostra non quidem ore exponenda, sed literis quibus hæc continentur perferenda credimus. Nam & illud secretum nostrum est, quod etiam seruos nostros ignorare uolumus, iuxta illud, Nescit seruus quid faciat dominus suus. Contra uero, quæ potest esse maior perfidia, quam arcana semel concedita reuelare: Fraudulenter ambulat (inquit Sapiens) quisquis reuelat arcana. Talem ego non solum in consilia publica non admittendum, sed ab omni prorsus hominum commercio eliminandum esse censeo. Cum eo (inquit idem Sapiens) qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis. Angelus Perusinus hostes appellat, & præuaricatores, quod metu proditiouis occultæ, coram illis consuli non possit. Qui secreta nunciant hostibus, proditores ab Arriano Iureconsulto appellantur, & capitis pœnam luunt. Sed nec apud ueteres, qui per imprudentiam secreta reuelassent, reprehensione carebant. Q. Fabius, cum de Tertio Punico bello indicendo, quod secreto in Curia erat actum, Publio Crasso rus petens domum reuertenti in itinere narrasset, memor eum triennio ante Quæstorem factum, ignarus uel, nondum à Censoribus in Ordinem Senatorum electum: quo uno modo etiam ijs, qui iam honores gesserant, aditus in Curiam dabatur: quamuis honestus error esset, uehementer tamen à Consulibus oburgatus est. Et Æschilus scriptor Tragicus, aliquando reprehensus fuit, & ductus ad Areopagum, quod mystica quædam de sacris choreis publicasset, quæ non licebat in uulgum efferrî: nec excusabatur, quod nescisse se arcana affirmasset. Cæterum secreta accipimus ea, de quibus in publico concilio relatum est: siue per deliberationem decreto finita sint, sed nec tamen publicata: siue in certum aliquod tempus ad deliberandum prolata. Nam super quibuscunq; semel tractatum est, ea placuit maioribus ne quis enunciet, priusquam decreta essent atq; publicata. Quale fuit quod apud Gellium Papyrius prætextatus, matri anxius uiolentiusq; inquirenti, reuelare noluit. Sed & deliberantium suffragia inter arcana consiliorum numerantur, quæ & ipsa si honesta sint, taceri oportet: quod deliberantium uota libera esse conueniat, non metu proditiouis suppressi atq; suffocari. Illicita autem & inhonesta consilia, ijs tantum qui prodesse possunt, non qui obesse uelint, impunè reuelari possunt: quod Ludouico Romano, alijsq; Iurisprudentibus placuit.

ioan. 15.
Proverb. 11.
Proverb. 20.
In l. Athletas
Scalumnator
ff. de his qui
not. infa.
l. omne Sex-
ploratores ff.
de re militari.
Val. Max. lib.
2. cap. 1.
Arist. lib. 3.
eth. cap. 1.
Ne secreta pu-
blici consilij
enuncientur.
Lib. 1. cap. 23.
Vota seu suf-
fragia delibe-
rantium in con-
silio.
singulari sob.
gl. et doct. in
c. ego N. de iur.
uolunt.

De officio Legatorum, ijs ad quos mittuntur præstando. Cap. III.



Legatorum officium, erga eos ad quos mittuntur, primum in hoc uersatur, ut iustum illis debitumq; honorem & reuerentiam exhibeant. Deinde, ut nulla in re, nec ipsi, nec eorum comites & ministri, eis, ad quos proficiscuntur, graues sint & molesti. De Proconsulibus ita habet lex, Obseruare autem Proconsulem oportet, ne in hospitij præbendis oneret prouinciam, ut Imperator cum patre Aufidio Seueriano rescriptis, &c. Sed nec munera, quibus Prouinciales onerentur, accipere possunt, Nam ita habet lex. Plebiscito continetur, ne quis Præsidum, munus, donum uel caperet, nisi esculentum, poculentum uel, quod intra dies proximos prodigatur. Quin & lege Julia repetundarum damnatur, qui pecunias in magistratu, potestate, curatione, Legatione, uel quo alio officio, munere, ministerio uel publico acceperit, quod iudicium in comites etiam iudicium ea lege datur. Xenia autem, quæ ad munerum qualitatem non accedunt, accipere non prohibentur. De qua re ita scribit Vlpianus. Non uero in totum xenijs abstinere debet Proconsul, sed modum adijcere, ut neq; morose in totum abstineat, neq; auarè modum xeniorum excedat: quam rem diuus Seuerus & Imperator Antoninus elegantissime epistola sunt moderati, cuius epistolæ uerba sunt hæc. Quantum ad xenia pertinet, audi quid sentimus, uetus prouerbum est, οὐκ πάντα, ὅτε πάντα, ὅτε καὶ πάντα. Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus accipere debere. Nam ualde inhumanum est à nemine accipere: Sed passim, uilissimum: omnia, auarissimum. Et quod mandatis continetur, ne domum uel munus ipse Proconsul, uel qui in aliquo officio est, accipiat, emat uel quid, nisi uictus quotidiani causa, ad xenia non pertinet, sed ad ea quæ edulium excedunt usum: sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem. Sacri Canones moderatas quasdam impensas, ab Ecclesijs accipere permittunt Legatis, quas Procuraciones uocant, earundemq; modum, ita ut ne Ecclesiæ his ipsis onerentur, constitunt. Atq; hæc, quæ de non onerandis ijs, ad quos mittuntur Legati, dicta sunt, non solum ad Consules, sed etiam ad cuiuscunq; generis Legatos, tam Ecclesiasticos quam sæculares, eorumq; comites & ministros pertinent. Sunt autem quædam præcepta Proconsulum & Legatorum, comitibus & ministris peculiaria, quæ Cicero Q. Fratri, Asiæ Proconsuli tradit. Quæ quoniam & Legatis eorum communia sunt, & in Principes etiam nostros conuenire uidentur, qui & ipsi sunt prouinciarum Rectores, nec eorum Consiliarios & ministros longe à comitibus Magistratum Romanorum

Ne graues sint Legati ijs ad quos mittuntur.
l. obseruare ff. de off. Procons. & leg.
l. Plebiscito ff. de off. Præsid.
l. 1. et l. in comites ff. ad legem Jul. repetundarum.
Ne pecunias recipiant.
l. solent Non uero ff. de off. Procons. et Legat.
Quomodo accipere licet xenia.
Cicero ad Q. Fratrem Proconsulem Asiæ.

De

rum distare uideo. Idcirco hæc ipsa uisum est hic adscribere. Ac primum quidem de his loquens, quos habebat adiutores imperij sui. Si quis, inquit, fortè eorum esset sordidior, ferres eatenus, quoad per se negligeret eas leges, quibus est astrictus: non ut ea potestate, quam ad dignitatem permisisses, ad quæstum uteretur, neque enim mihi sanè placet, præsertim cum hij mores tantum iam in nimiam leuitatem & ambitionem incubuerunt, scrutari te omnes sordes, excutere unumquemque eorum: sed quanta sit in quocumque fides, tantum cuiusque committere. Et paulò infra, de domesticis quoque & ea, quam dixi, cohorte ministrorum necessariorum, ita Fratrem instruit. Sed habes, inquit, eos tecum, quos possis rectè facientes facile deligere: minus consulentes existimationi tuæ facillimè cohercere. Sint aures tuæ, quæ id quod audiunt existimentur audire, non in quas fictè aut simulatè quæstus causa insusurretur. Sit annulus tuus non ut uas aliquod, sed tanquam ipse tu, non minister alienæ uoluntatis, sed testis tuæ. Accensus sit eo etiam numero, quo cum maiores nostri uoluerunt, qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris & muneris, non temere nisi libertis suis deferebant, quibus illi non multo quidem secus ac seruis imperabant. Sit Licitor non suæ sed tuæ lenitatis Apparitor, maioraque præferant fascès illi ac securès dignitatis insignia, quam potestatis. Toti denique sit prouinciæ cognitum, tibi omnium, quibus præsis, salutem, liberos, famam, fortunas esse charissimas. Denique hæc opinio sit, non modo his qui aliquid acceperint, sed his etiam, qui dederint, te inimicum (si id cognoueris) futurum. Neque uerò quisquam dabit cum erit hoc perspectum, nihil per eos qui simulant se apud te multum posse, abs te solere impetrari. Nec est tamen hæc oratio mea huiusmodi, ut te in tuos aut durum esse nimium, aut suspiciosum uelim. Nam si quis est eorum, qui tibi nunquam in suspicionem auaritiæ tenerit: nihil est quod non his, & committi & credi rectissimè putem. Sed si quis est in quo iam offenderis: de quo aliquid senseris, huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuæ commiseris. Sed & præcepta quædam subiungit, qualem se gerere erga Prouinciales debeat, qui moderatur prouinciæ, quæ & ipsa non inutile fuerit Legatum cognoscere. In prouincia uero ipsa (inquit) si quem es natum, qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis ante fuerit ignotus, huic quantum credendum sit uide: non quini possint multi esse Prouinciales uiri boni, sed hoc sperare licet, iudicare periculosum est: Multis enim simulationum inuolucris tegitur, & quasi uelis quibusdam obtenditur uniuscuiusque natura: frons, oculi, uultus sæpe mentiuntur, oratio uero sapissimè. Quamobrem qui potes reperire ex eo genere hominum, qui pecuniæ cupiditate adducti, careant his rebus omnibus, à quibus nos diuulsi esse non possumus:

De comiti-
bus et dome-
sticis Procon-
sulis aut Lega-
ti.

Annulus.

Accensus.

Licitor.

Qualis debet
esse subditori
de Procon-
sulis opinio.

Cauendum a
fraude simula-
tæ amicitia.

mus: te autem alienum hominem amient ex animo, ac non sui com- modi causa simulent. Mihi quidem per magnum uidetur, præsertim si ijdem homines priuatum non ferè quenquam, Prætores semper omnes amant. Quo ex genere si quem fortè tui cognosti aman- tiorem (fieri enim potuit) quam temporis, hunc ad tuum numerum libenter ascribito. Sin autem id non perspicies, nullum erit genus in familiaritate cauendum magis. Propterea quod & omnes uias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ causa faciunt, & qui cum uiciuri non sunt, eius existimationi consulere non curant. De seruis il- lud præcipit. Si quis est ex seruis, egregiè fidelis sit in domesticis re- bus & priuatis. Quæ res ad officium imperij tui, atque ad aliquam partem Reipub. pertinebunt, de his rebus ne quid attingat. Multa enim quæ rectè seruis fidelibus committi possunt: tamen sermonis & uituperationis uitandæ causa, committenda non sunt, Hactenus Cicerò. Reliqua, quæ de immunitatibus & salarijs comi- tum Legatorum dici possunt, alio loco discutiemus.

Ad officium Legati pertinere, ut mandata diligenter bonaque fide conficiat. Cap. IIII.

NVnc ad officia uenio, quæ à rebus ipsis cognoscendis & exequendis trahuntur. Inter quæ generale quidem, sed primum & præcipuum est: ut Legati mandata Legatio- num diligenter & ex fide conficiant. Hoc officium à titi- stitia ducitur, nempe à fide: quæ est fundamentum iustitiæ, ac pro- pterea magnam in se honestatem habet. Nihil enim fidei humanæ tam congruum est, quam ea quæ placuerunt inter homines serua- re. Contrà uerò nihil tam turpe, quam semel datam fidem fallere. Maxime autem in Legationibus congruit, ea, quæ sunt fidei no- stræ credita, diligenter & ex fide præstare. Quod M. Cicerò graui- ter demonstrat in ea Oratione, quam pro Sexto Roscio habuit, his uerbis. In priuatis rebus, si quis rem mandatam non modo malitiosius gessisset, sui quæstus aut commodi causa, uerum etiam negligentius: eum maiores summum admisisse dedecus existima- bant. Itaque mandati constitutum est iudicium, non minus turpe quam furti: credo propterea, quod quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ Vicaria fides amicorum suppo- nitur. Quam qui lædit, oppugnat omnium commune præsidium, & quantum in ipso est, disturbat uitæ societatem. Non enim possu- mus omnia per nos agere: alius in alia est re magis utilis. Idcirco amicitia comparantur, ut commune commodum mutuis officijs gubernetur. Quid recipis mandatum, si aut neglecturus, aut ad tu- um commodum conuersurus es? Cur mihi te offers? ac meis com- modis officio simulato officis & obstas: recede de medio, per alium K transigam.

Ve Legati di-
ligenter & ex
fide mandata
conficiant.

l. i. ff. de pæ-
ctis.

Verba Cice-
ronis de hona
fide in manda-
tis præstada.

transigam. Suscipis onus officij quod te putas sustinere posse, quod minimè uidetur graueius, qui minimè ipsi leues sunt. Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quod duas res sanctissimas uiolat, amicitiam & fidem. Nam neq; mandat quisq; ferè, nisi amico: neq; credit, nisi ei, quem fidelem putat. Perditissimi est igitur hominis, simul & amicitiam dissoluere, & fallere eum, qui læsus non esset nisi credidisset.

Contra neglectorè aut præuaricatorè mandati.

Porro, de mandato Legationis neglecto loquens, subiungit. Ita ne est: in minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpissimo iudicio condemnetur necesse est: In re tanta, quum is, cui fama mortui, fortunæ uiui commendatæ sunt atq; concredita, ignominia mortuum affecerit. Is inter honestos homines, atq; adeo inter uiuos numerabitur: In minimis priuatisq; rebus, etiam negligentia in crimen mandati iudicijq; infamiam reuocatur, propterea quod si rectè fiat, illum negligere oporteat qui mandat, non illum qui mandatum receperit: In re tanta, quæ publicè gesta atq; commissa sit, qui non negligentia, priuatum aliquod commodum læserit, sed perfidia Legationis ipsius Cæremoniam polluerit, maculacq; affecerit, qua is tandem pœna afficietur, aut quo iudicio damnabitur.

l. Legatus l. eundè l. 6 qui l. Paulus et ibi Barth. ff. de Legation. l. militum C. de Procuratorib.

Atq; ex hac causa constitutum esse uidetur, ut Legatus demandata tantum sibi negocia expediat, non alienis neq; proprijs se interponat. Generaliter enim prohibitum est, ne publicorum officiorum administrationibus occupati, ad priuata negocia conuertantur. Quod ita accipiendum mihi uidetur, si sua aut aliena negocia gerens, simul Legationem ex re mittentis conficere non possit, neq; enim propter priuata commoda, publica negligere decet. Nam si uno eodemq; tempore ad Legationem sibi dato, & Legationem & sua negocia sine damno mittentis explere potest, nihil prohibet quo minus sua etiam aut aliena curare possit. Veluti si ad Cæsarem priuilegia aliqua impetratum missus, interim ipse pro se quoq; uel amicis suis beneficium aliquod impetret, uxorem ducat, uel aliud simile negocium gerat, quod domino suo non noceat, sibi integro

d. l. Legatus et l. seq. ff. de Legatione.

Legationis mandato proficit. Sic & in rem suam tempore Legationis agere potest de ijs rebus, quæ ad iniuriam eius uel damnum peracta sunt. Similiter tutor, qui Legationis officio fungitur, pupilli sui nomine & instituere & defendere causam potest: licet Legationi quam suscepit nondum renunciauerit, præcipue cum participem officij sui contutorem, absentem esse dicat. Maxime uero hoc casu permissum est ea peragere, quæ non priuatim tantum Legato, sed etiam Reipublicæ commodare possunt, ueluti si Legatus doctrina & eruditione aliqua præditus, in ipsa Legatione opus aliquod ad communem utilitatem scribat. Quod beatum Grego-

Paul. Diac. nus lib. 1. c. 13. Tyberium Imperatorem missus Legatus, in ipsa Legatione Libros

bro

bro Moralium in Iob scripsisse traditur. Cæterum per alium, Legationis tempore, res suas etiam aduersus eos, à quibus missus est, curare nemo prohibetur: quomodo Legatus, contra Rempublicam à qua missus est, per alium à Principe quid postulare potest.

bar. Platina in Pelagio secundo. l. 2. ff. de Legatione.

Huius itaq; officij duo sunt præcepta: Alterum, ut omnia quæ in mandatis Legationum continentur expediantur, neq; enim officium expletum uidetur, cum aliquid factum est, & aliquid adhuc faciendum restat. Ea autem in definitis mandatis contineri intelliguntur, quæ uel ex propria significatione uerborum, uel iuris interpretatione ueniunt. In liberis uero mandatis ea comprehendimus, quæ sunt æqua & iusta, & quæ ex re mittentium & eorum, qui mittuntur, fide esse uidebuntur. Alterum est, ut fines mandatorum diligenter custodiantur, ne quid uel non contentum in mandato, uel quod continetur, contra formam in eo præscriptam, agatur. Hoc præceptum seruauerunt Legati, à Senatu Romano Tarentum ad res repetendas missi. Hij enim cum grauissimas iniurias accepissent: unus etiam urina aspersus esset, in Theatrum, ut fuit consuetudo Græciæ, introducti, Legationem quibus acceperant uerbis peregerunt: de his, quæ passi erant, nihil conquesti, ne quid ultra ac mandatum esset loquerentur. Ætholorum Legati, cum liberis mandatis ad petendam à Romanis pacem, si possent æquis: si minus, tolerandis conditionibus missi, grauiore à Romanis responso accepto, maluerunt nullo etiam reddito responso domum regredi, ac re integra Prætorem & Principes consulere, quam ipsi et si liberis mandatis instructi quicquam decernere. Illud etiam hoc loco addendum est, mandatis Legatorum interdum inferi, ut & alios in consortium deliberationis suæ adhibeant. Cuiusmodi fuit mandatum Legatis Apostolicæ sedis, ad Concilium Chalcedonense datum, quo compræhensum fuit, ut Constantinopolitanum Episcopum, ad consiliorum suorum arcana asciscerent. Adco autem ueteres mandatis & eorum formis inhærendum esse existimauerunt, ut ne à uerbis quidem, quantum res ipsa permetteret, recederent. Quod multis exemplis comprobare possem, unum tantum ex Vergilio afferam. Iuppiter, Mercurium ad Æneam his mandatis mittit.

Specul. in tit. de locato §. nunc aliqua uer. 29. queritur.

val. Max. lib. 2. cap. 2.

T. Linius lib. 8. de bell. Maced. c. 42.

Leo episto. la 42.

Vade agè nate, uoca Zephyros, & labere pennis
Dardanidumq; duces Tyria Carthagine, qui nunc
Exspectat, fatiscq; datas non respicit urbes,
Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras,
Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promisit, Grauumq; ideo bis uindicat armis,
Sed fore qui grauidam Imperijs belloq; frementem

Verg. 4. Aeneid.

K ij Italian

Italiam reget, genus alto à sanguine Teucra
 Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem,
 Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
 Nec super ipse sua molitur laude laborem,
 Asconio ne pater Romanas inuidet arces?
 Quid struit? aut qua spe inimica in gente moratur?
 Nec prolem Ausoniam & Launia respicit arua?
 Nauget, hæc summa est, hic nostri nuncius esto,

Mercurius mandata his uerbis exponit.

Tu nunc Carthaginis altæ
 Fundamenta locas, pulchramq; uxoriis urbem
 Extruis, heu regni rerumq; oblite tuarum.
 Ipse Deum tibi me claro demittit Olympo
 Regnator, cœlum & terras qui numine torquet,
 Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras.
 Quid struis aut qua spe Lybicis teris octa terris?
 Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
 Nec super ipse tua moliris laude laborem,
 Ascantum surgentem & spes hæredis Iuli
 Respice, cui regnum Italiae Romanaq; tellus
 Debentur, &c.

l. i. § qui furti
 & l. furti §
 mandati ff. de
 do. his qui not.
 infam.

Sunt autem in eos, qui mandata negligunt, pœnæ etiam à legibus constitutæ. Nam qui dolo malo mandata non seruauerint, hi non solum ad præstandum id, quod eorum, qui Legationem mandauerunt, interest, damnantur: sed etiam eo iudicio damnati, tanquam perfidi, infamia notantur, alijsq; pœnis pro qualitate admissi doli & delicti afficiuntur. Quemadmodum Rodualdus & Zacharias Legati Nicolai Pontificis ad Michaelem Imperatorem, in hoc tantum missi, ut Ignatij Constantinopolitani Episcopi causam, qui nec dum in legitimo accusatus & condemnatus iudicio, de Ecclesia sua pulsus esse dicebatur, quod diligenter inquirerent, & totum negocium, ut esset gestum, ad iudicium Sedis Apostolicæ referrent: Atq; interim etiam, ut cum Photio, qui è foro & militia sæculari Ignatio suffectus esse ferebatur, ne communicarent: Quoniam Imperialibus muneribus corrupti, omnia quæ sibi mandata fuerant, in contrarium uerterunt: nimirum & Photio communicantes, & sententiam damnationis aduersus Ignatium latam, uelut ex auctoritate Sedis Apostolicæ confirmantes. Nicolaus Papa conuocata Synodo Episcoporum Romanæ Ecclesiæ, præsentem etiam Legato Imperatoris, publicè contestatus est, quæ Legati sui egissent, ea non fuisse ex sententiâ suâ acta, & ob id etiam in Legatos tanquam mandatorum

mandatorum suorum transgressores, & præuaricationis reos, damnationis sententiam protulit, irritam simul pronuncians deiectionem Ignatij & Photij promotionem. Sic Missenus & Vitalis Episcopi, Legati Felicis Papæ Tertij, ad Zenonem Imperatorem missi, ut de pœnitentiâ Petri & Acatii, qui prius Eutychiænæ hæresis damnati fuerant, cognoscerent, & si uerè pœnitentes eos inuenirent, eosdem facta satisfactione communioni Ecclesiasticæ restituerent: Cum pecunia corrupti contra mandata Pontificis egissent, indignatus Pontifex, habita de more Ro. Synodo, eos ipsos ut præuaricatores & Simoniacos à communionem deiecit. Jam & in eos, qui Legationem deserunt, tam ciuiles quam criminales actiones proditæ sunt, ut qui Legationem sponte deseruerit, apud Præsidem prouinciæ desertæ Legationis arguatur, & motus ordine pœna extra ordinem afficiatur. Quam pœnam tamen cuitant, qui ex necessaria causa moram se passos esse probauerint. In eadem causa uidentur esse qui sine licentiâ eorum, qui eos miserint, aut qui necdum dimissi ab ijs ad quos missi fuerint, reuertuntur. Nam & ipsi ueluti desertores Legationis puniuntur. Qui uerò aliud, quam in mandatis habent, egerint, aut rem mandatam aliter quam mandata est gesserint: etiam si res, quas gesserunt, benè cesserint: hi neq; facti reprehensionem, neq; temeritatis cuiusdam fatuæ suspicionem, neq; pœnam cuitabunt. Cuius rei multa apud ueteres extant exempla, nos aliqua tantum docendi causa afferemus. Publius Crassius Mutianus, A. Gellio teste, cum in Consulatu obtineret Asiam prouinciã, & circumspicere obtinereq; Leucas oppidum pararet, opusq; esset firma & procera trabe, qua arietem faceret, quo muros eius oppidi quateret, scripsit ad magistratum ἀρχιτέκτονα molis Atheniensium sociorum amicorumq; Populi Romani: Ut ex malis duobus, quos apud eos uidisset, uter maior esset, eum mittendum curaret. Tum magister Architectus, comperito, quamobrem malum desideraret, non ut iussus erat maiorem, sed quem esse magis idoneum, aptioremq; faciendo arieti, facilitateq; portatu existimabat, minorem misit. Crassus eum uocari iussit, & cum interrogasset, cur non quem iusserat misisset: causis rationibusq; quas dictabat, spretis, uestimenta detrahi imperauit, uirgisq; multum cæcidit: Corrupti atq; dissolui officium omne imperantis ratus, si quis ad id, quod facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non considerato respondeat. Hactenus Gellius. Quod quidem Crassi factum, & si durius aliquanto & inhumanius uideri possit, quo scilicet, rem utiliter gestam, non solum ratam non habuit: sed acriter insuper etiam puniuit, exemplum etiam exhibens oblatam rei benè gerendæ occasionem, spe certissimæ utilitatis quantumuis firma proposita, negligi posse. Tamen rela-

K ij tum

Aliud damnationis exemplum contra Legatos.

Platina in Felice Tertio.

Pœna in desertores Legationis.

L. ff. de Legat. l. 2. C. cod. lib. 10.

Tex. in l. si quis, ubi loquitur de Fla. C. de de. cu. l. 1. C. 10.

io de Platina in l. seruum in 2. not. C. de declarationib. lib. 10. et in l. quicumque C. de diuers. off. lib. 12.

lib. 2. not. att. c. 13.

Facit, l. sed an ultro § si ff. de neg. gest.

Architectus utriusq; egerat aliter egerat quam mandatum erat.

tum ad publicam disciplinam, non potest non iustissimum censeri. Perniciosissimum enim in Repub. exemplum est, quo bene consultata consilia, religione mandati soluta, corrumpuntur. Idcirco publica quoque lege sancitum est, ut qui in bello rem à Duce prohibitam fecerit, aut mandata non seruauerit, capite puniatur, etiam si res bene cesserit. Proinde rectè in coniuratione Catilinæ Salustius dixit, In bello sapius uindicatum esse in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverunt, quicquid tardius reuocati prælio excelsunt, quam qui signa relinquere, aut pulsi recedere ausi sunt. Extant & apud Valerium Max. magna seueritatis exempla, in eos qui res etiam præclarissimas, uel prohibitas, uel non mandatas gesserunt. Quæ quoniam ad institutum præsens, non nihil conducere uidentur, ex his pauca quædam referam. Quintus Fuluius Flaccus Censor, Fuluium fratrem cohortem legionis, in qua Tribunus militum erat, iniussu Consulis domum dimittere ausum, Senatu amouit. Posthumius Dictator, A. Posthumium filium suum, quia non ipsius iussu, sed sua sponte præsidio progressus, hostes fuderat, Victorem securi ferire iussit. Manlius item Torquatus, Latino bello Consul, filium, quod prouocatus à Germinio Metio duce Tusculanorum ad dimicandum, se ignaro descenderat, gloriosam uictoriam, & speciosa spolia referentem, abripi à licore, & in modum hostiæ mactari iussit. Papirius item Dictator, cum aduersus imperium eius Q. Fabius Rutilianus, magister equitum, exercitum in acie eduxisset, quanquam fufis Samnitibus in castra redierat; tamen neque uirtute eius, neque successu, neque nobilitate motus, uirgas expediri, cumque nudari iussit. Qui tandem uniuersorum ciuium Tribunorumque plebis precibus fatigatus, pœnam non quidem Fabio, sed Populo Ro. & Tribunitiæ potestati se concedere testatus est. Hæc Valerius. Itaque cauti sint quicumque Legationum munera subeunt, ut non solum commissa sibi negocia fideliter expediant: sed etiam mandatorum suorum fines diligenter custodiant. Vterque enim in periculo est, & qui Legationem in totum deserit, aut non ex fide conficit, & qui terminos mandatæ Legationis excedit. Qui igitur mandata Legationum suscipiunt, si possunt ea explere, deserere promissum officium non debent. Si uero intelligunt explere se id officium non posse, id ipsum, quam primum poterint, debent eis à quibus missi sunt denunciare, ut si uoluerint, aliorum opera utantur. Nam ipsi inuitis, non possunt per alios Legationem expedire. Est enim generaliter statutum, ut quoties eius, qui locat operas suas, industria electa est, proprias operas, non alienas & uicarias præstare cogatur. Qui enim peritum eligit, de illius ingenio, natura, doctrina confusus, id egisse indubio uidetur, ut illius operas non alienas conducere uoluerit. Qua ratione Do-

l. 3. In bello ff. de re militari.

Quædam exempla seueritatis ex Val. Max.

Val. Max. lib. 2. cap. 2.

l. si quis alicui ff. mandati.

l. inter artifices ff. de solut.

Et ad legendum pro mercede conductus, per alium legere non potest: quoniam illius industria & peritia electa est. Similiter modo Vasallus, per substitutum obsequia domino præstare non potest. Regulariter enim feuda, maxime nobilia, propter industriam & nobilitatem, Vasallis conceduntur. Et aduocatus, cui aduocationis causa feudum concessum est, per alium patrocinium præstare non potest: ipsius enim non alterius prudentia & facundia electa est. Sic & Legatus susceptam Legationem per se, non per alium, explere tenetur: quia & ipsius industria & prudentia electa est. Quæ ratione Legati ad sponsalia uel matrimonia contrahenda missi, susceptum Legationis munus per substitutos minime administrare possunt. Nam in huiusmodi causa plerumque uel gratia, uel fides, uel industria Legati, eligi consuevit. Idem quoque in Legatis Municipalibus obtinet, in quibus tamen deligendis, non semper industria personæ, sed plerumque ordo imponendi muneris spectatur. Nam & illorum ut unusquisque ordine delectus fuerit, ita Legatione per se fungi cogitur: nec uicarios dare potest, nisi filios suos: Nam pater per filium Legationem expedire minime prohibetur. Idem, si absentis iniuncta sit Legatio, eamque gratuitam susceperit: nam & is per alium Legationem conficere potest.

c. si. de off. de Legati. l. unica ff. de aut. C. de cad. toll. l. 10. de Plat. in l. nullus solius C. de decur. libro 10. Bar. in l. si. continuis ff. de uerb. oblig. l. sciendum ff. de Legati ff. de Legati.

d. Legati l. si absentis ff. de Legati.

De officio Legatorum quibus iurisdictio mandata est.

Cap. V.



fficia Legatorum à rebus ducta, Quædam ad cognitionem rerum, quædam ad executionem pertinent. Cognitionis in exercitio iurisditionis & deliberationibus, siue consultationibus uersatur. Quædam etiam extra iudicium, sed aliquo tamen imperio geruntur. Iurisdictio duplex est, uoluntaria, & contentiosa: Voluntaria in uolentes, Contentiosa in inuitos exercetur. Contentiosa subiectas partes habet, legitima iudicia, & liberas disceptationes. Legitimum iudicium, est facultas iudicandi, iuri scripto aut moribus recepto astricta. Libera disceptatio, est facultas iudicandi secundum conscientiam: Conscientiam uoco non liberam uoluntatem, sed boni uiri arbitrium. De his duobus generibus iudiciorum, loquitur Cicero in Partitionibus, dum inquit. Nam quæ motu animi & perturbatione facta, sine ratione sunt, ea defensionibus contra crimen, in legitimis iudicijs non habent: in liberis disceptationibus habere possunt. Erant autem liberæ disceptationes (ut Budæus refert) ut olim apud populum, sic postea apud Principem, & in Senatu: ubi scilicet iuris clementia fuit, Itaque Senatu sublato, ac imperio in Principem translato, Iurisditionem liberarum disceptationum solus Princeps mandare potest.

l. in l. nee quicquid ff. de off. Procons. et Legati.

K. iij

potest. Quod Constantinus Imperator Basso Praefecto Praetorio rescribens. Inter æquitatem, inquit, iusq; positum, interpretatio-

l. i. c. de leg. gib. nem nobis solis & oportet & licet inspicere. Rursus iurisdictio duplex est, Ecclesiastica & prophana: & utraq; mandatur generaliter & specialiter. Generaliter mandata iurisdictioe ea continentur, quæ uel lege uel consuetudine, pro qualitate officij aut magistratus, cui iurisdictio cohæret, tribuuntur. Veluti si Legato Cæsa-

l. si in aliquam ff. de off. Proconf. & Leg. l. ex omnibus ff. de offi. Praefidis. ris, Præfidi aut Proconsuli iurisdictio mandetur: huiusmodi mandato ea continentur, quæ de iure, uel de consuetudine, horum magistratuum iurisdictioe subiecta sunt. Quæ autem à Proconsule Legato mandatur iurisdictio, ea tantum continet, quæ Proconsul in Legatum transferre potuit. Itaq; quæ specialiter, lege, uel Senatusconsulto, uel constitutione Principum, Proconsuli competunt: ea, quoniam mandandi ius non habent, in Legatum Proconsulis minimè translata esse intelliguntur. Nunquam autem generaliter mandata iurisdictioe, ea ueniunt, quæ Principi specialiter reseruata sunt. Cuiusmodi sunt in iurisdictioe Ecclesiastica, Episcopos ab officijs remouere, unam Ecclesiam alteri subicere, Episcopatus unire, Sedes Episcopales mutare, &c. In prophana, natalibus restituere, gratiam iurifurandi facere, famæ restituere. Et in

Bald. in l. re scripta C. de precib. imp. off. Ioan. de Plat. in l. contra publicam C. de re militari lib. 12. utraq; leges condere, iura interpretari, causas prætermissio iuris ordine cognoscere, earumq; cognitionem alijs eo modo demandare, et quæ sunt his similia. Specialiter autem, mandata iurisdictioe omnia, quæcunq; mandatorum decretis atq; literis continentur: & si Principi specialiter reseruata sint, continentur. Habet autem utraq; iurisdictio, Quædam communia, Quædam propria. Communia, ut quæ æquè ad utranq; respiciunt. Propria, quæ uni subiecta, ab altera exempta sunt. His ita præmissis, iam de officijs quæ à iurisdictioe ducuntur, dicendum erit. Ac primū quidem officia à rebus utriq; iurisdictioe comunibus ducta, in his ferè præceptis continentur. Primum, ut Legati, quibus iurisdictio mandatur, omnia quæ ad exercitacionem mandata sibi iurisdictioe pertinent, quæq; in mandatis continentur, diligenter & accuratè exequantur. Officio igitur Legati tam Ecclesiastici quàm prophani incumbit, in iudicijs legitimis, disceptationibus, petentibus aduocatis indulgere, foeminis, pupillis et alijs debilibus: uel his, qui mentis suæ non sunt, si quis eis pctat, ultro aduocatos dare. Similiter ijs, qui per potentiam aduersariorum non inueniunt, aduocatos dabunt: nec ferent, ut aliquis per potentiam aduersarij opprimatur. Hoc enim etiam ad inuidiam eius, cui iurisdictio mandata est, spectat. Ad religionem etiam eorum, quibus prouinciæ mandantur, pertinet, prouinciam malis hominibus purgare, scilicetiosos coercere, iniurias potentiorum ab humilioribus propulsare, & ne potentiorum defensores

Dare aduocatos petentibus.

l. illicitas ff. de off. Praefidis.

seniores calumniosis criminibus insectentur, curare. Secundum præceptum. Deinde officium Legati, cui iurisdictio mandata est, in his, quæ ad iudicia legitima pertinent, in hoc consistit, ut ne pro arbitrio suo & uoluntate: sed secundum iura & leges iudicet, ipsoq; facto nomini suo respondeat. Iudex enim à dicendo iure appellatus est, uel quod iure disceptet, id est, iuste iudicet, sitq; (quod de Seruio Sulpitio dicit Cicero) non magis Iurisconsultus quàm iustitiæ. Neq; enim iudex est, si in eo nō sit iustitia: quin & iudicij ipsius finis ius est (ut Cic. in Topicis affirmat) à quo & nomen habet. Sed audiamus de hac re Canonem, Sic enim habet. Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & propriæ domesticæ uoluntatis: sed iuxta leges & iura pronunciat, statutis iuris obtemperat, non indulget propriæ uoluntati. Nihil præparatum & mediatum, de domo defert, sed sicut audit, ita iudicat: & sicut se habet natura, decernit: obsequitur legibus, non auersatur: examinat causæ merita, non mutat. Breuiter in iudicando cordi magis esse debet custodia ueritatis, quàm obedientia uoluntatis: & (ut apertius dicam) etsi iudicis sit, quod iustum sibi uidetur ex animi sui sententia, non ex alieno arbitrio iudicare, tamen illius undiq; legibus informata debet esse conscientia. Sed & in disceptationibus liberis, & si disceptatori permissum sit, pro suo arbitrio & conscientia controuersias dirimere: tamen non est, quam quisq; sibi fingit: sed ea tantum quæ legibus munita est, scilicet, quædam conscientia. Unde & prudentioribus placuit, & si reclamari ei, cuius conscientia aliquid commissum est, non liceat: tamen non prius sententiam, quam pronunciat, ratam esse, quàm si ita sibi æquum uideri iurauit. Sed & reformari eiusmodi sententia per superiorum potest, si is contra quem pronuntiata est, læsum se esse conqueratur. Breuiter ita temperabit omnia (quod de eodem Sulpitio prædicat Cicero) ut seruata iustitia, nihilominus quæ à legibus proficiuntur, & à iure civili semper ad facilitatem æquitatemq; referat, neq; constituere litium actiones malit quàm conuersas tollere. Tertium, Sed & ad uoluntariam iurisdictioem quædam spectant, quæ utriq; iurisdictioe communia sunt, quæ & ipsa ad officium Legatorum, quibus iurisdictio mandata est, pertinent, ut quod illicitas exactiones, & uiolentias factas, & extortas metu uenditiones & cautiones, uel sine precij numeratione prohibeant. Item, ut ne quis iniquum lucrum aut damnum sentiat, prouideant: Nam hæc cum pietatis sint, non solum prophanus, sed etiam Ecclesiasticus Magistratus curare debet. Iam & illud utriq; iurisdictioe commune est, ut uoluntariam iurisdictioem ne negligant, ac proinde Ecclesiastici Legati, in collationibus sacrorum ordinum, beneficiorum Ecclesiasticorum alijsq; ad uoluntariam iurisdictioem pertinentibus: Prophani, in emancipationibus

Iudicare secundum iura & leges.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

l. i. c. de off. Praefidis.

nibus & adoptionibus filiorum, manumissionibus seruorum, donationibus tutorum & curatorum, et que sunt eiusdem iuris: non propriam uoluntatem, sed leges, iura, & probatas consuetudines sequentur. Quartum præceptum, Illud præterea in utraq; iurisdictione administranda curabunt Legati, ne mandatorum fines excedant. Neq; enim is tantum susceptum mandatum negligit, qui id non impleuerit: sed etiam qui aliud faciendo excefferit, & uterq; sane mandati fines transgreditur: Ille deficiendo, hic uero excedendo. Excedunt autem, qui aliud, quam mandatum est, gerunt: ueluti, si Legatus Apostolicus de criminibus Episcoporum: Legatus Principis de feudis imperij, alijs ue maioribus causis, Sedi Apostolicæ & Principi referuatis, si id expresse in mandato non continetur, cognoscant. Similiter, qui datæ iurisdictionis modum excedunt, uel si Legatus Proconsulis, custodiarum cognitione mandata, uel innocentes liberet, uel nocentes condemnet. Nam hoc genus mandati extra ordinarium est, nec Proconsul gladij uel cuius alterius coercionis potestatem sibi datam, ad alium transferre potest. Itaq; Legatus de custodijs cognoscendo, mandatum facit: liberando uero reos, excedit. Atq; hæc quidem officia à prudentia & iustitia proficiunt. Quippe ad prudentiam respiciunt, quatenus in cognitione iuris uersantur: ad iustitiam autem, quatenus ex fide, atque secundum leges & iura, mandata iurisdictionis administranda est. Itaq; cui iurisdictionis mandatur, eum non solum iuris & æquitatis peritum, prudentem, & studiosum: sed etiam iustum, incorruptum, & bonum uirum esse oportet, Quod Cicero eleganter iuxta & grauisimè his uerbis expressit. Sapientis iudicis est, meminisse se hominem: cogitare, sibi tantum à populo esse permissum, quantum commissum & creditum sit: & non solum sibi potestatem datam, uerum etiam fidem habitam meminisse, posse quem oderit absolueri, quem non oderit condemnare: & semper non quid ipse uelit, sed quid lex & religio cogat, cogitare: animaduertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in quæstione uersetur. Cum hæc sunt uidentia, tum illud est hominis magni & sapientis, cum illam iudicandi causa tabellam sumpserit, se non putare esse solum, neq; sibi quodcumq; cupierit licere: Sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem: libidinem aut odium, inuidiam, metum, cupiditatesq; omnes amouere. Maximeq; existimare conscientiam mentis suæ, quam à Deo accepimus, quæ à nobis diuelli non potest, quæ si optimorum consiliorum, atq; factorum testis in omni uita nobis erit, sine ullo metu, summa etiam honestate uiueremus. Hactenus Cicero. Sanè ad hunc modum quisquis affectus fuerit, eum idoneum esse iudico, qui mandatam sibi iurisdictionem Legatus administrat: Etenim is rectè officia no-

Ne Legati mandatorum fines excedant.

l solet in Princip. ff. de off. Procons.

Ut iudex sit uir bonus & prudens.

Cicero in oratio. pro A. Cluentio.

Curæ habere in omni uita conscientia.

stra persoluet. Qui uero per imprudentiam, aut per gratiam, aut sordes, precibus, pecunia, amore, timore, aut odio corruptus: contra conscientiam uel iustitiam iudicauerit, uel non iudicauerit, de creuerit ue, aut aliud quicquam in iudicio fecerit: Hij non solum contra promissum officium faciunt, sed etiam ob desertum officium iustis pœnis afficiuntur: Quippe qui per imprudentiam peccauerit, quatenus bono & æquo iudici uidebitur, & quasi maleficio condemnatus pœnam sustinebit. Qui uero per malitiam, mandatam sibi iurisdictionem iniuste administrauerit, infamia notatus: Interdum lege Iulia repetundarum: Interdum in triplum eius, cuius damnum datum esse dicitur, condemnatur. Idq; si causa ciuilibis sit: sin uero criminalis, bonorum publicatione punitur, & in exilium mittitur.

De officio Legatorum in his, quæ ad cognitionem rerum sacrarum pertinent. Cap. VI.

Nunc de his, quæ Ecclesiasticæ iurisdictioni propria sunt, dicendum est. Ac primum quidem magna potestas à Christo Sacerdotibus, cuius Legatione in terris funguntur, data est. Est enim illis datum, ut non solum, quæ in terris, sed etiam quæ in cælis sunt, dispensare possint: quam quidem potestatem Deus neq; Angelis neq; Archangelis datam esse uoluit. Sacerdoti enim non Angelo dictum est, Quæcumq; ligaueris in terra, erunt ligata & in cælis. Item, Quorumcumq; peccata remiseritis, remittuntur: Quorumcumq; retinueritis, retenta sunt.

Huius potestatis partes sunt, Ordo & iurisdictionis. Ordo Sacerdotibus primum à Christo Apostolis datus est. Deinde Apostolos per manuum impositionem, alios Episcopos & Sacerdotes creauit, Apostolicis epistolis traditum est. Iurisdictionis primum Petro à Christo data est, per hæc uerba, Et tibi dabo clauis regni cælorum, & quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, &c. Item, Petre pasce oues meas. Deinde omnibus Apostolis, cum dixit in Matthæo, Amen dico uobis, quæcumq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo. Item, per hæc uerba, Si peccauerit in te frater tuus, &c. Item, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Item, Ite in uniuersum orbem, prædicate, &c.

Ordinis sunt, sacrificium facere, orare, docere, sacramenta administrare, aliq; quæ ad cultum Dei pertinent, secundum regulas Ecclesiasticas perficere. Iurisdictionis sunt, Ecclesiarum ministros dare, & illis de uictu alijsq; necessarijs providere, de causis Ecclesiasticis cognoscere, leges Canonicas ferre, bona Ecclesiarum administrare. Atq; hæc quidem Ecclesiasticæ iurisdictioni propria sunt, à quibus hæc officia manant. Primum Episcopi & Sacerdotis officium

Agere contra conscientia. ff. de iur. extra ordin. cog. l. ult. Inst. de oblig. quæ ex quasi delict. in prim.

l. lege Iulia ff. ad leg. Iul. repet. C. de pœna iud. qui male iudicat. ult. in Auten. nouo iure; ibi postulat.

Quanta est sacerdotibus, tanquam Legatis Christi, data potestas

Matth. 16. Ioan. 20.

Ordo & iurisdictionis Ecclesiasticæ potestatis.

1. Tim. 4. Tit. 1.

Matth. 16.

Ioan. 21. Matth. 18.

Ioan. 20. Marc. ult.

Diuersa officia ordinis & iurisdictionis.

Officia sacerdotum.

Offerre sacrificium iuge. Ad Heb. 5. cium est, ut Deo iuge illud sacrificium, pro peccatis uiuorum & mortuorum offerat. Hoc Apostolus Paulus docet, cum inquit. Omnis nancq; Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit his, qui ignorant & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo: ita etiam pro semetipso, offerre pro peccatis. Et sacri Canones testantur, Animas defunctorum, sacerdotum oblationibus solui, hominumq; peccata deleri atq; consumi. Secundum, ut pro populo sibi subiecto oret. Sic populus sæpe in tribulationibus sacerdotes inuocauit, ut dominum orarent, ne in peccatis perirent. Quod Ioel Propheta prædixit, Inter uestibulum, inquit, & altare, plorabunt sacerdotes ministri domini, & dicent. Parce domine parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominantur eis nationes, quare dicunt in populis, Exodi 17. Vbi est Deus eorum? Moyses non ad bella uadit, sed quid facit, orat, & donec orat uincit populus eius: Si relaxauerit & demiserit manus, populus eius uincitur & fugatur. Ergo sacerdotis officium est, ut indefinenter oret, ut uincat populus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt Dæmones, impugnantes eos qui uolunt piè uiuere in Christo. Tertium, ut populum doceant, imitati Moysen & Aaron, de quibus dicitur, quod nõ discedebant de Tabernaculo Domini: Moyses autem in Tabernaculo à Deo didicit, quid populum doceret. Sunt igitur duo Pontificis opera (ut inquit Hieronymus) Alterum, ut à Deo discat scripturas diuinas: Alterum, ut eas populum doceat. Ita dominus primum Prophetas docuit: Deinde ad docendas gentes misit. Nec Christus ante Apostolos ad prædicandum misit, quam eos quid prædicare deberent docuerit. Erit autem Legatus Christi, ad hoc dicendi munus perficiendum, imprimis opus dicendi facultate, ut Chrysostomo placeat. Nam erunt multi, qui in illa Legatione iudiciorum diuinorum rationem ab eo postulabunt: plures etiam curiosè exquirent ea, quæ non solum inuenire non possunt, sed quorum exquisitio etiam Deo displicet. Quibus Legatus si non respondeat, aut arrogantia apud illos aut inscitia arguetur. Erit & sæpe cum hæreticis negocium, qui populum à uia ueritatis abducere studebunt: quorum scilicet & errores propulsare illum oportebit. Aduersus autem hæc omnia, nullum aliud quam dicendi auxilium suppetet: qua facultate si Pontifex & Sacerdos destitutus sit, eorum certe, qui eius curæ subditi sunt, animæ periclitentur necesse est. Cæterum illud curabit, ut ne quid aliud doceat, quam ipse à Deo didicerit: non ex proprio corde, aut humano sensu, sed quæ Spiritus sanctus docuerit. Hoc officium his uerbis Christi mandatur, Euntes in mundum uniuersum,

uersum, prædicare Euangelium omni creaturæ, &c. Quartum, Marc. ult. Sacramenta quoq; administrabit hic sacer Legatus noster: Non ea quidem, quæ hæretici simplicibus per fraudes & imposturas obtrudunt, sed quæ Ecclesia administranda à Christo & Apostolis recepit. Ea sunt, Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, Sacer ordo, Matrimonium, Confirmatio, Sacra unctio. Deinde alia quoq; quæ ad cultum diuinum pertinent diligenter curabit. Atq; hæc quidem officia, à potestate ordinis ducuntur. Sequuntur iam alia quæ à iurisdictione profiscuntur. Quintum, Quemadmodum in Hierarchia Ecclesiæ inter Episcopos & Sacerdotes unus supremus est, omnium aliorum caput, & huius sacræ Legationis Princeps, summus Pontifex: alij autem ordine quodam, & uelut per gradus sibi succedunt, ut alij alijs sint superiores, inferioresq; ut Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, &c. Ita ad officium capitis pertinet, ut alios omnes: aliorum autem, ut sibi subiectos tales ordinent & assumant, qui diuinæ huic Legationi scientia, prudentia, iustitia, fortitudine, & temperantia pares sint, ut mandata sibi à Christo data, pro gloria ipsius, & eorum ad quos mittuntur salute, rectè explere possint: Alioqui si quid etiam per eos, quos ordinant, peccatum fuerit, id ex eorum ipsorum manibus requiretur. Hoc officium ex uerbis Christi manat, Pascere oues meas, quibus Petrum pastorem ouium suarum facit: Illiq; mandat ut eas pascat, id est, uerbo Dei nutriat, Sacramenta illis administret, ac Ecclesiæ ministris de necessarijs prouideat. Pascere autem cum unus omnes non possit, simul illi mandasse intelligitur, ut alios ad pascendum idoneos in partem curarum uocet, quibus & potestatem atq; iurisdictionem, omnia quæ ad profectum & salutem ouium spectant, mandet. Quibus & ipse dicit. Pascite, qui in uobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neq; turpis lucri gratia, sed uoluntate secundum Deum: neq; ut dominantes in Clero, sed forma facti gregis ex animo. Sextum, Ad officium Pontificum, & eorum, quibus iurisdictione in Ecclesia mandata est, spectat, ut mandatam sibi iurisdictionem rectè exequantur. Iurisdictione Ecclesiæ duplex est, interior & exterior. Interior, est in foro pœnitentiæ. Hanc mandat Christus Sacerdotibus, his uerbis, Si cut misit me pater, & ego mitto uos. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Exterior, est in foro exteriori, quæ mandatur his uerbis, Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eum inter te & ipsum solum: Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus.

Quae sunt iurisdictionis exterioris.

cus & Publicanus . Amen dico uobis, quaecumq; alligaueritis super terram, &c. Hæc iurisdictionis, iudicia ciuilia & criminalia, denunciations, inquisitiones, accusationes: pœnas item & censuras Ecclesiasticas complectitur, & in personas, & res Ecclesiasticas: Multis etiam casibus in Laicas personas, & pro rebus tēporalibus datur. In his omnibus, plenissimam iurisdictionem habet summus Pontifex: Determinatā autem, et certis limitibus conclusam Archiepiscopi, Episcopi, Archidiaconi, &c. Sed & Apostolicorum Legatorum iurisdictionis ad hanc partem refertur. Quarum unaquæq; quas personas & causas contineat, quæq; ex his officia nascantur, abunde sacrorum Canonum decretis explicatur. Septimum, In legibus ferendis id obseruabunt Pontifices, ut quarum rerum diuinas & naturales leges, aut his ipsis consentientes Conciliorum & patrum constitutiones habet Ecclesia (quales sunt, quæ de fidei dogmatibus, scripturæ & Ecclesiæ decretis definita sunt) de his aut nihil ipsi, aut ea ratione modoq; statuunt, ut nihil, quod his contrarium sit, sanctum esse uideatur. Atq; ita intelligitur quod scriptum est: Non addetis ad uerbum quod loquor, nec auferetis ex eo. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito: nec addas quicquam, nec minuas. De quibus autem rebus, nullæ leges nec diuinæ, nec naturales extant (quales sunt, quæ ad politiam Ecclesiæ pertinent) de ijs Ro. Pontifex, uel generale Concilium autoritate uniuersalis & Catholica Ecclesiæ, leges quidem ferre, & si quæ antea latæ sunt (si id temporis, locorum, & personarum qualitas exigere uidebitur) etiam mutare possunt. Verum omnibus modis cauebunt, ut quas ferent, honestæ sint, iustæ, possibiles, secundum naturam, & secundum consuetudinem patriæ, loco temporiq; conuenientes: necessaria, utiles, manifestæ quoq; ne aliquid per obscuritatem incautum captionem contineant, nullo priuato commodo, sed pro ciuium communi utilitate conscriptæ, atq; ita accipienda sunt, quæ ea de re sacri Canones sanctiq; patres tradunt. Sciendum magnopere est (inquit Urbanus Papa) quia inde Ro. Pontifex nouas leges condere potest, Vnde Euangelistæ aliquid & Prophetæ, nequaquam dixerunt. Vbi autem apertè Dominus uel Apostoli, & eos sequentes Sancti patres, sententialiter aliquid definiuerunt: ibi non nouam legem Rom. Pontifex dare, sed potius quod prædicatum est, usq; ad animam & sanguinem confirmare debet. Et Zozimus Papa, Contra statuta patrum condere aliquid uel mutare, nec huius quidem sedis potest autoritas: Apud nos enim inconuulsis radicibus uiuat antiquitas, cui decreta patrum sanxere reuerentiam. Item Marcellus Papa, Nequaquam quod contra Euangelicam, uel Propheticam, uel Apostolicam doctrinam, constitutionem uecorum, siue sanctorum patrum actum fuerit, stabit, & quod ab infidelibus

Diuersa genera legum Ecclesiasticarum

Deut. 4.

Deut. 12.

e. erit autē lex 4. dist. Quales debent esse leges.

e. sunt quidam 25. q. 1. Autoritas sacrorum Canonum.

e. contra 25. q. 1.

e. omne 25. q. 1.

delibus uel hæreticis factum fuerit, omnino cassabitur. Octauum, Postremo illud etiam curabit Pontifex Ecclesiasticus, ut bona Ecclesiæ sibi commissæ fideliter administraret, ac de ipsis, secundum regulas & decreta sacrorum Conciliorum, & sanctorum patrum: ministris Ecclesiæ & pauperibus, pro uniuscuiusq; dignitate, officio, ministerio, atq; indigentia prouideat: atq; ut Ecclesiæ fabricæ opera publica, facta rectaq; sint. Hoc officium duas partes habet, Alteram, ut recipiant, Alteram, ut legitime administrant. Primum illud, ex illo, quod apud Lucam a Christo Apostolis dictum est, ducitur. In quamcunq; domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui, &c. Et paulo post. In eadem domo manete, edentes & bibentes, quæ apud illos sunt, Dignus est enim operarius mercede sua. Item, Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt, & qui altario deseruiunt, cum altario participant. Ita & dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio uiuere.

Fidelis discretio honorum Ecclesiæ.

l. si in aliquam ff. de off. Proconsul.

Luce 10.

1. Corinth. 9.

c. præcipimus c. Episcopus 12. q. 1. Ne in potestate Laicorum sint bona Ecclesiarum.

c. quia c. sanctorum 10. q. 1.

c. concessio, c. 2. c. quatuor 12. q. 2. c. constitutum 16. q. 1.

c. per singulas 9. q. 3.

c. scitote 9. q. 3. c. nullum Episcopi scopum.

c. in diuinitatis c. nullus 9. q. 2. c. sicut 7. q. 1.

c. cunctis 16. q. 1. c. Ecclesiæ 13. q. 1.

l. 1. ff. de off. Proconsul. et Legat.

Alterum autem ex eo manauit, quod in Canonibus Apostolorum & Ecclesiæ Concilijs statutum est, ut Episcopi, non Laici, in sua potestate res Ecclesiæ habeant. Neq; enim indignum esse, ut quibus animæ hominum creditæ sunt, curam quoq; de pecunijs agere: sed ita, ut potestate eius, indigentibus omnia per Presbyteros & Diaconos, cum timore & omni sollicitudine, administrantur.

Laicos autem, ab administratione bonorum Ecclesiasticorum, ijdem Canones prorsus excludunt. Cæterum de portionibus bonorum Ecclesiasticorum, & quomodo hæc ipsæ distribui ab Episcopo debeant, non est locus hic referre, quæ qui uolet, ex decretis Canonum abunde cognoscere poterit. Hæc fere sunt, quæ a iurisdictione Ecclesiastica ducuntur officia: quibus summus Pontifex, tanquam totius Legationis Princeps in toto orbe Christiano: Cæteri autem Pontifices, quisq; in sua prouincia & Diocesi astringitur, ac proinde Archiepiscopi & Episcopi: Parochi item, alijq; quibus Ecclesiastica iurisdictionis mandata est, cauebunt, ne falcem suam in alienam messem mitrant: id est, ne quisquam in alterius diuinitatis strictu quicquam eorum, quæ sunt iurisdictionis alienæ, exerceat. Nam & id sacris Canonibus prohibitum est, tum generaliter cautum, ut intra prouinciam, non extra illius fines, Legati mandatam sibi iurisdictionem exequantur.

De officijs Legatorum, quæ a prophana iurisdictione ducuntur. Cap. VII.



VÆ autem prophane iurisdictioni propria sunt, ea ad personas & res prophanas duntaxat respiciunt: Et eorum rursus quædam ad pacem, quædam ad bellum pertinent. Pacis sunt, in uoluntarijs, emancipationes, adoptiones,

Iurisdictionis prophana multiplex.

L ij tiones,

tionem, manumissiones, & quæ sunt id genus similia: In contentio-
sis, iudicia tam ciuilia quam criminalia. Eorum autem quæ ad mili-
tarem iurisdictionem spectant, alia ante bellum, alia in ipsa belli

Legati Cæsa administratione, alia post bellum geruntur. Igitur quod ad nego-
ris differunt a cium pacis attinet, Primum intelligendum est, Legatos Cæsarum, id
Legatis Pro- est, Præsides, Proconsules, aliosq; qui olim prouincijs præpositi
consulis, fuerunt, plenissimam iurisdictionem habuisse: Omniumq; partes
qui Romæ uel quasi Magistratus, uel extra ordinem ius dixerunt,

ad eos pertinuisse. Legati autem Proconsulis eam iurisdictionem
habebant, quæ eis à Proconsulibus mandabatur: Nihil enim pro-
officio Præsidi. prium habebant, sed mandata tantum à Proconsule iurisdictione
i. si quis in ali- fungebantur. Sunt et quædam, quæ illis mandare non potuerunt,
quàm ff. de off. ut potestas gladij, &c. Iam igitur omnium horum officia, in his
Procons. et Le. gat.

ferè rebus consistunt. Primum ut adoptare, emancipare, manu-
i. Legati ff. de mittere uolentibus, consilium præbeant: ut adoptiones, emancipa-
off. Procons. et tionem, & manumissiones, tutelas, Item & curas expediant, tutores
Legat. & curatores remittant, suspectos remoueat, male in tutela & cu-
i. si quid ff. de ra uersatos: ut si quos probari poterit, uel nummis datis tutelam oc-
off. Procons. et cupasse, uel præmio accepto operam dedisse, ut non idoneus tutor
Legat. cupasse, uel præmio accepto operam dedisse, ut non idoneus tutor

alicui daretur: uel consulto circa ædendam patrimonij quantita-
i. ff. de off. alicui daretur: uel consulto circa ædendam patrimonij quantita-
i. ff. de off. tem minuissè, uel euidenti fraude bona pupilli alienassè. Cura-
præs. urb. bunt etiam, ut omnes circa commissa sibi officia rectè se gerant, &
re debent, & ab his quæ prohibita sunt temperent: Illicita ministeria sub præ-
que non. que non. textu honesto ad concutiendos homines procedentia: Illicitas item
i. illicitas G. ne exactiones, sub specie tributorum fieri prohibeant, & depræhensa co-
potentiores, de herceant. Sed nec licita negotiatione aliquos prohiberi, nec prohibi-
off. Præsidi, bitam exerceri, nec innocentibus poenam irrogari permittant. Pro-
uidebunt etiam, ne quæ ad communem utilitatem spectant, ad

propria commoda à priuatis uendicentur. Ædes sacras & opera
ff. de off. Pro- publica circumire, inspiciendi gratia, an facta tecta q; sint, uel an ali-
cons. & Legat. qua refectione indigeant, & (si qua cœpta sint) ut consummentur,
i. Præs. ff. de prout uires eius Reipub. permittunt, curare debent. Curato-
off. Præsidi, res quoq; operum diligentes solenniter proponunt, ministeria mili-
taria, si opus fuerit, ad curatores adiuuandos dabunt. Similiter
inspectis priuatis ædificijs, dominos eorum causa cognita reficere
ea compellent: & aduersus detractantes competentem remedio, de-
formitati auxilium ferent: & hæc aliæq; similia, quæ ad uoluntari-
am iurisdictionem pertinent, diligenter perficiunt. In his uero
quæ contentiosæ iurisdictionis sunt, In ciuilibus quidem rebus adi-
ti, iustitiam petentibus administrabunt. In criminalibus autem &
facinorosis, pro qualitate & conditione personarum: pro atrocita-
te item uel leuitate delictorum, secundum leges uel leniter uel seue-

re animaduertent. Sed & in certis rebus, quæ uel duriores uel
i. ff. de off. re animaduertent. Sed & in certis rebus, quæ uel duriores uel
præs. urb. leuiorem

leuiorem cohercionem desiderant, querelas oppressorum homi-
num, non grauatè audient: ac pro modo querelarum, quos uide-
bitur corrigent, comminabuntur, fustibus castigabunt: negociatio-

ne, professione, aduocationibus, & foro, & ad tempus, & in perpe-
tuum interdient, relegabunt, deportabunt: aut ulterius in poena,
ut religioni ipsorum iustum uidebitur, procedent. Multam etiam
irrogabunt, quam & eandem moderari poterunt: Semel autem
ob inopiam remissam, etiam si ad pinguiorem fortunam, quibus
indicta est, peruenerint, ab ijs amplius exigere non debent: Quæ
rem popularium curabunt, militesq; Stationarios ad tuendam po-
pularium quietem, & referendum sibi, quid ubiq; agatur, habe-
bunt. Et si autem hi Magistratus desierint, tamen in eorum lo-

cum hodie subrogati sunt, Duces, Marchiones, & alij, qui ex man-
dato Cæsarum, Principum Regalia exercent. Nam ut Proconsules à
Senatu mittebantur: ita hodie iurisdictiones in prouincijs, Princi-
pibus à Cæsare mandantur. Verum hoc distant, quod nostrorum
Principum iurisdictione perpetua est, illorum autem temporalis erat.
Ideoq; quæ à nobis iam enumerata sunt officia, hodie etiam per-
manent immutata. Etenim ad Duces, Marchiones, Comites, om-
nesq; alios, qui iurisdictionem aliquam in prouincijs gerunt, refe-
runtur: quibus & non minori diligentia quam hi, in quorum lo-
cum successerunt, fungi debent.

De officio Legatorum bellicorum, quod in earum rerum cog-
nitione uersatur quæ ante bellum geruntur.
Cap. VIII.

Abet & militia iurisdictionem suam: cui bellici Magistra-
tus præsent. Ea est rerum, quæ ante bellum, quæ in bel-
lo: & quæ post bellum geruntur. Ante bellum, de iustitia
& iniustitia suscipiendi belli, decernitur. Quam cog-
nitionem repetitio rerum præcedit: & hæc iurisdictione apud Roma-
nos ad Feciales pertinebat. Sunt autem Feciales, teste M. Varro-
ne, ex eo dicti, quod fidei publicæ inter populos præessent. Nam
per hos fiebat, ut iustum conciperetur bellum: & ut fœdere fides pa-
cis constitueretur. Neq; enim bellum suscipiebatur, quod non esset
pium: neq; indicebatur, quod non prius à Fecialibus esset denun-
ciatum: Vnde bella & tardè & nulla licentia suscipiebant, Ut in-
quit Nonius Marcel. Fecialium collegium sacrum erat, ex uiris con-
stitans, ex optimis familijs electis, ac per omne tēpus sacratiss. Quod
quidam à Tullo Hostilio: alij à Numa Pompilio constitutum exi-
stimant. Dionysius Halicarnassæus censet, id collegium ante Nu-
mæ imperium non fuisse, & ab eo tunc constitutum fuisse, cum indi-
catus esset bellum Fidenatibus, latrocinij ab eis & excursionibus

Quid Fecia-
les.
lib. 4. de lin-
gua Latina.
Fecialium col-
legium sacrum
fuit.
Lib. 2. antiq.
Roma.

L ij in

Officium Fe-
cialium circa
belli iustitiam

in agrum Romanorum factis: Scireque prius uellet, utrum secum illi conuenire, siue bello decertare uellent. Horum igitur officium (ut scribit Halicarnassæus) in his ferè rebus uersatur, custodire eos, ne Romani ullum bellum alicui confœderatæ urbi iniustum inferant. Incipientibus autem transgredi fœdera aduersus eos alijs, se Legatos ire, & iusta primum ratione repetere: sicque non pareant postulatibus qui læserunt, tum bellum decernere. Similiter si læsos se esse, à Romanis confœderati aliqui dicentes æqua postulent, ea cognoscere, sicque aliquid perpessi sint præter fœdera, uideanturque uera obijcere, compræhensos fontes, eos læsis dedititios tradere, iniurias circa Legatos iudicare: Et quæ pia sunt in fœderibus custodire, pacem facere, atque factam, si non ex legibus sacris facta uideatur, irritam facere, Imperatorum iniquitates, quæcumque circa iusiurandum & sponsones fiunt, cognoscentes ipsos expiare.

Ritus indicen-
di belli per ur-
num ex Fecia-
libus.

Circa Caduceatoria autem officia, cum ab urbe, quæ iniuste egressa uisa sit, pœnam petunt. Unus quidem Fecialium, quem reliqui suffragijs prætulerint, ornatus ueste & gestaminibus sacris, ut inter alios conspicuus manifestusque sit: ad eorum urbem, qui læserunt, proficiscitur, & attingens fines, Iouem aliosque Deos inuocat, testans quod ad petendas pœnas, pro urbe Romana proficiscitur. Postea iuratus, quod ad urbem uadit, quæ prius iniuste egerit, & execrationes maximas sibi imprecatus ac urbi Romæ, si mentiat, intra fines pergit. Deinde cuiusque primum occurrit, hunc obtestatus: siue is ciuis fuerit, siue rusticanus: eisdemque imprecationes apponens, ad urbem uadit. Deinde antequam urbem ineat, ianitorem ipsum, siue alium, quem primum obuium in porta habuerit, eodem modo testatus, in forum progreditur. Illic astans, qua causa uenerit cum Primoribus differit, iusiurandum, ut prius, & imprecationes apponens. Si igitur iudicium illi subeant, tradentes fontes, urbe digreditur: eos uero abducens amicus ab amicis.

Si uero tempus ad consultandum illi petant, decem eis dies cum dederit, iterum reddit atque iterum, quousque petitionem eorum recipit. Elapsis uero triginta diebus, si iussa ciuitas non exhibeat, dijs cœlestibus Manibusque inuocatis abit: hoc tantum dicto, quod de eis consultabit per ocium Romana ciuitas. Pronunciat deinde in Senatu, cum alijs astans Fecialibus, peractum esse ab eis, quantum fuerit ex legibus sacris pium, & si decernere bellum uelint, nihil esse quo prohibeantur à dijs. Quod si nihil horum fieret, neque Senatus, neque populus erat dominus decernendi belli: Haec te-

T. Linius lib.
ab urb. cond.

nus Halicarnassæus. Eadem ferè à Liiuo referuntur, qui & ritum rerum repetundarum, bellorumque decernendorum, quibus id uerbis, & qua cæremonia actum fuerit, Libro primo ab urbe condita, de bello à Populo Romano Latinis indicto scribens, declarat

rat his uerbis. Legatus ubi ad fines eorum uenit, unde res repetuntur, capite uelato, filo lanæ uelamen est. Audi Iuppiter, inquit, audite fines (cuiuscunque gentis sunt nominat) audiat uas. Ego sum publicus nuncius Populi Romani, iuste pieque Legatus uenio, uerbisque meis fides sit. Peragit inde postulata: Inde Iouem testem facit. Si ego iniuste impieque illos homines, illasque res deder Populo Romano mihique exposco, tum patriæ compotem nunquam me finas esse. Hæc cum fines supra scandit, hæc quicumque ei primus uir obuius fuerit, hæc portam ingrediens, hæc forum ingressus, paucis uerbis carminis concipiendisque iusiurandi mutatis peragit. Si non deduntur, quos exposcit, diebus tribus & triginta (tot enim solennes erant) peractis, bellum ita indicit. Audi Iuppiter & tu Iu-
no, Quirine, dijsque cœlestes, uosque terrestres, uosque Inferi audite. Ego uos testor, populum illum (quicumque est nominat) iniustum esse, neque ius persoluere, Sed de istis rebus in patria maiores natu consulemus, quo pacto ius nostrum adipiscamur. Cum is nuncius Romam ad consulendum redit, confestim Rex ex his uerbis patres consulabat: quarum rerum, litium, causarum paterpatratu Populi Romani Quiritium patripatrato Priscorum Latinorum hominibusque Priscis Latinis (itidem, si alterius gentis sint nominat) quas res dari, fieri, solui oportuit: eas res nec dederunt, nec soluerunt, nec fecerunt. Dic (inquit ei quem sententiam primum rogabat) quid censes? Tum ille: puro pioque duello quærendas censeo. Itaque consentio, consciscoque. Inde ordine alij rogabantur. Quandoque pars maior eorum, qui aderant, in eandem sententiam ibant, bellum erat consensu fieri solitum. Atque hoc ius Fecialium, deinde etiam Romanorum Principum temporibus, aliquandiu durauit. Nam & Claudius Imperator, cum Regibus fœdus in foro icit porca causa, ac uetere Fecialium præfatione adhibita, ut tradit Suetonius in Claudio. Idem intelligi potest, ex his, quæ de Fecialibus scribit Cornelius Tacitus, qui de Ludis Magnis, quos Senatus dijs Tyberio regnante decreuerat, loquens. Censuerat, inquit, L. Apronius, ut Feciales quoque ijs Ludis præsiderent, contradixit Cæsar, distincto sacerdotiorum iure & repetitis exemplis, neque enim unquam Fecialibus hoc maiestatis fuisse. Ideo Augustales adiectos, quia proprium eius domus sacerdotium esset, pro qua uota persoluerentur. Et hæc quidem à ueteribus obseruata sunt. Hodie autem, sublatis Fecialium sacris & cæremonijs, ad officium Principum & eorum qui bellum sunt illaturi, uel qui illorum uice & officio funguntur, & qui ab eis mittuntur Legati, pertinet: de rebus repetendis, deque iustitia & iniustitia belli cognoscere. Nam ut Principes decet omnia iuste, nihil iniuste agere: sic bellum quoque non aliud, quam quod idem iustum sit, suscipere debent, ut & De-

Verba Lega-
ti, res repeten-
tis.

Verba Lega-
ti bellum indi-
centis.

Ius Fecialium
etiam tempo-
ribus Cæsari
fuit.

Lib. 3. Aug.
hist.

Mos hodie-
nus indicendi
belli.

L iij um fau-

um fautorem habeant, & milites alacriores iussa capeant, reique ge-
l. ex hoc iure ff. de iust. et iure Canoniste in c. sicut el. 3. de iureiur. l. ut uim ff. de iust. et iure. l. seruus ff. de ser. export.
 rendæ se promptiores exhibeant. Cum autem de iustitia & in-
 iustitia belli, multa quidem legibus sancita sint, Vnum hoc ueluti
 totius bellicæ iustitiæ fundamentum est, ut bellum non nisi defen-
 sionis necessitate, aut publicæ utilitatis gratia suscipiatur. Pri-
 mum enim, ut propter cognationem illam, quam inter homines
 natura constituit, iustum est, hominem homini benefacere, nephas
 insidiari: ita & optimo iure inter omnes semper gentes, naturalis
 illa omnibus hominibus permessa est defensio, qua uim et iniuriam
 non modo nobis, sed etiam patriæ, propinquis, & socijs illatam
 propulsamus. Ac cum duo sint iniustitiæ genera (ut M. Cicero do-
 cet) alterum eorum, qui inferunt, Alterum eorum, qui ab his, qui
 inferunt, non propulsant iniuriam. A quibus cum homines in-
 iniustitiæ genera. uniuersum abstinere deceat, tum maxime Principes, & qui rebus
 publicis præpositi sunt: curare debent, ne non solum neminem in-
 iuste opprimant, sed etiam seipso & subditos suos, eorumque res &
 fortunas, fortiter ab iniurijs defendant. Quod uero non ad defen-
 sionem, sed dominandi propagandique imperij cupiditate bellum
 suscipitur, non uideo qua ratione iustum dici possit: à quo uidelicet
 tot iniuriæ, tot uiolentiæ, & iniustitiæ enascuntur. Etenim ob id
 bella suscipiuntur, ut pax acquiratur, & (ut Ciceronis uerbis utar)
 ut sine iniuria in pace uiuatur: At qui aliena imperia inuadunt, tan-
 tum à pacis studijs omniscip adeo iustitiæ abhorrent, ut non ucre-
 antur, regnandi causa ius etiam uiolandum esse, palam profiteri,
 Regiam quandam laudem esse putantes (ut est apud Cor. Tacitum)
 de alienis certare: priuatorum curam & prudentiam, sua reti-
 nere. Quæ cupiditates, cum in maximis animis, splendidissimisque
 ingenijs plerumque existant (ut ait Cicero) sit, ut orbe continuo bel-
 lorum tumultibus agitato, parum pacis commodis perfruamur.
 Est autem legitimæ defensionis modus, ut res, si quæ per uim
 nobis ablatæ sunt, aut ad dominium nostrum pertinent: primum
 repetamus, aut iniuriæ damnorumue nobis, aut his qui sub di-
 tione nostra sunt, illatorum, emendationem postulemus. Quæ
 quidem solennitas, ut ueterum moribus (quod antea dictum est)
 primum introducta fuit: ita postea iure etiam ciuili recepta & con-
 firmata est. Nam ideo iudiciorum uigor, iurisque publici tutela, in
 medio constituta est, ne quis sibi ius dicat, aut permittere ualeat ul-
 tionem: sed ut actione prius in iudicio experiatur, quam ius suum
 armorum præsidio uel tueatur uel persequatur. Sin uero nemo sit,
 qui iustitiam administrare possit, uel utrumque, tum demum permitten-
 dum nobis aliquid est, ne res & iura nostra pereant. Quamquam
 nec euentum futuri iudicij, eo casu expectare cogimur, quo minus
 res nostras in continenti, cum moderamine inculpatae tutelæ, uel
 illæsas

illæsas conseruare, uel amissas recuperare possimus. Non solum
 autem qui iniuste in se factos impetus iuste propellunt, & perse-
 quentes se persequuntur: sed etiam qui res suas ab alijs iniuste pos-
 sessas, armata manu recuperant, defensionis iure utuntur. Quo
 sanè iure, iustum est omne bellum, quod à Christianis fidei Chri-
 stianæ hostibus inferitur. Nam præterquam quod huiusmodi bel-
 lum Reipublicæ Christianæ utile est: nimirum, quod ad defensio-
 nem religionis & fidei, & gloriam Dei suscipitur: non iniuste etiam
 omnia imperia ac dominia ab infidelibus possessa, tanquam iniu-
 stis possessoribus, à Christianis Principibus, ueris uidelicet dominis,
 iure belli inuaduntur, & recuperantur. Cæterum, an iusta an iniu-
 sta sint in hæreticos et schismaticos illata bella, in his libris, quos de
 Seditiosis scripsimus, à nobis explicatum est. Postremo illud
 quoque ad legitimum defensionis modum pertinet, ut quod ad tui-
 tionem recuperationemque rerum nostrarum bellum suscipimus, au-
 thoritate Principis indicatur: ut scilicet defendendi necessitate po-
 tius, quam uindicandi uoluntate susceptum, uideri possit. Quin
 & monitio quædam bellum præcedere debet, quam nostri diffida-
 tionem uocant. Ea est præambula belli aduersario facta significa-
 tio, & uelut citatio quædam, qua qui bellum illaturus est, aduersa-
 rium suum, de bello à se inferendo, certiore facit: & ius suum, ad
 quod constituto iudicio peruenire non potest, armis se persequutu-
 rum testatur. Etenim ut iudiciorum conflictus sine citatione non
 consistit: sic bella quæ non præcedit diffidatio, ex insidijs potius
 quam iure intentata uidentur. Quamobrem ut citatio, quæ à iu-
 dice decreta non est, nihil ad iudicium profuit: sic nec diffidatio,
 quæ non Principis autoritate, nec in tempore aduersario denun-
 ciatur, bellum iustum efficere potest. Et hæc hodie etiam constitu-
 tione Caroli Quarti continentur: Qua primum illud cauetur, ut ne
 bellum cuiquam indicatur, nisi repetitis prius rebus coram compe-
 tente iudice, quas si recuperare, qui repetit congruo tempore non
 poterit, tum demum bello eas uindicandi ius habet: ea tamen lege
 ut prius diffidationem ei, cui bellum illaturus est, personaliter, uel
 in quo loco habitare consuevit, tribus diebus naturalibus ante-
 quam bellum inferatur denunciet: Et ita denunciet, ut id eo modo
 factum esse per idoneos testes, si ita res exigat, doceri possit. Quin
 illud etiam animaduertimus, plerisque gentibus in more fuisse (quod
 & nostri hodie nobiles obseruant) ut arma non prius aduersus
 quenquam sui ordinis sumerent, quam amicitie & societati renun-
 ciassent, nostri uocant: *die Ehr bewaren*. Quod ex eo, quod Li-
 uius scribit, facile intelligi potest. Consul, inquit, M. Attilius ex Se-
 natu consulto, ad collegium Fecialium retulit, ipsi ne Regi Antio-
 cho indiceretur bellum, an satis esset ad præsidium aliquod eius
 nunciare:

l. ff. de Carth. C. de Episcopi & Clerici. l. generali. C. de aecur. Not. in l. si alius ff. de bel. l. si alius ff. quod ui aut clam. c. Dominus no. ster 2. 3. q. 2. not. in l. 1. C. unde ui. not. in l. unica C. quæ do licet uni. cui. sine iud. se uindicare. Ar. l. 1. C. unde ui. Oldr. c. 72. Oldr. d. Conf. 72. Imo. in c. quod super his. de uo. to. Bart. in l. 1. C. de Pag. d. l. hostes ff. de cap. & possit. re. C. ius milit. tare. dist. iust. de pen. te. mer. litig. §. omnium. Bar. in l. 1. ff. de serijs. Ar. ut uim ff. de iust. et iure. Bald. c. 76 in 4. parte. Constitutio Caroli Quar. ti. Diffidatio re. nuuat ami. citie aut socie. tari. Et est, hono. rem custodi. r. T. Linius lib. 6. de bell. Ma. ced. & Asia.

nunciare: & num Ætholis quoq; separatim iudici iuberetur bellum: et num prius societatem et amicitiam renunciandū esset, quam bellum indicendum. Feciales responderunt, iam ante sese cum de Philippo consulerentur, hæc decreuisse, nihil referre an ipsi coram, an præsidio nunciaretur. Amicitiam renunciatam uideri, cum Legatis toties repetentibus res, nec reddi nec fati fieri æquum censuissent. Et Germanicus Pisoni decreta sua rescindentem, ac clientelas

Renunciare
amicitiam.

uexanti, priusquam ad ultionem progredere, amicitiam renunciauit: Testis est Tranquillus in Caligula. Amasis quoq; animo præsumens Polycratis ruinam, ex successu continuæ fœlicitatis, ut minus doleret, misit, qui sodalitati & amicitia renunciat. Eratq; moris Priscorum, ut quoties dirimerent amicitias aut sodalitates, etiam domo interdicerent, Isq; finis gratiæ foret, quod Cor. Tacitus, Tyberium Cæsarem literis ad Senatum missis disseruisse, testatur: Alios legimus hospitio renuntiasse, quod idem ferè est, quod amicitia renunciare. Nam amicitia quoddam ius erat, ut amici à patria recedentes, ad amicorum hospitia diuerterent, ac

Renunciare
hospitio.

Lib. 5. August.
histo.

Lib. 6. Iliad.

eisdem ad sua quoq; hospitia reciperent. Hoc ius hospitij uetustissimum fuisse, ex Homero facile intelligitur: apud quem Diomedes Glauco narrat, suis maioribus cum illius progenitoribus, uetus hospitium atq; necessitudinem intercessisse, muneraq; hospitalia inter ipsos ultro citroq; data. Solebant autem, hospitium amicorum successuri, in pacis signum oliuam ferre, quod apud Verg. Æneas fecit, hospitium Euandri subiturus. Vnde Elæanphoria dicta sunt, ab oliuis, quasi oliuam ferentia, cuius uerbi etiam Arcadius Iureconsultus meminuit. Ita q; qui hospitio renunciant, amicitia renunciare dicuntur: & qui ius amicitia uiolant, hospitium relinquere dicuntur. Quod Æneas Latino Regi improperans, ad Legatos Regis, sepulturam occisis petentes, dicit.

Lib. 8. Æneid.

Elæa, id est,
Oliua.

Lib. 9. patrimoniorum ff. de numeris et honoribus.

Lib. 11. Æneid.

*Quæ nam uos tanto fortuna indigna Latini
Implicuit bello, qui nos fugiatibus amicos
Pacem ne exanimis & Martis sorte preemptis
Oratis, equidem & uiuis concedere uellem,
Nec ueni, ni fata locum sedemq; dedissent,
Nec bellum cum gente gero, Rex nostra relinquit
Hospitia, &c.*

Sicut & qui fœdera amicitiamq; iungunt, hospitia iungere dicuntur, apud eundem Poëtam.

Lib. 7. Æneid.

*Ipsè modo Æneas, nostri si tanta cupido est:
Si iungi hospitio properat, &c.*

Erat igitur apud ueteres, tam firmum ius hospitij, ut nulla ratione, nisi renunciatum dissolui posset. Cuius rei pulchrum admodum exemplum

exemplum, de T. Quintio Crispino Romano, & Badio Campano, narrat Liuius, ad hunc modum. Tito Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat, perfamillari hospitio iunctus: Creuerat consuetudo, quod æger Rom. apud Crispinum, Badius ante defectionem campanam, liberaliter comiterq; curatus fuerat, Tum Badius progressus ante stationes, quæ pro porta stabant, euocari Crispinum iussit. Quod ubi est Crispino nunciatum, ratus colloquium amicum ac familiare quæri, manente memoria etiam in dissidio publicorum fœderum, priuati iuris, paulum à cæteris processit. Postea quàm in conspectum uenere, Prouoco te, inquit, in pugnam Crispine, Badius. Conscendamus equos, summotisq; alijs, uter bello melior sit, decernamus. Ad ea Crispinus, nec sibi nec illi, ait, hostes deesse, in quibus uirtutem ostendant, se ab eo etiam si in acie occurrat, declinaturum, ne hospitali cede dextram uiolet. Conuersusq; abibat. Enimvero ferocius tum Campanus increpare molliciem ignauiamq; & se digna probra in insontem iacere, hospitalem hostem appellans, simulantemq; parcere cui sciat, parem se non esse, si parum publicis fœderibus ruptis, dirempta simul & priuata iura putet: Badium Campanum, T. Quintio Crispino Romano, palam omnibus, duobus exercitibus audientibus, renunciare hospitium, nihil sibi cum eo consociatum, nihil fœderatum hospitium cum hoste: cuius patriam ac Penates publicos, priuatosq; oppugnatum uenisset: Si uir esset, congregeretur. Crispinus permissu Imperatorum arma cepit, equumq; conscendit, & Badium nomine compellans, ad pugnam euocauit: nulla mora à Campano facta est, infestis equis concurrere. Crispinus supra scutum sinistrum humerum Badio hasta transfixit: super quem delapsus cum uulnere, ex equo desiliit, ut pedes iacentem conficeret. Badius priusquam opprimeretur, parma atq; equo relicto, ad suos aufugit. Crispinus equum armaq; capta, & cruentam cuspidem insignis spolijs ostentans, cum magna laude & gratulatione militum, ad Consules est deductus, laudatusq; sibi magnifice, & donis donatus. Cæterum unum hoc addo, quod mihi minimè prætereundum esse uidetur. Vasallum, qui domino suo iustis ex causis bellum illaturus sit, non solum amicitia, sed etiam feudo & fidelitati renunciare debere. Neque enim aliter à iuramento fidelitatis, quàm per renunciationem feudi liberatur. Quod & consuetudine & iure feudorum nouissimo obtinet. Nam ueteri feudorum iure, ut propter grauissimas iniurias, Vasallo à Domino illatas. Dominus proprietatem feudi, sic ex eadem causa Vasallus feudum amittit. Vnde & citra renunciationem feudi, dominus à Vasallo hoc casu ad pugnam prouocari potest. Nec uerò quorundam consuetudinem approbaui, qui fraude potius, quàm ullis ex causis iustis amicitia & fidelitati do-

T. Liuius lib.
s. secundi belli
Punici.

Præpos. Alex.
in tit. de alie.
feud. pater. c.
non est. Et in
tit. qualiter do-
minus proprias
prim.

minorum

Constitutio
Caroli Quar-
ti.

minorum suorum renunciant, illisq; bella indicunt, quam & con-
stitutio Caroli Quarti reprobat, grauissimisq; pœnis perstringit,
Cuius hæc sunt uerba. In plerisque, inquit, partibus Vasalli &
Feudatorij, dominorum feuda seu beneficia, quæ à dominis obti-
nent, intempestiue uerbaliter & fraude renunciant, seu resignant
eadem: & facta resignatione eiusmodi, dominos ipsos malitiose
diffidant, suasq; inimicitias eis denunciant, damna subsequenter
grauia inferendo: & beneficia seu feuda sic relicta, prætextu guer-
ræ seu inimicitie iterum inuadunt & occupant, & detinent occu-
pata. Ea propter præsentis constitutione in perpetuum ualitura sanc-
imus, quod talis renunciatio seu resignatio haberi debeat pro non
facta, nisi liberè & realiter facta fuerit per eosdem, ita quod posses-
sio beneficiorum & feudorum huiusmodi, dominis ipsis corporaliter
& realiter assignetur: In tantum quod nullo unquam tempore
diffidant in bonis, feudis, & beneficijs resignatis, dominos ipsos
perturbent per se uel alios, aut molestant, nec ad hoc consiliũ præ-
stent, auxilium, uel fauorem. Contrarium faciens, seu dominos ip-
sos in beneficijs & feudis resignatis, uel non resignatis inuadens
quomodolibet, uel perturbans, uel damna ipsis inferens, seu consi-
lium auxilium uel præstans talia facientibus uel fauorem præstan-
tibus: feuda & beneficia huiusmodi eo ipso amittat, infamis existat,
& Banno Imperiali subiaceat, & nullus ad feuda & beneficia hu-
iusmodi pateat ei de cætero quocunq; tempore aditus uel regres-
sus, nec de nouo sibi concedi ualeant ullo modo: & facta eis contra
hoc illorum concessio, seu inuestitura sequuta, uiribus non subsi-
stat. Postremo, omnes pœnas prædictas, illos uel illum, qui præ-
dicta resignatione non facta, contra dominos suos fraudulenter
agentes, uel agens, scienter inuaserint uel inuaserit, diffidatione
quacunq; præiura uel ommissa, uigore præsentis sanctionis incurrere
decernimus ipso facto. Traditum est etiam, Tiberenos adeo ius-
tos fuisse, ut non prius cum hoste congredierentur, quam diem, lo-
cum, & decertandi horam, ex fide per Fecialem hosti renunciarent.

Epilogus cum
reprehensio-
ne bellorũ no-
stri temporis.

Hæc sunt, quæ non alienum uisum est, de cognitione rerum, quæ
bellum antecedunt dicere. Atq; utinam hæc ipsa, & Duces bello-
rum nostri temporis, & Legati, quibus earum rerum cognitio de-
mandatur, diligenter obseruent. Maxime autem, ad illam ueterum
pietatem & iustitiam se conforment, nec bella non solum iniusta,
& minime uel decreta uel indicta: sed clanculum & in angulis, ut-
cunq; passim ex artificum officinis, emercato milite, & exercitu fi-
nes hostium iam occupante, utcunq; denunciata gerant, ac melio-
rem fortasse bella, quam quotidie experimur, & foeliciorum euen-
tum fortirentur. Cæterum de formula & ritu indicendorum bello-
rum postea dicemus.

De

De iurisdictione, quam Legati bellici in ipsa belli administra-
tione, & post bellum confectum, exercent.

Cap. IX.



Am ad eam iurisdictionem uenio, quæ in ipsa admini-
stratione belli, & post confectum bellum exercetur. Cuius generis sunt, militem exercere, à uagationibus co-
hibere, annonas curare, militum querelas audire, in faci-
norosos animaduertere, & similia. Quæ quidem & reliqua, quæ
sunt militaris disciplinæ, custodire in ipsis plerunq; expeditionibus
geruntur. Post bellum autem, Prouinciæ ab incursionibus hostium
custodiuntur, muri reficiuntur, iudices ordinantur, subditi in fidem
uictorum recipiuntur. Quædam ante bellum, in bello, & post bel-
lum fieri possunt, ut militem deligere, fœdera ferre, pacem compo-
nere, & similia. Atq; hæc iurisdictione, in quibusdam ad Senatũ &
Feciales: in quibusdam ad Magistratus militares pertinet. Nam &
militares homines, ius dicendi facultatem habent. Magistratus
militares apud Romanos, alij sub Regibus, alij exactis Regibus
sub populo, alij imperio in Principem translato, sub Principibus
fuerunt. Sub Regibus, Tribunus Celerum fuit magistratus, qui
Equitibus præerat, et ueluti secundum locum à Regibus obtinebat.
Quo munere functus est Iunius Brutus, ille qui author Reges ej-
ciendi fuit: Sub Romulo Præfectus Prætorio fuit, qui militibus co-
hortibusq; Prætorianis præfuit, circa Palatium Regis. Is & in bel-
la prodire solebat, quamobrem & Magister Equitum dictus fuit.

Officia Lega-
torũ in bello.

Post bellum.

l. certi C. de
iur.

Magistratus
militares R.

l. 2. § post ori-
ginẽ ff. de ori-
gine iur.

Tribunus ce-
lerum.

Magister E-
quitum.

Consules exa-
ctis Regibus.

Dictatores
maioris quã
Consules pote-
statis.

Procon-
sules.

Exactis Regibus, Consules à populo creati sunt, apud quos mi-
litie summum ius erat, quod & Duodecim tabulæ testantur his uer-
bis. Regio imperio duo sunt, ijsq; præeundo, iudicando, consulendo,
Prætores, Iudices, Consules appellantur, militie summum ius
habent, nemini parento. Consularem potestatem sequuta fuit,
& ueluti illi superaddita, Dictatura. Is Magistratus seuerus & tre-
mendus erat, speciem quodammodo Regie potestatis præferens,
à quo scilicet ad populum non erat prouocatio, sed qui non am-
plius quam semestre tempus durabat. Nisi forte eam potestatem
adepti, per uim diutius retinissent. Id quod L. Sylla, & Caius Cæ-
sar fecerunt, qui perpetui Dictatores fuerunt. Hic Magistratus
alium sibi eligebat, eandem potestatem habentem, quam sub Re-
gibus habuerat Præfectus Prætorio. Verum eum non Præfectum,
sed Magistrum Equitum appellabat. Aucto deinde imperio
cum ad bella gerenda, obeundasq; prouincias non sufficerent duo
Consules, creati sunt Proconsoles, quibus & iisdem æquè ut Con-
sulibus prouinciæ decernebantur: In quibus plenissimam iurisdic-
tionem habebant. Erant autem certæ prouinciæ quæ Consulibus,

M &

& certæ quæ Proconsulibus decernebantur, & ob id **Consulares** & Proconsulares dictæ. Imperio autem Romano ad Imperatores translato, eandem Consules & Proconsules auctoritatem, quam sub populo habuerant, sub Principibus retinuerunt: Sed & Præfectum Prætorio qualem Reges, & Magistrum Equitum, qualem Dictatores habuerant, Principes sibi elegerunt: eosq; Magistratus, quos sub Regibus unus gerebat, ipsi diuiserunt, ac duo quidem officia duobus mandarunt, ut unus excubias ageret ad tuendam Principis salutem, ac Præfectus Prætorio diceretur. Alter uerè, in prouincijs & ubi opus esset contra hostes imperium gereret, ac Magister militum: tam peditum quam Equitum appellaretur. Nec tamen ob id huiusmodi potestates exæquarunt, quin potius unam alteri longè prætulerunt. Plenissimam siquidem licentiam Præfectis Prætorio dederunt, ad disciplinæ publicæ emendationem: sanè non dissimilem ei, quam sub Dictatore Magistri Equitum habuerant. Propter quod & rectè Aurelius Iureconsultus eum Magistratum, ad similitudinem Magistrorum Equitum Dictatoris, à Principibus electum esse tradit: ut scilicet associati Principali curæ militiæ gratia, quemadmodum Magistri Equitum post Dictatorem, ita ipsi post Principem secundam potestatem gererent. Is Magistratus primum militari disciplinæ præfuit: Deinde eius autoritas etiam ad forenses causas traducta: & postremò in tantum aucta est, ut ab ipsis appellari non posset. Quamquam ex sua sententiâ in integrum restituere, ipsis quidem, non inferioribus iudicibus permissum fuerit. Præterea ipsdem leges condere permissum fuit: Quod & ipsum magnæ auctoritatis argumentum est, quippe quo maxime ad Principis potestatem accedunt. Tantam autem huius Magistratus potestatem fuisse Cassiodorus tradit, ut nulla dignitas ei par fuerit, Sic enim scribit, Potestati Præfecti Prætorio nulla dignitas est æqualis, uice sacra iudicat, nullus ei miles fori autoritate præscribit, excepto Officiali Magistro militum: Curiales etiam uerberat, in officio suo ius retinet singulare, & talibus tantisq; noscitur iubere, quos etiam prouinciarum non audent iudices in qualibet parte contemnere. Militia perfunctis Tributorum & Notariorum tribuit honorem, & milites suos illis exæquat, qui inter proceres mixti, Imperatoris conspectibus obsecundant. Quin & Imperator implet, quod ille constituit, &c. Trajanus cum Præfectum Prætorio cingulo donaret, dignitatis eius insigni, ita ad eum dixisse fertur. Accipito hunc ensen, ut siquidem rectè & è Repub. imperaucro, pro me: sin secus, contra me utaris, author est Plinius in Panegyrico. Hoc insigne hodie gestant Duces Saxoniz, sacri Imperij Archimarscalci. Et sunt, qui non solum eos: sed omnes etiam imperij Electores Principes Præfectorum Prætorio

c. de Præfect. Prætor. lib. 12. ubi Alciatus post Pomponium letum, in libro de Magistratibus.

l. 1. ff. de off. Præfect. Prætor. l. unice c. de sent. Præfect. Prætor.

Quanta olim fuit potestas Præf. Prætor.

l. 1. ff. de off. Præfect. Prætor. l. in causis l. 2. §. si. c. l. Præfecti. ff. de minorib.

l. 2. c. de off. Præfect. Prætor. Orient. Cassiodorus li. 6. nar. Epistol. larum.

Ensis datur Præf. Prætor.

Prætorio ius habere contendant: quod an de iure obtineat definire, altiore inquisitionem requirit. Posterioribus temporibus non solum Magistri militum, sed etiam Præfecti Prætorio in prouincias missi sunt: illi ad tuendos Prouinciales ab incurfione hostium, & ad gerendum contra eos, quoties opus esset, bellum: Hi uerò, ad regendas in uniuersum & gubernandas prouincias. Tales Magistratus habuerunt, sub Diocetiano, Maximino, Valentiniano, Theodosio, Honorio, Arcadio, & alijs Principibus, Oriens, & Illyricum, Aphrica, Gallia, & aliæ prouinciæ. Sub Præfecto Prætorio fuerunt certa officia, Rectores item Præsides, & Iudices, qui Consulares erant certo numero. Præfectus Prætorio Aphricæ 396. uiros per diuersa scrinia, & officia militantes habuit: Consulares autem & Præsides, quinquaginta per singula officia. Magister militum, sub se Duces & Tribunos habuit, milites item tam Pedestres quam Equestres: & tantos, quanti ad tuendam prouinciam ab incurfionibus hostilibus sufficerent. Tribunorum militarium duo genera erant apud ueteres, teste Asconio Pediano. Primum eorum, qui Rufuli dicebantur, qui in exercitu creati solebant: Alij erant Comitati, qui Romæ Comitij designabantur. Inter Magistratus militares etiam Prætores connumerati sunt, non quidem urbani illi & peregrini (quorum illi in urbe, hi inter peregrinos ius reddebant) sed qui exercitui præerant. Nam apud ueteres omnis Magistratus, cui pareret exercitus, Prætor appellabatur. Vnde & Prætorium tabernaculum eius, & in castris porta Prætoria, ut scribit Asconius Pedianus. Solebant & Quæstores prouincias sortiri ex Senatusconsulto, Draso & Porcina Consulibus facto. Hic Magistratus, inquirendæ tantum & conseruandæ pecuniæ causa, creabatur, & Prætori adiunctus erat, quem propter officij societatem parentis loco uenerabatur. Sic & Comites, milite credito, autoritate Principis ad tuendas prouincias mittebantur: Similiter & qui uicem Magistrorum militum peragerent, Et alia insuper officia militaria erant, ut Centuriones, Præfecti castrorum, &c. Quæ non est locus hic omnia enumerare. Atq; hij ferè apud Romanos Magistratus militares fuerunt, per quos & prouincias ab incurfionibus hostium tutati sunt, & bella aduersus hostes gesserunt: quorum aliquos etiam Legatos appellarunt, ut Præsides & Rectores prouinciarum, qui Legati Cæsaris appellati sunt: Item Legati Consulium, Proconsulium, &c. Nam ut prima antiquitate Tribunus Celerum Regi aderat, Prætori Quæstor, Dictatori Magister Equitum, Imperatori Præfectus Prætorio: Sic Consulibus, Proconsulibus, Prætoribus, &c. Legati dabantur: uel præsentibus à Senatu lecti, uel absentes nominati, ut supra dictum est. Atq; horum omnium diuersæ & distinctæ iurisdictiones fue-

l. 1. c. 2. c. de off. Præfect. Prætor. Aphr. l. in criminali c. de iuris. omnium iud. c. de off. Præfect. Prætor. Oriens, et Illyrici. Quæ officia sunt sub Præfect. Prætor.

Duo genera tribunorum militarium.

l. 2. §. cumq; Consules ff. de orig. iuris.

Quæstores.

Cicero lib. 1. in uerrem. l. si. c. de comit. rei milit. lib. 12.

Magistratus militares antiqui.

l. de ordinario

M ij runt,

C. de Prefect. Præto. Orient. & Illyrici. runt, Præfectus Prætorio summam quidem in omnes Prouincia-
C. de iurisd. om- nium iud. les tam iudices quàm priuatos potestatem habuit: In milites autem
l. ff. de accu- sa. l. 1. C. ubi Sen. uel Clar. Saly. in d. l. Ma- gisterie l. fi. C. de re milit. lib. 12. iurisdictionem ita exercuit, ut de communibus tantum, non milita-
l. fin. ff. de accu- sat. Differit Præ- fectus Præto- & Magister militum. Legati Cou- sulum. Conciliū mi- litare. ribus criminibus militum cognosceret: Sed & causas militum tam
Sex officia Magistralium militarium. l. 2. C. de off. Præfect. Præto- rior. Aphr. ciuiles quàm criminales, Ducibus committendi ius habuit. Ma-
l. 1. C. qui mili- ta. post. lib. 12. gister autem militum inter militares uiros, uel militem reum, & pri-
Qui militare non possunt. uatum actorem, tam ciuiliū quàm criminalium quæstionum, au-
l. cura. l. omnes l. pe. & ult. C. qui militare possunt lib. 12. l. 1. C. nego. ne militent lib. 12. diendi facultatem habet: Sed ita ut à cognitione communium cri-
 minum, si sint enormia, & earum causarum, quæ à Præfecto Præ-
 torio Ducibus mandantur, abstineat. Quin etiam de commu-
 nibus criminibus militum cognoscere potest, si sint mediocria, & in
 loco militiæ commissa, atq; à Præside (quod quidem facere tene-
 tur) ad ipsum remissa. Idem de enormibus dicendum est, si sint in
 loco militiæ perpetrata: secus, si locus perpetrati criminis Præside
 subiectus esset. Sunt autem hæ iurisdictiones ita separatae, ut nec
 Præfecto Prætorio in uiros militares magistro militum subiectos,
 nec magistro militum in Prouinciales cognoscere permittatur.
 Quanquam & Consules, Proconsules, Præfecti Prætorio, Magi-
 stri militum, iurisdictionem suam Legatis suis, Ducibus & Comiti-
 bus suis, & hi rursum etiam alijs mandare potuerunt. Inter quos Pri-
 mas tenuerunt Legati Consulium, qui summæ rerum præerant, &
 post Consulium totum administrabant imperium: quorum & hoc
 ius & potestas erat, ut si quando in castris urgentibus hostibus con-
 sulto opus foret, rem ipsi ad Concilium deferrent: ubi Legati le-
 gionum, Primores Centurionum, Quæstores Tribuniq; & præfe-
 cti castrorum, consultantes capita conferabant. Et quicquid opus
 erat facto, communi animo consilioq; decernebant, & demum ut
 erant sententiæ, Legati iudicio imperioq; sanciebant. Porro
 à iurisdictione & potestate horum Magistratum, & Legatorum
 militarium, hæc ferè officia ducuntur. Primum, Consules, Pro-
 consules, & Legati Cæsaris, id est, Præsides & Rectores prouin-
 ciarum, & eorum Legati, & quicumq; militarem iurisdictionem in
 prouincijs exercent: ante omnia curabunt, ut benè expeditum mili-
 tem in prouincia habeant, cuius consilio, uigilijs & laboribus, &
 prouincias tutari: & quoties opus sit, bella aduersus hostes gerere
 possint. Nam ad horum curam spectat milites deligere. Neque
 uerò inter milites recipient eos, qui lege milites esse prohibentur:
 quales sunt Coloni uel Saltuenses, & qui sunt curialis & cohorta-
 lis conditionis, serui, ignominia missi, publico iudicio damnati,
 qui status controuersiam patiuntur, negociatores, & alij. Sed nec
 eos quos probauerunt, nisi à Principe quoq; probati fuerint, reci-
 pere possunt. Ad eandem Tribunorum ac militiæ Præfectorum cu-
 ram pertinet, ut quoties opus fuerit, militum delectum habeant, &
 an

an armis, & cæteris rebus ad militiam necessarijs instructi sint, in-
 quirant. Secundum officium regentis exercitum, non tantum in-
 danda, sed etiam in obseruanda disciplina consistit. Ad hoc igitur
 genus pertinet, quod Iustinianus Imperator, militiæ Præfectis &
 Ducibus in Aphrica imperat, ut milites semper ad exercitationem
 teneant, & non concedant eos deuagari: ut si quando necessitas
 contigerit, possint inimicis resistere. Quod & ad Tribunos refer-
 tur: Nam & hi cum signis proprijs, & mansionibus solitis ac publi-
 cis manere debent. Deinde, ut parcissimè dent commeatum, nec
 ad opus priuatum, piscatum, uenatum, militem mittant. Timen-
 dum est enim (ut Augustus in disciplina sua habet) ne dum hæc mi-
 liti permittuntur, modus in ea re non adhibeatur, qui sit toleran-
 dus. Maxime autem commeatus militibus tempore expeditionis
 dari non debet, quod adeo obseruandum esse Arcadius Impera-
 tor præcipit: ut in Tribunos & alios Magistratus militares, con-
 trarium facientes, capitalem pœnam constituat. Illud etiam ad
 disciplinam militarem pertinet, ne diffuere luxuria exercitum pa-
 tiantur, qui præfunt militiæ. Hannibalis exercitus, quem nullius
 mali uis uicerat, post Cannensem uictoriam, Capuæ nimia bona,
 ac immodicæ uoluptates, nimirum, somnus, uinum, epulæ, scorta,
 balneum, & ocium perdidit: maiusq; id Ducis peccatum apud pe-
 ritos artium militarium habetur (ut inquit Liuius) quàm quod non
 ex Cannensi acie protinus ad urbem Romam duxisset exercitum.
 Illa enim cunctatio, distulisse uictoriam uideri potuit: Hic error, ui-
 res admissæ ad uincendum. Melius igitur militarem discipli-
 nam obseruauit Pub. Cornelius Scipio ille Aphricanus, qui eodem
 tempore, quo castra intrauit, edixit, ut omnia ex his, quæ uoluptatis
 causa comparata erant, auferrentur ac submouerentur. Quo tem-
 pore tradunt maximum institorum, & lixarum numerum, cum
 duobus millibus scortorum abiisse. Idem sequutus Metellus, lixas
 è castris submouit, cibumq; coctum uenalem proponi uentit: in ag-
 mine neminem militum ministerio seruorum, iumentorumq; (ut
 arma sua & alimenta ipsi ferrent) uti passus est. Principum quo-
 que constitutionibus cautum est, ne sit militum immoderatus potus
 & pastus. Quippe cibum illis Buccellatum, panem, lardum, & car-
 nem ueruecinam: potum, uinum, & acetum dandum. Atq; ea ita
 distribuenda esse uoluerunt, ut biduo Buccellatum, uno die panis:
 uno ite: in uinum, altero acetum: uno lardum, & biduo caro uerue-
 cina daretur. Quo sanè loco & copiam uini & lautitias epularum
 militi subtrahendas, ac eos cibos ac potus, quibus uires corporis re-
 ficerentur, non quibus corpora animiq; eneuarentur, dandos es-
 se significatur. Erat enim Buccellatum panis, non quidem ad uo-
 luptatem, sed ad necessitudinem potius coctus. Lucas de Penna
 M iij bis

l. neminem C.

de re militari lib. 12.

l. fi. C. de re mi- litar. lib. 12.

l. 2. § quantos C. de off. Præ- fect. Præto- rior. Aphr.

l. Tribu. C. de re militari.

l. officium §. ff. de re mili- tari.

l. 1. C. de com- meatu lib. 12.

Ne luxuria diffinat exerci- tus.

lib. 3. secundi belli Punici.

val. Max. lib. 2. cap. 2.

l. 1. C. de erog. milit. anno. lib. 12.

Qualis cibus et potus mili- tum olim.

Quid Buccella- tum? panis bis coctus.

bis coctum interpretatur, is erat qui bis in Clibanum ponebatur, ut diligenter coctus diu duraret, ne breui corrumpi posset: à primo autem pane, pondere è quarta saltem parte deficit, ut author est Procopius. Sed nec delicatus potus erat, acetum alternatis diebus uino commutatum. Sed & illa temperantiæ lex est, qua militibus interdicitur, ne supra uirentes fluminum ripas legionum multitudine consistente, milites in flumine nudi, publicos oculos infestent. Illud etiam ad personas Magistratum militarium spectat, ut clauis portarum suscipiant, uigilias interdum circumeant: frumentationibus comilitonum intersint, frumentum probent,

ut nullum fraudem mensuræ coherceant: & quæ sunt eiusdem modii, ad officium eorum qui militiæ præsent pertinet, ut primum ipsi, neq; Prouinciales neq; milites concutiant: Deinde, ut nec à militibus suis quenquam Prouincialium uel molestari, uel damno affici patiantur: Ac de Ducibus ipsis sic habet lex Iustiniani. Si Duce, inquit, uel officia eorum, seu Tribuni usurpauerint Commeatorem de militibus relinquere, aut aliquod lucrum de eorum emolumentis sibi acquirere: hoc non solum in quadruplo iubemus publico rependere, sed etiam dignitate eos priuari. Magis enim debent & Duces & Tribuni supra sibi deputata emolumenta, secundum labores suos de nostra largitate remunerationem sperare, & non de commeatu militum aut eorum stipendijs lucrum sibi acquirere. De militibus autem ita constituit, ut quisquis de militibus ausus fuerit, quancunq; læsionem Tributarijs inferre, periculo Ducis & Tribuni, & digna Principis uindicta afficiatur, & indemnes nostri Tributarij custodiantur. Itaq; maximè curabunt Duces & Tribuni, ut conuentus militum acturi, si quando eos ad certum locum conuocant: militum itus atq; reditus sine dispendio Prouincialium uiuialium fiat. Quod & ipsum Iustiniani lege cautum est. Qua de re apud Casiodorum Theodorici Regis quoq; epistola extat, ad milites Gothos. Illud, inquit, necessariò commonemus, ut uenientium nullus præuenire possit excessus, ne possessorum segetes uastetis, sed sub omni continentia properantes, de custodita disciplina, grata nobis esse uestra occurso possit. Quia igitur exercitiales gratanter subimus expensas, ut ab armatis custodiatur intacta ciuilitas. Ac generaliter constitutum est, ut milites commoda sua, quæ in annorum perceptione adipiscuntur, accipientes, nullis extrinsecus Prouinciales detrimentis afficiant. Quartum officium, ut querelas comilitonum aduersus alios, & aliorum aduersus ipsos, audiunt, ac iustitiam petentibus administrent. Ad hoc genus spectat, ut sportularum nomine, non amplius quàm legibus definitum est, à militibus exigant. Est autem lege cautum, ut miles unum solidum, multitudo autem militum duos solidos, sportularum nomine soluat.

l. 1. de bello Vandalico.
l. 1. c. de re milit. lib. 12.
l. officium Re- genis § fin. ff. de re milit.
l. 2. § quanto C. de off. Praetor. Aphricæ.

l. 1. c. de erog. milit. anno. lib. 12.
l. officium § fi. ff. de re milit. lib. 12.
l. 1. § C. de re milit. lib. 12.
l. 2. C. de off. Praefect. Praetor. Aphri. § ut autem

uat. Quintum, qui iurisdictionem militarem habent, delicta secundum auctoritatis suæ modum castigabunt. Sunt autem poenæ militum, castigatio pecuniaria, multa, munerum interdictio, militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominiosa missio, in insulam deportatio, relegatio, ultimum supplicium. Sextum, Postremo & illud necessarium est, ut pluribus in administranda iurisdictione militari concurrentibus: mutuam ipsi sibi consilium et auxilium impendant, in omnibus concordent, ac opem sibi uicariam ferant: atq; ita negocia gerant, ut in tractatibus multi & diuersi, in sententijs autem coniuncti, & uelut unus aliquis esse uideantur, ut eleganter Amalasintha Senatui urbis Romæ apud Casiodorum scribit. Astra ipsa cœli (inquit) muro reguntur auxilio, & uicario labore participata mundum suis luminibus administrant: Ipsi quoq; homini duplices manus, socias aures, oculos geminos diuina tribuerunt: ut robustius perageretur officium, quod duorum fuerat societate complendum. Optimum quidem est unum negocium expediendum, multis mandari: Nam plura uident (ut dicitur) oculi quàm oculus: Sed necessarium tamen est, multos illos esse in negotio gerendo concordēs. Afronius Burrus, & Anneus Seneca, ambo Consiliarij Neronis, & pari in societate concordēs, diuersa tamen arte ex æquo pollebant: Burrus militaribus curis & seueritate morum: Seneca sapientiæ præceptis, eloquentia, & comitate honesta. Hi (inquam) iuuantes inuicem, lubricam Neronis ætatem, ad omnia uitiorum portenta procliuem: tamen à uoluptatibus inconcessis (quod difficilimum erat) quàm diu simul Principis iuuentæ præfuerunt, retinuerunt. Verum Seneca morte Burri, & auctoritate & potentia apud Principem destitutus, uelut altero duce amoto, nulla amplius arte Principem, quò minus in omnia uitia laberetur, prohibere potuit. Author est Cornelius Tacitus. Tantum in rebus grauioribus ualet, multorum etiam diuersa arte pollutium, non solum consensus: sed in idem etiam consulentium concursus & auxilium. Contra uero, nulla maior pernicies esse poterit in administrandis Rebus publicis, quàm plurimum inter se dissidentium discordia: Dum enim quisq; ad suum tendit consilium, fieri uix potest, ut quod geritur negocium, bonum sortiatur euentum.

De Fœderibus & pace. Caput X.

Nunc ad ea uenio, quæ promiscuè ante bellum, in bello, & post bellum per Legatos geruntur: In quibus pacta fœderum, societatum, & amicitiarum rectè numerantur. Sunt igitur tria genera fœderum, quibus Reges et ciuitates

M iij amicitias

c. de re milit. lib. 12.
l. officium § fi. de re milit. l. desertorem et tot. tit. ff. de re milita.
c. precipimus et c. fi. 90. dist. l. fi. C. de re milit.

Verba Amalasinthe Regine ad Senatum Rom.

Duo Consiliarij Neronis diuerso ingenio.

Lib. 12. Aug. hist.

Tria genera fœderum.

T. Liius lib. 4. belli macedonici. amicitias paciscuntur, ut apud Liiuum referunt Menippus & Hegesianax. Vnum, quod ante bellum initur, cum qui hostes nunquam fuerunt, ad amicitiam sociali foedere iungendam coeunt. Quod genus cum ijs maxime contrahimus, quorum nobis fidei deuinciam esse uolumus: ut uel ab ipsis tuti simus, uel eorum auxilio freti, quoties opus est, bellum contra hostes gerere, uel quod in

Foedus amicitiae dupliciter contrahitur. l. non dubito ff. de capti. nos intentatur, propulsare possimus. Huiusmodi foedus interdum datis acceptisque legibus, interdum nullis neque datis neque acceptis contrahitur. Sine lege iungitur amicitia, quae aequo foedere coitur. Datis acceptisque legibus foedera contrahuntur, quibus conditiones ascribuntur. Cuiusmodi fuerunt, quae Romani cum socijs inire solebant, quoties eos in societatem, amicitiamque suam ita recipiebant, ut etiam in ciuitatem, atque ad aequum secum ius acciperent: aut si ciues esse nollent, in ea etiam fortuna haberent, ut socij etiam sine iure ciuitatis esse possent. Item, quoties excipiebatur, ne quis eorum, cum quibus foedera contrahebantur, in ciuem reciperetur. Qualia fuerunt foedera Germanorum, Insuorum, Heluetiorum, Iapidum: nonnullorum item ex Gallia Barbarorum cum Romanis, ut Cicero testatur. Item, quoties foederi ascribebatur, ut cum alijs etiam pacem facere liceret. Quale fuit quod Romani cum Aetholis ea lege icerunt, ut si Aetholi pacem cum Philippo facerent, id foederi ascriberent. Item, si Populus Ro. foedere iungeretur Regi, ut caueret, ne ius ei bellum inferendi Aetholis socijsque eorum esset. Potest & ita coiri societas & foedus, ut unus in foedere superior sit, alius inferior. Atque id erat, quod in foederibus Romanorum caueri consuevit: ut Foederati maiestatem Populi Ro. comiter

In oratione pro L. Cornelio Balbo. conferuent. Quae uerba eam uim habent (ut inquit Cicero) ut qui hoc promittit, in foedere sit inferior. Nam conferuandi uerbum imperantis est, non precantis. Ideoque cum alterius populi maiestas seruari iubetur, de altero siletur: Certè ille populus in superiore conditione causaque ponitur, cuius maiestas foederis sanctione defenditur. Neque uerò qui tali conditione inferior declaratur, ob id alteri, qui superior est, subditus & non liber esse dicitur. Quemadmodum enim clientes nostros intelligimus liberos esse, etiam si neque auctoritate, neque dignitate, neque omni iure nobis pares sunt: ita eos qui maiestatem nostram comiter conferuare debent, etsi foedere inferiores nobis decernantur, nihilo minus liberos esse intelligendum est. Liberum autem uocamus eum, qui nullius alterius potestati subiectus est: siue is foederatus est, siue non foederatus: Item, siue aequo foedere in amicitiam obuenerit, siue foedere comprehensum est: ut is alterius maiestatem comiter conferuet. Alterum, in ipso bello contrahitur, cum pares bello, aequo foedere aut certis conditionibus, in amicitiam ueniunt: Quod & ipsum interdum illam

l. non dubito ff. de capti. et postli. reuersi.

Quis est aut dicitur liber.

conditionem recipit, ut alter superior sit, alter inferior. Cuius generis fuisse uidetur foedus, quod olim inter Romanos & Albanos factum est. Hi enim utrinque per Legatos rebus repetitis, & bello indicto, cum iam summa ope bellum parassent: & utrinque in aciem educti atque instructi starent, singulari ter geminorum fratrum certamine constituto, foedus his legibus icerunt, ut cuius populi ciues eo certamine uicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret. In hoc genere, interdum res per contentionem repetuntur atque reduntur, ut si quorum bello turbata possessio est, ea aut ex aequo simul, aut ex formula iuris antiqui, aut partis utriusque commodo componantur. Solent & induciae dari in bello, haec sunt, cum in breui & in praesenti tempore conuenit, ne inuicem se lacciant, quae & ipsae quandam pacis speciem habent. Nam induciae (ut apud Gellium inquit Marcus Varro) est pax castrensis paucorum dierum: quod non de uera pace accipiendum est, quae esse bello manente non potest, ut eleganter super Varrone disputat Gellius: alia quoque de iudicijs afferens, ad eandem rem pertinentia. Non sunt igitur induciae pax, sed pacis speciem habent: Vergilius pacem Sequestram appellat.

*Bis senos pepigere dies, et pace Sequestra
Per syluas Teucris mixtumque impune Latini
Errauere iugis, &c.*

Lib. 11. Aeneid.

Pacem Sequestram (inquit Seruius) mediam & temporalem uocant. Nam Sequester, est medius inter duos altercantes: apud quem aliquid ad tempus deponitur. Pacem ergo Sequestram inducias dicit, id est, temporalem & mediam, inter bellum praeteritum & futurum. Sed nec induciae foedus sunt: Nam id in foedere est, ut sit pia & aeterna pax, ut inquit Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo.

Tertium est, quod post bellum cum bello uictis initur. In hoc dantur uictis leges. Vbi enim omnia ei, qui armis plus potest, data sunt, quae ex ijs habet uictor, quibus mulctari eos uult, ipsius ius & arbitrium est. Inter conditiones autem foederum, quae a Romanis cum uictis contrahebantur, haec generales erant: ut uicti imperium maiestatemque Populi Rom. conferuarent sine dolo malo, ne quem exercitum, qui aduersus socios amicosque eorundem duceretur, per fines suos transire sinerent, ne ue ulla ope iuuarent: hostes eosdem haberent quos Populus Rom. armaque in eos ferrent, bellumque pariter gererent, &c. Porro, foederum paciscendorum, amicitiarumque iungendarum ius penes eos est, quibus bella indicendi inferendique potestas permissa est. Apud Romanos ea primum Senatus, Populi Ro. & Fecialium erat. Senatus foedera uel ipse decernebat, uel alijs decernenda mandabat. Solebat autem

Senatus

T. Liius lib. 1. ab urb. cond.

Quid induciae. l. postliminiam induciae ff. de cap. et postli. re.

C. 1. extra de treuga. et pax. ce ubi not.

Lib. 1. noct. att. c. 25.

Pax Sequestra.

Foedera uictis cum uicto post bellum.

Authoritas et ratio habitio foederum apud quos consistat.

Senatus id iuris belli Imperatoribus, & (quos illis ex more adiungebat) Decem Legatis mandare. Populus porro iubebat: Feciales sacra adhibebant. Sed nec fœdera ulla, ab Imperatoribus & Legatis, & religione Fecialium percussa, rata erant: nisi ea, Senatus quoque autoritate, & iussu Populi, confirmata fuissent. Neque enim Populus Ro. sine iussu suo, ulla fœderum religione obligari potuit, ut pulchre tradit Cicero in oratione, quam pro L. Cor. Balbo ha-

Nunc apud
Caesarem con-
sistit.

buît. Deinde imperio à Populo Ro. in Principem translato, omne etiam ius bellorum & fœderum, in ipsum collatum est. Ideoque ut nulla bella nisi Principis autoritate indicuntur: ita nulla fœdera sine autoritate ipsius uel ici, uel ista confirmari possunt: Sed & ipsi Principes fœdera interdum per se: interdum per alios decernunt. Quibus autem, ea ut decernant, mandant, hij plerumque Legati

Bar. & Iason
in l. conuentio-
nem ff. de pact.

sunt, & Magistratus bellici. Belli Duces, qui suo proprioque iure, sed autoritate tamen Principis bella gerunt: eo ipso quod autoritas Principis intercedit, potestatem quoque sancientorum fœderum accepisse intelliguntur. Itaque ut multa alia, ita etiam fœdera amicitiasque pacisci possunt, quæ & publicæ conuentiones appellantur.

Quomodo
Legati & Ca-
pitanei possunt
inire fœdera
cum hostibus

Qui uero Principis & nomine & mandato bella administrant, & si in gerendo bello Principis non solum mandato, sed etiam autoritati nitantur: tamen eo mandato, nisi liberum sit, paciscendorum fœderum potestas minime continetur. Proinde Legati & Capitanei Principis, nullam pacem amicitiamque cum hostibus, neque in bello, neque post bellum: nisi id mandato specialiter contineatur, aut liberum de ea re mandatum acceperint, inire possunt. Atque idem de fœderibus, quæ ante bellum contrahuntur, sentiendum est. Nam & ipsa à Legatis, nisi id mandato specialiter contineatur, fieri non possunt. Sed nec Proceres, ciuitates, populi,

Attendant
hic Principes
& ciuitates
Ro. Imperij.
Arg. l. 1. ff. de
his qui mort.
sibi conserui.

alij uel subditi Imperij, uel inter se, uel cum alijs, sine Principis autoritate fœdera auxiliæque pacisci possunt. Est enim indignum eos, qui Principis potestati subiecti sunt, illo uel inscio uel inuito, ad externa auxilia confugere: nisi à Principe uel absente, uel non defendente, deserantur. Quo casu naturæ quoque lex, illis non solum ex fœdere, sed etiam aliam qualemcumque defensionem (modo iuri non contrariam) permittit.

*De officio Legatorum in paciscendis fœderibus & faciendis
pace. Cap. XI.*

Duo genera-
lia præcepta
circa fœdera
paciscenda.

IN paciscendis autem fœderibus, & concilianda pace, omne Legatorum officium à iustitia proficiscitur, ac duobus potissimum præceptis absoluitur. Alterum ex his est, ut omnia iusta & honesta, nulla turpia fœdera, pacemque componant: Alterum, ut ea ipsa ex fide, & eorum, quorum Legatione

tionem funguntur, utilitate paciscantur. Primum genus, ad conuentiones & pacta fœderum: posterius, ad personas, quarum nomine fœdera contrahuntur, pertinet. Quod igitur ad primum genus pertinet, sciendum est, fœdera à personis, rebus, & conditionibus, honesta, turpia uel denominari. A personis, ut si inter eas personas coeatur fœdus, quæ honeste iungi fœdere amicitiamque possunt, honestum: Sin inter eas fœdus honeste constare non possit, turpe appellatur. Similiter à rebus & conditionibus honestum fœdus dicitur, si hæ iustæ & honestæ sint: sin turpes, ipsum quoque fœdus turpe nominatur. Iam igitur ad primum præceptum redeamus, Eo continetur, ut Legati honesta fœdera contrahant: Quod tum fit, si inter eos, qui fœdus amicitiamque contrahere non prohibentur, honestis de rebus atque conditionibus pacem amicitiamque componant: Id est enim quod iam honestum fœdus appellamus. Contra hoc officium faciunt, qui cum personis, quibus cum nulla honesta societas esse potest, fœdera contrahunt. Quo certe nomine ea fœdera damnantur, quæ à Christianis Catholicis cum hæreticis et schismaticis fiunt. Nam cum eiusmodi personis non solum nullæ amicitiae coiri, sed ne uia etiam communio esse potest: ut cum quibus cibum etiam capere prohibemur, & ne Aue quidem illis dicere debemus.

Quod honestum, quod turpe dicitur fœdus

Cum hæreticis & schismaticis. Catholici fœdera contrahere honeste non possunt.

1. Cor. 5. 2. Ioan. 1.

Deinde in hoc præceptum committunt, qui turpibus de rebus pacem societatemque paciscuntur. Qualia sunt fœdera, quæ inter se latrones de homicidijs perpetrandis: infideles, hæretici, & schismatici, de persequendis Christianis & Catholicis, contrahunt. Sed & qui in fœderibus turpes conditiones dant uel accipiunt, in hoc genere delinquant: ueluti qui inter Catholicos & Hæreticos, pacem his conditionibus faciunt, ut Catholicis cum hæreticis in fide & religione communicent. Quam conditionem à Gothis paci, quam cum Valente inierunt, a scriptam fuisse historiarum tradunt, ut unicuique siue Catholico siue hæretico, quam mallet religionem amplecti, liberum permitteretur. Item, quod à Iouiniano, Valente, Gratiano, & Valentiniano factum esse legimus: ut hæretici Ecclesias earumque bona, quæ per uim occupant, retinere atque administrare possint: ut hæretici in iudicijs ob sacrilegia ne conueniantur: ut exceptio hærescos & excommunicationis, hæreticis in iudicijs obijci ne possit: ut repulsis ablegatisque Catholicis iudicibus, in eorum locum hæretici subrogentur, ut qui bona Ecclesiarum, ab hæreticis per uim recuperant, fractæ publicæ pacis rei habeantur, &c. Secundum præceptum duas res complectitur, fidem Legati & eius qui cum misit, & utilitatem eius cuius nomine fœdus percutitur: Ex fide igitur Legati fœdus ici intelligitur, quod cum personis ac de rebus, de conditionibus item & legibus, quæ mandato continentur, percutitur. Mandato autem continentur, non solum quæ uerbis dicitur

Fœdera turpia.

Zozomenus in Trip. lib. 8. ca. 12.

Theod. in Tripart. lib. 3. ca. 3. et lib. 9. cap. 32.

Socr. in Trip. lib. 7. cap. 4.

Theod. in Tripart. li. 9. cap. 2.

Se-

Fides Legati et utilitas mittentis attendantur.

Panor. in c. 2. fertè exprimentur: sed etiam quæ consuetudo tacitè inesse interpre-
 de preca. Arg. tatur. Vt si ad pacem faciendam missus sit Legatus, & si in manda-
 tex. in l. bene d. to expressum non sit, ut in frangentes pacem pœnam adijcere pos-
 Zenone C. de sit: tamen quia in huiusmodi pacificationum capitulis, solitum est
 qua dic. præf. etiam pœnas in contraueniens adijci, tacitè id Legato manda-
 & ibi Bal. & tum esse intelligitur. In hoc genere delinquent, qui fœdus, quod
 Angel. l. si. & non est mandatum, aut aliter quàm mandatum est, paciscuntur.
 ibi gl. in verb. Sane huiusmodi fuit fœdus, quod Coss. & Præfeci militares Ro.
 sententiam ff. in Saltibus Caudinis cum Samnitibus inierunt, Quippe eius fœde-
 quod cum co. ris faciendi, nullum à Senatu mandatū habuerant: Quanquam
 Is. in l. ciuitas sunt, qui eo nomine Senatum ab obseruatione eius pacis excusent,
 in ff. si cert. quod non fœdere, sed per sponsionem facta fuerit. Talem etiam
 pet. sunt, qui eo nomine Senatum ab obseruatione eius pacis excusent,
 T. Linius lib. quod non fœdere, sed per sponsionem facta fuerit. Talem etiam
 9. ab urb. cond. pacem fuisse tradunt, quam C. Hostilius Mancinus, cum Numan-
 L. Florus lib. tinis fecit: quem Senatus ob id, quod eius componendæ manda-
 55. Epit. tum non habuisset, ratum esse uetuit: Tum Mancinum, quo scelere
 ipsi uiolata fidei soluerentur, Numantinis dedit. Verum sunt, qui
 huiusmodi deditioe crimen uiolati fœderis, à Senatu Romano
 minime expiaturum esse existiment. Quod & à Paulo Orosio non
 Faul. Orosius omnino malis rationibus confirmatur. In fide autem eius, quem
 lib. 5. cap. 5. Legatus pacto fœdere obligat, id continetur: ut ne fidem, quam
 alijs prius obligauit, nouo fœdere paciscendo fallat. Neq; enim fi-
 dem cum alijs prius deuinctam, nouo fœdere liberare potest. Quo
 fit, ut prima fœdera semper secundis præferantur: nisi cum ijs in-
 eantur secunda, quorum personæ alioqui in primis, uel nomina-
 tim uel tacite excipiuntur. Sunt autem in omni fœdere eorum per-
 sonæ exceptæ, quorum potestati subiecti sunt, qui fœdera paciscun-
 tur, ut in fœderibus subditorum, personæ dominorum: In omni fœ-
 dere, personæ Papæ & Imperatoris. Nam cum eorum potestati om-
 nes subiecti sint, merito & in omnibus fœderibus excepti intelli-
 guntur. Maxime itaq; cauebunt Legati, ne quos nouo fœdere ob-
 ligant, eorum prius pacta fœdera rumpant. In quo genere Po-
 pulus Israël peccauit, qui contra fœdus, quod antea cum Domino
 pepigerat, cum alienigenis & infidelibus fœdus percussit: Simili-
 ter, qui cum Baal fœdus fecit, ut esset eis in Deum. Sic & turpia
 sunt, nepharia & impia, omnia fœdera, quæ heretici & schismatici
 contra Summum Pontificem: Romanam & Catholicam Eccle-
 siam paciscuntur. Similiter, quæ à seditionis contra dominos, quo-
 rum potestati subiecti sunt, incuntur. Est & utilitas eius qui fœ-
 dere obligatur, à Legato spectanda. Nam in uniuersum id bona
 fides exigit, ut absentium negocia utiliter gerantur. Debet autem
 in fœdere utilitas cum honestate esse coniuncta. Nam quod fœdus
 honestum non est, & si commodum aliquod ei qui pactus fuerit,
 promittere uideatur: tamen quia ab honestate remotum est, utili-
 tas

tas nulla in eo intelligi potest. Hactenus de officijs Legatorum
 bellicorum, quæ in cognitione rerum bellicarum uersantur, satis
 dictum est. Cæterum quo ritu quibusq; caeremonijs bella indican-
 tur, & fœdera iungantur, posthac, cum de his, quæ in mera execu-
 tione, nudoq; ministerio consistunt, agetur, dicemus.

De officio Legatorum in consultando. Cap. XII.

Hactenus de officijs Legatorum, quæ à iurisdictione du-
 cuntur, diximus. Nunc de his dicemus, quæ ad consulta-
 tionem pertinent, quæ & ipsa in cognitione rerum uer-
 santur, & ad eas etiam res, quæ ad iurisdictionem spe-
 ctant, accommodari possunt. Nam & res sacræ, pacis & belli, in
 consultationem ueniunt. Itaq; iam, quæ sint partes Legati in con-
 sultando, ostendemus. Est autem consilium (ut Cicero definit) Quid consi-
lum.
 aliquid faciendi, uel non faciendi, excogitata ratio. Aristoteles per-
 quisitionem, & ueluti uiam quandam esse definit, mediorem: qui-
 bus commodè ad finem destinatum peruenire, id est, uel id quod
 uolumus, consequi; uel quod nolumus, effugere possimus. Sunt In consilio fi-
nis spectatur
& media.
 igitur duo, quæ in omni consilio spectantur, finis & media. Finis,
 est res quæ deliberanda agendaq; proponitur. Media, sunt uia,
 quibus ad propositum finem peruenitur: & ab utrisq; consilium, si
 honesta fuerint, bonum & honestum: si turpia, ipsum quoq; consi-
 lium malum & turpe appellatur. Est autem bona & honesta Eubulla, bo-
na consulta-
tio.
 consultatio (quam εὐβουλία Græci uocant) ut Aristoteles definit, re-
 ctitudo quædam, qua ad id, quod bonum & honestum est, uia qua
 oportet, ac tempore congruenti consultamus. Ac huiusmodi recti-
 tudo non quidem scientiæ est, quæ rectitudine non eget: ut quæ
 certa est & necessaria, & nulli errori obnoxia. Sed neq; opinionis:
 nam cuius opinatio est, determinatum iam est. Consultationis au-
 tem nulla est determinatio, cum adhuc, de quo consultamus, inqui-
 rimus, incerti quo euenturum sit modo. Est ergo consilij rectitudo,
 consultatio: Nam qui consultat, quærit aliquid, rationemq; subdu-
 cit, quo pacto ad finem à se destinatum facillime & optime, uiaq;
 rectissima peruenire possit. Porro, huiusmodi consilij rectitudo Alia bona,
alia mala est
consultatio.
 circa bonum & malum uersatur. Nam & qui rebus pessimis stu-
 dent, ueluti fures & latrones, incontinentes item & scortatores,
 consultando media inquireunt, quibus id quod affectant conse-
 quantur. Similiter, boni & studiosi, media quarunt, quibus opti-
 me & facillime, ad bonum à se destinatum finem, perducantur.
 Vtriq; rectè consultant, inquirendo media: hi quibus id quod bo-
 num, illi quod malum est, adipiscantur. Fit etiam, ut consultatio ad
 bonum nonnunquam tendat, sed per media non bona. Quæ ta-
 met si rectitudo quædam consilij sit, per quam bonum assequimur:

N tamen

Ad Rom. 3, tamen ipsa consultatio minime bona est, non sunt enim faciendā mala ut bona eueniant: nec prætenu liciti ad illicitum peruenire debemus. Est itaq; bona consultatio, qua honesta media inquirimus ad consequendum id, quod bonum & honestum est: quando, ubi, & quomodo omnino oportet, & ut recta ratio suadet. Contra uerò, mala consultatio, quæ λυοβελία appellatur, quanquam & ipsa, ad consequendum id quod proponitur, idoneis utitur medijs: Tamen cum uel finis ipse malus sit, uel praua media, quæ ad finem perducunt, rectè & ipsam consultationem malam appellamus: qua ad id quod malum est, medijs etiam qualibuscunq; peruenire contendimus. Neq; uerò instituti nostri est, hoc loco consilia docere, quorum Legatum, priusquam Legationem subeat, peritum esse oportet: sed id agimus, ut intelligatur, quomodo Legati in consultationibus uersari debeant: ut nihil non è re & dignitate, tam sua quam eius à quo mittuntur, agere uideantur. Id autem uno hoc officio continetur, ut honesta & bona consilia capiant, turpia & mala euitent. Eius itaq; sunt hæc præcepta. Primum, proposito bono & honesto fine, Legati partes sunt, ut ad conficiendum quod proponitur, bona ipse & honesta media consultando inquirat: Turpia autem, dissuadeat atq; confutet. Veluti si de contro- uersia religionis componenda in Concilium referatur: Hæc & similia media inquirat Legatus, ut abusus in Ecclesia tollantur, & falsa dogmata condemnentur: ut quæ ab Ecclesia, sanctisq; Con- cilijs, & Patribus, condemnata sunt, è medio tollantur, ut eorum au- thores legitimis pœnis percellantur: ut lege caueatur, ne cuiquam peruersorum dogmatum scripta, uel habere, uel legere, uel alijs le- genda proferre liceat. Quin potius, ut ea omnia crementur, flam- maq; combusta pereant: ut nemini liceat ea, quæ semel à Sacrosan- ctis Concilijs & Patribus iudicata ac recte disposita sunt, reuoluere & publicè disputare. Etenim hæc media, non solum honesta & ra- tionis consentanea sunt, sed etiam eiusmodi, quibus olim Constans- tinus, Martianus, Theodosius, alijsq; Catholici Imperatores effecerunt, ut qui à compage corporis uniuersalis & Catholice Ecclesie se separauerant, tandem in unitatem eiusdem corporis coaluerint.

Contra uerò confutabit ea, quibus non pax Catholica concilia- tur, sed perfidia hæreticorum sub specie pacis confirmatur. Cuius- modi sunt quibus olim Constantius, Valens, alijsq; Reges & Im- peratores, Arrianæ hæresis labe infecti, usi sunt: ut unicuiq; quam sequi malit religionem, liberum permetteretur: ut hæreticis pax & securitas promitteretur: ut Ecclesiarum reformatio, bonorum spo- lia, & direptiones, hæreticis & schismaticis permetterentur, Catho- lici Episcopi & Clerici ipsis in prædam darentur, hæretici ad officia publica assumerentur, & si qua sunt huius generis similia: Quæ de prædictis

Ad Rom. 3, tamen ipsa consultatio minime bona est, non sunt enim faciendā mala ut bona eueniant: nec prætenu liciti ad illicitum peruenire debemus. Est itaq; bona consultatio, qua honesta media inquirimus ad consequendum id, quod bonum & honestum est: quando, ubi, & quomodo omnino oportet, & ut recta ratio suadet. Contra uerò, mala consultatio, quæ λυοβελία appellatur, quanquam & ipsa, ad consequendum id quod proponitur, idoneis utitur medijs: Tamen cum uel finis ipse malus sit, uel praua media, quæ ad finem perducunt, rectè & ipsam consultationem malam appellamus: qua ad id quod malum est, medijs etiam qualibuscunq; peruenire contendimus. Neq; uerò instituti nostri est, hoc loco consilia docere, quorum Legatum, priusquam Legationem subeat, peritum esse oportet: sed id agimus, ut intelligatur, quomodo Legati in consultationibus uersari debeant: ut nihil non è re & dignitate, tam sua quam eius à quo mittuntur, agere uideantur. Id autem uno hoc officio continetur, ut honesta & bona consilia capiant, turpia & mala euitent. Eius itaq; sunt hæc præcepta. Primum, proposito bono & honesto fine, Legati partes sunt, ut ad conficiendum quod proponitur, bona ipse & honesta media consultando inquirat: Turpia autem, dissuadeat atq; confutet. Veluti si de contro- uersia religionis componenda in Concilium referatur: Hæc & similia media inquirat Legatus, ut abusus in Ecclesia tollantur, & falsa dogmata condemnentur: ut quæ ab Ecclesia, sanctisq; Con- cilijs, & Patribus, condemnata sunt, è medio tollantur, ut eorum au- thores legitimis pœnis percellantur: ut lege caueatur, ne cuiquam peruersorum dogmatum scripta, uel habere, uel legere, uel alijs le- genda proferre liceat. Quin potius, ut ea omnia crementur, flam- maq; combusta pereant: ut nemini liceat ea, quæ semel à Sacrosan- ctis Concilijs & Patribus iudicata ac recte disposita sunt, reuoluere & publicè disputare. Etenim hæc media, non solum honesta & ra- tionis consentanea sunt, sed etiam eiusmodi, quibus olim Constans- tinus, Martianus, Theodosius, alijsq; Catholici Imperatores effecerunt, ut qui à compage corporis uniuersalis & Catholice Ecclesie se separauerant, tandem in unitatem eiusdem corporis coaluerint.

Quid bona consultatio, et quid mala.

Qualis debet esse consultatio in causa religionis.

Mala de causa religionis consilia.

prædictis Constantio & Valente referuntur in Tripartita, & quæ- sita de Hunerico Rege Vandalorum in Aphrica, referunt Victor & Liberatus Historici. Secundum præceptum: Proposito malo & turpi fine, Legati officium erit, ut non solum media, quæ ad consequendum finem proponuntur: sed ipsum etiam finem, quibus potest melioribus & efficacissimis rationibus impugnet. Veluti si de colloquio cum hæreticis, in causa fidei & Ecclesiasticorum dogma- tum, æquo certamine habendo, referatur: Legatus primum, collo- quium ipsum dissuadebit, His aut similibus rationibus. Non est, in- quiet, de scripturis disputatio permittenda ijs, qui præcili sunt ab Ecclesia, cuius scripturarum possessio est, non hæreticorum. Item; Paulus præcipit hæreticum hominem, post unam aut alteram cor- reptionem uitare: Correptionem, inquit, non disputationem. Item, non proficit congressio scripturarum. Et si enim hæretici de scrip- turis agant: tamen scripturas ad peruersum sensum torquent, Ca- tholicum non admittunt. Quasdam etiam scripturas non recipi- unt, & quas recipiunt, adiectionibus & distractionibus ad dispo- sitionem instituti sui interuertunt: & si recipiunt, non integras re- ciipiunt: & si aliquatenus integras præstant, nihilominus diuersas expositiones commentati conuertunt. Contra uerò, plurimum nocere solent huiusmodi Colloquia & disputationes. Nam mul- tis simplicibus imponunt: scripturas obtundunt, & hac sua auda- cia statim quosdam mouent: in ipso uerò congressu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum scrupulo dimittunt. His et similibus rationibus, quibus Tertull. hæreticos minime ad dispu- tationem scripturarum admittendos esse affirmat: Rectè etiam Le- gatus utetur, qui Colloquiū cum hæreticis incundum dissuadebit. Poterit & illud adijcere, quod apud Casiodoro. in Tripar. dixit Sisi- nius: disputationem non solum schismata non unire, sed etiam hæ- reses ad contentiones maiores adducere. Deinde rationes, qui- bus Colloquium suadetur, confutabit Legatus. Veluti, si dicatur, Colloquium medium illud esse, quo uno hæretici, ab eorum errori- bus ad ueritatem fidei & Ecclesie unitatem reduci possint: Para- tos esse decedere de sententia sua, melioremq; sequi, si id ex scriptu- ris doceantur, Respondet Legatus. Nihil ad docendum hæreti- cos, neq; Colloquia, neq; scripturas proficere, neq; unquam profe- cisse, neq; Colloquium ipsos petere ut doceantur: sed ut alios sedu- cant, doctrinamq; suam latius diffundant, atq; propagent. Quod sub Constantino Magno, Arrius, & qui ipsum sequuti sunt fece- runt: Et tum cum minime uincunt, tum maxime uicisse se gloriari: tum huiusmodi contentionibus nō solum ueteres errores confirma- ri, sed novos etiam inde enasci. Qualis olim Apollinaris fuit, qui hæresim suam ex sola contentione generauit, ut Ruffin. in Ecclesia-

Dissuadenda sunt Colloquia disputatoria cum hæreticis.

Tertullianus de præscrip. hæreti. Ad Titum 3.

Perniciosa huiusmodi Colloquia.

Lib. de præscrip. hereti.

Tripart. lib. 9. cap. 29.

Confutatio rationū, quas præterdū hæretici ut audi- antur per col- loquia.

Lib. 11. cap. 20.

Colloquia cū haereticis non sunt bona ad pacē aut concordiam media. stica hystoria testatur. Postremo, media quoq; & formati propositi finis destruet Legatus. Veluti si in instituendo Colloquio forma proponatur, ut ex utraq; parte boni uiri, ueritatis & pacis studiosi, adhibitis praesidentibus & auscultatoribus certo numero, de controuersia dogmatum, deq; scripturis colloquantur: Legatus dicet. Qui semel ab Ecclesia defecerunt, eos neq; bonos, neq; pacis studiosos, sed seditiosos, a communione hominum, nedum a Colloquio & scripturarum disputatione repellendos esse: sed nec cognitionem & iudicium scripturarum ab alio, quam ab Ecclesia, cui uni scripturarum possessio competit (ut inquit Tertullianus) cuiquam mandari posse. Et ad eundem modum, de alijs quoq; rebus siue sacris, siue prophanis, quae in Concilium referuntur, consultabit Legatus: & ubiq; honestatem sequetur. Quae mala & turpia uidebuntur: siue ad propositum finem, siue ad media, formam, modumq; consultandarum rerum respiciant: omnibus modis declinabit. Neq; uero ab honesto consulendo, comminatione mali euentus deterreri se patitur Legatus. Non enim ex euentu, sed ex proposito eorum, qui consultant: & rebus, quae in consultationem ueniunt, bona mala ue dicitur consultatio. Nam fieri potest, ut consilium, quod optima ratione capitur, contra uoluntatem eius a quo praestatur, cedat: Quod tamen, quia bona intentione suscipitur, bonum & non malum dici, nec ei qui dedit imputari debet. Absit enim, ut ea quae propter bonum & licitum facimus aut habemus, si aliquid praeter nostram uoluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputentur. Nec ob id in ceteris bona consultandi ratio negligenda est: unum siquidem bonum consilium, saepe praestat multis malis: & (ut in prouerbio est) ars uaria uulpi, uerum una Echino maxima. Etenim ut in ceteris rebus, eodem modo in consilijs, ut euentus non spectatur: sic quae consuluntur, neq; laudem neq; uituperationem merentur. Quanquam saepe fit, ut mala etiam consilia, prosperum fortiantur euentum: Quod Atheniensibus olim tributum legimus, quorum leua & inconsiderata consilia, plerumq; in bonum exitum uertebantur. Quod & hodie saepe usu uenire animaduertimus, ut quosdam, quos antea (ut de Atheniensibus Athenaeus scribit) nec praefici conuiuius quisquam tulisset, saepe uideamus belli Duces, fortunatioresq; esse, quam qui sapiunt, beneq; currere (ut in prouerbio dicitur) sed extra uiam: Veruntamen ob id stulta consilia minime laudanda sunt. Et recte apud Herodotum Artabanus ad Xerxem, Bene (inquit) consultare maximum est lucrum: Nam & si quid e contrario euenturum est, nihilominus tamen bene consultum est, superauitq; fortuna consilium. At qui turpiter consultauit, si ei fortuna obsecundauit, ille quidem est uoti compos, nihilominus tamen malum consilium cepit. Et Photion,

Consultatio ab honestate, non ab euentu existimanda est.

e. de occid. diis 23. q. 5.

Mala consilia boni aliquando fortita exitum.

Herod. in Poylymia. lib. 7.

Photion, cum Athenienses rem, aliter quam ipse suaferat, prospere administrassent, in concione laetari quidem se successu eorum, sed consilium tamen suum aliquanto melius fuisse, dixit: nec damnauit quod recte uiderat, quia quod alius male consuluerat bene gesserant: foeliciter hoc existimans, illud sapientius. Plerumq; enim temeritatem casus iuuat, ubi prauo consilio propius aspirat: & quo uehementius noceat, desperatius prodest, Author Valerius Maximus. Lib. 3. cap. 8. Seuerius aliquanto Carthaginenses Duces. Nam bella In commissis uoluntas, non euentus, consideratur. prauo consilio gerentes, etiamsi prospera fortuna subsequuta esset: cruci tamen affigebant, quod bene gesserant deorum immortalium adiutorio: quod male commiserant, ipsorum culpae imputantes. Et licet prosperitas simul utilitasq; consultorum, non ubiq; concordent (quoniam ceptorum euentus Superae sibi uendicant potestates, ut apud Ammianum Marcellinum inquit Iulianus Caesar) Lib. 25. tamen generaliter non in Consilijs tantum, sed in alijs quoq; rebus uoluntas, non euentus spectari debet. Cleanges Philosophus apud Senecam, huiusmodi exemplo utitur. Ad querendum, inquit, Seneca lib. 6. de beneficijs. & accersendum ex Academia Platonem, duos pueros misit: Alter, totam porticum perscrutatus est, alia quoq; loca, in quibus illum inueniri posse sperabat, percurrit, & domum non minus lassus, quam irritus redijt: Alter, apud proximum Circulatorem resedit, & uagus atq; erroneus uernaculis congregatur, & Iudit: transeuntem Platonem, quem non quaesierat, inuenit. Illum (inquit) laudabimus puerum, qui quantum in se erat, quod iussus est, fecit. Hunc foeliciter inertem castigabimus. In oratione pro Rab. Posthum. et in epist. ad Pub. Lentulum. ff. de neg. gest. l. sed an ultro in fine. Quanquam aliud fere uulgo facimus, & (ut Marcus Cicero ait) consilia plerumq; euentis ponderamus: & cui bene quid processerit, multum illum prouidisse: cui seculus, nihil sensisse dicimus. Et apud Accursium Boetius, At uero, inquit, is nostris malis cumulus accedit, quod existimatio plurimum, non rerum merita: sed fortunae tunc spectat euentum, eaq; tum iudicat esse prouisa, quae foelicitas commendauit.

De officio Legatorum in his, quae ad meram executionem pertinent, ac imbi de uarijs caeremonijs & ritibus indicendorum bellorum, ac percutendorum foederum. Cap. XIII.

Post officia Legatorum, quae in cognitione rerum uersantur, de his quae ad executionem, & (ut dicitur) ad nudum ministerium pertinent, dicendum est: Et eorum quaedam ea forma, quam pro industria Legatus sibi facit, expediuntur. Cuiusmodi sunt, gratulari, gratias agere, auxilia petere, census accipere, frumenta & annonam militarem comparare, patrimonium scribere, sepulturam pro corporibus caesorum petere.

N ij (Quod

Vide Bald. in Conf. 98. tertiae partis et in Conf. 67. secundae partis. Executionis diuersa officia.

Lib. 15. cap. 20. (Quod de Legatis Atheniensium scribit Gellius, qui à Macedonibus petiuerunt, ut ossa Euripidis Poëtae, Athenas, in terram illius patriam, permitterent transferri) captiuos pecunia redimere, mentem hostis explorare, & similia. In his etiam numeratur, dona & munera ferre: Quod & ipsum non solum in actu oblationis, sed etiam in decenti quadam forma uerborum consistit, quam Legatus pro industria sua faciet: Idcirco interdum pro mandato sibi dato, expresso, & speciali. Quod Phedria apud Comicum facit, qui Parmenoni seruo mandat, non solum ut munus Thaidi offerat, sed ut ipsum quoque, quoad possit, uerbis exornet. Interdum tacite & sine speciali mandato: Quod Aeneas apud Vergilium facit, qui Oratores suos dona quidem Latino Regi ferre iubet: formam autem & qualiter munus, quibusque uerbis offerant, non praescribit: sed tacite industriae Legatorum relinquit. Idcirco Legati munera non solum offerunt, sed etiam à dignitate eorum laudant & commendant, sic enim aiunt,

Lib. 7. Aeneid.
*Dat tibi praeterea fortuna parua prioris
 Munera, reliquias Troia ex ardente receptas.
 Hoc pater Anchises auro libabat ad aras, &c.*

Execuendi forma, mandata praescripta, aut legibus moribusue recepta. Quaedam non aliam execuendi formam habent, quam quae mandato Legationis praescripta, aut moribus recepta est. Inter ea autem, quae uel moribus uel legibus, certam quandam execuendi formam recipiunt, frequentiora sunt: Ut res ab hostibus repetere, bella indicere, pacem tum dare tum rogare (quae Pacificatoria Legatio à Cicerone uocatur) foedera icere, & si qua sunt similia. Quae quidem secundum praescriptam formam à Legato execuenda erunt, atque haec non magni negotij est, ab his, qui formulas tenent, confici: Sin nulla certa forma erit, Legati pro scientia, industria & uirtute sua, ut ex re, & dignitate sua, & eorum, à quibus missi sunt, forte putabunt, quae mandata fuerint, exequentur.

Officium indicendi belli aut foederis percipiendi. Ac de rebus repetendis, de bellis cognoscendis ac decernendis, de pactis item foederum & societatum, quae in cognoscendo consistunt, supra diximus. Hic, de ea Legatione, quae ad indicenda tantum bella, & icenda foedera pertinet, agemus: quam Cicero denunciationem potius belli, quam Legationem appellandam esse putabat. Est igitur, in indicendis bellis, ferendisque foederibus, Legati officium, ut secundum morem & ritum gentis eius, ex qua mittitur, bellum indicat, foedusque percipiat. Scribit Liuius, Romanis in more fuisse, ut Feclalis hastam ferratam, aut sagmineam praestitam, ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus praefectibus diceret, Quod Populi Priscorum Latinorum, homines uel Prisci Latini, Populo Romano Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod

Quomodo Romani olim bellum Latinis indixerunt.

Populus

Populus Ro. Quiritium bellum cum Priscis Latinis iussit esse: Senatus uel Populi Romani censuit, consensu constituit, ut bellum cum Priscis Latinis fieret. Ob eam rem ego Populusque Romanus, Populo Priscorum Latinorum, hominibusque Priscis Latinis bellum indico facioque. Id ubi dixisset, hastam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab Latinis, repetitae res ac bellum indictum, moremque cum, posterii acceperunt. Haec tenus Liuius. A. Gellius Cincium testem citat, Feclalem Populi Ro. bellum indicentem, telumque in agrum eorum iacentem, his uerbis usum fuisse. Quod Populus Hermundulus, hominibusque Populi Hermunduli, aduersus Populum Romanum bellum fecere, deliquerunt, quodque Populus Romanus, cum Populo Hermundulo, hominibusque Hermundulis bellum iussit. Ob eam rem, ego Populusque Romanus, Populo Hermundulo, hominibusque Hermundulis, bellum indico facioque. Sic igitur indicto bello, ac classico postea personato, sublatis commercijs, militi arma capere, & copias cogere, ad hostes ducere, excursions facere, praedas agere, fines populari, eosque ferro ignique uastare, frumenta succidere, aedificia incendere, atque omnia hostiliter agere licebat. Sed & illud ad rationem indicendorum bellorum pertinebat, ut Iani portae, quemadmodum facta pace clauderentur (Quod Octauius Augustus ter fecit, ut Eutropius & alij scribunt) ita bello indicendo à Consule aperirentur. Quod Poeta eleganter hoc carmine exprimit.

*Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes
 Albanæ coluere sacrum, nunc maxima rerum
 Roma colit, cum prima mouent in praelia Martem
 Siue Getis inferre manu lachrymabile bellum
 Hircanis uel Arabis uel parant, seu tendere ad Indos
 Auroramque sequi, Parthosque reposcere signa
 Sunt geminae belli portae, sic nomine dicunt,
 Religionem sacrae, ut seui formidine Martis
 Centum aerei claudunt uestes, aeternaque ferri
 Robora, nec custos absistit limine Ianus,
 Has ubi certa sedet patribus sententia pugnae,
 Ipse Quirinali trabea cinclus Gabino
 Insignis, reserat stridentia limina Consul,
 Ipse uocat pugnas, sequitur tum caetera pubes,
 Acreaque assensu conspirant cornua rauco
 Hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus
 More iuebatur, &c.*

Fuerunt et aliarum gentium uarij indicendorum bellorum ritus & caeremoniae, alias gentes,

N iij

Ritus indicendi belli apud alias gentes.

Officium Legatorum in offendi donis.

Terent. in Eunuch. Act. 2. Sc. 1.

A. Gellius lib. 16. cap. 4.

Post bellum indictum quid sequebatur.

Iani portae in bello aperiebantur.

Lib. 7. Aeneid.

Druides apud Gallos in magno fuerunt honore.

caeremoniæ. Gallorum mos fuit, ut Druidibus iubentibus, cum bellum indicendum foret, armatum Concilium indicerent: penes quos bellorum & pacis arbitrium erat, & qui nouissimus accederet, nouis exemplorum modis afficeretur, tunc enim principium bellorum esse, & bella legitime indicta putarunt. Druides tamen (ut Cæsar in Sexto Commentariorum scribit) à bello abesse consueverunt, sicut nec tributa unâ cum reliquis soluerunt, militiæ uacationem, aliarumq; rerum immunitatem habuerunt. Fuerunt enim hi apud Gallos magno honore, qui de omnibus ferè, publicis, priuatisq; controuersijs constituerunt. Græcis uerò in usu fuit, ut Feciales, post repetitas res, si ad constitutam diem non darentur, arietem hostium agris statim immitterent, eo modo bellum indictum, & armis uti licere, arbitrati sunt. A Corinthijs & plerisque gentibus per Caduceatorem: à Lacedæmonijs per Præcones bellum indicebatur. Germani per literas baculo infixas: quas per nuncium aliquem aut Præconem & eundem iuuenem, elato baculo hostibus deferri curant: bellum indicere solent. Quem morem Bartholinus Germanus Poëta, his carminibus exprimit,

Lib. 4. Austria dos.

*Mittitur interea iuuenis qui more parentum
Indicat bellum, claregatumq; per urbes
Pergat, & elato baculo fera nunciet arma.*

Ritus ferendi fœdus apud Ro.

Hodie ex constitutione Caroli Quarti, tribus diebus naturalibus, antequam bellum inferatur, fieri debet. Actalis quidem indictio hodie fit. Fuit & certa forma deditiois urbium populorumq; bello à Romanis superatorum, ad hunc ferè modum. Rex interrogauit, Estis ne uos Legati, oratoresq; missi à Populo Collatino, ut uos Populumq; Collatinum dederetis? Sumus. Est ne Populus Collatinus in sua potestate? Est, Deditis ne uos, Populumq; Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, diuina, humanaq; omnia, in meam, Populiq; Romani ditionem? Deditis, Et ego recipio. In fœderibus uerò sancendis, Legati ipsdem ferè sacris & gestaminibus, quibus in repetendis rebus, & bellis indicendis, utebantur. Nam & Fecialium decreto, & Senatus autoritate iussuq; populi, tum etiam capita uerbena coronati hoc munus obibant. Huiusmodi autem morem & ritum sancendorū fœderum, his uerbis describit Liuius. Fecialis (is erat Paterpatratus à Collegio Fecialium factus) Regem ita rogauit, Iubes ne me Rex, cum paterpatrato populi (quem tum nominabat, ut exempli gratia, Albani) fœdus ferire? Iubente Rege, Sagmina, inquit, te exposco, Rex ait, pura tollito. Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit, postea Regem interrogauit. Rex, facis ne tu me Regium nuncium? Populiq; Romani Quiritium uasa comitesq;

tesq; meos: Rex respondet. Quod sine fraude mea, Populiq; Romani Quiritium fiat, facio. Deinde capite capillisq; à Paterpatrato ad iusiurandum patrandum, id est, faciendum factis, fœdus facit, & quibus oportet uerbis peragit. Legibus itaque fœderis recitatis. Audi, inquit, Iuppiter, audi Paterpatratus Populi Albani, Audi tu Populus Albanus, ut illa palam prima postrema ue ex illis tabulis cera ue recitata sunt, sine dolo malo, utiq; ea hic hodie rectissime intellecta sunt: illis legibus Populus Romanus prior non deficiet. Si prior defecerit publico consilio dolo malo: tu illo die Iuppiter Populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoq; magis ferito, quanto magis potes, pollesq;. Vbi id dixit, porcum saxo silice percussit. Nec tamen aliter Feciales, quam Senatusconsulto prius in hæc aut similia uerba facto, ut priuos lapides silicesq;, priuasq; uerbenas secum ferrent, uti Prætor Romanus ijs imperaret, ut fœdus ferirent, sibi illi Prætorum sagmina poscerent, fœdus percusserunt, ut auctor est Liuius, libro Decimo, secundi belli Punici. Atq; hic quidem Romanis ferendorum fœderum mos fuit: Quem & Poëta inter ea, quæ in Clypeo Aeneæ à Vulcano fabrefacto sculpta erant, de fœdere Romanorum & Sabinorum commemorat, his uerbis.

*Post ijdem inter se posito certamine Reges
Armati, Iouis ante aram paterasq; tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.*

Lib. 5. Aeneid.

Vbi & illud animaduertendum est, ueteres in percutiendis fœderibus, pactis sacrificia etiam, & execrationes eius, qui non staret pactis, adhibuisse. Quod & Euripides testatur: Ut coirent iureiurando proci, atq; inter ipsas iungerent dextras, ad hæc adolenda Diui ponerent aris sacra, ac semetipsi astringerent diris ad id caput obli-gantes execrationibus. Vnde natum prouerbium, ut qui fidem non seruarent, ijs neq; fides, neq; ara esse diceretur, Ut in Sparta nos dixit Aristoph. οἱ σὶν οὐτὲ βωμὸς οὐτὲ πῖσις οὐδὲ ἕρκος πύλας, id est, Quis nec ara, nec fides, nec ulla durant fœdera. Alijs uerò gentibus, aliae etiam fœderum amicitiarumq; contrahendarum Cæremoniæ ritusq; fuere. Carthagenenses & Siculi, fœdera & inducias non per Feciales, sed per Tibicinem sæpe iniuerunt. Apud Græcos exterasq; Nationes, quidam porco, ariete, & tauro immolatis, pacis fœdus inire solebant. Cuiusmodi fœdus, inter Græcos & Ariæum, percussum esse, Xenophon testatur. Alij, datis hinc inde lanceis, Deos utriq; suos attestati, fœdus contraxerunt. Quod (eodem Xenophonte teste) Macronis in usu fuit. Alij, agno mari candidi uelleris, agna uerò pulla, adhibitis, atq; ex utriusq; uertice pilis distinctis, & uicissim distributis, manibusq; aqua infusa, & uino pate-

Sacrificia & execrationes circa fœdera.

Eras. Chil. 3. Centuria. 7. prouerb. 31.

Aliæ fœderum ceremoniæ.

Xenoph. lib. 2. de exped. Cy.

Minoris. Xenoph. lib. 4. de exped. Cy. Mimork.

ris,

ris, mox Soli & Telluri illis immolatis, leges pacis & foedera iniue-
 runt. Multi mutuo sanguine gustato, scilicet aut uena faciei per-
 cussa, uino immixto, aut brachijs percussis, quibus humeris conne-
 ctuntur, quod Medis Lydisq; (teste Herodoto) sanctissimum foedus
 uinculum fuit, quasi mutuo cruore sacratum: Aut acina silice
 digitis expunctis, uestisq; utriusq; floccis laneis sanguine, qui inde
 fluxerat, delibutis, septemq; lapidibus delinitis, quod Arabibus in
 usu fuit: Aut calice mero pleno, mutui sanguinis perfuso cruore
 permixto, ac gladijs & sagittis prius perfusis inuicem epotato,
 quod Scythae fecerunt. Ad eundem ferè modum Catilina, po-
 pulares foedere conspirationis suae obligauit. Cum enim eos ad
 iusiurandum scelcris sui adduxisset, humani corporis sanguinem,
 uino permixtum, in pateris circumtulit. Inde cum post execratio-
 nem omnes degustassent, sicuti in solennibus sacris eo tempore fie-
 ri consueuerat, dicitur eis aperuisse consilium suum. Lucianus in
 Toxaride, hunc quoq; morem Scythis fuisse narrat: Ut si quis for-
 te laesus esset, neq; suppeteret ulciscendi facultas, immolato boue,
 carnes minutim sectas coqueret, ipse in tergore humi strato sede-
 ret, manibus in tergum reductis, Idq; maximum supplicandi ge-
 nus apud illos habebatur. Accedebat quicumq; uellet opitulari, &
 carnum portione gustata, dextroq; pede tergori imposito, polli-
 cebatur se pro uiribus auxilio futurum. Atq; hoc foedus apud eos
 sanctissimum habebatur: Vnde natum prouerbium, In tergore bo-
 uis. Alij, manuum pollicibus inuicem coniurantium connexis,
 atq; arcuissimo nodo perstrictis, leuicq; icu collectio sanguine ex-
 puncto, ac deinde gustato (qui mos apud Armenios, & Iberos
 praeualuit) fidem sanctissimam societatemq; confirmarunt. Ac sub
 praetextu huiusmodi foederis contrahendi, Mithridates à Rhada-
 nisto deceptus & proditus fuit. Alij, porrecto uini poculo, de
 manu alterutius sumpto atq; inuicem hausto, aut si poculum de-
 esset, terrae cinere tincto, foedus pacemq; composuerunt. Sunt,
 qui inter uinum & epulas frequenti conuiuio, uxoribus & liberis,
 ceterisq; quos charos haberent, tanquam pignoribus adhibitis,
 inter sacra mensae: uelut inter hospitales Deos, foedera amicitia-
 amq; contraxerunt, idq; Persis maxime placuisse traditur. Qui mos
 & olim à Germanis non alienus fuit, teste Cor. Tacito, qui de pa-
 ce & bello, deq; foederibus, societatibus, amicitijs, sponsalibus, &
 pacis: in conuiujs inter pocula plerumq; decreuerunt. Et Thra-
 ces quoq; & Aegyptij, e cornibus bouum uina bibentes: satis fir-
 mum contracti foederis uinculum esse putabant. Apud Mace-
 dones patrio ritu foedus, quod sanctissimum uellent haberi, sic ini-
 bant, ut panem gladio diuisum uterq; libaret. De Aetholis & Par-
 this traditur, non aliter eos quam apud altaria complexos: dexte-
 ras

Foedus per
mutui san-
guinem.

Salsus, in con-
iur, Catil.

Eras. Chiliadis
3. Cent. 4. pro-
uerr. 99.

Cor. Tacitus
lib. 11. Aug. his-
tor.

Foedera inter
uinum & epu-
las contracta.

Q. Curtius
lib. 8.

ras tanquam Dñs testibus & arbitris, postquam sacra libassent,
 foedera sanxisse. Quod & hac tempestate, maximos & poten-
 tissimos Christianorum Principes factitasse compertum est, qui
 Sacrosanctae Eucharistiae communionem, foedus contractum con-
 firmarunt: nullum neque sanctius neque certius amicitiae pignus,
 quam eum, qui est omnis pacis author et conseruator, adhiberi tam
 sancto pacis operi posse, existimantes. Verum id tum demum lo-
 cum habet, si Principes Christiani inter se foedus percutiant. Neq;
 enim decet, ut foedere cum infidelibus contracto, Sacrosanctum il-
 lud diuini mysterij arcanum, pro uinculo adhibeatur, ac sub pro-
 phanorum oculos proferatur: quod omnium maxime ab ipsis ab-
 sconditum esse oportet. Quod optimis rationibus comprobat Gre-
 gorius Sanicæus, qui Vladislao Vngariae Regi suadet, ne quod
 Turci ab eo exigebant, in confirmandis pacis conditionibus: pro-
 lata in medium Eucharistia iuraret, ut Pub. Callimachus testatur.

Lib. 2. de clade
Varnens.

De matrimonijs & sponsalibus, quae per Legatos contrahun-
 tur. Cap. XIII.



Etustissimi omnium Gentium moris est, ut Sponsalia &
 Matrimonia per Legatos petantur, atq; contrahantur. Quem non solum Patres in ueteri Testamento obser-
 uarunt, ut de Abraam & alijs Patriarchis, Sacrae literae Gen. 24.
 testantur: sed etiam Gentes custodierunt. Quod inter multa, uel
 uno illo Romuli exemplo probatur. Quem historiae tradunt, cum
 res Romana iam ita ualida esset, ut cuiuslibet uicinarum ciuitatum
 bello par esset: sed propter penuriam mulierum, nec domi spes
 prolis, nec cum finitimis connubia essent. Tum ex consilio Patrum
 ipsum Legatos circa uicinas Gentes misisse, qui societatem connu-
 biumq; nouo populo peterent. Et quoniam nec nomen illis, nec
 uirtus, nec opus essent defutura, ne grauarietur homines, cum ho-
 minibus sanguinem ac genus miscere, &c. Atq; hic sane mos, sub-
 inde tam sacris quam prophanis legibus confirmatus est. Iam igitur
 & in tali Legatione, nudum tantum ministerium interponitur.
 Idq; uel certa aliqua forma, siue iuris, siue ea, quae in mandato Le-
 gatorum expressa fuerit: Vel si nulla certa forma mandato conti-
 neatur, ad eum modum, quem ipsi sibi pro prudentia & industria
 sua, seruandum esse decreuerint. In Sponsalibus contrahendis,
 ea erit forma iuris. Promitto tibi de mandato N. domini mei, & no-
 mine eiusdem, quod ipse ducet te in uxorem, & in animam suam
 iuro. Et rursus Puella respondet. Promitto tibi nomine domini tui
 recipienti, & ei per te, quod ego accipiam eum in uirum. Matrimo-
 nium uero, per haec uerba de praesenti per Legatum contrahitur.
 ad hunc modum. Dominus meus, N. mandat mihi, quod ipse per
 me,

T. Linius lib.
1. ab urb. cond.

Forma con-
trahendi Ma-
trimonijs per
Legatos.

Hof. in summa
de sponsalib. §
qualiter con-
trahatur post
principium. Do-
mi. & Phil. in
c. si de procu-
lib. 6.

me, siue me mediante, & tibi renunciante, accipit te in uxorem suam, & consentit in te ut in uxorem suam. Et puella respondet. Et ego te mediante, N. dominum tuum accipio in meum maritum, & in ipsum consentio tanquam in maritum meum. Et ad hunc modum Seruus & Legatus Abrae, filio eius Rebeccam uxorem duxit. Similiter Legati Dauid, mortuo Nabal, relictam ipsius Abigail, Regi & domino suo uxorem petierunt. Et ad eundem modum hodie quoque Principes plerumque per Legatos Sponsalia & matrimonia contrahere solent. Quemadmodum Maximilianus Imperator, per Legatos uxorem duxit Ducissam Britonum, eam, quam deinde Carolus Rex Franciae, repudiata Margaretha Maximiliani filia, quam antea desponsauerat, per uim rapuit. Modum autem pro industria sua sibi fingunt Legati, quoties ad Sponsalia uel matrimonia contrahenda, ueluti uiam praeparantur: formam, aetatem, mores uel puellae, cuius nuptias ambiunt, con-templantur: Genus item, diuitias, aliaque id genus explorant. Quod Aurelianus Clodouei Regis Francorum ad Crotildem puellam, Regis Burgundionum ex fratre neptem, Legatus fecit. Is enim cum tutum aditum cum muneribus & mandatis Regis, ad puellam habere non posset, habitum mendici indutus ad Ecclesiam, quam puellam ingressuram sciebat, properat: ac pro foribus inter ceteros mendicos stans, egressum puellae operiebatur. Eam igitur egredientem, ac iam pauperibus elemosynam largituram, accedit Aurelianus, quasi & ipse stipem accepturus, ac porrigentem ei aureum, puellam apprehendit, ac manum eius superinducto pallio nudam ori suo osculaturus admouit, per hanc occasionem sperans se a puella accersitum iri, Quod & factum est. Mox enim, ut domum redijt puella, ancillam misit, quae ad se mendicum adduceret. Itaque adductus Aurelianus, cum a puella temeritatis argueretur, ut qui elemosynam accepturus, non erubuisset nudam ipsius manum osculari: Per huiusmodi occasionem, mandatum Regis sui eidem exposuit, Coniugem eam Regi suo petens, simul & anulum ei & cetera ornamenta sponsalia obtulit, atque hoc modo cum ea, nomine Regis sui sponsalia contraxit. Iam & uxores & Sponsa, per Legatos repetuntur. Quemadmodum Dauid Legatos ad Isoboseth filium Saulis misit, ut uxorem suam Michol ei redderet. Ceterum ad contrahenda sponsalia uel matrimonium, per procuratorem uel Legatum, requiritur speciale mandatum, in quo & certa persona exprimatur. Nam plurimum interest, tam mandantis quam eorum, inter quos matrimonium uel sponsalia contrahuntur, ne electio personarum arbitrio Legati relinquatur: tum quia matrimonij causa, magni momenti est, & in qua magnum periculum uertitur: tum quia natura matrimonij exigat, ut personae,

Legatus A-
brae pro u-
xore filij sui.
Gen. cap. 24.

1. Reg. 25.

Naucletus no-
lu. 2. gene. 50.
Chro.

Industria Le-
gatorum in ex-
plorando sin-
gula.

Amonius de
histo. Francoru
1. 1. cap. 13.

2. Reg. 3.

Bar. in l. filius
familias ff. de
donatione.
Glo. in c. Nec
illud 30. q. 5.

personae, inter quas sponsalia uel matrimonium contrahitur, sint sibi inuicem uel fama, uel alio modo nota. Nam quomodo amor, odium, adeoque consensus, inter ignotos esse poterit: quorum in primis ratio in matrimonio & sponsalibus haberi debet. Illud etiam nudi ministerij est, quod ipsdem Legatis pronubis deman- dari solet: ut munera tam sponsae, quam ipsius amicis & propin- quis offerant. In qua re, ea industria in Legato exigitur, ut quae of- fert dona, commendatione ipsius donantis, reddat acceptiora. Nam, si in uniuersum munera tum gratiora sunt, cum uerbis quam aptissimis ornata offeruntur: Quanto magis sponsae commenda- ri debent, ut quibus id maxime agitur: ut inter accipientem, & eum qui donat, perennis amor concilietur, perpetuoque uinculo conglu- tinetur atque stabilietur? Nec noua est haec nuptis dona per Lega- tos offerendi consuetudo. Nam & Legatus Abrahæ, ad Bathue- lem patrem Rebeccae missus, primum quidem Rebeccae in aures au- reas, appendentes siclos duos, & armillas totidem pondi siclorum decem: uasa item argentea & aurea, ac uestes pro munere dedit: tum fratribus quoque & matri eius dona obtulit. Solet & sponsis anu- lus dari, qui arra magis est, & testimonium matrimonij, uel spon- saliorum contractuum, quam donum: Ut si uerba de praesenti mu- tui consensus accedant, matrimonium: si uerba de futuro, sponsalia designet. Sola autem anuli traditio, non accedentibus etiam uerbis contractum ipsum denotantibus, non probat ipsum contractum: nisi usu & consuetudine receptum sit, ut in contrahendo matrimo- nio uel sponsalibus, anulus cum certa quadam solennitate immittatur. Quo casu si anulus cum ea solennitate sponsae traditus fue- rit, matrimonium ipsum uel sponsalia satis constare uidebuntur. Romanis in more fuit, ut sponsae ferreus anulus mitteretur, isque sine gemma, ut scribit Plinius. Hodie aurei dantur, & ipsdem plerumque inclusae gemmae exquisiti fulgoris: Sed & digito a mini- mo proximo sinistrae manus, quem ob id anularem uocant, im- ducitur. Cuius rei causam Gellius, ex libris Aegyptiacis Appionis hanc dicit. Quod insectis apertisque humanis corporibus (ut mos in Aegypto fuit) quas Graeci *δυναμίδες* appellant, repertum est: neruum quendam tenuissimum, ab eo uno digito (de quo diximus) ad cor- hominis pergere ac peruenire: Propterea non in scitum uisum esse, eum potissimum digitum, tali honore decorandum, qui continens & quasi connexus esse cum principatu cordis uideretur. Qui spon- sae etiam digito, quem dixi, ob id immitti dicitur, quod pro- pter huiusmodi ipsius cum corde connexionem,

mutuum inter coniuges amorem
significet.

O Quo

Industria Le-
gatorum in offe-
rendis sponsae
& eius propin-
quis muneribus.

Qualia Lega-
tus Abrahæ
munera obtu-
lit.
Gene. 24.

Anulus Arra
potius quæ do-
num est.
Glo. et Panor.
in c. si de spon-
salibus.

Lib. 33. c. 1.
Panor. in d.
c. si.

Cur Anulus
digito, qui mi-
nimo proxi-
mus est, im-
mittitur.
A. Gellius lib.
10. cap. 10.

Quo ordine & processu, Legationes ritè administrantur.

Cap. XV.



Actenus de officijs Legatorum dictum est, quæ à persona & rebus sumuntur: Superest ut de ijs officijs dicamus, quæ ab ordine ducuntur. Est autem ordo compositio rerum, aptis & accommodatis locis. Locus oportunitatem temporis comprehendit, quam occasionem uocamus: quam tantum momenti in rebus agendis habet, ut ea neglecta, omnia nostra consilia actionesq; irritentur. Ordine igitur administrari

Legationes dicuntur, cum unaquæq; res suo loco & tempore geritur. Nam præterquam quod Legationes citò & in tempore faciendas esse, uel una Albanorum apud Tullum Regem Legatorum cunctatione, aut socordia potius & segnitia admonemur, vide supra li. 2. cap. 10. Omnia etiam certo ordine & ueluti per gradus agenda sunt. Nam

generaliter in administrationibus Legationum, quædam in principio fiunt, quædam in medio, quædam in fine aguntur. In principio, mandatorum decreta ostenduntur: Conuocationes fiunt eorum, inter quos utrinque mandata negocia geruntur. In medio, mandata exponuntur & conficiuntur. In fine, responsa accipiuntur, decreta & sententiæ promulgantur. Idem quoq; ordo specialiter in cognitione & executione rerum, quæ ad Legationem pertinent, seruatur. Ab ordine igitur hæc præcepta ducuntur.

Primum in his Legationibus, quæ cum iurisdictione mandantur, Quomodo se gerat Legati, quibus compete iurisdictione. siquidem ad uniuersitatem causarum mandata sit iurisdictione (quales hodie sunt Legatorum Pontificis, & olim fuerunt mandata Proconsulum in prouincijs) Legati in principio, antequam fines l. obseruare ff. de off. Procons. & Legat. decretæ sibi prouinciæ ingressi sunt, edictum debent de aduentu suo locorum Principibus mittere, continens commendationem aliquam sui. Olim excusationem etiam continebant, ne Prouinciales publicè uel priuatim Proconsuli & Legatis occurrerent. Postea autem ex more obseruatum est, ut Legati Pontificis à Sacerdotibus & Clero ciuitatum, quas ingrediuntur, exciperentur: quod è dignitate est, non solum eorum qui excipiuntur, sed etiam qui excipiunt. Est enim congruens, ut unusquisq; in patria sua eos excipiat. Deinde conuocatis à se locorum Magistratibus, uel Ecclesiasticis, uel sæcularibus (ut qualitas Legationis postulabit) decreta mandatorum suorum publicabunt. Nam hoc modo nemo erit, qui eximere se à iurisdictione Legati ob ignorantiam possit. Postremo in cognoscendis rebus siue uoluntariæ, siue contentiosæ iurisdictionis, ordine iuris (ut uniuscuiusq; causæ natura postulabit) seruato, quod iuris est agent, decernent, atq; pronuntiabunt.

Secundum præceptum. Quibus uero certorum negociorum iurisdictione mandata est, specul. in tit. de leg. Super est uers. quid sit de Legat. Quales sunt, qui ad disceptandas controuersias

mittuntur, curabunt primum, ut conuocatis litigatoribus, quibus certorum

bus inter se disceptatio est, sub eorum aduentum in loco disceptationi destinato Concilium indicant, causasq; suas agendi defendendiq; potestatem faciant. Deinde causa eo ordine, quem ius naturale & gentium exigit, cognita: controuersias de bono & æquo, & ut bonus uir arbitrabitur, dirimant. Quorundam cognitionem (si natura & qualitas causarum id postulare uidebitur, aut, si eorum id mandatis contineatur) eis, à quibus missi sunt, referuabunt. In quibusdam formulam iuris constituent, id est, ad legitimos & competentes Iudices (ut dici solet) remittent: Quasdam medio responso suspendent. Hanc disceptandi formulam Legati Romani à Senatu ad disceptandas controuersias, inter Malsinissam Numidarum Regem & Carthaginenses: inter Philippum item Regem, Thessalos, Perrhæbios, & Athamannes, missi seruarunt. T. Linius lib. 9. et 10 de bell. Maced. & Asia. Quæ nec processui, quem hodie in huiusmodi disceptationibus seruare solemus, absimilis est: ac proinde eo exemplo non solum cæteras quoq; controuersias, eodem modo apud ueteres disceptatas fuisse, sed etiam hodie, obseruari à nobis posse, docemur. Tertium præceptum. Sed & id cauebunt legitimi Iudices, disceptatores, & quicumq; controuersiarum causas cognoscunt: ut in cognoscendo, neq; excandescant aduersus eos, quos malam causam habere putant, nec precibus calamitosorum illachryment. Sed nec uultu, dictis, factis, alijs uel gestibus, animi motum detegant. Id enim non est constantis & recti Iudicis: propter quod & a litigatoribus ut suspectus merito recusari potest. Quapropter Appius Claudius, Romanæ Legationis, ad disceptandum controuersias inter Achæos & Lacedæmonios missæ Princeps, ab Achæorum Prætoře Lycorta, eo nomine recusatur, quod idem, apud quem causa dicenda foret, antea accusatorem se Achæorum ostenderat. l. obseruandum ff. de off. Prætor.

Est & in consultationibus certus ordo seruandus. Sunt autem consultationes, quædam publicæ, quædam priuatæ. Publicæ in Concilijs fiunt. Concilia conuentus uoco eorum, qui negocia publica deliberant. Conciliorum duo genera sunt, Ecclesiastica & prophana: & utraq; uniuersalia & particularia. Concilia generalia sunt, quæ à Principe ditioni suæ subiectis ordinibus & statibus indicuntur, quæ & indictiua appellantur, quia nec loco nec tempore stata sunt: Vt Concilia uniuersalia Catholicæ Ecclesiæ, Comititia & conuentus uniuersales Imperij Ro. Item, Synodi Prouinciales Archiepiscoporum, Synodi Episcopales. Conuentus, quos nostri Principes ordinibus & statibus ditioni suæ subiectis indicunt, quos hodie Dietas prouinciales, Landtag appellant. Tales conuentus olim Consules, Proconsules, Prætores, & cæteri Magistratus in prouincijs peregerunt, Vt Cæsar in Gallia, & in Italia, sicut ipse de

Exempla uni se testatur. T. Quintius lecto Senatusconsulto, quo bellum aduersus Nabin Lacedæmonium decretum fuerat, conuentum Corinthum omnium sociarum ciuitatum, Legationibus in diem certam

T. Linius lib. 4. de bell. Maced. & Aflat.

edixit. Idem cum Decem Legatis, bello superato Philippo, conuentum gentium & ciuitatum peregit. Sic & alij in alijs prouincijs similes conuentus habuerunt. Particulares conuentus sunt, Concilia ciuitatum, collegiorum, & aliarum communitatum. Iam igitur qui ad conuentus generales, de negocijs publicis consultandis indictos, per se uenire non possunt, Legatos cum mandatis mittere solent. De quorū officio, & quem ordinem & processum, in consultationibus seruare debeant, nunc dicendum est. Est igitur

Vt Legati in conuentibus nihil remittant de iure et prerogatiua eorum, a quibus mittuntur.

Quartum præceptū. Legati, ubi iam ad locum Concilio indictum uentum est, de aduentu suo, eum qui Concilio præsidet, certiolem facient, eidemq; aut illius Cancellario, mandatorum suorum literas præsentabunt. Deinde Concilio indicto, ad quoscunq; illius actus uocati, diligenter uenient: ac primum omnium curabunt, ut in cundo, sedendo, dicendis sententijs, de iure & prerogatiua eorum, quorū Legatione funguntur, nihil remittant: sed ijs, quantum leges permittunt, loco dominorū suorum utantur, nec a quoquam

In loquendo illis se destitui patiantur. Quomodo se gerat Legati in Concilio.

Quintum præceptum. Quod autem ad consultandi formā modumq; pertinet, In publicis sessionibus Legatus, aut si unius Legationis multi sint, illorum Princeps, non nisi rogatus, sententiā suam suorumq; collegarum dicet: nec alia dicet, quam quæ iusta sunt & honesta, mandatisq; suis consentanea. Sed & uerba sua ita moderabitur, ne quisquam eorum, qui communi Concilio interest, his ipsis offendatur, aut aliud quam quod ad propositum negociū pertineat, a se dictum uideatur. Quod hi demum, qui consiliorum periti ac prudentes, tum eloquentia & ijs (quas supra dixi) uirtutibus præditi fuerint, facile præstabunt. Sextum præceptū. In omni autem Legatione illud etiam proderit, ut Legati priusquam ad consiliū publicum ueniant, aliorum animum atq; sententiam seorsim explorent, quo commodius ipsi certiusq; suam

Conciliorum acta conscribere.

quoq; dicere possint. Septimum præceptū. Postremo, omnium Conciliorū acta atq; decreta diligenter conscribant, ut ea integra bonaq; fide eis, quorum Legatione funguntur, renunciare possint. Alia autem, quæ ad rationem Conciliorū publicorum pertinent, in eo libro, qui a nobis de publicis Concilijs scriptus est, fusius explicata sunt. Octauum præceptū. In his autem negocijs, quæ ad eorum, quæ prius deliberata sunt, executionē pertinent: Qualia sunt, pacem petere, gratulari, gratias agere, dona offerre, &c. Principio Legati et aduentū suum, & a quo missi sunt, ei, ad quē missi sunt, indicare, et ut Conciliū eis audientia ue detur, petere debēt. Deinde data audientia, primū literas Credentiæ præsentabunt. Deinde facta

Ordo agendi in alijs negocijs extra conuersiones.

Literæ Credentiæ.

dicendi

dicendi facultate, quæ in mandatis habent, & uerbis & gestibus, & factis, ut negocij mandati qualitas exigere uidebitur, exponent, gerent, atq; conficient. Et in primis dona, si qua offerenda acciperunt, idoneis uerbis ornata offerent: atq; in his omnibus maxime cauebunt, ne quid contra morem & consuetudinem eorum, quibus cum agunt, committant. Mandatorum autem decreta siue instructiones non exhibebunt, nisi id mandatis uel expressis uel occultis contineatur, aut sua ipsius uel, a quo missi sunt, ea exhiberi, interesse putabunt. Nonum præceptum, Curabunt etiam Legati, ut pluribus secum alijsq; super una re concurrentibus Legationibus, hi primum dicant: quorum oratione suam causam uelut præparari & confirmari putabunt. Sin uero earum aliquas sibi aduersarias fore suspicabuntur, dabunt operam, ut ipsi primi audiantur, ut sic aduersariorum in se argumenta præoccupando confutare possint. His cautionibus & ueteres usos fuisse traditum est. Nam in Concilio Ætholorum Macedonibus pacem Romanis uero bellum oraturis: Atheniensibus autem Legatis iniurias, crudelitatem, & sauitiam in se Philippi Regis deploraturis: Romanus Legatus facile concessit, iussitq; ut Athenienses primi dicerent, sperans hoc modo, Ætholorum animos & ad audiendum & ad conficiendum quod oraturus ipse erat, præparatum iri. Contra Eumenes Rex, quoniam Rhodiorum Legatos quædam postulatueros, quæ damno sibi essent futura, uidebat: & tamen quasi ad se non pertinerent dissimulatueros, primus causam suam orauit, ac quæ in se a Rhodijs dici posse suspicabatur, præoccupauit. Decimum præceptum, Sed nec mandata ab ijs, ad quos mittuntur Legati, accipient: si inimici sint, aut ijs quæ petuntur non obtemperauerint. Neq; enim suspicione caret, qui studet duobus dominis, quibus inter se non conuenit, seruire. Atq; hoc nomine Cicero Legatos ad Antonium missos, repræhendit: quod eius, qui Senatui parere dedignatus fuisset, mandata ad Senatum suscepissent. Sin uero amici sint ad quos mittuntur Legati, qui postulata fecerint, nihil prohibet eos ab ipsis quoq; mandata suscipere. Atq; hac ratione Latinus non ueritus fuit Legatis Æneæ, postquam eorum postulatis annuerat, dicere,

Dona.

Instructio- nes.

Cautela circa præoccupaciones.

T. Linius lib. 4. de bell. Maced. & Aflat.

Ne mandata accipiant ab inimicis.

Cicero Philipp. 8.

Verg. lib. 7. Æneid.

Vos contra Regi me a nunc mandata referte.

Est mihi nata, &c.

Vndecimum præceptū. Quæ autem responsa illis dabuntur, ea, si bona & expedita fuerint, accipient, ac pro his gratias agent. Duriora autem, grauiora & dubia, non reprehendent facile. Nonnunquam & nullo responso reddito domum regredientur. Imperiosa responsa, si se non resistere posse intelligent, laudabunt etiam, sed omnia hæc ad consilium eorum, qui eos miserunt, referent. Quæ Ætholorum Legati, alijsq; multi sæpe obseruarunt.

D. BRVNI DE LEGATIONIBVS, LIBER QVARTVS.

DE PRIVILEGIIS ET IMMVNITATIBVS

Legatorum.

De iure non uiolendorum Legatorum.

Cap. I.

Cur Legatis data sunt privilegia.



l. sciendum § ordine ff. de leg. tex. iust. gl. Et Bar. in l. si quis C. de De curio. lib. 10. Anton. Corseti in singul. in uerb. ambasta- tor gl. in l. ho- nor § 1. ff. de mu. et hono- rib.

M. Cicero in Verrem lib. 3. Iosephus lib. 15. cap. 6. Egesippus lib. 1. cap. 12.

Plinius lib. 22. cap. 11. et 9. et lib. 25. ca. 9.

l. sanctum ff. de rerum diuisio.

Voniam autem Legatorum non solum magna apud omnes gentes & honorabilis dignitas est, sed usq; adeo etiam in omni Repub. necessarium officium: ut nulla rerum administrandarum sine Legationibus perfecta ratio constare possit. Vnde & in muneribus publicis numeratur Legatio, quam inuiti etiam publicæ necessitatis causa subire coguntur. Idcirco multa in eos à iure privilegia, immunitates, aliq; beneficia, collata sunt. Quæ quoniam & ipsa ad personas Legatorum pertinent, recto iam ordine de ijs ipsis dicemus. Ac primum quidem sanctissimum est ius Legatorum, ut neq; inter hostes reputari, neque à quoquam uiolari debeant. Hoc ius non hominum tantum præsidio, sed etiam diuino iure uallatum est, ut inquit Cicero. Quod & Herodes apud Iosephum in antiquitatibus, de Legatis Iudæorum ab Arcadibus occisis, loquens confirmat. Quod, inquit, uidetur iniustissimum apud Græcos & Barbaros: Hoc, si dici fas est, in nostros Legatos cognoscitur perpetratum. Græci siquidem sacros & inuiolatos dicunt eos esse: Nos autem optimum & beatum decretum, in lege à Deo didicimus. Hij nanc; & hominibus Deum placent, & aduersarios hostibus reconciliant. Qualis itaq; iniquitas posset peior agi, quam si Legati, qui pro iustitia loquuntur, intereant: Ideoq; Legati apud Romanos cum ad hostes clarigatumq; mitterentur, uerbena coronari solebant, ex quibus unus Verbenarius uocabatur. Quam herbam sagmina uocant, alij etiam peristereon, nostri uerbenacam: aliqui Hierobotanen uocant, id est, sacram herbam. Nam hac Iouis mensa uerebatur: Domus purgabatur, iustrabanturq;: quam ex loco sacro, hoc est, ex arce Capitolij cum sua terra euulsam, ideo Legati ad fœdus faciendum bellum ue indicendum proficiscentes ferebant, ne quis eos tanquam sanctos uiolare auderet. Quod Martianus Iureconsultus testatur his uerbis: Sanctum, inquit, est, quod ab iniuria hominum defensum atq; munitum est: Sanctum autem dictum est à sagminibus.

gminibus. Sunt autem sagmina, quædam herbæ, quas Legati Populi Romani ferre solebant, ne quis eos uiolaret, sicut Legati Græcorum ferunt ea, quæ uocantur Cericia, Latinis Caducea dicuntur, teste Budæo. Cerix siquidem Caduceator est. Plinius scribit Legatis, qui ad exterarum gentes ituri essent, etiam aureos anulos publice datos esse. Ea ratione, qui exterorum honoratissimi intelligerentur, ac tanto maiore honore afficerentur, nedum nulla iniuria afficerentur: sed nec iisdem nisi in publico, intra domos uero ferreis utebantur. Itaq; Legati etiam hostium, Iuregentium liberi esse debent. Inter arma siquidem hostilia, sola Legatio pacis sequestrata est, ut apud Egesippum inquit Herodes. Quod apud ueteres tam sanctè seruatum est, ut etiam in Legatione fraudulenter uersati, tamen ut liberi Iuregentium, & incolumes dimissi sint. Ita Tarquiniorum Legati à Regibus suis, bona repetitum missi, Etsi coniurationem cum adolescentibus quibusdam Romanæ iuuentutis fecerint, deq; recipiendis clam nocte in urbem Regibus consilium inierint: tamen Consules, ad quos ea proditio per seruum quendam delata fuerat, coniuratis omnibus depræhensis, proditores in uincula coniecerunt: Legatos uero, tanquam Iuregentium liberos, illæsos dimiserunt. Sic Scipio Africanus, cum onustam multis & illustribus Carthagenensium uiris, nauem in suam potestatem redegisset, inuiolatam dimisit, quia se Legatos ad eum missos dicebant: tamen si manifestum erat, illos, uitandi præsentis periculi gratia, falsum Legationis nomen amplecti. Hoc autem ius non uiolendorum Legatorum, non eò tantum pertinet, ut non occidantur Legati: sed etiam ut alijs iniurijs ne afficiantur. Ideoq; nec Repræfaliarum prætextu, in terra ad quam destinantur: nec in ea per quam proficiscuntur, capi debent. Breuiter usque adeo ius non uiolendorum Legatorum firmum & perpetuum est, ut etiam si id non agatur, tamen tacite belli conuentionibus insit, ut Legatis hostium securitas seruetur. Nam etsi publicæ conuentiones eademq; Iurisgentium sint, quoties per pacem, Duces belli quædam inter se paciscuntur: tamen multa inter ipsos etiam, quæ ad pacem pertinent, non ueniunt nisi expressim nominentur: ut induciæ, cum scilicet in breui & in præsentitempore conuenit, ne inuicem se laceant: fœdera item, amicitia, & similia. Sola Legatio Iuregentium, etiam si hoc inter Duces non conueniat, publico nomine tuta & illæsa esse: nec à quocquam impediri aut uiolari debet. Quanquam uidemus hoc ius quantumlibet sacrum, hodie tamen à multis præsertim Potentioribus, impunè prophanari. Quippe à quibus Legati eorum quibus infensi sunt, nulla Iurisgentium habita ratione, uiolantur: Ut ne dicam iam, quam sæpe Legati, ignorantibus

Pli. lib. 33.

cap. 1.

c. Iuregentium

dist. 1.

Lib. 1. cap. 36.

T. Linius lib.

2. ab urb. cond.

val. Max. lib.

6. cap. 6.

In Ant. de san-

ctis. Ep. § siue

ro Episco. coll.

9.

Bar. in l. con-

uentionum ff. de

Legatis ff. de iur-

dicib.

Ius non uio-

landorum Le-

gatorum, etiam

tacite inest

belli conuen-

tionibus.

Gl. in l. conuen-

tionum ff. de

pac. l. postli-

minium § in-

ducie ff. de ca-

ptiuis.

l. non dubito ff.

de captiuis.

Gl. in dict. l. co-

uentionum.

Ius gentium

in Legatis ho-

die sæpe uo-

latur.

O iij bus

Legati Vitellij a Flavianis uiolati.

bus ijs aut etiam nolentibus, ad quos mittuntur, iniuria atq; contumelia ab eorum Officialibus atq; ministris afficiantur. Arulenus Rusticus, & Muffonus Ruffus, Legati (ut scribit Cor. Tacitus) à Vitellio Casare ad exercitus Flauij Vespasiani missi, prætextu Reipublicæ pacem atq; concordiam suaserunt: Euntesq; ad Petilium Cerealem, alterum ex ductoribus Flauianis eo tantum nomine, quod à Vitellio missi fuissent, homine uidelicet, propter immania sua & horrenda facinora, toti propè hominum generi exoso: extremum etiam periculum subierunt. Inter quos Arulenus non solum Legatione, sed etiam Prætura insignis, graue uulnus accepit. Propter quod, ipsum Regulus quidam inimicus suus, Stigmosum Vitelliana cicatrice appellauit, ut scribit Plinius: Ea nimirum ratione, quia in A. Vitellij inuidiam, uulnus à Flavianis acceperat. Proinde si me audis, quisquis es qui Legationem obiturus es, consulo, ut primum omnium, non tam ad Ius gentium de non uiolandis Legatis, quam ad eorum, ad quos mittendus es, potentiam & mores respicias: Sicq; non temere, sed bono cum iudicio, Legationem uel suscipias uel refutes.

Lib. 1. epist.

Cautela Legatis necessaria.

De poenis eorum qui Legatos contra Ius gentium uiolant. Cap. II.

Ius Legatorum sepe uiolatum esse legitur.



Vs non uiolandorum Legatorum, quantumlibet factum & diuinum, tamen non raro à maximis Regibus & populis uiolatum esse legimus: nimirum Legatis ad se missis, uarijs iniurijs & contumelijs affectis. Quidam in uincula eos coniecerunt: Quod Mithridates Legatis Romanorum fecit. Tarentini, unum ex Legatis Romanorum urina resperferunt. Rex Ammonitarum, Legatis Dauid medietatem barbæ rasi, & uestium medietatem abscecidit. Sotires Præfectus Romanus, Legatos Misianorum fustibus percussos, ad suos dimisit. Iulianus Apostata, multos ad se publice missos Legatos, pugnis publice cecidit, calcibus percussit: ac ita male tractauit, ut pro gratia haberent, si nihil durius fuissent perpessi. Græci, Henricum Dandalum, ciuem & Legatum Venetorum, ad Emanuelem Imperatorem Constantinopolitanum missum, tandiu candentia Ænea inspiceret coegerunt, quoad oculorum aciem amisit, ut refert Platina. Similis crudelitas est, quam Dracula Vngarus in Turcarum Legatos exercuit. Nam his pilea Phrigia ex patriæ instituto deponere recusantibus, ut eum morem confirmaret, tres clauos Legatorum capitibus infixit, ne quod deponere recusauerant, amoueri possent. Multi alij ad se missos Legatos occiderunt, alijs gladio, alijs ueneno, alijsq; modis interemptis alijs. Ut de Lacedæmoniorum Legatis narrat Thucidides, quos Athenienses in fossas deiecerunt.

Val. Max. lib. 2. cap. 1. 2. Reg. 10. Ioseph. lib. 7. cap. 6. antiq. Agathius li. 3. Greg. Nazian. in oratione 2. in Iulianum.

Platina in Alexandro 3.

Anto. Bonif. lib. 10. Dec. 3. rerum Vngaricarum.

Lib. 2. belli Peloponnesiaci. Cicero de Aruspicium respon.

Etos peremerunt: & de Theodosio quodam Legato, à Libera ciuitate ad Senatum Romanorum: Et de Platone ex Macedonia Theffalonicam ad Imperatorem quendam Romani exercitus missis, Cicero commemorat: Quorum ille sic, hic propter pecuniam, quam ab eo extorquere non poterat Imperator, incisis à medico uenis interemptus est. Ut iam non referam homicidium à Fidenatibus in Romanos Legatos perpetratum: Aliaq; eiusdem generis innumera exempla, quæ ex historijs unicuiq; obuia esse possunt.

Iam uero quantas & quam uarias iniurias passi sint, sancti Dei Apostoli, Martyres, & Legati Christi, plenæ sunt Ecclesiasticæ historiæ. Omnium autem maxime hæreticis peculiare est, ad se missos Legatos contra Ius gentium uiolare. Valens Imperator Arrianus, Legatos Octoginta, ex ordine Ecclesiastico Orthodoxorum ad se, pacem aduersus hæreticorum uiolentiam petitem missos, occidi iussit: Quos & Præfectus eius in nauim impositos, quasi in exilium missurus eos, cum ad mare medium peruenissent, demersit. Idem Valens, Constantinopolitanorum Legatos, incenso nauigio in mari perdidit. Simile aliquid sed aliquanto mitius, Anastasius Imperator, Eutichiana hæresi infectus, in Legatos Hormisdæ Papæ tentauit, epistolas & libellos Catholicæ fidei portatum ei missos. Primum enim conatus eos muneribus corrumpere, ut neglectis mandatis Legationem desererent: Quum spretis muneribus constantes in suscepta Legatione permanerent, mox furore repletus, eiectos eos à se, contra Ius gentium, in nauim rimosam & laceram, ea conditione nauigare iussit, ut recta in Italiam redirent, nec ullum Græciæ littus attingerent. Verum ne huiusmodi iuris diuini et gentium uiolati, crimina multa manerent, grauisimæ olim in tales uiolatores à legibus poenæ constitutæ sunt.

Trip. lib. 7. c. 29. & 30.

Theod. in Catalogo Cesarum. Platina in Hormisdæ.

Iure Canonico cautum est, eos qui Legationes impediunt, quoniam non unius sed multorum profectum auertunt, & à multis arguendos esse, & bonorum societate, & communionem priuandos, & ab Ecclesiæ liminibus arcendos: nec antequam satisfecerint, eiusdem communioni restituendos. Iure autem ciuili uetustissimo constitutum fuit, ut si quis Legatum hostium pulsasset, hostibus, quorum erat Legatus, dederetur, quoniam sancti & inuiolabiles Iure gentium Legati habentur. Quod Ius firmissimè semper à Romanis custoditum est: apud quos ut fides publica semper uiguit, ita & in Iure Legationis tuendo diligentissimi fuerunt. Quod cum alia multa, tum hæc in primis exempla testantur. Nam M. Emilio Lepido, & L. Flaminio Coss. L. Minitium & L. Manilium, Carthagenensium Legatis (quia manus his intulerant) per Feciales reddendos curauerunt. Similiter Senatus, Fabium Cneium, & Aponium Ædiles, qui orta contentione Legatos in urbe Apollonia Romam

94. dist. c. si quis. ubi tex. et glos. l. si ff. de Legationibus.

Romam missos pulsauerant, continuo per Feciales Legatis dedit: Quæstoremque cum his Brundisium ire iussit, nequam in itinere à cognatis deditorum iniuriam acciperent. Cum Legatos Apolloniatis ad Senatum Romanum missos, quidam iuvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatis. Hoc ius neglexerunt Romani, tempore quo eorum Legati contra Iusgentium aduersus Gallos arma ceperunt, & inter eos Q. Fabius Ducem Gallorum interfecit, Nam cum Galli, ob id Legatos Romani mississent questum iniurias, postulatamque, ut pro Iusgentium uiolato Fabij Legati dederentur: obstitit in tantæ nobilitatis uiris ambitio, ut non solum ius, quod Galli petebant, non decerneretur: sed etiam quorum de pœna agebatur, Tribuni militum Consulari potestate in sequentem annum crearentur. Quæ res magnorum postea malorum causa Romanis fuit: Quippe urbe à Gallis capta, ac incendijs & cædibus deuastata, actum penè de nomine Romano fuisset. Quam pœnam creditum est, eos & Deo & hominibus dedisse, quia & Iusgentium à Legatis eorum uiolatum fuerat, nec ab ipsis ut oportuit uindicatum. Sed & illud legibus Romanis sancitum est, ut qui Principis uel alicuius Populi Legatum uiolat, crimen læsæ maiestatis committat, idque non mala ratione. Nam qui contra fidem publicam committunt, eos certum est crimen læsæ maiestatis admittere. At Legati omnes, fidem & securitatem publicam habent: Ergo qui eos uiolant, fidem publicam Principis & Imperij uiolant. Itaque & lege Iulia maiestatis tenentur: Sed & lege Iulia de ui publica tenentur. Sic enim habent uerba legis, Item quod ad Legatos, oratores, comites uel attinebit: si quis quem eorum pulsasse, siue iniuriam fecisse arguetur, lege Iulia tenetur. Fridericus Imperator facta lege, ut quicumque Treugas alicui dederit, nisi aliud actum sit, contradicere eis ante terminum statutum nequaquam possit: & si fecerit, uiolator fidei censendus sit. Illud quoque sancitum & huiusmodi constitutioni adiecit, ut qui nuncium aliquem, pro eo quod contradicendum mittitur, læserit, fidem suam uiolet, & de cætero omni honore careat. Addo & idem ferè iuris esse in peregrinis, ut neque pulsari, neque spoliari, neque alia quacumque iniuria affici debeant. De qua re duo Canones extant, Alter Urbani Papæ, his uerbis. Paternarum traditionum exemplis commoniti, Pastoralis officij debitum persoluentes, Ecclesias cum bonis suis tam personis quam possessionibus: Clericos uidelicet & Monachos, eorumque conuersos uel commissos, oratores quoque cum suis nihilominus rebus, quas ferunt, tueros, & sine molestia esse statuimus. Si quis autem contra hoc facere præsumperit, & postquam facinus suum recognouerit, & intra dierum spacia triginta competenter non emendauerit, à liminibus Ecclesiæ arceatur, & anathematis gladio feriat. Alter uero, Nicolai

L. Flor. lib. 15. re à cognatis deditorum iniuriam acciperent. Cum Legatos Apolloniatis ad Senatum Romanum missos, quidam iuvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatis.

Gallorum Legati a Romanis uiolati.

T. Linius lib. 5. ab urb. cond.

L. offa ff. de res.

lig. & sumpt.

fu. Bald. & ff.

li. c. 1. de off.

deleg. in fin.

l. 1. ff. ad leg.

Jul. maiest.

l. 2. ff. de iud.

l. lege Iulia ff.

ad leg. Jul. de

ui pub.

Bart. in d. l. 2.

§ Legatis ff.

de iudi. in 3.

not.

c. paternarum

24. q. 3.

Naucl. in Chro-

nograph. uolu-

mine 2. genera-

40.

Nicolai Papæ in hæc uerba. Illi, qui peregrinos uel oratores cuiuscumque sancti, siue Clericos, siue Monachos: uel foeminas, uel inermes, pauperes, deprædati fuerint, uel bona eorum rapuerint, uel in malum eis obuiauerint: anathematis uinculo feriantur, nisi dignè emendauerint. Pax uero illa, quam Treugam Dei dicimus, fideliter obseruetur, sicut ab Archiepiscopis & Episcopis uniuscuiusque prouinciæ constituta est: qui autem eam infregerit, excommunicationi subdatur. His ferè consentire uidetur lex Pipini, quæ præcipit, ut qui aduenas & peregrinos, in Dei seruitio uel Romam, uel ad alia sancta loca proficiscentes, occiderit, Sexaginta solidos in Palatio Regis componat, & nihilominus pro ipso etiam homicidio pœnam sustineat. Idem etiam antiquissima Baioariorum lege cautum est, cuius uerba ita habent, Nemo audeat inquietare peregrinum, uel nocere, quia alijs alia causa est anibulandi. Si autem aliquis tam præsumptuosus fuerit, ut peregrino nocere uoluerit, & dispoliauerit, uel læserit, uel plagauerit, aut ipsum ligauerit, uel uendiderit, uel occiderit, & exinde probatus fuerit, 160. solidos fisco cogatur inferre: peregrino autem, si uiuentem reliquit, omnem iniuriam dupliciter componat. Sin autem eum occiderit, centum solidos auro apreciatis cogatur exoluere: si parentes defunt, fiscus accipiat, & pro delicto hæc pauperibus tribuat. Illud autem de uiolatoribus Episcoporum & Sacerdotum, qui & ipsi Christi Legati sunt, sacris Canonibus sancitum est. Ut quicumque Episcopos temerè percussit, ceperit, banniuerit, uel hæc fieri mandauerit, aut facta ab alijs rata habuerit: uel socius in his fuerit facientis, aut consilium in his dederit aut fauorem: aut scienter defenderit eundem, anathemate percutiatur: A feudis item, locationibus, officijs, & beneficijs spiritualibus & temporalibus, quæ ab Ecclesia, cui sic præest, offensus Episcopus, obtinet, hoc ipso cadat. Ipsius filij, masculi usque ad generationem secundam, ipso facto ad beneficia Ecclesiastica in ciuitate & Diocesi, quibus idem Episcopus præsidet, obtinenda inhabiles reddantur. Terra item ipsius, locus item, in quo captus Episcopus detinetur, & ciuitas, quæ tale aliquid in Episcopum suum admisit, Ecclesiastico interdicto subiaceat. Atque ipsidem pœnis obnoxij sunt, Potestates, Consiliarij, Baliui, Scabini, Aduocati, Consules, Rectores & Officiales: Quorum auxilio & ope hæc fiunt, quicque huius criminis rei depræhenduntur. Atque idem de Cardinalibus S. Ro. Ecclesiæ Canonibus statutum est. Qui autem sacerdotibus iniuriam inferunt, præter pœnam, quam in tales Imperatoris leges statuunt, excommunicationis pœnam incurrunt: ac ad condignam pœnitentiam compulsi, interdum pecuniaria pœna mulctantur, interdum gradu & officijs remouentur. Sed nec ultio diuina, tam sancti iuris & religionis uiolatoribus unquam defuit, Cuius

c. illi. 24. q. 3.

c. de aduenas.

tit. de homici.

lib. hom. in le-

gib. Lombard.

Cle. 1. De pœ-

nis.

c. felix. de

pœnis lib. 6.

c. si quis de in-

cep. 16. q. 4.

Exempla diu-

nae ultionis in

uiolatos Le-

rei gatorum.

rei quam plurima exempla historiae prodiderunt. Arabes ab Herode Rege, quoniam illius Legatos occiderant, & si numero Rege superiores, tamen conscientia tanti sceleris animis inferiores: Deo pro huiusmodi delicto uindictam reposcente; multis occisis, multis captis, omnes praelio uicti, atque in potestatem Regis redacti sunt. Eodem fato Lartes Tolumnius Rex Veientum, cuius iussu Fidenates Romanorum Legatos interfecerunt, absumptus est; Nam A. Cornelius Cossus Tribunus militum, Primum Deos ipsos precatus, ut si modo sanctum quicquam in terris esse uellent, ne huiusmodi scelus inultum relinquerent, non dubitauit, unus in unum Regem (tamen inter equites suos fortissimum) insultare; quem tanquam ruptorem foederis humani, uiolatoremque gentium iuris, Primum equo deiecit: deinde cuspide in terram affixum, & exangui spolia detraxit: & caput illius abscisum uictor spiculo gerens, terrore caesi Regis totam hostium aciem fudit. Fidenates autem, qui manus Legatorum caede polluerunt: uicti primoque caesi, magna ex parte ab exercitu Romano, Deinde omnes, qui obsidione detracti sunt, sub corona uenerunt: urbs quoque ipsa praeda, direptioni, ignique exposita est. Scribit Herodotus, Atheniensium solum cum urbe uastatum esse, quia Legatorum, quos Darius ad eos terram & aquam petiuit miserat: alios in Baratrum, alios in puteum dimiserant, iubentes illinc terram & aquam ad illos deferre. Spartiatae uero, qui idem admiserant, tum conscientia sceleris acti, tum Thalibij ira perterriti (huic honos Legationis a Spartis tribuebatur) huiusmodi delictum humana uictima expiandum esse decreuerunt. Itaque Edicto proposito, si quis Lacedaemoniorum pro Sparta occumbere uellet: Sperithius Aueristi, & Bulis Nicolai filius, uiri Spartiatae, ultrò se obtulerunt ad satisfaciendum Xerxi Darij filio, ob Legatos apud Spartas interemptos. Igitur ad Regem missi, Rex Medorum, inquit, Nos miserunt Lacedaemonij ad luendam poenam pro his Legatis, qui Spartas interiere, quibus Rex respondit. Non se Lacedaemonijs fore similem, illos enim interimendis Legatis ius hominum confudisse, se uero quod iam illis exprobraret non esse facturum: neque eos occidendo Lacedaemonios culpa soluturum. Quo facto & Rex ius gentium non putauit esse uiolandum, & ipsi ob uiolatos Legatos iram in se diuinam concitaram, atque aliqua poena expiandum esse censuerunt. Quae quidem omnia, uiolatores Legatorum ex iusta Dei ira & uindicta passos esse, antiquitas credidit. Et multa alia his similia tradunt Scriptores, quae nos historiarum studiosis cognoscenda relinquitur. Iam & grauisimae sunt poenae, quas Christus in eos constituit, qui suos Legatos uiolant. Sic enim in Matthaeo inquit. Quaecumque ciuitas uel domus non receperit uos, neque audierit sermones

Poenam in persecutores Episcoporum & Presbyterorum

mones uestros, exeuntes foras de domo uel ciuitate, excutite puluerem de pedibus uestris. Amen dico uobis, tolerabilius erit terrae Sodomorum & Gomorreorum in die iudicij, quam illi ciuitati, &c.

Qui sunt Legati Christi. Matth. 10.

Item in Luca, Qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit cum qui misit me. Unde iniuria omnis, Episcopis & Sacerdotibus illata, ad Christum pertinet. Quae autem poena maneat eos, qui Christum persequuntur, ipse dum ad mortem duceretur, mulieribus eum plangentibus praedixit, his uerbis. Filiae Hierusalem, nolite flere super me, sed super uos ipsas flete & filios uestros: Quoniam ecce dies uenient, in quibus dicent, Beatae steriles, & uentres qui non genuerunt, & ubera quae non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos, &c. Leuius fortasse, sed tamen non omnino neque a crimine uiolati iuris gentium, neque a legitima poena excusabile est, quod a magnis saepe Principibus, Legati, etsi non corpore laeduntur, tamen capiuntur: nec liberè ad suos redire permittuntur. Cuius generis inter multa est, quod Alexander Romanus Princeps, cum Artaxerxes Rex Persarum, Quadringentos ad eum Legatos, proceritate insignes, & eleganter etiam ornatos, equis & arcibus conspicuos misisset, perterritum iri Romanos putans aspectu illo cultusque Persarum: nuntiantes Regem suum iubere Romanos eorumque Principem, Syria omni, Asiaque decedere, sinere Persas, Ioniam Cariamque tenuis dominari: omnibusque ijs regionibus, quas mare Aegaeum Pontusque determinant. Haec afferentes, Legatos Quadraginta apprehendi Alexander iubet, omnique adempto cultu in Phrygiam relegat, uicis agrisque concessis quos colerent: contentus hoc supplicio interdicti in patriam reditus. Quippe nepharium facinus minimeque uirile arbitrabatur, occidere, neque in acie captos, sed sui Regis mandata exequutos: iam fraudulentius aliquanto et crudelius est, quod Ariouistus Germanorum Rex in Legatos C. Iulij Caesaris perpetravit, qui Legatos, quos paulò ante, ut a Caesare ad se mitterentur, postulauerat: Venientes iam primum obiurgauit, exercitu suo praesente, conclamando quasi non ipso prius id a Caesare petente missi, sed speculandi causa aduenissent: Deinde mandata sua, causamque aduentus sui exponere uolentes, prohibuit, & postremo etiam in catenas coniecit. Legati fuerunt, M. Valerius Proculus, & Marcus Titius: Ille propter fidem & linguam Gallicam scientiam, qua multa iam Ariouisti longinqua consuetudine utebatur: Hic uero, quia hospitio Ariouisti usus fuerat, missi sunt. De Procillo ter sortibus consultum, utrum igni statim necaretur, an in aliud tempus reseruaretur: sed sortium beneficio non solum incolumis euasit, sed etiam non longo post tempore (Ariouisto a Caesare bello superato) a uinculis denuo & captiuitate liberatus est.

Caesar lib. 10. comment.

P Nam

Nam cum à custodibus in fuga, trinis cathenis uinctus traheretur, in ipsum Cæsarem, hostium equitatum persequentem, incidit: & à manibus hostium ereptus, Cæsari restitutus est. Quæ res non minorem Cæsari, quam ipsa uictoria uoluptatem attulit. Mox etiam M. Titius repertus, simili fortuna à uinculis exemptus, liberationem consequutus est.

Iniuriam Legatis contra Ius gentium illatam, etiam hij qui eos mittunt uindicare debent. Cap. III.



Debent etiam qui Legatos mittunt, illatam ipsis iniuriam ulcisci & acerrime uindicare. Siquidem iniuria Legatis illata, ad eos quoque, qui eos mittunt, pertinet, ipsisque illata intelligitur. Dauid, propter iniuriam Legatis suis illatam, sibi etiam à Rege Ammonitarum illatam non despiciens, bellum Regi intulit, ut contumeliam, quæ Legatis suis fuerat imposita, Regis periculo uindicaret: ac de Deo, propter huiusmodi iniuriam pugnaturus, securus, fortiter eum cum tota gente deuicit. Romani, Corinthum totius Græciæ lumen extinctum uoluerunt, quæ & ex Senatusconsulto à L. Mumio diruta est: propterea quod Legati superbius appellati essent, atque ita uerbo tantum uiolatos uultu sunt, ut inquit Cicero, in Oratione pro lege Manilia, in qua suadet ob eandem causam, Mithridati: nimirum quod Legatos Romanorum uiolauerat, bellum esse inferendum. Sed nec minori cura, iniuriam Legatis suis ab Illyrijs illatam, uindicarunt: Quippe atrocissimum bellum illis intulerunt, in quo multi populi oppidaque deleta sunt. Iidem Romani Fidenatibus, & Herodes Rex Arabibus, ob uiolatos Legatos grauissima bella intulerunt: tum uiolatis maximos etiam honores in compensationem aliquam acceptæ iniuriæ, & præmium seruatae fidei decreuerunt. Clodoueus Rex Francorum, aduersus Gothos conflauit exercitum, ut iniuriam, quam Legato eius intulerant, uindicaret: Quod tali Oratione, quam ad exercitum habuit, declarat. Virtutis, inquit, uestræ fortissimi commilitones securus, animositatem uestram nullius adhortationis indigam iudico, quam adeo hostes extimuerunt, ut Legatum nostrum infanda cæde perimere uellent: Ostendunt profecto se totius iram gentis non posse perpeti, qui unius expauerunt constantiam Legati. Hoc solum uos nosse cupio, uobis aduersum immanissimos hostes non pro coniugibus aut liberis, non etiam pro acquirendis certamen esse diuitijs: Sed potius pro inseparabili sanctæ Trinitatis unitate, quam illi nefandissimo diuidunt errore: Ad extremum, pro diuinis simul humanisque legibus, quæ iniuriarum immunes sanciant debere esse eos, qui mediatores hostilium efficiuntur armorum, Inter arma nanque hostilia, sola Legatio pa-

cis

cis sequestra est: Exiit hostem, qui Legatione fungitur. Festinemus igitur ad prælium, & de diuina protectione confisi, hostiles phalanges aggrediamur intrepidi. Fuit autem iniuria, quam Gothi Legato intulerant, talis. Quadam nocte, dum ille in Solario cuiusdam domus dormitum esset, Gothi tabulatum, quod ante lectum eius erat, destruxerunt, qui ad requisita dum surgeret naturæ, pede lapsus corruit, brachioque contrito uix uiuus euasit, ut scribit Annonius Monachus. Sic Carolus Magnus Imperator, contracto exercitu aduersus Saxones transalpinos, quia Legatos eius ad iustitias faciendas missos interfecerant, in fœdifragos & desertores arma corripuit: & ultor necis Legatorum suorum, quicquid Saxoniam inter Albim & Wuifuram intererat, totum ferro & igni uastauit. Ad eundem modum Clemens Quintus Pontifex, cum Hierosolymitanam expeditionem meditatus, eam ob causam Episcopum Epameensem ad Philippum Regem Francorum misisset, qui ipsum tantquam Christianum Regem, ad eam rem cohortaretur: Rex autem Legatum, subito in carcerem coniecisset, mox alium Legatum misit, qui suo nomine Regi mandaret, ut missum faceret captum Legatum, Id si non impetraret, diceret, audientibus omnibus, Regnum Franciæ ad Ecclesiam deuolui, ob contumaciam Regis & uiolatum ius gentium: adderetque Anathema, & omnes Francos à fidelitate Regiæ absolueret. Et generaliter à maioribus obseruatum est, ut Legatis occisis statuæ pro rostris publice ponerentur, scilicet ut qui ob Rempublicam mortem obierant, his pro breui uita, diuturna memoria redderetur, ut inquit Cicero: Simul atque, ut huiusmodi honore animati homines, in periculosis bellis, Legationis munus alacrius obirent. Tales fuerunt Romæ (teste Plinio) in rostris, antiquissimæ illæ statuæ Tullij Celsij, L. Roscij, Sp. Ancij, & C. Fulcinij, à Fidenatibus in Legatione interfectorum: quas Cicero, ad suam usque ætatem pro rostris extitisse, testatur. Quasdam gentes traditum est, superstitibus etiam Legatis, ob egregia facinora, statuas posuisse, Id quod de Selinusianis narrat Strabo, qui Artemidoro Legato, auream imaginem in phano erexerunt, quod uestigalia lacus Selinusij, qui & magnos proventus habuit, & optimi generis frumenta, à Publicanorum uiolentia uendicasset: & Heracleotim, quæ descuerat, euicisset. Qui uero Legatos suos uel ab iniurijs non defendunt, uel uiolatos non uindictant: quoniam fidem ipsi, quam debent, non præstant, non minus lædere eos quam hostes intelliguntur. Hoc fortasse hostibus etiam peiores, quod Legatos suos non solum non defendunt, & inultos relinquant: sed ipsos sub uelamento amicitiae & fidei, nihil tale sperantes ac præuidentes, produnt. Omnium autem pessimi sunt, qui Legationis obitæ euentum minus fortunatum, in fideles Legatos

P ij rejiciunt,

Joseph. antiq.
lib. 7. cap. 6.
1. Reg. 10.

L. Florus lib.
2. Epit.
Corinthus diruta à Rom.

Paul. Orosius
lib. 4. c. 13.

T. Liu. lib. 4.
ab urb. cond.

Clodouei Regis Oratio ad milites contra Gothos
Arrianos in Hispania.
Annon. lib. 1.
de gest. Francorum, ca. 20.

Annon. lib. 4.
c. 86. de gest. Franc.

Platina in Clement. 5.

Philipp. 9.

T. Liu. lib. 4.
ab urb. cond.

Philipp. 9.

Strab. lib. 14.
Geogr.

Plin. lib. 18.

cap. 7.

reiciunt, eosq; ad redimenda pericula, ueluti pignora & uictimas
Iustin. lib. 11. offerunt. Qua perfidia notati sunt Athenienses, qui Legatos &
 Duces suos: quorum operis toties in bello aduersus Alexandrum,
 utiliter usi fuerant: ob id tantum, ne bellum denuo subire cogerent,
Plutarch. in tur, Alexandro dederunt. Contra uero optimi, qui proprio
Apoph. Laco- etiam neglecto commodo, Legatorum suorum salutem consulunt,
nicif. Qualis fuit Agesilaus, Is ad Larissæos, qui non iuerant res hosti-
 um, Xenoclem et Scythen Legatos misit, amicitie conciliandæ gra-
 tia. Hos cum Larissæi compræhensos asseruarent in custodia, cæte-
 ri quidem id factum grauius ferentes, censuerunt, ut Agesilaus ad-
 moto exercitu Larissam urbem obsidione uallaret. At ille negabat,
 se uel uniuersam Thessaliam hac conditione uelle coercere, ut ex his
 quos miserat alterius faceret iacturam: amissurus utrunq; , si illos
 bello lacessisset.

*Ius non uiolandum Legatorum, ijs tantum seruandum esse, qui honeste
 in Legatione uersantur. Cap. IIII.*

St autem ius non uiolandum Legatorum tam diu ser-
 uandum Legatis, quo ad ipsi ius Legationis honesta-
 temq; seruauerint, ut dicebat Theoda. apud Procopium
 ad Oratores Byzantinos. Et lex, inquit, Hij condemna-
 tiones euitant, qui honestatē seruauerunt: Erga uos uero, qui inho-
 nestē et contra decus sæculi, uel honorem militie uersantur, non
 solum condemnatio mansura est: uerum etiam grauior pœna sta-

*Lib. 1. de bello
 Gotho,
 l. per id tem-
 pus C. de ci-
 uicis lib. 11.*

*gl. in d. l. per
 id tempus l. ius
 dices. C. de di-
 gnitate lib. 11.
 l. quoties C. de
 dignita. lib. 11.
 ff. de pecul. l.
 libera. ff. de ne-
 go. gest. l. qui
 sine s. fina. c.
 tuarum nos s.
 uerū. Extra de
 priuileg.*

*Iust. lib. 7.
 supra lib. 11.
 cap. 11.*

*Tit. Lini. lib.
 3. secundi belli
 Punici.
 vide supra
 lib. 2. c. 9.*

tenda. Nec uiuare quenquam debet dignitas, in qua inhoneste
 uersatur. Iudices, qui se sceleribus maculauerint insignibus, & ho-
 nore exuti, inter pessimos quoq; & plebeios habentur. Quod & in
 omnibus illustribus obseruatur, ut illustri dignitate (qua se propter
 scelus aliquod indignos fecerunt) priuati, etiam legum seueritati
 obnoxij sint: Et in uniuersum priuilegium amittit, qui concessa sibi
 abutitur potestate. Omnium autem maxime castitatem seruare
 decet Legatos. Nam (ut idem Theodatus inquit) Hominem occide-
 re qui Legatione fungitur, tunc quidem & iure pro humanis legi-
 bus licet, cum Regem uidebitur contumelia afficisse: uel si cum mu-
 liere concubuerit, alteri cuiquam nupta. De qua re, pulchrum sanè

& memorabile exemplum extat, apud Iustinum in Breuiario, de
 Oratoribus Perfarum ad Amyntam Regem missis: quod quoni-
 am supra, cum de continentia Legatorū agebatur adductum fuit,
 nihil est, ut hic denuo recenseatur. Sed nec mendaces Legatos
 ius gentium tuetur, quin in mendacio depræhensi, capi atq; pro
 meritis tractari possint. Id accidit Legatis Philippi Regis, Nam hi
 ad Hannibalem missi, cum proficiscentes in Romana præsidia il-
 lati fuissent, deductiq; ad Prætorem Romanum, Xenophanes Le-
 gationis Princeps, à Philippo Rege se ad amicitiam societatemq;
 iungendam

iungendam cum Populo Romano, missum esse mentitus. Primum
 quidem Romanis huiusmodi mendacio deceptis, ipse cum collegis
 suis elabatur. Postea uero, cum idem Legati ad Hannibalem
 digressi cum eodem foedus iniissent, ac cum Legatis eiusdem redi-
 re ad Regem suum uellent, denuo in manus Romanorum incide-
 runt, & ad Præfectum classis adducti: ac per eum interrogati, qui,
 & unde, & quo tenderent: Cum Xenophanes à Philippo se ad Ro-
 manos missum diceret, depræhensum mendacium est, ex cultu Pu-
 nico Legatorum Hannibalis, & sermone. Sed & comitibus eorum
 seductis & metu territis, literæ quoq; ab Hannibale ad Philippum
 inuentæ, de pace inter Regem Macedonum Pœnumq; Ducem.
 His igitur ad hunc modum cognitis, mendaces Legatos ius gen-
 tium minime tueri potuit. Nam & ipsi, & comites eorum, in quinque
 naues diuisi, ne quod colloquium inter se: ne ue communicatio con-
 silij esset, Romam captiui deportati sunt. Creditum est etiam ur-
 bem Romam, ita fatiis urgentibus, ob id à Gallis captam, ferroq;
 & igni deuastatam esse, quod Legati Romanorum in Legatione
 sua, bellum Gallis contra ius gentium intulissent: Nec Gallis postu-
 lantibus, pro iure gentium uiolato, dediti fuissent, Author est Li-
 uius libro Quinto ab urbe cond. Et eadem de re Plutarchus.
 Fertur etiam, inquit, Celticam illam calamitatem, urbi contigisse,
 ob Fecialium sacra uiolata. Barbari enim Clusinos obsidebant,
 ad quos cum Fabius Ambustus in castra missus Legatus esset, quo
 pro obsessis foedera iniret, & ei ferocius responsum fuisset: ratus se
 Legationis munere iam defunctum, iuueniliter & temerè ausus est,
 pro Clusinis armis sumptis, Barbarorum bellacissimum ad singu-
 lare certamen prouocare. Secunda igitur pugna usus, & prostra-
 uit uirum & spoliavit. Qua quidem re cognita, mittunt Romam
 Præconem Celtæ, Fabium accusantes, quod præter foedera, præter
 fidem, præter indicendi ordinem, bellum eis intulisset. Tunc uero,
 cum Feciales hominem illum Celtis dandum suaderent, refugit ad
 plebem Fabius: ususq; populi fauore, iudicium & repulit & euasit.
 Paulo autem post adorsu Celtæ, totam urbem præter Capitolium
 in prædam uerterunt, atq; uastarunt.

*vide supra eo.
 lib. cap. 2.*

*Plutarch. in
 Numa Pompe-
 lie.*

*Galli de Fab.
 Legato apud
 Ro. cōquiti.*

De immunitatibus Legatorum. Cap. V.

Sunt & alia priuilegia, immunitates & beneficia, Legatis
 à iure indulta. Cuiusmodi sunt: Quod Legati si de eo,
 quod ante Legationem contraxerunt: in ius, etiam in eo
 loco ubi contraxerunt, trahuntur: reuocandi domum
 suam ius habent, ne scilicet ab officio susceptæ Legationis retra-
 hantur: quæ res summam æquitatem habet. Nam publico iure in-
 troducendum est, ne quæ pietatis aut iuris publici exercendi causa fi-
 unt,

*d. l. consensisse
 sed et si an-
 gant et s. le-
 gatis et s. ce-
 terum l. cum
 queritur ff. de
 Legatio. l. non
 distinguimus
 s. i. em si quis*

P iij unt,

ff. de arbitris. unt. priuatis utilitatibus impediuntur. Ideoq; ut Pontifex, dum fa-
 l. non alius q
 fra facit: Consul, Praefectus, Praetor, Proconsul, ceteriq; magistra-
 fun. ff. de iudi.
 tus, qui coercere aliquem possunt, aut iubere ire in carcerem. Simili-
 Gl. in c. licet.
 ter Iudex, dum de re cognoscit. Item, is qui funus familiare ducit, iu-
 de foro com-
 sta ue mortuo facit, uel qui funus profecquitur: & si qui sunt eius-
 pet.
 dem conditionis, in ius uocari non possunt, ne scilicet ab admini-
 l. 2. & 3. ff. de
 in ius uocando
 stratione mutierum publicorum, & officijs pietatis reuocentur. Ita
 et Legati eodem iure utuntur, ut dum Legationibus uacant, etiam
 de ijs rebus, quae ante Legationem contraxerunt, conuenti ius re-
 uocandi domum habeant. Quod tamen de ijs contractibus acci-
 piendum est, quos in sua ciuitate, uel intra Prouinciam suam iniue-
 rint, ut scilicet eorum nomine conuenti ius reuocandi domum ha-
 beant, ceterum in his, quae Romae, in Italia, uel in alia prouincia:
 ueluti quae Hispanus in Anglia, Gallus in Germania contraxerit,
 eo priuilegio minime gaudebit. Est autem beneficium hoc perso-
 nale, quod neq; in haeredem, neq; in alium successorem transit: un-
 de si Legatus tempore Legationis adierit, & ex fidei commissio re-
 stituerit haereditatem, datur in fidei commissarium actio: nec Tre-
 belliani exceptio obstat ex persona Legati, quia hoc beneficium Le-
 gati personam non excedit. Verum si tale aliquid sit, quo in execu-
 tione officij non impeditur Legatus, domum reuocare non potest:
 sed iudicium etiam Legationis tempore accipere cōpellendus est.
 Veluti si suspectam haereditatem dicat, quia non hic multum officio
 occupatur, & licet se deliberare dicat an adeat, cogendus est adire:
 sed non ut statim restituat, sed ut reuersus domum, si putauerit sibi
 expedire, commodo Falcidia uel testamenti utatur: uel si nō puta-
 uerit, restituat totam haereditatem, ne onera patiatur. Sed et si ante
 Legationem haereditatem adijt, & si in eum non comperat actio,
 ne impediatur Legatio: tamen in ipsa Legatione satisfacere tene-
 tur, de Legatis praestandis & debitis soluendis: Alioqui Legatarij
 & Creditores in possessionem rerum haereditariarum mittentur.
 Nihil enim prohibet, Legatum publico munere fungi, & actorem
 custodiae causa in possessione rerum haereditariarū esse. Et eadem
 ratione, aedium nomine, Legatus damni infecti promittere debet,
 aut uicinum admittere in possessionem. Sunt & alij casus, quibus
 Legatus tempore Legationis iudicium suscipere cogitur: Veluti si
 dies actionis exitura erit. Nam tunc causa cognita, in eum iudicium
 dabitur, ut lis contestetur, & hoc modo actio perpetuetur: nisi eius-
 modi sit actio, quae perpetuari non possit: Qualis est actio de dolo,
 quo casu tempore Legationis, tota etiam causa agenda erit. Item, si
 perfecta Legatione ad aliquod tempus subsistat, conueniri pote-
 rit Legatus. Tempus autem interpretatur, nec minimum nec ma-
 ximum, & quod magis intellectu percipi quam loquutione exprimi
 possit.

l. sed et si resti-
 tuatur ff. de iu-
 dic.
 l. de eo et seq.
 l. sed et si q
 dum ff. de iu-
 dic.
 l. sed et si q
 est ff. de iud.
 gl. in d. q
 et si dies, per
 l. si. c. de dolo.
 d. l. 2. q
 uerf. plane ff.
 de iud. l. ratum
 ff. de solu. l. qui
 conueniatur ff.

possit. Sed et si agant, compelluntur se aduersus omnes defendere: de re mili. l. Le-
 non tamen, si iniuriam suam prosequantur, uel furtum uel dam- gator ff. de Lib.
 num, quod tunc passi sunt. Alioqui enim aut impunè contumelijs gator
 afficientur: aut erit in potestate cuiuscq; , pulsando eos subijcere iu- d. l. consensisse
 risdictioni dum se uindicant. Et haec omnia in compromisis etiam q
 sed et si agat
 ff. de iud.
 locum habent, ut si ante obitam Legationem compromiserit Lega- gl. & Dyn. in
 tus, in ipsa Legatione coram arbitro litigare non cogatur, non ma- l. Paulus 2. ff.
 l. Paulus 2. ff.
 de Lega. in tu.
 gis, quam si litem ante Legationem contestatus esset, in ipsa Lega- q
 ff. de iure
 rione eam exercere cogeretur. Sin uero in ipsa Legatione compro- u. c. cum inter
 miserit, non secus atq; si contraxisset, litem coram arbitro suscipere de excep.
 tenetur. Similiter Legati ex delictis in Legatione commissis, siue l. nō distingua
 mus q
 item si
 ipsi admiserunt, siue serui eorum. Item, si Legationis tempore quid quis ubi Bar.
 emerint, aut ex alia causa contraxerint, aut possidere coeperint, nō et gl. ff. de arb.
 l. non alius ff.
 de iud.
 iniuste eius nomine cogentur iudicium accipere: aliàs & occasio de- l. si Legationis
 linquendi Legatis dabitur, & potestas dabitur sub hac specie, res l. ff. de iud.
 ff. de iud.
 l. 2. C. ex qua
 bus causis man-
 tere, quia hoc iusurandum in locum litis contestatae succedit. Hoc iores.
 quoq; constitutum est, ut qui Legationis officio funguntur, in eo l. sed et si q
 ff. de
 ex quibus causis
 ma.
 priuilegio sint, quo sunt qui Reipub. causa absunt: Siue enim in Le- l. Legatis ff.
 gatione Principis sunt, uel ad Principem Legati sunt, Quo casu eod.
 Reipub. causa abesse intelliguntur: siue non absunt Reipub. causa, l. si cui q
 pla-
 ne ff. ex quib.
 causis ma.
 ut qui pro ciuitate aliqua Legatione funguntur: æquissimum est, l. inter eos ff.
 eos laesos beneficio restitutionis in integrum iuari. Sed hoc casu, eo. & Felin. in
 c. quam sit. de
 iudicis.
 tempora illis ad reuertendū computabimus, statim atq; deserunt l. inter eos ff.
 Reipub. causa abesse, ea quibus reuerti potuerunt: & erit modera- eo. & Felin. in
 c. quam sit. de
 iudicis.
 tum, tempora eis dare quae lex reuertentibus praestat. Planè si infir- Tex. in L. mer-
 mitate impediti, iter continuare non potuerunt, humanitatis ratio catores et ibi
 habeatur: sicut haberi solet & hyemis, & nauigationis, & cetero- Bar. & Saly.
 rum quae casu contingunt. Sed & in eadem causa est collega, cuius C. de commer.
 ope & praesentia ager carere non potest, sicut & medicus qui curat et mercat.
 infirmum militem: In alijs autem casibus, huiusmodi tempora non l. Transmarina
 profunt, Nam generaliter finita Legatione Legatus, si sub specie na C. de Lega.
 lib. 10. l. 2. C.
 de mu. et hono.
 non conti. lib.
 10. l. Legato ff.
 de uaca mu.
 d. l. Transmarina
 rina l. Paulus
 q
 ff. de Lega-
 tionibus.
 l. Decurio C.
 de decurionib.
 lib. 10.
 lo. de plat. in d.
 l. Transmarina.

de re mili. l. Le-
 gator ff. de Lib.
 gator
 d. l. consensisse
 q
 ff. de iud.
 gl. & Dyn. in
 l. Paulus 2. ff.
 de Lega. in tu.
 q
 ff. de iure
 u. c. cum inter
 de excep.
 l. nō distingua
 mus q
 item si
 quis ubi Bar.
 et gl. ff. de arb.
 l. non alius ff.
 de iud.
 l. si Legationis
 ff. de iud.
 l. 2. C. ex qua
 bus causis man-
 iores.
 l. sed et si q
 ff. de
 ex quibus causis
 ma.
 l. Legatis ff.
 eod.
 l. si cui q
 pla-
 ne ff. ex quib.
 causis ma.
 l. inter eos ff.
 eo. & Felin. in
 c. quam sit. de
 iudicis.
 Tex. in L. mer-
 catores et ibi
 Bar. & Saly.
 C. de commer.
 et mercat.
 l. Transmarina
 na C. de Lega.
 lib. 10. l. 2. C.
 de mu. et hono.
 non conti. lib.
 10. l. Legato ff.
 de uaca mu.
 d. l. Transmarina
 rina l. Paulus
 q
 ff. de Lega-
 tionibus.
 l. Decurio C.
 de decurionib.
 lib. 10.
 lo. de plat. in d.
 l. Transmarina.

Ar. d. l. Legat. Illud quoque ad immunitatem Legatorum pertinet, ut eorum neque personæ, neque res, quas secum usus sui gratia ferunt, Repraesentationum nomine capi aut detineri possint: Sed nec gabellas pro huiusmodi rebus soluere tenentur. Sunt autem hæc eadem quæ de immunitatibus Legatorum dicta sunt, comitibus quoque Legatorum communia, ut scilicet à muneribus publicis tempore Legationis uacationem habeant. Cæterum hæc omnia tum demum locum habent, cum non suffragio, nec participationibus ullis de subeundis muneribus: nec constituto salario, mandata est Legatio. Neque enim iustum est, ut dignitas, honores, & immunitates precibus impetrentur, aut conuentionibus & pactis acquirantur: quæ laborum & meritorum uelut quædam præmia de Republica bene merentibus dari oportet. Sed mittamus nunc illa: quæ copiosius aliis (Deo permittente) tractabimus.

Legati an munera ab his, ad quos mittuntur, accipere possint. Cap. VI.



Et uetissimus omnium semper gentium mos fuit, qui & in hunc usque diem perdurat: ut Reges & Principes non solum oblata à Legatis munera accipiant, sed rursus etiam tam Reges à quibus mittuntur, quam ipsos Legatos, iustis muneribus cohonestent. Romani maximos in suscipiendis Legatis sumptus fecerunt, Undecumque enim Legati Romam uenerant, ædem Saturni primo adibant: Deinde à Præfectis ararum, ubi nomina ædiderunt, rescribentur. Quæstores autem, Legatis munera mittebant, & ægrotos curabant. Postea autem propter multitudinem Legatorum, huiusmodi sumptus sublatus est, mansitque, ut Præfectos ararum adirent, quibus nomina sua æderent, & scribi facerent, Authores Valerius & Plutarchus in Probable. Quin in hunc etiam usum, quæ damnati secum in custodiam attulissent, conuertebantur: ut scilicet de his ad se Legationis causa uenientibus munera præstarentur. Hæc omnia Lautiæ uocantur: pecunia uidelicet, quæ in Legationes suscipiendas dimittendasque consumitur. Nec uero pecuniam tantum, sed alias etiam res, ut conuenire tam mittentium Regum & Principum, quam ipsorum Legatorum dignitati uidebatur, largiebantur. Masinissæ Legatis (quem uictoria contra Carthaginenses obtenta, Scipio Regem & appellauit & fecerat) Senatus Romanus, sagula purpurea duo cum fibulis aureis, singulis et lato clauo tunicis, equos duos phaleratos, bina equestria arma cum loriceis, & tabernacula, militaremque suppellectilem, qualem præberi Consuli mos est, danda ac Regi ferenda decreuit. Hæc igitur Regi Prætor mittere iussus: In singulos uero Legatos non minus quinque millium, comitibus eorum

rum mille æris, & uestimenta bina Legatis, singula comitibus, Numidisque, qui ex custodia redderentur Regi: Ad hoc ædes, libera loca, lautia Legatis decreta, Author Lilius libro Decimo secundi belli Punici. Saguntinis item Legatis, & donum, quod Ioui obtulertur, ut in Capitolio ponerent, permissum est: & locus inde lautiatque præberi iussa, & muneris ergo in singulos dari non minus decem millia æris. Legatis Ptolemæi & Cleopatrarum Regum Ægypti, gratulantibus, quod M. Attilius Conf. Antiochum Regem Græcia expulisset, ac Reges Ægypti, ad ea quæ Senatus censuisset, paratos fore promittentibus, munera dari iussa in singulos quaternum milium æris. Sed & moris Romanis fuit, ut cum Legatis, aliisque, qui insigne aliquod beneficium in Romanos contulissent: hospitium publicum Senatusconsulto decernerent. Ad quem modum cum Timasithæo quodam Liparenti, qui Legatos Romanorum Apollini dona ferentes, cum præsidio etiam nauium Delphos prosequutus, eosdem inde Romam sospites restituit, hospitium ex Senatusconsulto fecerunt, donaque publicè dederunt. Hæc tamen omnia sic accipienda sunt, si munera Legatis per honestam causam oblata fuerint. Nam, quæ à Principibus uiris per honestam liberalitatem donantur, non solum contemneri non debemus: sed etiam eorum beneficia latissime interpretari. Quod optimè sanè intellexit Legatus ille Atheniensium, ad Dionysium Tyrannum missus, qui duabus ad se missis ab illo stolis, ut utram filiarum deferendam eligeret, illam ipsam filiam suam melius, inquit, delecturam: Itaque acceptis ambabus abscessit. Si uero corrupendi gratia, aut alia turpi causa offerantur, honestè ea accipere non possunt. Atque ob eiusmodi causam Demosthenes, unus ex Atheniensium Legatis, Philippi munera recusauit. Nam, cum is splendidissima eis dona misisset, Demosthenes orare coepit Philippum, ut ipsi Xenis captiuos Atheniensium redemptos, Legatis dono mitteret, ac propterea falsæ Legationis Æschinem collegam insimulans, munerum eum obtentu corruptum esse, à Philippo ingentibus donis, dicit. Eadem integritate fuit C. Fabricius Rom. ad Pyrrhum Regem Legatus, quem & ipsum, & si pauperem, nullis tamen blanditijs, ut à se pecuniam acciperet, flectere & corrumpere potuit. Rex itaque mentem uiri admiratus, magis ac magis optabat pacem, quam bellum cum Romanis habere. Sed tamen quæri solet, Munera, quæ Legatis dantur, num Legatorum sint: An uero his, quorum Legatione funguntur, restitui debeant: Et uerius est, Legatorum esse: tum quia huiusmodi donationes contemplatione Legatorum sunt, quibus uetustissimo more (ut iam diximus) munera à Principibus dari consuetum est: tum quia liberæ personæ sunt, quæ sibi donata acquirere possunt.

Quo

Ar. d. l. Legat. 20 ff. de uaca. muner. Bald. in l. admini. strantes Geo. rum ff. de ex. cus. tut. l. si quis Legat. um, ubi Bar. ff. de Legatio. e. l. 2. § Legat. is, ubi Bar. ff. de iud. 10. de Ligna. in tract. de repress. 7. parte secundæ princip. q. 1. in si. l. uniuers. ubi dicit. & Sa. by. C. de uest. & commiss. et gl. in l. si pu. blicanus § de rebus ff. de pu. blic. l. uniuers. C. de Legationib. li. 10. ubi Bar. l. de Principi. agentib. in reb. lib. 12. l. contra publi. cam C. de re. milit. lib. 12.

l. diuus ff. de bon. damnato. rum.

Quid Lau. tix.

Lilius lib. 8. secundi bell. Punici.

Lilius lib. 7. de bell. Macedonia.

Lilius lib. 5. ab urb. cond.

Plutarch. in Ly. sandro.

Plutarch. in Pyrrho.

Cy. in humani. scissimi C. de furtis gl. in l. qui proprio §

de procurator. Bar. in l. 1. uel.

ff. si uero § 1. de fideiuss. ff.

solut. ma. Bald. conf. 194. in 2. part.

Saly. in l. Cui aliquis C. de iure de lib.

Lucas de pen- Quocasu in donationem non alia persona, quam cui munus da-
na l. 1. C. de ca- tum est, nisi alia sit expressa, uenire intelligitur. Quin addo etiam
strensi pecul. iustum esse, ut quod quis ob honorem alterius commodum accipit,
lib. 11. hoc retinere eum qui accepit, non in alium transferri oportere.
Ar. l. si ita sit- pulatus § Cri- Idem maxime in ijs Legatis obtinet, qui huiusmodi dona, non ut
fagonus in si. Legati, accipiunt, ut quorum mandatis hoc non continetur, ut in-
ff. de uerb. ob- quit Bartholus. Alij sic distinguunt, ut si Legati ei, ad quem mittun-
lig. l. ciuitatib. tur, sint noti & familiares, ipsorum sint dona, non mittentium: Sin
ff. de leg. 1. tur, sint noti & familiares, ipsorum sint dona, non mittentium: Sin
l. cum filius § uero igitur, inspicenda sit qualitas donorum, ut si magis con-
pater cum filia ueniant mittenti, sint mittentis: sin magis ei qui mittitur, ipsius eti-
ff. de Lega. 11. am lucro cedere intelligantur: Veluti si Legato à Principe misso
Bar. & Paul. Leo donetur, donum ipsum ad Principem, non ad Legatum perti-
de Castr. in l. neat: Sin uero uelut aliqua donetur, donum ipsum habeat Lega-
dotalem ff. sol. matri.
Abb. in c. postu- rus: non Princeps. Quamquam quod mirandum est aliquos Lega-
lasti de conces- tos traditum est, munera, quæ à Regibus priuatim acceperant, in
prebend. Pau. ararium quidem, priusquam ad Senatum Legationem retule-
de castr. in l. runt, detulisse: scilicet de publico ministerio nihil cuiquam, præter
qui proprio § runt, detulisse: scilicet de publico ministerio nihil cuiquam, præter
procurator. ff. laudem bene administrati officij accedere debere, iudicantes.
de procur. Ale- Atq; eiusdem continentia Xenocrates Philosophus fuisse dici-
xan. in apostil. tur, qui Legatos Alexandri Regis, ad se cum aliquot talentis mis-
ad Bar. in l. fo- tum, qui Legatos Alexandri Regis, ad se cum aliquot talentis mis-
cium § socius sis, in Academiam perductos solito sibi, id est, modico apparatu, &
ff. pro socio. admodum paruulis copijs excepit. Postero die Legatis interrogan-
Paul. de castr. tibus, cui nam adnumerari pecuniam uellet. Quid uos, inquit, he-
in l. sed si plu- res § ad substi- sterna cœna non intellexistis, ea me non indigere: Cuius quidem
uitos ff. de uiri commendabilis sanè continentia est: Sed hoc minus miranda,
uulg. quod Philosophus fuit, qui pecuniam contempserit. Corinthij le-
Val. Max. lib. ge prohibuerunt, ne Legati eorum munera acciperent à Principe.
4. cap. 3. Quam legem Legati ipsorum ad Dionysium Regem missi custo-
vide infra ca. dientes, Cum munera ab eodem oblata accepturos se negassent,
seq. eo. lib. in legem subinde quæ id prohiberet allegantes: Respondit Rex, Rem
fin. absurdam facitis, qui quod unum bonum habet Tyrannus, hoc
l. in honorib. ff. absurdam facitis, qui quod unum bonum habet Tyrannus, hoc
de uaca. et ex- tollitis: dum docetis etiam beneficium à Tyrannis accipere pericu-
cus. mu. losum esse. Cæterum, huiusmodi exempla, laudatores quidem
hodie habent multos, sed qui imitentur paucos: & haud scio an ho-
die reperiat, qui munera, quæ honestè accipere possit, fastidiat
& auersetur.

De Salaris Legatorum. Cap. VII.

l. 2. ff. de Lega- tionib.
Gl. in l. hono.
§ 1. in uerbo
omni sumpt. ff.
de mu. et hono.



Legationum Quædam gratuita sunt, Quædam ob lu-
crum susceptæ. Gratuitas appellare possumus, quæ uel
necessitate publica, uel honoris & gloria causa suscipiun-
tur. Hæ quandoq; Principum liberalitate, his, qui de Re-
pub. bene meriti sunt, quasi uirtutum & meritorum præmium ali-
quod, contingunt. Quandoq; precibus & suffragijs, tum etiam am-
bitiosis

bitiosis quibusdam pactis impetrantur. Ob lucrum autem susce-
pta dicuntur, quibus Legatitium, id est, salarium aliquod ex forma
Legationis, uel consuetudine loci constituitur. In formam autem
Legationis, non solum quantitas salarij, sed etiam tempus uenit: ut
neq; plus quam conuenit, neq; ultra constitutum tempus, quic-
quam salarij nomine debeatur: Nisi forte Legatus infirmitate im-
peditus destinato tempore Legationem finire non potuit. Nam
hoc casu humanitatis ratio habenda est, & salarium non infirmo
tantum: sed etiam illius Collegæ atq; comitibus, quorum ope indi-
guit, præstari oportet. Idem dicendum est, si mortuus fuerit in Le-
gatione Legatus: nam & hoc casu integrum salarium hæredi de-
betur. Secus in alijs operarijs. Sed nec retinere potuerit, si quid eius
quod salarij nomine accepit, finito tempore Legationis, manserit
residuum. Ideoq; qui salarium pro uno mense accepit, si ante fini-
tum mensem redierit, pro rata temporis salarium restituere tene-
tur: Reuersus tamen in media die integrum totius diei salarium ha-
bebit. Verum, hæc de eo salario accipienda sunt, quod Legatus ut
minister accepit, pro expensis expediendæ Legationis: Cæterum
si ita missus sit, ut de suo expensas faceret. Constituto tamen certo
salaris pro expensis faciendis, Non restituet, si quid eius, quod hoc
nomine datum est, finita Legatione residuum fuerit. Vbiuncq;
enim sit præstatio certæ quantitatis, ob certam causam, causa ipsa
nunquam limitat lucrum. Præterea nec pro eo tempore habebit in-
tegrum, quo uel tardius fuerit, uel quod negocijs suis impenderit.
Erit autem tempus ita mensurandum, ut neq; diebus ac noctibus,
& omni tempestate contempta, continuare cogatur: neq; ita delica-
tè progredi debeat, ut reprehensione dignus appareat, sed habita-
ratione temporis, ætatis, sexus, ualitudinis: cum et id agat, ut & ma-
ture perueniat, id est, eodem tempore, quo pleriq; eiusdem condi-
tionis homines solent peruenire. Sed & æquitas sua dicit, ut ad qui-
tem dies aliquot dentur: Quos ita moderantur iura, ut in qualibet
septimana deur dies unus. De ijs igitur, qui non gratuitam Lega-
tionem susceperunt, rectè constitutum est, ut Legatitium ex forma
detur. Quod & ad comites Legatorum pertinet, quibus æquè ut
Legatis salarium debetur. At diem functo Legato, an hæredes ip-
sius & quatenus comitibus debeant, alio loco discutiemus: Sed
quid, si certo in singulos dies constituto salario, Legatus ipse, quod
plurium dierum salarium lucretur, per deuia & longiora itinera
proficiscatur: an totius temporis salarium Legato debeatur? Re-
spondeo, eius temporis salarium deberi, quo si non iuisset per de-
uia, Legationem commodè expedire potuisset: Reliquorum autem
dierum non deberi, quia in dolo uidetur esse, qui rectam uiam de-
clinans, per obliquum diuertitur. Ideoq; ex malitia sua commo-
dum

d. l. 2. ff. de Lea-
ga. & l. mune-
rum § Legati
ff. de mu. & ho-
norib.
Feli. in c. quæ
sit. de iudic.
Alex. in l. Lea-
gatus ff. de Le-
ga. & in l. st-
heres. ff. de
cond. ob caus.
Dy. in l. Luci-
in § à te peto.
ubi Bald. ff. de
leg. 2. not. in l.
continuis in
princip. ff. de
uerb. obligat.
Barth. in l. de
diuisione ff. sol-
man.
Fran. de Are.
in d. l. continu-
in ff. de uerb.
obl.
Bar. in l. Lu-
cius. i. ff. de le-
2. per tex. in l.
creditor § si
inter ff. mana-
dati.
ff. de uer. obl. l.
continuis §
cum ita l. si ser-
uos ff. de pig-
act.
gl. sing. in c. cu-
pientes in prin-
cip. super uer.
commode de e-
lect. lib. 6.
d. l. 2. ff. de Lea-
gat.
l. 1. § sed & si
comites ff. de
uar. & extra
ord. cog. l. diæ
functo ff. de
off. assēs.

dum reportare non debet: Sicut nec ei, qui culpa uel negligentia sua à latronibus, uel hostibus capitur, pro tempore captiuitatis suæ salarium debetur, aut damna (si qua accepit) rescinduntur. *Gl. in l. honor. ff. de mu. et honorib. l. de plat. in l. si quis decurio. C. de decurio. l. b. 10.* Gratui-
 ra uero Legatio nullum querit lucrum, hoc tantum contenta, ne quicquam de suo impendat, nemini enim officium suum damnum esse debet. Quamquam statuto cauere possit, ut suis sumptibus non publicis ciues Legationibus fungantur. Quo casu Legatio minus personale est, & patrimoniale, siue mixtum. Cæterum, sumptus & uaticum accipere non prohibentur, qui gratis Legatione funguntur: In quibus tamen moderata æstimatio faciendâ est: Quia & in his honestus modus seruandus est, nec immoderata cuiusque luxuria sequenda. Quod fit, si tales sumptus faciant, quales domi suæ facere consueuerunt. Sed & sumptus eis debentur, quos Legationis causa fecerunt, etiam si pœnitentibus ijs, qui eos mittere destinarunt, Legationem non absoluerint. Sed & impendia, quæ Legati exequendæ Legationis gratia fecerunt, si bona fide facta sunt, omnino eis restitui debent. Nec ad rem pertinet, quod is qui mandasset, potuisset, si ipse negocium gessisset, minus impendere. Cæterum, quæsitum fuit, ac nunc etiam in quæstione est: An quæ impensurus non fuit, qui Legationem mandauit, Legatus mandatori imputare possit? Veluti quod spoliatus sit à latronibus, aut naufragio res amiserit, uel languore suo suorumque apprehensus, quædam erogauerit, alia uel similia damna acceperit. Quibusdam existimantibus imputare non posse, quod ea magis casibus quam mandatori acceptum ferre oporteat. In qua sententia uidetur Accursius fuisse, qui dominum ad emendationem damnorum in Legatione acceptorum curialiter (ut ipsius uerbo utar) non iuris necessitate teneri putat: Alijs contra putantibus, quod officium suum nemini debeat esse damnosum, maxime si sit necessarium. Quale est Legationis munus, quod non minus, quam iudicandi munus necessarium esse constat. Quippe quod quisque subire cogitur, neque Legati ff. eod. ulla excusatione declinare euitareque potest: Alij uero, quorum & nos sententiam libenter amplectimur, plurimum referre putant, an munus Legationis (etiam sine lucro) affectatum sit, an uero nescisitate aliqua susceptum, ut casu priori ad similitudinem procuratoris, per se damnum sustinere cogatur. Sicut nec munera & onera ciuilia, à quibus, qui in Legatione sunt, excusantur, euitant: nec damna, si qua in Legatione passi sunt, recuperant. Neque enim dignum est, ut commoda publica cum umbratili suffragiorum pactione la- cerentur. Si uero non fuerit affectata Legatio, à domino petet, quicquid earum rerum nomine, quas ut Legatus secum tulit, damni passus fuerit. Quo casu Legati iuramento statuit: Veluti si produ- cta qualicumque scriptura, equum à se conductum in Legatione mor- tuum

trum esse dicat: Nam si id iuramento confirmauerit, etiam si scriptura ne semiplenam quidem probationem faciat, ei credendum est. Item, sicut quilibet fortuitus casus, per testes à Iudice loci, etiam parte non citata, examinatos probatur, nisi forte culpa, aut negligentia Legati, factum sit: ut uel caperetur uel spoliaretur, aut aliud damnum acciperet: nam quos hoc casu sumptus facit, non domino, sed sibi imputabit. Sicut nec aliquod per id tempus, quo à latronibus detinetur, salarium meretur. Sed & si quid in medicos impensum fuerit, domino imputabitur. Sin uero ad apparatus quædam secum tulerit, ad Legationem uidelicet exequendam minime necessaria, nihil est quod eorum nomine quicquam damni domino imputetur. Sicut nec reputat, si quid citra mandatum in uoluptatem fecit: Qualia sunt, quæ hodie Principum Legati Mimis, Ioculatoribus, & Musicis donare solent: nisi & istorum quoque sumptuum rationem domini admittant. Sed nec dona accipere, ex publico decreto prohibentur Municipiorum Legati, alijque, qui gratis Legationem susceperunt, ab ijs, qui eos miserunt: nec decreta huiusmodi, & si donationem contineant, ambiciosa censeridebent. Qua sanè ratione Legati Romanorum, Q. Fabius Gurges, C. Numerius, Fabius Pictor, & Q. Vgolinus, ad Ptolemæum Regem missi, munera, quæ ab eo priuatim acceperant: sed eadem tamen priusquam Legationem renunciaissent, in ærarium detulerant: deinde ex decreto patrum & distributione Quæstorum, ea ut dona Senatus acceperunt.

Legat. lib. 10. l. et qui data opera ff. ex quibus caus. mato. Ro. singul. c. 91. l. cob. Rebuff. in l. procuratores C. de excus. munerum. l. uniuers. C. de Legat. l. cum duobus § quidam saza riam ff. pro socio. l. si seruus communis § quod uero ff. de furtis. l. idem § sed cisi ad uenturas ff. mandati. Arg. l. uel uniuersorum ff. de pigno. act. l. de platea in l. ordinis. C. de decretis decur. lib. 10. Val. Max. lib. 4. cap. 3.

D. BRVNI DE LEGATIONIBVS LIBER QVINTVS, DE

PERSONIS EORVM AD QVOS MITTUNTVR Legati, & de officio eorum in suscipiendis dimittendis Legationibus.

De personis eorum ad quos mittuntur Legati, deque earum conditione & qualitate. Cap. I.



Vid in personis, tam eorum qui Legationes mittunt, quam eorum qui mittuntur, spectandum sit, satis à me superioribus libris demonstratum esse arbitror. Nunc de personis eorum, ad quos mittuntur Legati, dicemus. Sunt igitur personæ, ad quos Legationes mittuntur, aut publicæ aut priuatae: una aut multæ: Sacræ aut prophanae. Vna, publica & sacra, ut Pa-

Varie personæ ad quas mittuntur Legati.

Q pa,

pa, Cardinalis, Episcopus: Prophana, ut Imperator, Rex, Dux, Comes, Vna, priuata & sacra, ut Theologus, Sacerdos, Clericus: Prophana, ut Iureconsultus, Medicus, Mercator, Artifex. Multae personae interdum corpus aliquod, & uniuersitatem legitimam uel collegium constituunt, Vt Concilium Oecumenicum, Conuentus Imperij, Synodi prouinciales, & Episcoporum, Ciuitas, &c. Interdum nullum legitimum corpus faciunt, ut Conciliabula haereticorum, schismaticorum, seditiosorum: atque ad omnes has personas Legationes mitti possunt. Neque uero in his, quod ad mittendas Legationes attinet, consideratur, docti ne sint an indocti: prudentes an imprudentes: & honesto ne an humili loco nati: boni ne an mali.

Luc. 1. Maria mater Iesu Christi, uirgo fuit paupercula, & tamen digna a Deo habita, ad quam Gabriel Archangelus nunciatum, se matrem Dei futuram, Legatus mitteretur. Humanum genus ex superis, mediocribus, & infimis hominibus: diuitibus et pauperibus, omnibus autem peccatoribus constat: Ad quos tamen a Deo primum Prophetae, nouissimis autem temporibus Christus, & a Christo Apostoli, Legati missi fuerunt. Atque idem in humanis Legationibus obseruatum est. Nabal homo fuit diues quidem, sed idem (quod & nomen significat) stultus & prauissimus: Contra uero Abigail uxor eius, mulier & optima & prudentissima. Ad utrumque autem Rex Dauid Legatos misit: ad illum, ut quaedam ad uictum necessaria largiretur: ad hanc, ut mortuo iam marito, matrimonio copularetur. Populus Israel ad Tribum Benjamin Legatos misit, ut supplicium de authoribus sceleris (quod in ciuitate Gabaa in uxorem Leuitae perpetratum fuerat) sumendum postularent: & si huiusmodi postulatis non parerent, contra totam tribum tam nepharium facinus uindicaret. Possem & alia multa huius generis exempla, ex historijs tam sacris quam profanis, proferre: uerum paucis his satis demonstrasse uideor, Legatos ad stultos & prudentes, pauperes & diuites, magnos & humiles, bonos & malos, mitti posse. Verum illud maxime curandum est, ut si quando Legationes ad malos mittendae sunt, ne id contra auctoritatem & maiestatem nostram fiat: ne uel malorum contra nos proposita consilia, ijs ipsis magis confirmentur, quam frangantur. Vtilis erat (exempli gratia) Legatio Senatus, ad plebem seditiosam, quae in Auentinum secesserat. At non ita utile erat, ad seditiosum Antonium, Mutinam obsidentem, atque adeo patriam oppugnantem, Legatos mittere: Quod ne fieret, optimis rationibus a Cicerone in Philippicis suadet. Qui locus quoniam elegans est & ad deliberandum in uniuersum, de mittendis Legationibus, in primis utilis: libet eum integrum hic adscribere. Ad hunc, inquit, M. Antonium, Dij boni, Legatos mitti placet: norunt isti homines formam Reipub.

Conciliabula.

*Luc. 1.**Hebr. 1.**1. Reg. 25.**Iud. 20.*

Considerandum est, quando utile, & quando non utile sit, Legatos mittere.

Cicero Philipp. 5.

Ne mitterentur Legati ad M. Antonium.

pub. iura belli, exempla maiorum: cogitant quid Populi Rom. Maiestas, quid Senatus seueritas postulet? Legatos decernitis, ut si deprecentur, contemnet: si imperetis, non audiet. Denique quamuis seuera Legatis mandata dederimus, nomen ipsum Legatorum hunc, quem uidimus, restinguet ardorem Municipiorum, atque Italiae frangat animos. Vt omittam haec, quae magna sunt, ista Legatio moram & tarditatem afferet bello: quamuis dicant, & quosdam audiam dicturos, Legati proficiantur, bellum nihilominus paratur: tamen Legatorum nomen ipsum, & animos molliet, & belli celeritatem morabitur. Minimis momentis P. C. maximae inclinationes temporum fiunt, quum in omni casu Reipublicae tum in bello, & maxime ciuili, quod opinione plerumque & fama gubernatur. Nemo quaeret, quibus cum mandatis Legatos miserimus, nomen ipsum Legationis ultrò missae, timoris esse signum uidebitur. Recedat a Mutina, desinat oppugnare Brutum, decedat ex Gallia: non est uerbis rogandus, cogendus est armis. Non enim ad Hannibalem mittimus, ut a Sagunto recedat, ad quem miserat olim Senatus P. Valerium Flaccum, & Q. Fabium Pamphilum: Qui, si Hannibal non pareret, Carthaginem ire iussi sunt. Nostros Legatos quod iubemus ire, si non paruerit Antonius? Ad nostrum ciuem mittimus, ne Imperatorem, ne coloniam Populi Rom. oppugnet. Itane uero? hoc per Legatos rogandus est: quid interest, per Deos immortales, utrum hanc urbem oppugnet: an huius urbis propugnaculum, coloniamque Populi Rom. praesidij causa collocatam? Belli punici secundi, quod contra Maiores nostros Hannibal gessit, causa fuit Sagunti oppugnatio. Recte ad eum Legati missi, mittebantur ad Pœnum, mittebantur pro Hannibale, hostibus nostris & socijs. Quid simile tandem? nos ad ciuem mittemus, ne Imperatorem Populi Rom. ne exercitum, ne coloniam circumfedeat, ne oppugnet, ne agros depopuletur, ne sit hostis. Age si paruerit, hoc ciue uti aut uolumus aut possumus? Ante diem XIII Kal. Ianu. decretis uestris eum concidistis, constituistis ut haec ad uos Kal. Ian. referrentur, quae referri uideatis, de honoribus & praemijs bene de Reipublicae meritorum, & merentium, Quorum Principem iudicauistis eum qui fuit C. Caesarem, qui M. Antonij impetus nepharios ab urbe in Galliam uertit. Deinde milites ueteranos, qui primi Caesarem sequuti sunt: Tum illas coelestes diuinisque legiones, Martiam & Quartam, quibus cum Consulem suum non modo reliquissent, sed bello etiam persequerentur, honores & praemia spondidistis: eodemque die Decij Bruti praestantissimi ciuis Edicto oblato atque proposito, factum eius collaudauistis: quodque ille bellum priuato consilio susceperat, id uos auctoritate publica comprobauistis. Quid igitur illo die aliud egistis, nisi ut re hostem iudicaretis?

Q ij Antonium.

Patres Conscripti.

Legatio ad Hannibalem ut sciret habuit rationem.

Acta Senatus contra Antonium.

Antonium: his uestris decretis, aut ille uos æquo animo aspicere poterit: aut uos illum sine dolore summo uidebitis: Excluit illum à Reipub. distraxit, segregauit, non solum scelus illius, sed etiam (ut mihi uidetur) fortuna quædam Reipub. Qui si Legatis paruerit, Romanamq; redierit, num quando perditis ciuibus uexillum, quo concurrant, de futurū putatis? Sed hoc minus uereor, sunt alia, ob quæ magis nunquam parebit ille Legatis. Noui hominis insaniam, arrogantiam: noui perditæ consilia amicorum, quibus ille est deditus. Lucius quidē frater eius, utpote qui peregrè depugnauit, familiam ducit, si per se ipse sanus, quod nunquam erit, per hos esse ei tamen non licebit. Teretur interea tempus, belli apparatus frigescent, unde est adhuc bellum, nisi retardatione & mora: ut primum post discessum latronis, uel potius desperatam fugam, liberè Senatus haberi potuit, semper flagitauit, ut conuocaremur. Quo die primū conuocati sumus, quum designati Consules non adessent, ieci (sententia mea) maximo uestro consensu fundamenta Reip. serius omnino, quam decuit, nec enim ante potui. Sed tamen si ex eo tempore dies nullus intermissus esset, bellum profectō nullum haberemus. Omne malum nascens facile opprimitur, inueteratum fit plerumq; robustius. Sed tum expectabantur Cal. Ian. fortasse non rectè: Verum præterita omittamus. Etiam ne hanc moram afferemus, dum proficiscantur Legati, dum reuertantur: quorum expectatio dubitationem belli afferet: bello autem dubio, quod potest studiū esse delictus: Hæc Cic. Sed nec malè suasisse, quin potius eius Legationis euentum prædixisse se, in alia Oratione ostendit, Vbi sic inquit.

Iterum Legatos? Quid? ille faceret inducias? Ante Consules oculosq; Legatorum, tormentis Mutinam uerberauit, opus ostendebat munitionemq; Legatis, ne punctum quidem temporis, cum Legati adessent, oppugnatio respirauit. Adhuc Legatos: Quir? An ut in eorum reditu uehementius pertimescatis: Equidem cum antea Legatos decerni non censuissem, hoc me tamen consolabar, quod cum illi ab Antonio contempti, & reiecti reuertissent, dixissentq; Senatui, non modo illum è Gallia non decessisse, potestatem sibi Decij Bruti conueniendi non fuisse: Putabam fore, ut omnes inflammati odio, excitati dolore, armis, equis, uiribus, D. Bruto subueniremus. Nos etiam languidiores facti sumus, postquam Antonij non solum audaciam & scelus: sed etiam insolentiam superbiamq; perspeximus. Hæc in alia Philippica Cicero. Et hunc respectum nos quoq; ad omnes personas in uniuersum, ad quas mittimus, habere debemus: & generaliter in omni Legatione curare, ut antequam mittamus, personæ eorum ad quos mittimus, cognitæ nobis sint: ut scire possimus, an tuto & honestè ad eas, & sine nostro & eorum quos mittimus incommodo mittere possimus.

De

De eorum ad quos mittuntur Legati, circa Legationes, Auctoritate. Cap. II.



Mnis auctoritas eorum, ad quos mittuntur Legati, in admittendis, audiendis, dimittendisq; Legationibus uersatur: Eam interdum per se: Interdum per alios exercent. Per se, ut qui præsentibus ipsi, proprio iure & auctoritate Legationes expediunt. Per alios, qui eam rem per alios gerendam demandant. Sunt autem multæ causæ, propter quas Legationes alijs, uel totas uel aliquas earum partes expediendas committimus. Vna est, Quod ipsi alijs negocijs præpediti, ijs ipsis superesse & uacare non possumus. Quomodo Consul Romanus Atholorum Legationem, quoniam alia sibi præuertenda erant, non ipse audiuit, sed quæ uellent, L. Flacco exponere iussit. Alia, Quod eo loco Legationes audiendæ sunt, quò neq; commodè nos peruenire, neq; quorum opéra consilioq; ad id nobis opus est, hinc ad nos auocare possumus. Qua ratione Romani olim, Oratores hostium de pace petenda, iungendaq; amicitia, non per se in Senatu, sed in castris per Consules & Legatos audiuerunt: Quia nec Senatus excedere urbe, nec Consules exercitum commodè relinquere potuerunt. Atq; eadem ratione Legatos de controuersijs disceptandis missos, non per se sed per alios audiuerunt. Tertia, Quod mandata à Legatis exponenda eiusmodi fore suspicamur, ut ea sine uerecundia inuidiaq; nostra, neq; audire, neq; ad postulata respondere possimus. Quo sanè consilio Antiochus Rex, Romanorum Legatos, non ipse quidem audiuit: sed id muneris Minioni, qui Princeps amicorum eius erat, demandauit: Quod & Sulpitius Ro. Legatus ex Oratione Minionis, quam Regis sui nomine habuerat, pulchrè indicauit. Is enim, cum dicta quædam à Minione essent, quæ Regem ipsum non fuisse dicturum existimabat, ita respondit. Fecit uerecundè Antiochus, qui si alia pro causa eius non erant quæ dicrentur, quemlibet ista quàm se dicere maluit.

Sunt fortasse & aliæ causæ, propter quas Legationes per alios expediuntur: At satis iam est, nos uel aliquas indicasse, ut his cognitis, alij de alijs quoq; cogitandi occasionem materiamq; habeant.

Sed nec quibus coniunctim hoc munus mandatū est, singulatum illud & diuisim explere possunt. Quod Romanorum Consules, Antiochi Regis, multorumq; aliorum Legatis, de pace alijsq; rebus agentibus, sæpe responderunt: solos se absentibus Decem Legatis, nihil sententiæ habere. Iam uerò & illud intelligendum est, quædam in Legationibus suscipiendis, dimittendisq; esse, quæ ita alieno ministerio sunt, ut proprio commodè fieri non possint. Cuiusmodi sunt, Legationes excipere, obuiam ire Legatis, ho-

Q. iij spitia

Non expedit Reipub. Antonium redire in urbem.

Mora rei bene gerendæ non ciua.

Philipp. 8.

Legatorum contempta ab Antonio auctoritas.

Consideranda sunt prius personæ, ad quas mittimus, ut antequam mittamus, personæ eorum ad quos mittimus, cognitæ nobis sint.

Causæ audiendi Legatos non per se sed per alios.

T. Linius lib. 6. de bell. Maced.

T. Linius lib. 5. bell. Maced.

T. Linius lib. 4. bell. Maced.

spitia designare, comitari eos, & quæ sunt similia. Alia autem nihil prohibet, uel per eos fieri ad quos mittuntur Legationes, uel per eos ipsos alijs ea mandari: ut audire postulata Legatorum, responsa dare, munera Legatis largiri, & quæ sunt generis eiusdem.

De Concilijs Publicis, & uarijs generibus eorum.

Cap. III.



Voniam frequens est Legationum usus, quæ ad publica Concilia mittuntur, non alienum fuerit hic de auctoritate publicorum Conciliorum, quantum quidem ad propositum nostrum attinet, dicere. Quod quò planius fiat, primum de ratione Conciliorum, ac uarijs eorum generibus dicam. Est igitur Concilium, multorum consulendi causa congregatio, ueteres conuentum etiam appellabant: nostri Dietas uocant. Et quod nos uocamus Concilia, Dietas celebrare: ueteres conuentus peragere dicebant. Proprium opus Concilij, est consultare, & multorum consilia in unum conferre. Conciliorum uaria sunt genera. Nam alia sacra sunt, alia prophana. Sacra, ut Synodi Ecclesie uniuersalis, prouinciales, Episcopales, conuentus Capitularum, &c. Prophana, ut conuentus Procerum Imperij, regnorum, gentium, populorum, prouinciarum, ciuitatum, &c. Synodi Ecclesiasticae sunt, in quibus negocia Ecclesiastica aguntur. Negotia Ecclesiastica, quædam ad uniuersalem & Catholicam Ecclesiam, quædam ad Ecclesias particulares prouinciarum pertinent. Quæ sunt prioris generis, ea nonnunquam in uniuersalibus: nonnunquam in particularibus Ecclesie Concilijs pertractantur. Cause autem particularium Ecclesiarum in prouincialibus, & Episcopalibus Concilijs aguntur. Quo fit, ut duo sint genera Conciliorum Ecclesiasticorum, Concilia uniuersalis & Catholicæ Ecclesie, & Concilia particularium Ecclesiarum. Concilium uniuersalis Ecclesie, rursus Duplex est, Nam quoddam est uniuersale, quoddam Locale. Vniuersale Oecumenicum Græcis dicitur, quasi totius Orbis, quia ad id Episcopi totius orbis conuocantur: Et est (ut Ioan. Gerson Cancellarius Parisiensis definit) congregatio legitima auctoritate facta, ad aliquem locum, ex communi statu Hierarchico totius Ecclesie Catholicæ: nulla fidei persona, quæ audiri requirat, exclusa: ad salubriter tractandum & ordinandum ea, quæ ad debitum regimen eiusdem Ecclesie, in fide & moribus respiciunt: Cuiusmodi est, Nicænum, Ephesinum, Constantinopolitanum, Chalcedonense, &c. Locale definire possumus, ut sit conuentus non omnium, sed aliquorum Orthodoxorum parum, ad aliquem locum, de his quæ ad fidem & reformationem status Ecclesiastici perti-

Quid Concilium.

Varia genera Conciliorum.

Sacra.

Prophana.

Synodi.

Quid Oecumenicum seu uniuersale Concilium.

Gerson de pot. Eccle. cons. 12.

Concilium Locale.

pertinent, consulendi causa legitime indictus. Huius generis fuerunt, primum Concilium Apostolorum, omniaque alia Concilia usque ad Nicænum celebrata: & post Nicænum multa quoque alia, ut Romanum, Elibertinum, Arelatense, Gangrense: Sub Syluestro. Romanum, Agrippinense, Antiochenum, Sardicense: sub Iulio. Laodicense: sub Damaso: aliaque, quæ sub alijs Romanis Pontificibus in Ecclesia localia Concilia, de Sacrosancta fide & religione, celebrata fuerunt, ut Toletana, Aphricana, &c. Sunt tamen, qui & localia ipsa uniuersalia appellent, non quidem propter uniuersalem omnium conuentum: sed propter res ipsas in ipsis tractatas, quæ in uniuersum ad omnes pertinent. De qua re, nos in ijs libris, quos de Concilio uniuersali scripsimus, latius disseruimus.

Concilia prophana sunt: in quibus negocia Imperij, regnorum, prouinciarum, gentium, & populorum, prophana tractantur. Et eorum, quædam ad uniuersalem statum Regni, Quædam ad particulares ordines pertinent. Vniuersalia & publica Imperij, Regniue negocia, Quædam in conuentibus uniuersalibus, Quædam in particularibus geruntur. Prouinciales autem cause ad Prouinciales quoque conuentus referuntur. Vniuersalis Imperij uel Regni conuentus, est omnium ordinum Imperij uel Regni: de rebus, quæ ad augendum conseruandumque honestum & salubrem statum, & regimen eiusdem pertinent, consultandi atque definiendi causa, legitime facta congregatio: Eiusmodi apud nos sunt Comitatus Imperialia. Particularis est, aliquorum de rebus totius Imperij uel Regni consultandi causa, congregatio, ut conuentus Principum Electorum, de eligendo Principe, alijsue causis Imperij consultandi causa conuenientium. Prouincialis, est ordinum & statuum alicuius prouincie, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, &c. de rebus eorundem consulendi gratia congregatio. Sunt autem in unoquoque Concilio tam sacro quam prophano, Quatuor spectanda, persona, auctoritas, res, & decretum: Auctoritas ad personam, decretum ad res refertur. Personæ Concilij sunt Duplicis generis, Quædam Concilij præsidet, Quædam præsidentibus a consilijs assident. Auctoritas personarum est & præsidentium & consulentium: Quæ quidem in indicendo, præsidendo, consultando, definiendo, & authorando consistit. Res sunt de quibus consultatur & definitur, quarum aliæ ad uniuersos, aliæ ad singulos referuntur. Rursus personæ, quædam proprio iure inter-

Concilia secularium seu prophana.

Quid uniuersalis Imperij aut Regni conuentus.

Quatuor spectanda sunt in Concilijs.

Personæ in Concilijs inter sunt quædam per se, quædam per Legatos.

terfunt Concilij, Quædam aliorum uice funguntur, ut Legati. Nam & in publicis Concilijs uerum est quod dicitur: quod quis per alium facit, perinde est, ac si per se ipsum faciat. Quod quidem & in præsidentibus & assidentibus locum habet. Nam & Episcopi Concilij Ecclesiasticis: & Principes seculares Concilij prophanis, per se &

per Legatos, tam præsidendo quàm assidendo, interesse possunt. Olim consuetudo Ecclesiæ fuit, ut Ro. Pontifices, Concilijs in remotioribus locis celebratis, non per se interessent, sed Legatos mitterent. Ideoq; Leo Episcopus Ro. à Theodosio Principe & ipsius sorore Pulcheria adnotatus, ut Ephesino Concilio ipse quoq; interesset: non ipse uenit, sed Legatos misit, simul atq; absentiam suam excusando; & Principibus ambobus & Synodo scripsit: Primum non hoc permittere rationem, Deinde nec eius rei aliqua exempla præcessisse: Ac Tertio, præsentium rerum conditionem non ferre, ut à tantæ urbis populis abesset. Et ad eundem modum Paschasius Legatus, ipsius absentiam in Concilio Chalcedonensi excusat. Sic enim ad patres Concilij loquitur. Notum est, huic Deo amabili Concilio, & ad B. & Apostolicum Leonem, sacras esse literas destinatas, quatenus huic Sancto Concilio se præsentare dignaretur: sed quoniam nec antiqua hoc tenuit consuetudo, neq; generalis temporis necessitas permittere uidebatur, nostram paruitatem huic Sancto Concilio pro se præsidere præcepit. Ideoq; necessarium est, ea quæ in medium proferuntur, per nostram interloquutionem discutari. Quo loco sanè intelligendum est, æquè præsentem esse eum, qui per Legatos adest, atq; eum qui ipse adest: quod idem Leo testatur. Sic enim ad Martianum scribit. Nec me quoq; (ut uoluit uestra Clementia) ab illo credatis abesse Concilio, cum in his fratribus, quos direxi, etiam mea sit æstimanda præsentia. Et ad Synodum Chalcedonensem. Tamen in his fratribus (inquit) qui ab Apostolica sede directi sunt, me Synodo uestra paternitas existimet præsidere: nec seunctam à uobis præsentiam meam consistat, qui nunc in uicarijs meis adsum. Nec refert, qui Legati ab Episcopis mittantur: siue Episcopi sint, siue inferioris Ordinis, modo Clerici sint. Quapropter non audiebatur uox Ægyptiorum Episcoporum, in Concilio Chalcedonensi, qui Dioscori partibus fauebant, clamantium: Synodus Episcoporum est, non Clericorum, superfluos eijcite. Quasi uero Clerici, qui pro absentibus Episcopis Legati missi erant, Concilio interesse; suosq; Episcopos repræsentare non possent. Illud etiam ad rationem Conciliorum pertinet, ut qui congregantur, membra sint unius alicuius legitimi corporis: inter se & cum capite coniuncta, totum corpus uel præcipuam aliquam partem repræsentantia. Etenim conuentus Acephali (Quales sunt inter Ecclesiasticos hæreticorum & schismaticorum: inter prophanos omnium seditiosorum) non Concilia, sed Conciliabula uocanda sunt. Huiusmodi fuerunt olim Græchorum, Apulei, L. Drusi, Spartaci, & aliorum seditiosorum conuentus. Concilia item Arrianorum apud Tyrum, Bithyniam, Antiochiam: & multi in Ægypto, alijsq; locis & prouincijs, aliorum Hæreticorum conuentus.

Leo I. Papa non interfuit Concilij Ephesino & Chalcedonensi nisi per Legatos.

Epistola 11. 16.

Actio 3. Chal. Concilij.

Leo epistola 4.

Leo epist. 45.

Act. 1. Clerici possunt esse Legati Episcoporum in Concilijs.

Conuentus Acephali, conuentacula sunt & conciliabula.

L. Florus lib. 3. de gest. Ro.

Trip lib. 1. cap. 19.

conuentus. Qui quoniam eorum fuerunt, qui à corpore Catholice Christi Ecclesiæ, & ab illius capite & unitate se separauerant, secp; adeo ipsos condemnarant: Nullum eorum legitimum Concilium esse potuit. Sicut nec conuentus hæreticorum, quos hodie passim agi uidemus, Concilia, sed potius conuentacula & Conciliabula appellari debent: Quod nos in seditiosis nostris, & in ijs libris qui de hæreticis & schismaticis à nobis scripti sunt, fusius explicauimus.

De personis Conciliorum, tam sacrorum quàm profanorum. Cap. IIII.

Personæ Conciliorum in ea conditione esse debent, ut de rebus, quæ in Concilio tractantur, cognoscere atq; definire possint. Quo fit, ut ad Ecclesiastica Concilia, personæ tantum Ecclesiasticæ admittantur: Quippe de rebus Ecclesiasticis, personæ sacræ, non profanæ cognoscunt. Sic enim ait dominus ad Aaron. Præceptum sempiternum est, in generationes uestras, ut habeatis scientiam inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum: doceatisq; filios Israël omnia legitima mea. Et in Deuteronomio. Accedent Sacerdotes Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus, ut ministrent ei & benedicant in nomine eius: & ad uerbum eorum omne negotium pendeat, & quicquid mundum & immundum iudicetur. Et Ezechiel. Populum meum docebunt, quid sit inter sanctum & pollutum: inter mundum & immundum ostendent eis. Et cum fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis & iudicabunt. Iam igitur ex his rectè concluditur, in Ecclesiasticis Concilijs, profanas & sæculares personas, nullam prorsus neq; cognitionem, neq; suffragium habere. Quod & Christianos & Catholicos olim Principes minime latuit, qui etiam Concilijs interfuerunt, non tamen aliquam in ijs sibi cognoscendi definiendiq; auctoritatem sumpserunt: Sed hoc tantum egerunt, ut sua præsentia, tum fides in subditis confirmaretur, tum Concilia ipsa, à uiolentia & tumultibus custodirentur. Hoc imprimis Constantinus ille Magnus testatur, qui Episcopis ad Nicænam urbem de erroribus Arrii, cognoscendi atq; de fide Catholica definiendi causa, conuocatis: & ad locum in Regia, sub sellijs & solijs, quæ Episcoporum numero sufficere possent, instructum, introire, ac de re proposita consultare iussis: ipse quidem cum paucis omnium postremo ingressus, paruo in solio inter Episcopos affedit, præfatus ueniam prius & petita concessione ab Episcopis, loqui cepit. Et Christianissimus Imperator Martianus in Concilio Chalcedonensi, in ipso statim ingressu, inter cætera hæc quoq;

Ad Concilia Ecclesiastica, non sæculares sed Ecclesiastici pertinent.

Leuit. 10.

Deute. 21.

Ezech. 44.

Sæculares personæ non habent cognitionem aut suffragium in Concilijs Eccles.

Theod. lib. 7. cap. 7.

Constantinus Imp. in Concilio Nicæno.

Concil. Chalced. actione prima.

Dist. 96. cap. Nos ad fidem. quoque ad Patres loquitur. Nos, inquit, ad confirmandam fidem, non ad ostendendam uirtutem, exemplo Imperatoris Constantini adesse Synodo excogitauimus, ne in posterum multitudo populi institutionibus prauis attracta, inueniatur dissentiens. Et in Sexta deinde actione, idem isdem prope uerbis reiterauit. Nos (inquit) ad fidem corroborandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religiosi Principis Constantini, Synodo interesse uolumus, ne ulterius populi prauis persuasionibus separentur. Idem quoque Episcopium Comitem, Eulogium Tribunum & Notarium: tanquam custodes, ministros, & defensores, Concilio adhibuit, ut ipsius ad eos literæ testantur. Ad eundem item modum

Episto. Theodosij II. ad Conciliū Ephesinum.

Theodosius iunior, Candidianum Comitem ad Ephesinam Synodum misit. Quippe qui literis suis ad Concilium scriptis planè testatur, non in hoc à se missum Legatum, ut his quæ faciendæ de pijs dogmatibus quæstiones essent, seu potius expositiones cum Synodo communicaret: Illicitum esse dicens, eum, qui non esset ex ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis immisceri tractatibus.

Officium Laicorum in Concilio Eccle.

Sic nihil prohibet, & alios Laicos Concilijs Ecclesiasticis interesse posse, non quidem, ut quicquam de causis fidei religionis & Ecclesiarum cognoscant aut decernant, sed ut uel consultent uel doceant, uel discant, uel ea quæ legitime decreta fuerint, ipsi opere exequantur. Nam tradunt sancti patres, quod & unanimiti Ecclesie consensu semper obseruatum fuit, etiam Laicorum in Ecclesiasticis Concilijs, in quibus de religione & fide agitur, dubia & quæstiones, tum etiam sententias & consilia audienda esse: non autem permittendum, ut aliquod in his decretum (quod quidem ad solos sacerdotes pertinet) interponant. Concilia autem prophana, personarum sunt sacrarum & prophanarum: Harum quidem principaliter, quia & negocia, quæ in huiusmodi Concilijs principaliter aguntur, prophana sunt: Illarum uero, quia & ad Episcopos, sacerdotes & clericos, quarundam prophanarum causarum cognitio pertinet. Ideoque & apud omnes semper gentes, non solum publicis Concilijs adhibiti fuerunt, sed magnam etiam in publicis administrationibus auctoritatem habuerunt. Plato inter ministros, qui proxime ad Regem accedunt, genus sacerdotum connumerat: eorum uidelicet, qui intelligant doceantque, quo pacto Donaria & sacra dijs sint offerenda, quid uel boni à Dijs petendum sit. Quin etiam apud Ægyptios tradit, non licuisse Regi absque sacerdotio imperare, Adeo ut si quispiam ex alio genere uel Regnum usurpasset, coactus fuerit post Regni assumptionem initiari, ut Rex denique esset & sacerdos. Sed & idem Plato testatur, apud Græcos, præcipua sacra à Magistratibus summis instituta fuisse, tum creato Regi patria & solennia sacra, maxima & purissima omnium, tributa fuisse.


In Concilijs prophanis etiam Episcopos loci habent.

Plato iubet sacerdotes Regi proximos assistere.

fuisse. Apud Ægyptios, sacerdotes consilij Regis adhibitos fuisse, Diodorus his uerbis testatur. Ægyptij, inquit, uectigalibus trifariam partitis, priorem portionem accepit collegium sacerdotum, magna apud incolas auctoritate. Adfunt enim grauibus in rebus hijs semper consilio atque opere Regibus, tum astrorum peritia, tum sacrificijs futura prædicantes: ex libris præterea sacris priorum gesta referunt, quibus Reges in agendis noscunt, quæ sint futura: Hæc Diodorus. De Druidibus Gallorum ita scribit Cæsar. In omni Gallia, eorum hominum, qui in aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo, Alterum est Druidum, Alterum Equitum. Illi rebus diuinis interfunt, sacrificia publica & priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus Adolescentum numerus disciplinæ causa concurrat, magnoque hijs sunt apud eos honore. Nam ferè de omnibus controuersijs publicis priuatisque constituunt: & si quod est admissum facinus, si cædes facta est, si de hæreditate, de finibus controuersia est, isdem decernunt, præmia pœnasque constituunt: Si quis priuatus aut populus, eorum decreto non stetit sacrificijs interdicitur. Hæc pœna apud eos est grauisissima. Quibus ita est interdictum, hijs numero impiorum & sceleratorum habentur, & ab ijs omnes decedunt: aditum eorum, sermonemque eorum defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque ijs penitentibus ius redditur, neque honos ullus redditur: His omnibus Druidibus præesse unus solet, qui summam inter eos habet auctoritatem, &c. Hæc Cæsar. Illud etiam obiter hic adnotandum uideatur, quod non contemnendi authores tradunt, Druides in Germaniam, e Gallia à Cæsare eiectos, migrasse, & suam quoque religionem in Germaniam intulisse: aut Germanorum religionem interpretatos fuisse. Quod mihi uerò simile sit, primum ex eo, Quod nummi in Germania reperiantur, quos Drudenfues appellant: quales ego multos Vuirzburgi uidi, & quædam etiam oppida in Francia Orientali sint, quæ nomina sua à Druidibus sortita uideri possunt, ut Truidhaum Nordunegia urbs Vuassertruiding, oppidum ditioni Marggrauorum Brandenburgensium subiectum. Deinde, quod Germani multis uocabulis utuntur, ex lingua græca deriuatis, quæ à Druidibus, qui (authore Cæsare) ea lingua usi sunt, in Germaniam illata sunt, quorum multa enumerat Andræas Althamerus, in commentarijs suis in Cornel. Tacitum. Sed & Pentagoni signum & mysterium, Druides in Germaniam intulisse uidentur, eoque infanti um cunis pro tuenda eorum ualetudine insculpunt, & locis quibus in cunis ligatur infans intexunt. Est autem mysterium quod à Græcorum disciplinis acceperunt, ut qui eiusmodi pentagoni

Diod. lib. 2. de Fab. antiq. Honor sacerdotum olim apud Ægyptios.

Authoritas Druidi olim apud Gallos. Cæsar lib. 6. Comment.



& Pentagoni signum & mysterium, Druides in Germaniam intulisse uidentur, eoque infanti um cunis pro tuenda eorum ualetudine insculpunt, & locis quibus in cunis ligatur infans intexunt. Est autem mysterium quod à Græcorum disciplinis acceperunt, ut qui eiusmodi pentagoni

pentagoni signo nunciantur, à morbis incolumes conferuentur. Quod & literas Græcas, qua pentagoni signum representant præferre dicunt, siquidem pentagonus has literas complectitur.

v. γ. ι. ε. ι. α. ex quibus conflatur dictio ὕψιστος, quæ idem Græcis significat

Ioseph. lib. 4. Iud. antiq. c. 6. quod nobis sanitas. Apud Iudæos unicuique magistratui, duo uiri ex tribu Leuitarum ministri præbebantur. Idcirco ex lege quam

Moyse moriturus Iudæis tradidit: Ac idem de iudiciis statuens, sic inquit: Si uero iudices non intelligunt de rebus sibi creditis iudicare, quando multa talia solent hominibus prouenire, integram causam in urbem sacram remittant: & conuenientes, Pontifex, & propheta, & seniores, quæ eis iusta uidentur, pronuncient. De Rege autem constituendo huiusmodi legem tulit. Si autem fuerit uobis Regis amor, sit iste contribulis, sitque ei iustitiæ prouidentia semper, & uirtutis alterius magnitudo: Sciat autem is legibus atque Deo plurimum inesse sapientiæ, nihilque gerat præter Pontificis seniorumque sententiam, Testis est Fl. Iosephus. Ex quibus quidem legibus apparet, Iudæorum sacerdotes, non solum publicorum consiliorum participes: sed magna etiam ex parte præsidis fuisse.

e. translato de consiliis.

Sacerdoti & Regni in Ecclesia.

Utraque potestas in una persona.

Postremo, sacerdotio Synagogæ in Ecclesiam Christi translato, magna non solum in sacris, sed etiam prophanis rebus autoritas in Christi sacerdotes & Episcopos collata est. Ac primum quidem certum est, & sacerdotium & Regnum legitimum, primum semini Abraham promissum & datum: Deinde in sancta Dei Ecclesia semper per sacerdotes, & ab ijs constitutos Reges administrata, & ab Abraham in Christum, à Christo autem in Ecclesiam suam translata fuisse: ut hæc in libro, quem de autoritate Ecclesiæ scripsimus, multis scripturæ & patrum testimonijs probauimus. Idcirco nihil repugnat utranque potestatem, & sacerdotij & Regni, atque gladij, in unius persona residere. Siquidem officium pastoris à Christo Petro his uerbis commissum est: Pasce oues meas. Quibus quidem uerbis, omnem administrationem comprehendit, qua oues Christi, in omnibus quæ ad ueram & Catholicam fidem, publicam & honestam disciplinam: hominumque inter ipsos tranquillam societatem conseruandam, ac æternam salutem consequendam, pertinent, pascuntur atque erudiuntur.

Matth. 26.

At clarius aliquanto hæc probantur per alia uerba Christi, dum inquit. Mitte gladium tuum

Iohn. 18.

in uaginam. Item, per uerba Apostolorum. Domine ecce duo gladij hic &c. Quibus nimirum significatur, utranque potestatem in una etiam Ecclesiastica persona: nempe Petro & illius successori-

Bernard. ad Eugen. lib. 4.

bus consistere. Quod Bernardus ad Eugenium scribens, his uerbis testatur. Quid tu demum usurpare gladium terites, quem semel iustus es reponere in uaginam. Quem esse qui tuum negat, non satis mihi uidetur attendere uerbum Domini dicentis sic: Conuer-

Conuertere gladium tuum in uaginam.

uertere

uertere gladium tuum in uaginam, tuus ergo, & ipse forsitan tuo nutu, etsi non tua manu euaginandus. Alioqui si nullo modo ad te

Luce 22.

pertineret, & dicentibus Apostolis, Ecce duo gladij hic, non responderet Dominus. Satis est, sed, nimis est. Uterque ergo Ecclesiæ & spiritualis scilicet, & gladius materialis: sed is quidem pro Ecclesia, ille uero ab Ecclesia exercendus: ille sacerdotis, is militis manu: sed sane ad nutum sacerdotum & iussum Imperatoris.

2. Timoth. 2.

At, inquis, Nemo militans Deo, implicat se negocijs sæcularibus, ut possit placere ei, cui se probauit, ut Apostolus Paulus docet. Recte quidem Apostolus, qui sacerdotes & Episcopos admonet, ut se à negocijs sæcularibus abstineant: non quod de ijs cognoscendi potestatem non habeant, aut exercere ea non possint: sed ne eorum exercitio à ministerijs diuinis abstrahantur, quibus ita uacare debent, ut placere possint ei, cui se probarunt. Nam ut idem Apostolus ad Corinthios scribens, ait, Audet aliquis uestrum, habens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos: An nescitis, quia sancti de hoc mundo iudicabunt? & si in uobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis, quia angelos iudicabimus: quanto magis sæcularia? Sæcularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Quo loco Apostolus iudicium sæcularium negociorum, sacerdotibus non quidem adimit, sed non nisi ex causa exercendum, tum etiam contemptibilioribus, id est, qui in terrenis rebus, non qui in spiritualibus exercentur, committendum esse demonstrat, Quod idem Bernardus his planè uerbis edocet. Itaque

Nō implicari negocijs sæcularibus.

1. Corinth. 6. Iudicare de hoc mundo.

Bern. lib. 1. de consil. ad Eugen.

2. Tim. 2.

Luce 12.

Iudicare de terrenis rebus non est speciosum sacerdoti

Proverb. 22.

secundum Apostolum, indignè tibi usurpas tu Apostolicus officium uile graduum contemptibilem. Vnde & Apostolus Episcopum instruens. Nemo, inquit, militans Deo implicat se negocijs sæcularibus, Et paulò post. Vbi aliquando aliquis Apostolorum iudex sedit hominum, aut diuisor terminorum, aut distributor terrarum? Christus ait. Quis me constituit iudicem inter uos? Vbi Ambrosius sic ait. Benè ergo terrena declinat, qui propter diuina descendit, nec iudex dignatur esse litium & arbiter facultatum uiuorum: habens mortuorum iudicium, arbitriumque meritorum. Non ergo quid petas, sed à quo postules intuendum est: nec maioribus intento animo, putes minoribus obstrependum. Vnde non immeritò refutatur hic frater, qui dispensationem celestium gestiebat corruptibilibus occupare, Non ergo transgrediaris terminos, quos posuerunt patres tui, Et paulò post sequitur. Mihi uero non uidetur bonus æstimator, qui indignum putat, Apostolis seu Apostolicis uiris non iudicare de talibus, quibus datum est iudicium in maiora. Quid ni contemnant iudicare de terrenis possessiunculis hominum, qui in celestibus & angelos iudicabunt? Ergo in criminibus,

R nibus,

nibus, non in possessionibus potestas uestra: propter illa siquidem,
Matth. 9. non propter has, clauas accepistis Regni cœlorum: præuaricatores
Mat. 2. utiq; exclusuri, non possessores, *Vi sciatis quia filius hominis habet*
Luce 5. potestatem in terra dimittendi peccata, &c. Quæ nam tibi uideatur
 maior dignitas & potestas: dimittendi peccata, an prædîa diuiden-
 di? Sed non est comparatio: habent hæc infima & terrena iudices
 suos, Reges & Principes terræ, Quid fines alienos inuaditis? Quid
1. Corinth. 6. falcem uestram in alienam messem extenditis? non quia indigni
 uos, sed quia indignum uobis, talibus insistere, Quippe potioribus
 occupatis. Deniq; nisi necessitas exigit, audi quid censeat non ego
 sed Apost. Si enim in uobis iudicabitur hic mundus, indigni estis:
 qui de minimis iudicetis. Sed aliud est, incidenter excurrere in ista,
 causa quidem urgente: aliud ultro incumbere istis, tanquam magis
 digni tali & talium intentione rebus: Hactenus Bernardus. Cæ-
 terum, quibus ex causis Ecclesiarum prælati, gladium temporalis
 potestatis exerere atq; exercere possint, in antedicto libro nostro
 de authoritate Ecclesiæ satis explicauimus. Illud unum ex eodem
Lib. 2. de cons. ad Eugē. Bernardo hic addere libet, is de potestate Romani Pontificis lo-
 quens. Age ergo, inquit, puta tempus purificationis adesse, si tamen
 meditationem premit, si cor mouisti: iam lingua mouenda est &
Psal. 4. 4. manus. Accingere gladio tuo, gladio spiritus: quod est uerbum
 Dei: Glorifica manum & brachium dextrum, in faciendo uindi-
Psal. 14. 9. ctam in nationibus, increpationes in populis: in alligando Reges
 eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Atq;
 ex his planè iam intelligimus: Quemadmodum Ecclesia iurisdic-
 tionem rerum temporalium, uel suo iure recuperauit, uel beneficio
 Principum, & largitione pia Christi fidelium acquisiuit: Ita non te-
 merè etiam fieri, quod Ecclesiarum prælati ad prophana Concilia
 admittuntur. Quomodo Archiepiscopi, Episcopi, & cæteri Eccle-
 siarum Prælati, quibus Regalia & iurisdicctio rerum temporalium,
 ab Imperio in feudum data sunt, publicis quoq; Imperij Concilijs
 interfunt, ac de Imperij negocijs cognoscunt atq; definiunt: Quin
 et officia quædam in illis publica administrant. Quale est officium
 Cancellariatus. Quo tres Archiepiscopi Electores, quisquis in sua
 Prouincia & Regno sibi destinato, funguntur. Ac Fridericum Ro-
 manorum Imperatorem, huius nominis Tertium dixisse ferunt,
 tantam Imperio utilitatem ab Ecclesiastico ordine in publicis Im-
 perij Concilijs afferri: ut eo excluso, Romanum Imperium ab Im-
 peratoribus Ro. commodè gubernari administrariq; non possit.
 Et eodem modo in alijs Concilijs Regnorum, Prouinciarum
 & Ducatum, suum quoq; ordinem habent Prælati, ut & delibe-
 rare & consultare de publicis negocijs, atq; una cum cæteris pro-
 phanis ordinibus definire possint. Sed nec illud prætereundum
 est,

Verba Friderici III. Imp.

*Prælati in fe-
cularibus con-
uentibus.*

est, esse quasdam personas, quæ nec præsident Concilijs, nec assi-
 dent, & tamen Concilijs interfunt: ut Notarij, Scribæ, Custodes, Scribæ & No-
tarij in Concilijs.
 Aduocati, Procuratores, Promotores. Sed et quædam officia sunt, Officia diuer-
sa personarum
in Concilijs.
 quæ ab his geruntur, qui ipsis quoq; Concilijs assident, ut Iudices,
 Scrutatores suffragiorum, Sessioarij &c. Hæc per electionem,
 nunc illis nunc alijs contingunt, uel beneficio Principis, uel ordine,
 uel familiæ iure perpetuò dantur, ut officium Archicancellariatus
 Imperij, quod tribus sedibus Episcopalibus, unicuiq; in Prouincia
 sua, & Regno sibi destinato, à Ro. Imperatoribus datum est. Item,
 officium colligendorum suffragiorum, quod ad domum Saxoni-
 cam iure hæreditario pertinet. Sunt & personæ quædam, quæ Tribuni ple-
bis apud Ro.
val. Max. lib.
2. cap. 1.
 ad Concilia quidem uocantur: Concilijs autem neq; interfunt, nec
 in Concilio ius dicendi sententiam habent. Tales apud Romanos
 Tribuni plebis fuerunt. De quibus ita Valerius Maximus scribit.
 Illud quoq; inquit, memoria repetendum est, quod Tribuno ple-
 bis intrare curiam non licebat: ante ualuas autem positus subsellijs
 decreta patrum attentissima cura examinabant, ut si qua ex his im-
 probassent, rata esse non sinerent. Itaq; ueteribus Senatufconsul-
 tis T. littera subscribi solebat, eaq; nota significabatur, illa Tribu-
 nos quoq; censuisse. Tales & hodie in Conuentibus Imperiali-
 bus sunt ciuitatum Imperialium Legati: Qui & ipsi pro uetustissi-
 mo Imperij more ante ualuas excubant, expectantes, quid in Con-
 cilio à proceribus Imperij deliberatum decretum ue fuerit: hoc tan-
 tum inferiores Tribunis Romanis, quod non improbare, quæ de-
 creta fuerint, possint: sed rata habere, ipsidemq; parere necesse ha-
 beant. Quamquam sunt qui ius dicendi, sententias in Concilio Im-
 perij ambientes, summo studio aliquot iam annis eum morem, si-
 cut & alias laudatas Imperij consuetudines, abrogare laborant.
 Quorum tamen conatibus Imperij Proceres hactenus semper re-
 stiterunt. Quæ res multas sæpe contentiones excitauit, illis nescio
 quam nouationem tentantibus: His uerò Imperij consuetudini,
 tum iuri etiam communi inhærentibus. Cæterum quæ pars iuri
 potiori nitatur: Equidem eorum iudicio, penes quos est summa re-
 rum, relinquo.

Oratores ciui-
tatum Imperi-
alium.

De authoritate Conciliorum. Cap. V.

IAm uerò de authoritate Conciliorum dicendum est:
 Quæ in indicendo, præsidendo, & definiendo uersatur:
 Ac de authoritate Conciliorum Ecclesiasticorum satis à
 nobis dictum est in ijs libris, quos de Concilio uniuersa-
 li Ecclesiastico scripsimus. Hoc autem loco, de authoritate prophana-
 norum Conciliorum dicendum est. Indictio igitur Conciliorum Concilia pro-
phana.
 prophanorum eorum est, qui Regnis, Prouincijs, Ducatibus, Co-
 R ij mitatibus

Vacante Im-
perio, quis in-
dicat Concilij
Imp.

mitatibus &c. præfunt: Qui & Concilij ipsi præfident, sententias rogant: & interdum soli, interdum cum Prouincialibus & ordinibus definiunt. In Concilij autem & Conuentibus Rom. Imperij, particularem quidem illum conuentum: qui uacante Imperio, ab Electoribus Regis Romanorum eligendi causa agitur: Archiepiscopus Moguntinus indicit, qui & ius habet alios sententias suffragiaque rogandi, suam sententiam alijs rogantibus dicendi, ut hæc omnia in Constitutione Caroli Quarti, quam Auream Bullam uocant, latius continentur.

Mos rogandi
sententias in
Concilij Imp.

Indicatio autem uniuersalium Conuentuum Imperij, ad Imperatorem pertinet, qui & huiusmodi Concilij per se, uel per Legatos & commissarios suos præfident, de rebus consultandis refert, & (ut dicitur) earum rerum, quæ tractandæ sunt, propositionem facit. Sententias autem rogat Dux Saxonie, in confessu quidem Principum & ordinum inferiorum per Marscalchum à Pappenhaim, tanquam uices eius gerentem. In Concilio autem Electorum, Archiepiscopus Moguntinus, & Dux Saxonie alternatis uicibus, ordine quo inter eos pacto & transactio-

Sine consilio
statu Imperij
non definit
hodie Imperator.

ne conuentum est, & se uicissim & alios sententias rogant. Quod autem ad definitionem negotiorum attinet, & si olim summa rerum Imperij penes solum Principem fuerit, nimirum à Populo Ro. una cum Imperio & plenissima authoritate in ipsum collata:

Humanum C.
de legib.

consilio definit. Quod ipsum etsi humanitatis olim fuerit (Humanum siquidem & ipsi Principes putabant) ut si quid in publica priuataque causa emerisset, quod formam generalem & antiquis legibus non insertam exposceret, id à Proceribus sacri Palatii & Senatoribus tractaretur: & quod uniuersis placuisset, authoritate Principis confirmaretur. Nec tamen necessarius erat huiusmodi Procerum tractatus, quin, si uel sine eorum consilio decretum aliquod aut non ratum habitum fuisset, quod ipsis placuisset: nihilominus quicquid eo modo Princeps decreuisset, ratum fuerit & firmum. Hodie autem, hæc omnia necessitatis sunt, nec ratum habetur, quod non consilio & consensu Procerum & Ordinum Imperij, decretum definitumque fuerit: Idque lege conuentionis inter Prin-

Doct. in l. di-
gna uox C. de
leg. c. 1. de pro-
ba. c. 1. de nat.
feud.

cipem & Proceres initæ, qua Princeps non secus atque priuatus iure gentium obligatur. Itaque in rebus Imperij, definiendi authoritas coniunctim est penes Principem & Proceres, & ordines Imperij: & ut Proceres sine Principe, ita Princeps sine Proceribus nihil statuere aut definire possunt: Atque hæc quidem de publicis Imperij negocijs accipienda sunt. Cæterum quæ priuatim ad authoritatem Principis pertinent, illiusque potestati reseruata sunt. Cuiusmodi sunt, natalibus restituere &c. solus etiam sine consilio Procerum & ordinum Imperij expedire potest. Sunt, qui inter reseruata

Principi,

Principi, priuata quoque priuilegia numerent, ut scilicet dare ea sine ^{Priuate Priuilegia que dar} consensu Procerum possit: Ego uero ea maxime in publicis Imperij negocijs numeranda esse, nec sine consensu Procerum dari posse censeo. Nam sunt quedam priuilegia usque adeo ambitiosa, ut his ipsis & facultates & iura Imperij exhauriantur. Itaque permultum interesse Imperij puto, ut uel nulli dentur, uel nunquam sine publico Procerum Imperij decreto dentur: Huiusmodi sunt priuilegia, quibus noua per Imperium uectigalia dantur, quibus certi status & ordines à iurisdictione Imperij eximuntur, & quæ sunt similia. Olim nulla priuilegia à Principibus ædebantur, quæ non essent Procerum etiam testimonio corroborata. Quod ex multis ^{De priuilegio rum concessione magna uariatio.} Caroli Magni, Ludouici Pij, aliorumque Principum diplomatibus cognoscere licet. Subsequentibus temporibus, Electorum Principum consensus simul et literæ adhibebantur. Postea uero, omnis generis priuilegia, nullo etiam Principum neque consensu neque testimonio: quin sæpe etiam eadem de re inter se contraria & pugnancia, ^{Auaritia nihil non habet uenale.} data esse constat, Idque non uitio quidem Principum, sed quorundam inexplebili auaritia, qui nihil non habuerunt uenale: omnia sacra & prophana uendere & prostituere soliti. Atque hæc de auctoritate eorum, ad quos Legationes mittuntur, dicta sufficiant.

De admissione Legatorum, & quomodo ab his ad quos mittuntur, excipiendi sint & tractandi. Cap. VI.



N admittendis Legationibus, Primum gentium mores ^{Vt legati honorifice excipiantur.} & consuetudines obseruandæ sunt. Est autem omnium gentium moribus receptum, ut Legationes pro conditione & qualitate, & eorum qui mittunt, & eorum qui mittuntur, honorifice excipiantur. Quod & Barbarorum olim legibus cautum fuisse, Totylas apud Procopium testatur: Quem ^{Lib. 3. de bello Gothorum.} admodum autem diuersa est, non solum Legatorum, sed etiam eorum à quibus mittuntur, qualitas & conditio: ita & uaria est ^{Magna uarietas in excipiendis Legatis} Legationum excipiendarum ratio. Aliter enim Legationes diuinæ, aliter humanæ excipiendæ sunt: & earum quæ ab hominibus mittuntur, Aliter, eorum Legationes, qui nobis dignitate & potentia superiores, Aliter, qui inferiores aut pares sunt, excipimus. Aliter, qui à multis, Aliter, qui ab uno, Aliter, qui à Papa & Cæsare, Aliter, qui à Cardinalibus, Episcopis, Regibus & Principibus mittuntur: Aliter, generalium Conciliorum & conuentuum Imperialium, Aliter, Synodorum Prouincialium & Episcopaliū Legati excipiuntur: Sed & aliter amicorum nostrorum, aliter eorum, qui nulla amicitia nobis iuncti sunt, Aliter hostium nostrorum Legatos excipimus. Quin & ad eorum personas, qui mittuntur, respiciendum est: & aliter nobiles, & aliter plebei: aliter Docti & prudentes, ali-

R iij ter

ter, qui nulla doctrina & prudentia præditi sunt, excipiuntur.

Legatis Dei
naaximus de-
betur honor.
Matth. ult.

Primum autem maximus honor in diuinas Legationes dese-
rendus est, tum propter eius, à quo mittuntur, infinitam potentiam.

Potestas
gandi & sol-
uendi in ter-
ris, maxima
est omnium.

Quippe omnis illi potestas data est in cælo & in terra: tum propter
eorum, qui mittuntur, dignitatem. Sunt enim Apostoli & sacerdo-
tes Christi, tali & dignitate & potestate præditi, qua non est maior
in terris. Primum enim dignitas sacerdotum etiam Regum digni-
tati antecellit. Deinde quæ maior in terris potestas esse potest:

Matth. 16.
18.

quam ea, quæ Apostolis & eorum successoribus data est, soluendi
& ligandi homines in cælo & in terra: Quam Deus opt. max. ne-
que Angelis neque Archangelis datam esse uoluit. Neque enim ad ali-

Ioh. 20.

quem Angelorum dictum est, Quæcumque ligaueris in terra, erunt
ligata & in cælo: & quæcumque solueris in terra, erunt soluta & in

Lib. 3. de di-
gnitate Sacerdo-
tali c. 5.

Exodi. 22.
Malach. 2.

cælo. Item, Quorumcumque remiseritis peccata, remittuntur: Quo-
rumcumque retinueritis, retenta sunt. Habent quidem & terre-
stres Principes uinculi potestatem, uerum corporum solum: Sacer-
dotum autem uinculum etiam animam tenet: Vsq; adeo, ut quie-
quid sacerdotes inferne confecerint, illa eadem Deus supernè rata

Matth. 8.

habeat, ac seruorum sententiam Dominus confirmet, ut inquit Io-
annes Chrysostomus. Et quid hoc ipsum aliud esse dicemus: nisi om-
nium rerum cælestium potestatem illis à Deo concessam. Quos
igitur Christus tanta dignitate & potestate dignatus est, propter
quod & aliquando dii, aliquando Angeli, in scriptura appellan-
tur, eos merito ut Apostolos & Legatos Christi, omnes homines

Ioh. 18.

omni honore & reuerentia excipere & prosequi debent. Quod
& Christus ipse docuit & fecit. Nam cum leprosum mundasset, Va-
de, inquit, & ostende te sacerdoti. Et cum postea tempore passio-
nis alapam accepisset, & à seruo Sacerdotis dictum ei fuisset, Sic
respondes Pontifici: aduersus Pontificem Dominus contumeliosè
nihil dixit, nec quicquam de sacerdotis honore detraxit, sed inno-
centiam suam magis asserens & ostendens: Si male, inquit, loqui-
tus sum, reprobata de malo: si autem bene, quid me cædis? Chri-
stum imitatus Apostolus Paulus, cum ei dictum fuisset, Summum
Dei sacerdotem maledicis: quamuis Domino iam crucifixo sacrile-
gi & impij, & cruenti illi esse cœpissent, nec iam quicquam de sacer-
dotali honore & autoritate retinerent: tamen ipsum quamuis
inane nomen, & umbram quandam sacerdotis cogitans expauit.
Nesciebam (inquit) fratres, quia Pontifex est. Scriptum est enim,
Principi & plebis meæ non maledices. Quem igitur Christus &
Apostoli, honorem Iudæorum sacerdotibus, pessimis quidem illis
& sacrilegis, exhibuerunt: eum etiam suis Apostolis & sacerdoti-
bus habendum esse uoluit, & exhibitum sibi esse putauit. Qui audit
(inquit) uos, me audit, & eum qui me misit: & qui reijcit uos, me
reijcit:

Honor exhi-
bitus Christi
sacerdotibus.
Lucæ 10.

reijcit: & qui me reijcit, reijcit eum qui misit me. Hæc olim, neque
ignorauerunt, neque neglexerunt Christiani & Catholici Principes.

Nam Constantinum Magnum legimus, cum illi Episcoporum li-
belli, & accusationes oblatæ fuissent, suscepisse quidem libellos, ac
in sinu suo continuisse: Verum nec quid in eis contineretur aperuif-
se, sed combussisse, & ad Episcopos dixisse: Deus constituit uos sa-
cerdotes, & uobis potestatem dedit de nobis quoque iudicandi, &
ideo nos à uobis rectè iudicamur: Vos autem non potestis ab ho-
minibus iudicari. Propter quod, Dei solius inter uos expectate iu-
diciu, & uestra iurgia, quæcumque sunt, ad illud diuinum referen-
tur examen. Vos etenim nobis à Deo dati estis Di: Et conueniens
non est, ut homo iudicet Deos, Sed ille solus de quo scriptum est,
Deus statit in synagoga Deorum, in medio autem Deos discernit.

Euseb. in Eccl.
hist. lib. 10. c. 2.

Sozomenus in
Trip. lib. 2.
cap. 2.

psalm. 81.

Theod. in Tri-
part. lib. 7.
cap. 8.

Et Valentinianus Imperator, cum, Auxentio Episcopo Me-
diolanensi defuncto, alius esset dandus Episcopus: Talem, inquit
ad Episcopos, in Pontificali constituite sede, cui & nos, qui guber-
namus Imperium, sincere capita nostra submittamus. Deinde,
qui ab hominibus Legati mittuntur, pro dignitate, non tam sua
quam eorum, à quibus mittuntur, honorandi sunt. Itaque alius ho-
nor Legatis Papæ & Cæsaris: alius Cardinalium, Episcoporum,
aliorumque Regum, Principum, & Ordinum Legationibus haben-
dus est. Est autem primus honor, qui Legatis magnorum Re-
gum & Principum exhiberi solet, ut obuiam illis eatur, hospitia
præbeantur: & quæ ad corporis cultum curationemque pertinent
administrentur. Romani urbanum Quæstorem habebant, cuius
hoc munus erat, ut Regibus & Legatis undecumque Romam profi-
ciscentibus, publicum hospitium & munera, quæ lautia dicuntur,
sæpe etiam Commeatus largè & hospitaliter, & uestimenta publi-
co nomine præstaret. Itaque Senatus, cum ad gratulandum sibi Pru-
siam Bithyniæ Regem, Perse defuncto, uenire audisset: obuiam il-
li, P. Cor. Scipionem Quæstorem, Capuam misit: censuitque ut ei do-
mus Romæ quam optima conduceretur, & copiarum non solum ipsi,
sed etiam comitibus eius publicè præberentur. Rex Ptolemæus
à minore fratre Regno spoliatus, petendi auxiliij gratia, cum pau-
cis adeo seruis squalore obsitus: cum Romam uenisset, ac se in ho-
spitium Alexandri Pictoris contulisset: Senatus ubi hoc rescieuit,
accerfio iuuenem quam potuit accurata excusatione usus est, quod
nec Quæstorem illi, more maiorum, obuiam misisset, nec publico
hospitio eum excepisset: cæque non negligentia sua, sed ipsius subito
& clandestino aduentu, facta dixit. Et illum subito è Curia, ad pu-
blicos Penates duxit: hortatusque est, ut depositis sordibus, ad eundem
ipsius diem pteret. Quin etiam curæ habuit, uti munera quotidie
ei per Quæstorem darentur. In Perse quoque Senatus Rom. hac
R iij clementia

Obuiam ire
Legatis ma-
gnorum Prin-
cipum.

Plutar. in pro-
blemat.

Prusias Regi
Romam ue-
nienti, obuiam
missum est.

Val. max. lib. 5.
cap. 1.

Honor Regi
Ptolemæo Ro-
mæ exhibitus
Val. max. ubi
supra.

idem Val. ubi clementia usus est. Nam is cum Albæ, in qua custodia causa Legatus erat, decessisset, Quæstorem misit, qui eum publico munere efferret. Hac humanitate Romani aliquandiu sine discrimine in omnes usi sunt: Deinde in excipiendis tractandisque Legatis, temperamentum quoddam & moderationem adhibuerunt. Nam quoties incognitas Legationes aduentare intellexerunt, priusquam admitterent, minores Magistratus obuiam miserunt: ut qui quæcunque postulantes uenirent, inquirerent. Quos ubi socios foederatos, aut bene de Repub. meritos esse cognouissent, tum quo honoratius exciperentur: obuiam illis ire, liberali uiatico & hospitio iuare, apparatus epulis excipere solebant. Post uero propagato aliquanto Imperio, Legatis sociorum, ab externis gentibus urbem quotidie aduentibus, sublato sumptu & uiatico, cautum erat, ut deinceps Legati Regum, sociorum, & Coloniarum, undecumque Romanam profecti, ad eam Saturni peterent, ibique apud Præfectos ærarij nominibus datis, ac literis adscriptis, tantisper expectarent: dum commodè Senatus cognoscendis singulorum postulatis uacare, & post mandata singulis in Prouincias profecturis consulere possent.

Apud Romanos hic honor non solum Legationibus, sed etiam Magistratibus in prouincias missis, à Prouincialibus habitus fuit. Nam & Consulibus & Proconsulibus in Prouincias aduentibus, honoris loco dabatur aduentitium illud donum, quod honorarium hodie dicitur: Qualia hodie Principibus, suas primum urbes ingressis, porrigi ueluti bene ominandi causa solent. Quod tamen ne fieret, lege postea cautum fuit, ac Proconsuli iniunctum, ut ingressurus Prouinciam Edictum de aduentu suo mitteret, continens commendationem aliquam sui, si qua ei familiaritas esset cum prouincialibus uel coniunctio: et maxime excusando ne publice uel priuatim ei occurrerent. Nam congruens uidebatur, ut unusquisque eum in patria sua exciperet. Accidit etiam sæpe, ut Legatis non honoris causa, sed ut eos, ne in locum destinatum per eos uentiant, præuertamus. Quod Antiochum fecisse legimus, qui Legatis Romanorum, ne ad se Pisidiam, ubi bello occupatus erat, uenirent, Apamiam occurrit. Eodem consilio Syracusani, Romanorum Legatis, ne in urbem intrarent, extra portam, per suos Legatos, Hypocratem & Epícidem, obuiam processerunt. Atque hæc ferè Romanis excipiendorum Legatorum consuetudo fuit: Sed & exteri, eam humanitatem in Legatos exercuerunt. Pyrrhus Rex, Legatis Romanorum ad redimendos captiuos castra sua petentibus, quod honoratius uenirent, Lyconem Molossum obuiam misit: quod honoratius exciperentur, ipse cum ornatu equitum extra portam occurrit. Illud etiam Principum constitutionibus sancitum est, ut exterarum gentium Legati, ad Principem missi, beneficium cursus publici

supra.

Mos antiquus excipiendi Legatos Roma.

1. obseruare G. antiquam ff. de off. Procons. et Leg.

T. Linius lib. 5. de bell. Maced.

T. Linius lib. 4. secundi belli Punici.

Val. Max. lib. 5. cap. 1.

1. his tantum modo C. de cursu publ. lib. 12.

blici habeant, id est, ut equis & animalibus, ad id publico sumptu alitis, uti possint, quibus ipsi una cum rebus suis, ad Principem quam citissime perducantur. Earum uero gentium Legatis, quæ sunt subditæ Rom. Imperio, huiusmodi beneficium minime datur, etiam si Legatione Principis fungantur, neque enim publicis equis utuntur, sed si quibus ad deferendas res suas in comitatum Principis, animalibus opus habent, ea conducent à Prouincialibus, qui alias ea solent accepta mercede locare. Neque enim gratis commodare tenentur. Nam merces illis ex publico loci ærario soluitur. Est autem cursus publicus, quam nos Postam uocamus, quæ hoc tantum ab illo cursu publico ueteri differt, quod ad illum equi per certos locos publico sumptu dispositi erant, quibus sine licentia Principis priuati uti non poterant. Spartianus fiscalem etiam cursum appellat. Postis autem nostris, etiam priuati & sine licentia etiam Principis utuntur, sed suo tamen & non publico sumptu. Græci beneficiorum præbendorum hospitiorum, non in Legatos tantum, sed etiam in alios hospites contulerunt: & quæ illis dona dederunt, Xenia appellarunt. De qua re ita scribit Vitruuius. Nam cum Græci fuerint delicatiores & opulentiores à fortuna, hospitibus aduentibus instruebant triclinia & cubicula, cum penu cellas: primoque die ad cenam inuitabant, postero, mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquasque res agrestes. Ideo pictores, ea, quæ mittebantur hospitibus, picturis imitantes, Xenia appellauerunt. Ita patres familiæ in hospitio non uidebantur esse peregrè, habentes secretam in hospitalibus libertatem. Atque hic sanè mos excipiendarum Legationum à ueteribus etiam ad nos deriuatus, & in hæc tempora usque durauit. Siquidem hodie etiam omnium ferè Nationum Reges & Principes, Legatos ad se uenientes comiter excipiunt: & plerique sumptus etiam & impensas soluunt, quas statim, ut eorum territoria ingressi fuerunt, fecerunt. Sed eum morem in Legatis Romani Pontificis hodie negligimus, plerique nostrum in Germania. Nam quos antea, obuiam illis cum toto Clero euntes honorifice exceperimus: & primum in templa, deinde in hospitia deduximus: nunc aduentantes plerique uix aspectu suo dignantur. Quin etiam, quoties obuiam eis feruntur, ueluti portenta quædam, & phanaticos homines, abominantur. Hodie moris est, ut magnorum Principum Legatis, non solum hospitia præbeamus, sed etiam omnia impendia soluamus. Tum uiros quoque bonos grauesque, maxime uero qui cum illorum moribus & professione conueniant: nempe doctos ijs, qui sunt Docti: milites his, qui disciplinæ militaris periti sunt: & aliorum quoque rerum exercitatis, qui earundem studiosi sunt, adiungamus: Ut illorum non solum honestis colloquijs foueantur, sed etiam quibus oportet officijs adiuuentur. Sed & ad conuiuia

l. cursum ead. tit. gl. in d. l. his tantum modo.

lib. 6. de Architectur. cap. 10.

10. de platea in d. l. cursum C. de cursu publ. lib. 12.

conuiuia Legatos inuitari, & apud ueteres obseruatum fuisse, & apud nostrates quoque morem esse animaduerti. Quidam officij humanitatis causa, Legatos ad conuiuia inuitant. Quemadmodum *Odissæ lib. 5.* apud Homerum Calipso Dea, Mercurium Iouis nuncium, primum quidem quid nunciatum uenisset interrogauit: sed ipsius tamen postulata non prius audiuit, quam eum conuiuio excepisset, ac mensam eidem Ambrosia refertam apposuisset. Sic Achilles Legatos Agamemnonis, & si ab eo missos, à quo tum animo abalienatus erat, tamen comiter excepit: & priusquam mandata eorum audiret, & in sellis eos inter purpurea tapeta collocauit; & Patroclo, ut splendidum illis conuiuium appararet, mandauit. Sic Legato *Gen. 24.* Abraam, ad Bathuelcm misso, filio suo ut uxorem duceret Rebecam, appositus fuit panis: sed quo Legatus non antea uesci uoluit, quam mandata sua exposuisset. Non comedam, inquit, donec loquar sermones meos. Quidam ut temulentos reddant, atque per eam occasionem secreta eorum percunctentur. Quod Bonosus Imperator facere solebat, ut scribit Vopiscus. Syphax Rex, Scipionem & Hasdrubalem ad se uno tempore casu uenientes, ac pacem amicitiamque suam petentes, & si populorum duorum inter se hospitium Legatos, tamen utrumque in hospitium inuitauit, quos ad colloquium dirimendarum simultatum causa contrahere conatus est. Verum Scipione abnuente, haud priuatum sibi ullum cum Penodidum esse, quod colloquendo finiret: aut de Repub. se cum hoste agere quicquam iniussu Senatus posse. Verum ita Rege contentente, ad eandem epulas uenerunt, simulque apud Regem coenauerunt, & eodem tecto Scipio atque Hasdrubal (quia Regi ita cordi erat) accubuerunt. Pulchrum sane Barbari Regis & inuitabile exemplum, quo admonemur, per quamcumque etiam occasionem, hospitium animos inter se conciliare. Sed & in eo conuiuio, Scipio quoque præstitit, quod Legati magnorum Principum merito imitentur: Tam comem enim se in eo præstitit, ut non Syphacem modo Barbarum, insuetumque omnibus moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum, facundè alloquendo sibi conciliarit: mirabiliorumque sibi cum uirum congressu coram uisum præferebat, quam bello rebus gestis, Author est Lilius lib. 8. secundi belli Punici.

Circumspectiōe opus est apud Legatos. Quanquam si Legati, uel ab inimicis nostris, uel ab his, qui nobis suspecti sunt, missi fuerint, ea cautio seruanda est, ut talem erga illos beneuolentiam ostendamus, ne humanitatis iura officiaque neglexisse uideamur. Sed interim tamen curabimus, ut ne temerè illis ad nos aditum permittamus: Quin etiam ad omnes eorum insidias cauendas circumspecti simus. Ideoque uiros aliquos graues & prudentes eis adhibeamus, nimirum ut per eos aduertes abeuntesque aduertere: Tum leues etiam homines, ne quid illis in perniciem

perniciem nostram noui aliquid afferant, eorum aditu arcere possimus. Cæterum, hoc loco admonendi mihi uidentur Principum Consiliarij, ne Legatos aduenientes iniussu Principum temerè adeant, aut secreta cum illis colloquia commisceant. Nam qui hoc faciunt, etiamsi integrè cum illis conuersentur, tamen si Legati ipsi, uel qui eos miserunt, hostes, uel inimici Principis sint, uix suspicionem communicati cum aduersarijs consilij euitabunt. Addo, sæpe etiam in hoc Legatos, ab hostibus ad Principes mitti, ut Consiliarios, quos Principi utiles fore existimant, eidem inuisos reddant. Quod non alia re magis quam huiusmodi clancularijs congressionibus & colloquijs efficiunt. Qua sanè ratione, Ro. Legati Hannibalem Antiocho suspectum inuisumque reddiderunt. Nam quod Romanorum Legati, ad Antiochum missi, sæpius cum Hannibale congressi fuissent: Antiochus ob eiusmodi colloquia reconciliatam cum Romanis gratiam existimans, adeo inuisus est illi factus, ut nihil amplius ad Hannibalem, ut antea, retulerit: sed illum ueluti hostem proditoremque suum, omnis consilij expertem fecerit, Authores sunt Iustinus & Lilius. Postremo, addendum mihi uidetur hoc loco, uelut auctarij uice, quod de Legatis scribit Philippus Commineus, quod & ipsum ad prudentiam & officium pertinet, tam eorum qui Legatos mittunt, quam eorum ad quos mittuntur. Prudentia, inquit, singulari & dexteritate quadam opus est, in tractandis exterorum Legatis: Et principio (meo quidem iudicio) amicorum Legati, de quibus nullam habemus male suspicandi causam, liberaliter sunt & honestè tractandi: Facta subinde illis potestate conueniendi Principis, ad quem missi sunt, modo sit prudens & honesta specie. Nam alioqui præstat, eum uel rarius conspici, uel non diu insistere colloquutioni. Ad quam cum descendit, prouideri debet, ut sit elegantè uestitus, & de ijs, quæ pronunciarì & responderi oportet, edoctus: & mox reuocetur à congressu. Nec enim diuturna est Principum beneuolentia. Cum autem uel publici uel priuati ueniunt ab aliquo Principe parum amico, tamen si periculum est in ea re non leue: excipiendi tamen sunt non incommode, & tractandi honorificè: Videlicet obuiam eis aliquos mittendo, commodaque hospitia disponendo: quibus & destinandi erunt aliquot idonei homines, à quibus tractentur. Hoc enim ad securitatem & honestatem pertinet, ac simul eò confert: ut quid agant & quibus cum loquantur, & quos habeant sibi familiares, cognoscatur: nec id modo, uerum etiam, ut homines leues, atque seditiosi, non habeant ad ipsos aditum: In omnibus enim Principum familiaribus, semper aliqui existunt, qui mutationem aliquam & res nouas cupiunt. Et quoniam periculi plenum est, habere domi suæ hostem, sua serim, primo quoque tempore, eiusmodi Legatos dimitti: Verum ita

Ne iniussu Principum Consiliarij eorum adeant & colloquantur cum Legatis.

Lilius lib. 8. de bello Maced. Iustinus lib. 31. breuiarij. Philippus Commineus doctet, quomodo tractandi sunt Legati.

ira tamen, ne quam habeant occasionem, de inhospitalitate conquerendi. Sed ne bello quidem exorto, sunt intermittendæ pacis rationes, aut repudiandi Legati, uerum audiendi sunt omnes, ac inuicem ad hostem mittendi, ipsæ mandandum, ut diligentissime obseruent, quid quoque tempore geratur, qui cum quibus colloquantur. Crebro enim mittendum est, etiam si hostis iubeat abstinere deinceps, & comætu prohibeat. Nec enim uilius, quantumuis prouidus & fidus explorator, facultatem habere potest, tam multa cognoscendi, quam eiusmodi Legati: qui, cum sint unus & alter, aut etiam plures, fieri non potest, quin aliquid odorantur. Nam, qui sunt prudentiores Principes, id operam dant, ut etiam apud aduersarios habeant quosdam à se non alienos. Verum, si quis tam frequentes mittat internuncios, futurum est: dicat aliquis, ut hostis fiat insolentior. Atqui, in eo sanè nihil est mali, & interea de ipsius rationibus ac consilijs cognoscetur semper aliquid. Et licet eandem rationem hostis instituat (ut modo dixi) & suos inuicem mittat, non tamen idcirco desistendum est, & uel ob hanc solam causam immorandum est Legationibus, ut uaria multaque cognoscantur, & omnes practicæ intelligantur, nec ullæ interceptendæ sunt, quò res plenius cognosci possit. Postremo conandum est, ut aduersarios prudentia uincamus: Nam semper melior est prudentioris conditio. Cuius rei de Anglis exemplum proferre possum, quos semper Gallorum industria uicit. Nam & ab Anglis dici solet, bello & armis, se semper Gallis fuisse superiores, uerum tractatibus inferiores. Hæc Comminæus.

De dando Legatis consilio & audientia, de quo loco & tempore ipsorum. Cap. VII.

Denegare Legatis audientiam aut Concilium, contra morem est.



T. Linius lib. 9. de bell. Maced.

Exempla de negata audientia.

Trip. lib. 5. cap. 22.

Legatione itaque ut oportet admissa atque suscepta, moris est, ut petentibus deinde Legatis Concilium detur. Quæ res tam sanctè etiam apud ueteres semper custodita fuit, ut qui id officij neglexissent, in crimen negati Concilij uocarentur. Cuiusmodi sanè crimen Legati Romanorum olim Achæis obiecerunt, Quod tamen Achæi excusarunt, legem recitando, quæ nisi belli pacisue causa: & cum Legati ab Senatu cum literis aut scriptis, mandatisue uenirent, uetaret iudici Concilium. Verum ea ne postea esset excusatio, ostendit Senatus curæ ipsi esse debere, ut Romanis Legatis, semper ad eundem Concilium gentis potestas fieret, Quemadmodum & illis, quoties uellent, Senatus daretur. In eodem uitio fuit Constantius & alij Imperatores hæretici, qui Catholicorum ad se missis Legatis audientiam denegarunt. Lacedæmonij, ad Liganum Tyrannum uenerunt, Legatione fungentes: Cum ille causationibus frequenter distulisset

distulisset colloquendi copiam, tandem post omnes excusationes dictum est, illum parum firma esse ualeitudine: sed languere non nihil, Legati responderunt: Per Iouem non uenimus huc cum illo luctaturi. Inter uitia Demetrii Regis, quibus supra modum excessit, hæc quoque numerantur, Difficiles aditus, superba responsa, intolerabilis fastus: Atque inter alia, illud quoque de eo fertur, quod Legatos Atheniensium (qui tamen omnibus Græciæ populis gratia apud ipsum prælati fuerunt) duos annos frustra terendo tempus: uestigia eius sequutos, & diuturna mora fatigatos, nec demum auditos, domum remiserit. Est autem Concilium Legationibus dari, idem quod nos dicimus, audientiam dari: ea (ut opinor) ratione, quia raro Legationes nisi conuocato Concilio audiuntur. Siue enim ad uniuersitates, collegia, aliasque multitudines mittantur Legati, à toto eorum Concilio audiantur oportet: siue ad Reges & Principes mittantur, & si eorum postulata à solis ipsis audiri possunt, tamen raro fit, ut nisi adhibitis Consiliarijs audiantur. Porro ad dandum Legatis Concilium, locus & dies certus ex personis & rebus constituitur. Locus, in quo Legationes Romæ audiebantur à Senatu, idem erat qui faciendorum Senatusconsultorum, Is erat locus per Augures constitutus, quod templum appellabatur, ut Gelius scribit: Atque id est, quod Cicero queritur. Corylæ Legato Antonij templum, id est, locum in quo Legationes audiebantur, patuisse, & aditum in Senatum fuisse. Id autem tum obseruabatur, cum Legati in urbem admittebantur. At urbem ingredi prohibitis Legationibus, alius dandi Senatus eligebatur locus, Quod cum quadam Carthaginensium Legatione obseruatum est, cui quia suspecta de fraude uidebatur, in uilla publica hospitium, & ad Bellonæ templum, quod extra urbem erat, Senatus fuit datus. Sic & Legatis Nabidis Tyranni, extra urbem, in æde Appollinis Senatus datus est, Et generaliter Consulibus, alijsque, quibus id munus extra urbem Romam mandabatur, liberum erat, ubi uellent locum audiendis Legationibus, constituere. Tempus autem pro arbitrio Senatus, eorumue, quibus à Senatu mandabatur, uel breue uel longum dabatur: ut personarum, negociorumque conditio exigebat. Consul Romanus, Ætholorum Legatos de pace petenda missos, iam dicere exorsos, interfatus, datis diebus decem inducijs, Hipacam redire iussit. Scipio, Carthaginensium Legatos pacem oratum missos, aduenientes quidem suscepit: Verum eorum postulata non statim audiuit, sed Tunetem uenire iussit. Et ad eundem modum, hodie quoque Reges & Principes, Legationes ad se uenientes, ubi, quando, & quatenus, per alia eorum negocia licet, audiunt: nunc tempus datum prorogantes, nunc uel comitatum eorum, & (ut dicitur) Curiam eos sequi, uel ad certum aliquem locum

S cum

Plutarchus in Demetrio. Demetrius nimis morosus & difficilis erga Legatos.

Quid est dari Legatis Concilium.

Lib. 14. ca. 7. noct. attr. Philipp. 8.

Sabellicus E. neadis s. lib. 5.

T. Linius lib. 4. de bell. Maced.

T. Linius lib. 8. de bell. Maced.

T. Linius lib. 10. secundi belli Punici.

Legati in Curia cum uenire iubentes. Sunt & qui in Curijs magnorum Regum & Principum perpetuo adhærescant. Quales sunt in Curia Papæ, Cæsaris: & rursus in Curia Cæsaris, Papæ, & aliorum Regum & Principum Legati. Hij, ut non super certa aliqua re, sed super uniuersitate negotiorum eis mandatorum mittuntur: ita pro diuersis negocijs, diuersa illis quoque tempora, sed in eadem tamen quam sequuntur Curia: siue ad exponenda mandata, siue ad accipienda responsa constituuntur. Illud autem cauebimus, ut Legatos, quos exploratum inquisitumque consilia nostra, aut alias insidias paratum ad nos missos esse suspicamur: non suspendamus, sed statim audiamus, & cum responsis dimittamus: Est enim in primis periculosum, inimicum domi alere. Marcus Cicero existimat, domum recipere Legatum hostium, in cubiculum admittere & reducere, hominis esse nihil de dignitate, nihil de periculo cogitantis. Atque ob id indignè fert, Legato Antonij Cotelæ, cui portas urbis patere ius non fuit, huic templum patuisse, atque aditum in Senatum fuisse. Quanto magis ex re eorum erit, qui Legatos hostium semel adferunt: ut non solum aditum illis ad se secretiorem non permittant, sed etiam quam primum eos & audiant, & auditos, quibus oportet responsis dimittant. Sin uero ex mora Legatorum, non solum nullum nobis periculum est, sed etiam ex eorum præsentia in spem alicuius commodi nostri uocamur, tum expediet eos de industria, quò tardius ad suos reuertantur, remorari. Ac huiusmodi sanè consilio Persæ olim Martinum Ro. Legatum, de pace agenda, ad eos missum, remorati sunt: ac pacem simulantes tantisper sermonibus distrajere, donec opus, quod construere aduersus hostes ceperant, absoluerunt: ac uix tandem opere iam absoluto, manifesto concordiam negantes remiserunt: Author est Procopius.

Eadem propè cautione Abbas Monasterij Lauxensis Legatos Henrici Imperatoris elusit. Cum enim missi fuissent nuntiatum Abbati, ut Abbatia se abdicaret, & protinus Monasterio excederet: ille comperta, priusquam Legati aduenirent, Regis sententia, benigne eos suscipi iussit: atque in diem posterum, eorum, que in mandatis habebant, audientiam distulit. Nocte paucis sibi adhibitis inde discedens in loca tutissima, omnibus, præter admodum paucos, ignoratus, se recepit: cum & prius omnes Ecclesiæ thesauros, clanculum exportatos, in tutum locasset. Ita Legati, die postero non habentes, cui iussa Regis exponerent, multumque uiri prudentiam admirantes, infecta Legatione redierunt. Amicorum autem Legatos, & cito audire, & in tempore dimittere debemus: ut responsa non solum benigna, sed etiam tempestiua à nobis retulisse uideantur.

De

De uocatione Legatorum in Concilium, & de sessione ipsorum.

Cap. VIII.



Ndiſto autem Legationibus Concilio, Primum Legati pro uniuersiusque gentis, ad quam ueniunt, consuetudine uocantur. Romanis in more fuit, ut Legatos honoris causa in Senatum ducerent, id autem officium Prætoris urbis erat. Ita C. Lælius Prætor, Massinissæ: Lucius Arunculeius Prætor, Placentinorum & Cremonensium ex Gallia: & C. Scribonius Prætor, uniuersæ Græciæ, & magnæ partis Asiæ, & quorundam Regum Legatos: atque alias Legationes alij Prætores in Senatum introduxerunt. Nostris quoque moribus receptum est, ut in conuentibus Imperij, Legati Papæ & Cæsaris, uel per Principes aliquos: uel ipsis absentibus, per aliquos Consiliarios Principum, in Concilium introducantur. Deinde introductis Legatis, unicuique pro dignitate tam sua quam eius, qui cum misit, sessio danda est. Quod & ipsum ad honorem Legatorum pertinet, siquidem magis honorificum est, in Concilio sedere, quam stare. Propter quod, Zenon Imperator, illustribus uiris in secretarijs iudicantium, sedendi ius concessit. Valentinianus item, Theodosius & Arcadius, Præfatos officiorum, & iudices, pœna ternarum librarum auri à suis facultatibus eruentur, mulctandos esse leges sanxerunt: per quos honoratis uiris (quibus etiam Principis consistorium ingrediendi facultas præbetur) tempore, quo non sedent pro Tribunali, secretarij iudicium non patuerit ingressus, aut reuerentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum iudice societas denegata. Verum, his horis & temporibus, quibus causarum merita uel facta panduntur, residendi cum iudice non habent facultatem, ut iidem Principes constituerunt. Sed & honorare uideatur Princeps eos, quibus assurgit. Quem honorem olim Imperatores Præfatis Prætorio, alijsque amicis, & principalibus officiorum suorum, exhibere consueuerunt. Iam uero & in sedendo, honorum quidam gradus sunt, & prærogatiuæ. Siquidem honoratior locus est à dextris, quam is, qui est à sinistris: & in utroque latere primus honoratior est secundo: secundus tertio, & sic deinceps: Quin & pœna est, à superiori loco ad inferiorem detrudi. Quod & Evangelica parabola his uerbis significat. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: Et ueniens is, qui te & illum uocauit, dicat, Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Et illud Sapientis, Ne gloriosus appareas coram Rege, & in loco magnorum ne steteris: melius est enim, ut dicatur tibi, Ascende huc, quam ut humiliteris coram Principe. Et Canon, cum qui te

S ij mere

e. precipimus merè locum superiorem occupauerit, à proprio loco depellens, ad
 93. dist. ubi gl. ultimum locum detrudit. Sed & in milites, qui sine comite ab-
 l. si quis C. de sunt, pœna à legibus statuitur, ut si gradu inferiores sint ac annuo
 comitatu lib. spacio abfuerunt, decem: si biennio, uiginti: si triennio, triginta mili-
 10. tibus postponantur: Si quadriennio, prorsus à matricula eximan-
 1. 3. C. de do- tur. Idem in militibus Palatinis obseruatum fuit, ut si uel sine com-
 mest. lib. 12. meatu abissent, uel ultra comiteatus spacium abfuisent: uel in in-
 1. 2. C. de com- feriozem locum, militibus eis posterioribus, uel pluribus, uel pau-
 meatu. cioribus, ut absentia negligentiæq; qualitas exigebat, antelatis, de-
 1. nemo C. de truderentur, uel à numero militum prorsus excluderentur. In
 off. magistr. eos etiam, qui Principum rescriptis per obreptionem impetratis,
 officiorum. ordinem militiæ atq; stipendiorum peruertunt, pœna est, ut à loco
 honoratori eiecti, in locum, ex quo indecenter emerferunt, reuer-
 tantur. Sed & nostro tempore in iudicio Imperialis Cameræ ob-
 seruatum esse animaduerti, ut procuratores, qui grauius deliquis-
 sent, à loco quem obtinebant, uel ad tempus certum, uel perpetuo,
 aut prorsus excluderentur, aut in inferiorem detruderentur. Sunt
 igitur Legati non solum honore afficiendi, ut introducti in Con-
 cilium sedere iubeantur: Sed etiam loco & ordine quo oportet, uel
 93. dist. c. pra- separatim, uel coniunctim collocandi. Ac primum quidem genera-
 cipimus. liter lege cautum, moribusq; receptum est, ut idem omnino honor
 Ludou. Rom. Legationibus in sedendo, subscribendo, ferendis suffragiis, alijsq;
 singul. 362. c. id genus similibus rebus, exhibeatur: qui ijs à quibus missæ sunt, si
 magnum 11. q. id genus similibus rebus, exhibeatur: qui ijs à quibus missæ sunt, si
 1. c. solite & præsentibus essent, deberetur. Ac proinde Legatio in Concilio in-
 ibi feli. de ma- troducta, in eo loco sedebit, ubi qui eam misit, si præsens esset, sede-
 ior. et ob. doct. ret: Ut si à Papa aut Cæsare, alijs uel, qui nobis dignitate & autho-
 in 1. 2. § Le- ritate superiores sunt, una aliqua Legatio ad nos missa fuerit, ei
 gati ff. de iud. certe quem possumus honoratissimum locum dabimus. Sin uero
 Luc. de penna. inferiores nobis, uel dignitate uel potentia fuerint, qui ad nos hu-
 C. de Legatio. iusmodi Legationes mittunt, inferiorem etiam illis sedem, uel à si-
 lib. 10. nistris, uel propriam aliquam, & à nobis aliquantulum remotam,
 assignabimus. At si multæ ac diuersæ Legationes apud unum
 concurrant, animaduertendum erit, ut si super una re coniunctim
 missæ fuerint, unicuiq; locus pro dignitate tam sua, quam eius, qui
 eum misit, præbeatur. Veluti si apud Papam in Concilio generali,
 Ordo sedendi in Concilio generali. omnium Ecclesiarum Prælati, de rebus Sacrosanctæ fidei tracta-
 turi conueniant: Primus quidem locus Patriarchis, Secundus Car-
 dinalibus, Tertius Archiepiscopis, Quartus Episcopis: post illos,
 cæteris Prælati & Sacerdotibus, tam sæcularibus quam regulari-
 bus dandus erit. Inter quos, quidam à dextris, quidam à sinistris,
 quisq; pro gradu dignitatis suæ, sedebunt. Ut in libris nostris, quos
 de Concilio uniuersali scripsimus, fuis aliquanto declarauimus.
 Similiter si sacræ & prophanæ Legationes, apud Imperatorem
 de

de rebus Imperij tractatum consultumq; conuenerint: à dextris
 quidem sacræ, à sinistris prophanæ collocabuntur. Ac Primum
 quidem locum à dextris Archiepiscopi, Secundum Episcopi, Ter-
 tium cæteri Prælati: A sinistris uero, Primum Duces, Secundum
 Marchiones, Tertium Landgrauij, Quartum Comites, Quintum
 Barones & nobiles: & his absentibus, eorum Legati quiq; suo or-
 dine locum habebunt. Et hic ordo iuri scripto consentaneus est:
 quanquam in his omnibus locorum consuetudo præualet, ut Lu-
 cæ de penna placet. Inter Electores autem alius ordo seruatur,
 quippe ordine sedendi ita partito, ut quidam è conspectu Cæsaris,
 quidam à dextris, quidam à sinistris sedeant. E conspectu Cæsaris,
 sedet Archiepiscopus Treuerensis. A dextris autem & sinistris, Ec-
 clesiastici & sæculares mixtim sedent. Ac à dextris quidem primum
 locum, Archiepiscopus Moguntinus, in Moguntinensi prouincia
 totaq; Germania: Colonienſi tantum prouincia excepta. Et Colo-
 niensis in Colonienſi prouincia, totoq; Regno Arelatenſi, tan-
 quam Archicancellarij sacri Rom. Imperij: Secundum, Rex Bohe-
 miæ, Tertium Palatinus Rheni obtinet. A sinistris, Primum, in
 prouincia Moguntinensi, totaq; Germania, Archiepiscopus Colo-
 niensis: In prouincia autem Colonienſi, & regno Arelatenſi Ar-
 chiepiscopus Moguntinus, Secundum, Dux Saxonix, Tertium,
 Marchio Brandenburgensis, tenent. Atq; hunc ordinem Electro-
 res Principes in mensa Cæsaris, Consilijs, Iudicijs, omnibusq; alijs
 conuentibus, quibus de Imperij rebus agitur, in sessionibus obser-
 uant. In Comitatu autem Cæsaris, alius ordo in eundo seruatur.
 Nempe, Imperatore, ad sacra aut Imperij negocia ex more in pu-
 blico, certis solennibus peragenda, cum Imperialibus insignibus
 proficente, à dextris quidem, Moguntinensis & Colonienſis,
 quisq; in prouincia & Regno officij sui, & alter in alterius prouin-
 cia & Regno à sinistris incedunt. Archiepiscopus autem Treueren-
 sis Cæsarem præcedit, Rex Bohemix sequitur, Dux Saxonix en-
 sem Cæsari, inter Cæsarem & Archiepiscopum Treuerensem, in-
 cedens præfert: à cuius latere dextro, Palatinus pomum, à sinistro,
 Marchio Brandenburgensis sceptrum Imperiale gestant. Sanè
 hunc ordinem Electores Principes in sessionibus publicis comita-
 tuq; Cæsaris, quoties omnes præsentibus sunt, obseruant. Ipsi autem
 absentibus, illud obseruatum est, ut si quidem omnes absentes sint,
 ipsorum Legati, præterquam in administratione mensæ Imperia-
 lis, signorumq; Imperialium gestatione, in reliquum omni priuile-
 gio & Prærogatiua eorum, quorum Legatione funguntur, in se-
 dendo, cunctoq; in ferendis item suffragijs, dicendisq; in publicis
 Imperij consilijs sententijs utantur. Hæc quidem Caroli Quarti
 constitutione, quam Auream Bullam uocant, sancita sunt: Verum
 Bulla Aurea Caroli Quarti in quibusdā mutata est pā-
 ctis.

Ordo sedendi
 in conuatu
 Imperiali.

Luc. de pen. in
 re. C. de comi.
 consistor. li. 12.

Qualis Prin-
 cipum Electro-
 rum est ordo
 in sedendo.

Qualis ordo
 in comitatu
 aut processio-
 ne Cæsaris.

Bulla Aurea
 Caroli Quarti
 in quibusdā
 mutata est pā-
 ctis.

moribus atq; consuetudine quædam nouata sunt. Quale est, quod Archiepiscopus Treuerensis illiusq; Legati, in conuentibus consilijsq; publicis Imperij, non è conspectu Cæsaris, sed à sinistro latere Cæsaris sedet. Similiter quod præsentibus Electores, absentium Legatis in sedendo præferuntur, quod & inter Principes obseruari animaduerti: Vt præsentibus etiam inferiores, superiorum Legatis in sessionibus præferantur. De quibusdam etiam inter eos necdum satis conuenit: Cuiusmodi est, quod in Comitatu Cæsaris, qui fit intermissa insignium Imperialium gestatione, præsentibus Electores, absentium Legatis, quantumlibet contradicentibus, in loco quem domini eorum, si præsentibus essent, iuste occuparent, præferri contendunt. Est & illud obseruatum, ut si Legationes Papæ & Cæsaris, absente Cæsare, in conuentibus Imperij, simul eodemq; tempore conueniant, ut una aliqua, & ea quam Cæsar occuparet si præsentibus esset, parata sede, & tanta quidem latitudine, ut utrumq; capere possit, Papæ quidem Legatio, in parte dextra: Imperatoris, in sinistra locetur: Cæsare autem præsentibus, Legatio Papæ, propria aliqua sede è conspectu Cæsaris honorifice instructa & ornata, locatur. Atq; idem Rege Romanorum præsentibus, cum oratoribus Cæsaris obseruatur: Vt non à latere (quem locum Electores Principes omnibus alijs, cuiuscunq; tandem conditionis & dignitatis existant, exclusis occupant) sed è conspectu Regis sedeant. Et eodem modo aliorum quoq; Regum, gentium, & populorum Legationes, siue præsentibus siue absentibus Imperatore & Rege Romanorum, in consensu Procerum: non quidem inter ipsos, sed intra ambitum in sede aliqua, uel à dextra, uel à sinistra parata, locum accipiunt. Sin uero Legationes diuersæ, de diuersis etiam rebus, uno tempore apud nos conuenerint, tum in arbitrio nostro erit, aut separatim eos aut simul uocare: modo unicuiq; siue seorsim, siue una cum alijs in Concilium introductis, sessionem pro sua dignitate contcedamus. Cæterum sæpe fit, ut Legati mittantur, qui quorum Legatione funguntur, eorum dignitate & honore fungi non possunt: Veluti serui, spurij, hæretici, schismatici, seditiosi, infames, & similes. Hic certè quantum possumus, quantumq; sine ignominia nostra fieri potest, eorum, qui eos miserunt, honori parcemus. Quod si autem eam rem uel nobis uel Reipub. damno et dedecori esse putabimus, tum nihil prohibebit, nos eos non solum sessionibus, alijsq; honoribus non dignari, sed etiam tanquam inutiles domum remittere. Quod ego non semel à consilio foederatorum inclyræ illius. Sueuicæ societatis factum esse animaduerti. Sed nec inutiles fortasse fuerit, legibus cauere, quin potius leges, quæ prius ea de re, honestæ & necessariae latae sunt, denuò restitui ac publice promulgari, quibus tam honesto munere, homines tam indigni prorsus arceantur. Quod

Sessio Legatorum Papæ & Imp. in Conuentu Imperiali.

Locus Legatorum aliorum Regum & Principum in Conuentu Imp.

Legatis quibusdam non datur sessio, quæ ipsorum Dominis daretur.

Lex ferenda aut prius lata renouanda de indignis ad legationem perionis.

Quod et olim Octauium Augustum fecisse legimus: Qui cum quosdam Libertini generis Legatos liberarum sociarumq; gentium, Romam mitti depræhendisset, in Orchestra consistere uetuit, Auctor Sucto. Tranquillus in Octauio Augusto. Contra uero duo Legati Phrisonum, Romam ad Neronem Principem publice missi, cum celebri spectaculo Pompeij Theatrum ingressi, quosdam obseruassent, externo cultu inter Senatores in Orchestra sedentes: didicissentq; id honoris exhiberi earum gentium Legatis, quæ uirtute & amicitia Populi Romani cæteros anteirent: Nullos mortalium, aut armis aut fide, Germanos præcellere, alta uoce testati sunt, atq; ita progressi inter patres confedere. Quo facto delectatus Nero, simul atq; uirtutem & indolem totius gentis, in Legatis illis admiratus, ambos ciuitate donauit. Simile exemplum ædidi Claudius Cæsar, Nam & is Germanorum Legatis, in Orchestra sedere permisit, simplicitate eorum & fiducia motus: quod in popularia deducti, cum animaduertissent, Parthos & Armenos sedentes in Senatu, ad eadem loca sponte transierunt, nihilo deteriorum uirtutem aut conditionem suam prædicantes.

Orchestra pars Theatri honoratior, ubi sedebant Senatores, etc. Cor. Tacitus li. 13. Au. hist. A. Sabell. Enead. 10. libro 8.

Sucto. in Claudio Cæsare.

De ritu & ordine audicndarum Legationum, ac primum de audiendis postulatibus Legatorum. Cap. IX.

LAm quo ritu & ordine Legationes audiendæ sint, dicendum est. Quocirca primum illud animaduertemus, Legatos quosdam, eorum tantum causa, quorum Legatione funguntur, ad nos mitti: Veluti qui oratum aliquid aut petatum ueniunt. Item, qui ad controuersias disceptandas mittuntur, & similes alij non sua tantum, sed etiam nostra, & Reipub. causa mittuntur: Quales sunt, quos Archiepiscopi, Episcopi, alijsq; Prælati à Rom. Pontifice ad generale Concilium uocati, mittunt. Item, qui à Principibus & Ordinibus Imperij, ad Comititia Imperialia: A subditis item, & ordinibus Regnorum, & principatum, ad conuentus à Regibus & Principibus indictos mittuntur.

Diueritas Legatorum ex causa propter quas mittuntur.

In primo igitur genere introductis in Concilium Legationibus, ut quo ordine cuiq; Concilium audientiamq; dedimus: ita dicendi potestatem, illi quid petens uenerit, facimus. Tum si quas literas nobis offert accipiemus. Sed & Ritus uniuscuiusq; loci, in literis tum præsentandis tum accipiendis seruandus est, ut si inferior sit siue qui reddit, siue qui accipit, eo qui literas mittit, literas ipsas osculetur. Urbanitatis etiam fuerit, Legatos, maxime si ab amicis missos esse intellexerimus: Veluti præoccupando comiter inuitare, & interrogare, qua causa uenerint & quid petant. Quod Rex Latinus apud Vergilium, qui Legatos ab Aenea missos, ipse intus templo diuum patriæq; sedens sede, ad sese in tecta uocauit.

Quomodo Legatis datur dicendi potestas.

Lib. 7. Aeneid.

S iij Atq;

Verba Latini Regis ad Legatos Abner.

*Atq; hæc ingressis placide prior ædedit ore.
Dicite Dardaniæ, neq; enim nescimus & urbem
Et genus auditiq; aduertitis æquore cursus,
Quid petitis, quæ causa rates, & cuius egentes
Littus ad Ausonium tot per uada cærulea uexit,
Siue errore uicæ, seu tempestatibus acti,
Qualia multa mari nauæ patiuntur in alto
Fluminis intrastis ripas portuq; sedetis,
Ne fugite hospitium, ne ue ignorete Latinos
Saturni gentem: &c.*

si obtusecat Legatus. Interdum si timore, uel uerecundia impeditum Legatum, quò minus dicere possit, intelligimus, excedere Concilio iubebimus: ut interim & nos, quomodo illum ad dicendum animemus, interloquamur, & ipse ad dicendum animum resumat, ac deinde reuocabimus: atq; ut personæ dignitas postulabit reducemus, & ad dicendum demum hortabimur: aut si ita res fert, etiam cogemus. Ira Senatus Romanus, Eumenem Regem, cum data dicendi potestate, nollet dicere, excedere templo iussit: Atq; interloquutus est, dicendum esse Regi, Absurdum esse ignorare Regem, quid sperans aut petens uenerit, &c. Reuocandum igitur cogendumq; quæ uellet quæq; sentiret, expromere: Qui & reductus à Pratore in templum, quæ antea tacuerat dixit. Fit etiam nonnunquam, maximè in disceptationibus, ut Legati uel propter aetatem, uel modicum rerum usum, uel perturbatione moti: ea quæ obijciuntur, aut quæ aduersus ea dicenda sunt, haud facillè complecti possint: Tum certè conueniet, nos instructiones à Legatis, si quas habent, poscere, ac eisdem

ut recitent permittere. Id à Senatu Ro. factum est, Legationibus Transmarinis aduersus Philippum Regem, de illatis gentibus ciuitatibusq; suis iniurijs querentibus. Nam cum Demetrius filius Philippi iuuenis admodum, neque capere omnia quæ dicebantur, nec quæ oportebat ad ea respondere posset: Senatus ab eo Commentarium patris poposcit, & ut cum recitaret permisit.

Idem faciemus, quoties nostra interest, uel propter simplicitatem, uel propter fidem non satis integram Legati, instructiones Legatorum uidere: Quemadmodum patres Africani Concilij, non omnino credentes postulatis Faustini, Philippi, & Aselli, Rosedis Legatorum, flagitarunt: Vt si quod in scriptis ferrent Commentarium, proferrent. Cæterum quò ordine in hoc genere audiendæ sint Legationes, equidem non puto certam aliquam regulam tradi posse. Nam pluribus Legationibus conuenientibus, interdum res ipsa dicendi, audiendiq; ordinem præscribit: ueluti in disceptationibus, primum dicit Actor, deinde Reus: Interdum inter

Aphr. Concil. 6. 101.

Qui ex Legatis primus audiendi sunt?

ter ipsas Legationes pacto conuenit, quo quisque ordine dicat.

Olim Romanorum Legationes, omnium aliarum gentium, Regum, populorum & ciuitatum Legationibus præferebantur. Et tamen in Concilio Ætholorum, ubi Romani, Macedones, Athenienses, & Philippus Rex audiendi erant: Macedonibus auditis, & si dignitas Romanæ maiestatis exigebat, ut Romanus Legatus ante Athenienses audiretur: Tamen Romani & concesserunt & iusserunt, ut secundum Macedones & Athenienses audirentur, Romanusq; ultimo loco diceret. In rebus autem, in quibus una Legatio cum alia nihil commune habet, in arbitrio eius qui audit, quo ordine unamquamq; audiat: & eidem respondeat, positum esse existimo. Sed erit tamen ea moderatio adhibenda, ut cæteris, quæ sunt digniores præferantur. Cuius rei uel unum, ex Diodoro Siculo exemplum hic adscribere libet, quo Alexandri illius Macedonis potentiam, simul & expediendis negocijs singularem industriam & prudentiam cognoscere licet. Sequenti (inquit) anno, quo Athenis Agestas imperauit, & Romæ Consules fuerunt C. Popilius & Papirius, acta est Olimpias Quarta decima supra Centesimam, uictore Micina Rhodio, ex omnibus ferè orbis terrarum partibus Legati, ad Alexandrum uenerunt: Aliqui, ut ea quæ feliciter gessisset, gratularentur: Alij, ut coronas offerrent: nonnulli amicitiam & societatem petaturi: à multis splendidissima afferebantur munera: Quidam etiam de obiectis criminibus expurgatum uenerant. Non tantum Nationes, populi Principesq; Asiæ diuersi, Legationes miserant: Sed & pleræq; erant ex Europa, & Africâ. Hinc quidem Carthaginensium, hinc Phœnicum, gentiumq; omnium, iuxta mare ad Columnas usq; Herculis habitantium: Illinc autem Græcarum plurium ciuitatum, Macedonum, Illyriorum: Missæ etiam sunt ab his, qui uicina mari Adriatico incolunt, à Thraciæ gentibus ac Gallis conterminis, quæ gens nunc primum Græcis coepit innotescere. Alexander auditis omnium Legatorum uoluntatibus, constituit quibus primum, ac deinceps per ordinem ab se respondendum esset. Primi expediti sunt, qui sacrarum rerum causa uenerant. Secundi, qui munera attulerant. Tertij, quorum tractatio erat de obsidibus. Quartij, quibus de priuatis negocijs agendum. Vltimus fuit locus exulum detrectantibus restitutionem. Ante omnes autem Hammonij, Delphici, Corinthij, Epidaurij, & alij quidem ob dignitatem sacrorum: de quibus agebant, cognitionem & responsum obtinuerunt. Cunctiq; in uniuersum Legati, benigna ac liberali responsione, quantum eorum negocia patiebantur, uti læti ac bene erga se affecti dimitterentur, studuit. Hæc Diodorus. Fuit & illud à Romanis more à patribus tradito obseruatum: Vt auditis Legatorum postulatis, si qua minus dilucide

T. Linius lib. 7. de bell. Maced.

Diodorus Siculus de gest. Alex. lib. 12. Magnus numerus & diuersitas Legatorum apud Alexandrum Magnum, ex toto orbe.

Ordo responsionis Alexandri.

T. Linius lib. 10. secundi belli Punici.

dilucidè dicta fuissent, Prætor omnibus, si quis quid uellet, Legatos interrogandi potestatem faceret. Hodie autem mandatis expositis, Legati mox excedere Concilio iubentur: Quibus semotis, tum si quid obscurius cuiquam à Legatis dictum uidebitur, uel reducuntur, ut apertius dicant, uel ad eos, qui eorum sententiam diligentius sciscitentur, ex Concilio mittentur.

De rogandis sententijs, audiendisq; suffragijs Legatorum, in Concilijs publicis. Cap. X.

Quis prior sententiã rogari debet.

Lib. 4. ca. 10. nof. Attic.

Ordo rogandi sententiam in Senatu.

Bald. in tit. de contro. feud. 4. apud par. ter. c. 1. Spec. in tit. de ad nof. Giam nunc uerf. in niores Eccl. 32 Suet. in Iulio Cur maiores alicubi prius rogantur sententiam.

Alia autem in publicis Concilijs audiendarum Legationum ratio est: in quibus non Legatorum, sed uel eorum, ad quos mittuntur, uel publica negocia tractantur. Apud ueteres uarij ordo rogandi sententias fuit, ut scribit Gellius. Alias, Primus rogabatur, qui à Censore Princeps in Senatu lectus fuerat. Alias, qui designati Consules erant. Quidam è Consulibus, studio aut necessitudine aliqua adducti: Quomodo ijs uisum erat, honoris gratia extra ordinem sententiam primum rogabant. Obseruatum tamen est, cum extra ordinem fieret, ne quis quenquam ex alio, quam ex Consulari loco, sententiam primum rogaret. Hæc Gellius. Tranquillus in Cæsare author est, consuetudinem fuisse, ut quem ordinem interrogandi sententias, Consul Kal. Januarijs instituisset, eum toto anno conseruaret. Hunc autem ordinem inuersum à Cæsare fuisse in Cn. Pompeio, quem post nouam affinitatem primum rogare coeperit, cum antea Crassum soleret. Octauius Augustus, sententias de maiore negocio, non more neq; ordine, sed prout libuisset prærogabat: Ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis quam assentendum esset. Author idem Tranquillus, in Octauio Augusto. Baldus, in rogandis sententijs, à senioribus & dignioribus incipendum esse putat, iuxta illud. Loquere maior natu: decet enim te, primum uerbum diligentis scientiam. Quem ordinem & olim Decuriones obseruabant, eodem omnino ordine sententias dicentes, quo honoribus functi in municipio scribebantur. Alij minoribus Primum: Postremum uero, maioribus, in dandis suffragijs, locum tribuunt: Quod hac ratione iuniores liberius sententiam suam proferant, quando non est, quod à maiorum sententia declinare formident. Nos uero in hoc genere eundem in audiendis, quem in locandis Legationibus ordinem seruandum esse putamus: ut qui gradu & sensione priores sunt, ijdem prius sententiam rogentur. Quod & in consilijs Imperij obseruatur, ut à superioribus ad inferiores: Sed alternatim in utroq; dextro & sinistro latere, mixto ordine per Ecclesiasticos & sæculares descendatur. Illud autem curabit, qui Legatorum sententias rogabit, ut & ipse unumquemque sententiam

sententiam liberè proferre patiatur: & alios simul admoneat, ut alius alium patienter audiat: nec maiores minores contemnant. Nam ubi publica agitur utilitas, si minor ueritatem inuestigauerit, nulla maiori irrogatur iniuria. Siquidem unius sæpe & deterioris sententia, & multos & maiores in aliqua parte superare potest: nec omnes in omnia, sed certi per certa, uel meliores uel deteriores inueniuntur. Quapropter clarissimum illud Ecclesiæ lumen Augustinus, cum iam senex esset, & multorum annorum Episcopus, non erubuit à collega suo, necdum anniculo (cuius iuuenilem ætatem minime contempsit) edocerit: Et Iuliani præclara sententia est. Etsi, inquit, alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere uellem.

Quod igitur in Ecclesiarum negocijs obseruatur, ut præsentibus Episcopis non deceat Presbyteros tacere: Quin etiam Pontifex ipse, stultum esse putat cum, ut bona quæ uiderit, discere contemnat. Illud & in publicis Legationum consultationibus merito obseruabitur, ut maiores minores audire non contemnant: nec temere quisquam alterius sententiam, nisi rationis libramine benè discussam, respuat. Quod & Paulus Apostolus admonet. Si, inquit, reuelatum aliquid fuerit sedenti, prior taceat. Ac quanto minus eos feret qui Legationum Consilia audit, qui indiscretis uocibus perstreperere, aut quibuslibet tumultibus consilia perturbare conantur, aut obstinatis disceptationibus, tumultuosas uoces effundere. Si quis, inquit Iacobus Apostolus, putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Ergo quicquid confidentium Legationum consultationibus agitur, mitissima relatione uerborum proferri debet: ut nec contentiosis uocibus sensus audientium perturbetur, nec iudicij consultationisq; uigor eneructur. Quicumq; autem uel tumultu, uel contumelijs, uel risibus Concilium perturbat: Is iuxta diuinæ legis uerbum ex publico consilio expellatur. Et iuce (ait scriptura) derisorem, & exibat cum eo iurgium cum omni dedecore. At nihil prohibet diuersas, inter se pugnantescq; sententias, à diuersis in uno Concilio dici. De qua re præclare Artabanus ad Xerxem Regem apud Herodotum. Rex, inquit, nisi diuersæ inter se sententiæ dicantur, non potest quis eligere meliorem: sed necesse habet ea, quæ dicta est, uti: At cum plures dictæ sint, licet tanquam aurum purum deligere, quod per se discerni cum nequeat, comparatum cum altero, discerni potest. Et scite admodum Paulus de Castro: Est, inquit, aromatum natura, ut quod magis contrita sunt, eò magis redoleant: sic & ueritas quanto magis conteritur, & oppugnatur, tanto magis expulsi nebulis in lucem progreditur. Quin etiam uetus Socrati ratio est, contra alterius opinionem disputare. Sic enim facillime, quod uerissimum esset, inueniri Socrates existimabat. Quam rationem

l. potioris C. de offic. rect. prom. uincie. l. 1. § omnibus C. de uet. iure enucle. c. si habes 24. q. 3.

l. apud Iulianum ff. de fidei commiss. libert. c. esto § postime 55. dist. c. de Constanti nopolitana 22. dist.

1. Corinth. 14. Non sunt feredi strepitus & tumultus Legatorum in Concilio.

1. cor. 14.

Proverb. 22. 5. q. 4. c. in loco.

Oportet diuersas audire sententias, ut ex his melior eligatur. In Polym. lib. 7.

Conf. 13. primi uolu.

de cognoscendis postulatis mandata susceperint, non solum au-
dient Legatos, sed etiam de postulatis ac responsis dandis cogno-
scent. Ceterum, responsa, nisi ad eos qui mandata dederunt prius

T. Linius lib.
7. de bell. Ma-
ced.

Imperatores
olim legatos
ad Senatum
pro ratifica-
tione pacis
miserunt.

remissa, non ædent. Ita Scipio cum Antiochi Legatis, quos pa-
cem orantes audiuerat: pacem quidem certis conditionibus pactus
est, at nihilominus Romam eos una cum postulatis & facta pace,
ad confirmandam eam misit: quam et Senatus seruandam censuit,
& in Capitolio cum Principe eius Legationis fœdus icit. Hunc

morem sub Imperatoribus quoq; obseruatum fuisse animaduerti,
ut non prius rata esset ab ipsis facta pax, quam eadem ab Senatu
confirmata fuisset. Vnde & Legatos, datis iam & acceptis condi-
tionibus pacis, ad Senatum, ut eadem confirmaretur, miserunt.
Quomodo Traianus Imperator, pacta pace cum Decebalo Da-
corum Rege, Legatos eiusdem in urbem misit, qui in Senatum in-
troduciti, depositis armis, manibusq; in seruillem morem porrectis,
cum multa supplices dixissent, ratificata per Senatum pace, quam
Traianus Regi dederat, arma resumpserunt, Author Dion Calsius
in Nerua Cocceio. Cæterum, quod certius, quæ acta conuentaq;
sunt ab his qui remittuntur, tum exponantur, tum conficiantur, In-

T. Linius lib.
10. secundi bel-
li Punici.

ubi supra
Quando licet
delegatis æde-
re responsa.

terdum cum ipsis nostros quoq; Legatos mittimus: Quod Scipio,
pace cum Carthaginensibus facta, fecit. Quod si eorum quos di-
mittimus fraudem timemus, illud quoq; eis iniungi proderit, ne
per id tempus quo proficiscuntur, alios usquam quam ad quos nos
uolumus, Legatos mittant, & quicumq; ad se, eos uel, quorum Le-
gatione ipsi funguntur, uenerint, ne ante dimittant eos, quam ij
ad quos ipsi à nobis missi sunt, qui & quæ petentes uenerint, cer-
tiores facti fuerint. Quod idem Scipio fecit, Legatis Carthaginen-

sium, pacta cum ipsis pace, Romam missis. Sin uero mandatis
id quoq; insertum est, ut non solum cognitio postulatis, quid ad ea
respondendum sit decernant, sed etiam decreta responsa ædant,
Id quod in disceptationibus plerunq; fieri solet, in quibus causæ
non solum audiendæ & cognoscendæ: sed etiam terminandæ exe-
quendæq; mandantur. In leuioribus quidem, ut è Repub. & eorum
à quibus mandata acceperunt, dignitate & utilitate erit, responsa
dabunt: In grauioribus autem, interdum integram causam remit-
tent. Quemadmodum Masiinissæ Regis, & Carthaginensium Le-
gatis, de causa & possessione finium disceptantibus, Romani disce-
ptatores, ius possessionis non mutauerunt: sed causam integram

T. Linius lib.
8. de bell. Ma-
ced.

T. Linius lib.
9. de bell. Ma-
ced.

Romam ad Senatum reiecerunt. Similiter L. Manlius, & Decem
Legati, cæteris controuersijs ciuitatum compositis, de Pamphilia
inter Eumenis & Antiochi Legatos disceptatam controuersiam,

integram ad Senatum retulerunt. Eumene & Philippo Regibus
& Maronitarum Legatis, de Thraciæ urbibus disceptantibus. Eu-
mene

mene in eam rem Decem Legatorum decretum, & ueluti præiu-
diciū allegante: Maronitis, præter alia, quæ ad ius finium perti-
nebant, querentibus, Philippi assentatores solos in Maronea do-
minari: his solis in Senatu & concionibus loqui licere, eos ipsos ho-
nores omnes & capere ipsos, & dare alijs: bonos autem patria pul-
sos exulare, aut inhonoratos aut deterioribus obnoxios filere. Phi-
lippo autem contradicente, Maroneam et Thraciæ urbes iure bel-
li suas esse, & in præmium sibi à Romanis datas, nec decreto De-
cem Legatorum eas contineri, disceptatores Ro. medio responso
rem suspenderunt. Si Decem Legatorum decreto Eumeni datae
ciuitates eæ essent, nihil se mutare. Si Philippus bello cœpisset, eas
præmium uictoriæ iure belli habiturum. Si neutrum eorum foret,
placere cognitionem Senatui referuari. Disceptantibus Thessa-
lis, Perrhæbijs, Athamanibus, & Philippo Rege de iniurijs iure
finium, & quibusdam urbibus, illis nimirum querentibus Legatis
eorum, contra ius gentium à Rege insidias positas: nimia se serui-
tute grauatos, ac ob id libertatem repetentibus: tum adijcientibus
non solum urbes suas à Rege possideri, sed etiam totam Athama-
niam sub ius iudiciumq; Regis uenisse. Philippi Legatis hæc ipsa,
contra purgantibus ac multa quidem negantibus, Quo ad cætera
autem nihil nisi permissu Imperatorum Rom. factum esse, Tum
Regi quoq; suo multas iniurias illatas affirmantibus: Disceptato-
res Rom. à Senatu ad disceptandas eas controuersias missi, Quæ-
dam decreto definiuerunt, quorundam cognitionem iudicibus
competentibus referuarunt: nempe causa cognita pronunciaue-
runt, placere deduci Macedonum præsidia ex ijs urbibus, & anti-
quis Macedoniæ terminis Regnum fieri. De iniurijs quas ultrò ci-
troq; illatas Regi questi essent, Quomodo inter eas gentes & Ma-
cedonas disceptetur, formulam iuris exequendi constituendam es-
se. Animaduertimus etiam à Ro. Senatu, sæpe Legatos ad po-
pulum reiectos fuisse, ac interdum bona, interdum mala responsa
retulisse. Ita Senatus Gallorum Legatis, iniurias Fabiorum que-
rentibus, ac postulantibus, ut pro iure gentium uiolato dederentur.
Cum Gallos ius petere uideret, nec ut uolebat respondere posset,
tum etiam ut se culpa imminentis mali ex deteriori responso exime-
ret, cognitionem postulatorum ad populum reiecit, apud quem
plus tum gratia & opes Fabiorum, quam iusta Gallorum postu-
lata ualuerunt. Et ad eundem modum Cæritum Legati, cum Ro-
manorum agrum depopulati, erroris ueniam petissent: & Sam-
nitium Legati, cum de renouando cum Romanis fœdere cum Se-
natu egissent, utriq; ad populum reiecti, Illi pacem & inducias in
Centum annos: Hi uero negato fœdere, inducias tantum biennij
impetrauerunt. Idq; tum maximè à Senatu fiebat, cum populi,
T ij à quibus

Responsum a
disceptatori-
bus datum.

Alia diuerso-
rum Legato-
rum discep-
tatio.

T. Linius lib.
9. de bell. Ma-
ced.

Disceptatio
aliquando a Se-
nato ad popu-
lum reiecta.
T. Linius lib. 5.
ab urb. cond.

T. Linius lib.
7. ab urb. cond.
et lib. 9. ab
urb. cond.

Rogatio ad à quibus Legationes mittebantur, ciues Romani erant. Quo casu
 Populum Ro. Senatui non licebat, iniussu populi de ciue Romano statuere.
 per Tribunos Quod apud Lium M. Attilius Regulus ostendit, qui de querelis
 plebis sebat. postulatisq; Campanorum, aduersus Q. Flaccum loquens: Ita in-
 T. Linius lib. quit, Per Senatum agi de Campanis, qui ciues Romani sunt, in-
 6. secundi bel. iussu populi non uideo posse, idq; & apud maiores nostros in Su-
 li Punicis. trianis factum est, cum defecissent: Ut M. Antistius Tribunus Ple-
 bis prius rogationem ferret: Sciretq; plebs uti Senatui de Sutra-
 nis sententiæ dicendæ ius esset. Itaque censeo cum Tribunis Plebis
 agendum esse, ut eorum unus plures uel rogationem ferant ad ple-
 bem, quò nobis statuendi de Campanis ius fiat. Qua autem
 Forma propo- forma reiectio postulatorum Senatus ad populum facta fuerit,
 nendi rem po- sequentia uerba declarant. Attilius Tribunus Plebis ex authori-
 culo per Tri- tate Senatus, plebem in hæc uerba rogauit. Omnes Campani, At-
 bunos. tellani, Calatini, Sabbatini, qui se dediderunt, arbitrium deditio-
 nemq; Populi Romani Fuluius Proconsuli: quæq; secum una dedi-
 derunt, agrum, urbem, diuina, humanaq; utensilia: siue quicquam
 aliud dederunt, de ijs rebus, quid fieri uelitis uos rogo Quirites:
 Plebs siciussit, Quod Senatus maxima pars censeat qui assidetis,
 id uolumus iubemusq;.

De postulatis Legatorum, & uarijs generibus responforum.
 Cap. XIII.



Am de postulatis Legatorum dicendum est: Ac in co-
 gnitione postulatorum hæc ferè uersantur, Ad quæ po-
 stulata respondendum sit, ad quæ non respondendum:
 quæ responsa ad ea danda, & qua forma danda. Pri-
 mumigi tur, ad quædam postulata, responsa dantur, ad quædam
 nulla dantur. Sine responsis Legationes dimittuntur, cum ob ini-
 quitatem postulatorum, aut irrogatas nobis ab ijs, qui Legationes
 mittunt, iniurias: Contra dignitatem nostram esse uidebitur, ut à
 nobis responsa referant. Qua ratione motus M. Coriolanus, ab
 T. Linius li. 2. teram Romanam Legationem (Nam & antea unam miserant,
 ab urb. cond. quæ atrox ab eo responsum retulerat) ne in castra quidem sua ad-
 misit. Verum id generaliter obseruatur, ut quos audiuius
 Legatos, eos etiam cum responsis dimittamus: Siquidem melius
 est non dare Legatis Concilium, quàm inde sine responso eos di-
 mittere, ut Aristhenus Achæorum Prætor dicebat. Is enim cum
 Principes eius gentis: auditis Romanorum, Attali, & Philippi Re-
 T. Linius lib. gis, & Rhodiorum Legationibus: de eorum postulatis, potestate
 2. de bell. Ma- per præconem ex more facta, suadere nollent. Non magis, in-
 ced. quit, consilium uobis Principes Achæorum deest, quam lingua:
 sed

Quando sine
 responsis di-
 mittendi sunt
 Legati.

T. Linius li. 2.
 ab urb. cond.

Quibuscumq;
 datur audien-
 tia, ijs & re-
 sponsum dan-
 dum est.

T. Linius lib.
 2. de bell. Ma-
 ced.

sed suo quisq; periculo in communiè consultum non uult, forsitan
 ego quoq; tacerem, si priuatus essem: nunc Prætor uideo, aut non
 dandum Concilium Legatis fuisse, aut inde sine responso eos di-
 mittendos non esse: Respondere autem, nisi ex decreto uestro,
 quomodo possum: Iam & illud cauebimus, ne plus, minus ue,
 quàm negocij qualitas exigit, respondeamus. Quod diligenter ad-
 modum Theodericum Gothorum Regem obseruasse legimus,
 Qui intromissis ad se Legationibus, plurima quidem audiuit, pau-
 ca autem respondit, ut de eo refert Sidonius. Porro responsa
 dantur aut uoce aut literis, aut partim uoce, partim literis. Alexan-
 der Legatis Darij, ad se cum literis missis, orantibus, uti matrem,
 uxorem & liberos dimitteret, nullum responsum uoce dedit. Sed
 Therisippum una cum literis ad Darium cum epistola sua, qua ad
 literas Regis & postulata Legatorum responderet, ire iussit. Idem
 Alexander, Legatis Atheniensium gratulantibus, quod ex Illyrijs
 & Triballis cum uictore exercitu incolumis rediisset, quodq; The-
 banos rebelles uictus esset: quo ad cætera uoce & humaniter quidem
 respondit. Verum ciues aliquos, in quos rerum quarundam, con-
 tra uoluntatem suam gestarum, culpam referebat, quod iisdem
 quidem Legatis uoce respondere potuit, per literas ab Athenien-
 sibus dari sibi postulauit. Sunt autem uaria genera responso-
 rum, Quædam postulata finiunt, Quædam suspendunt: illa extre-
 ma, hæc media appellari possunt. Quædam gratificatoria, Quæ-
 dam negatoria: Quædam spem faciunt, Quædam rem ipsam præ-
 stant: Quædam mitia & benigna, Quædam dura: Quædam certa
 & expedita, Quædam dubia & perplexa: Quædam magna &
 fortia, Quædam modesta, Quædam superba, &c. Quæ quidem
 omnia pro natura & qualitate postulatorum attemperanda sunt:
 Ut quale postulatum est, tale etiam responsum detur. Gratifi-
 catoria eademq; benigna responsa sunt, Cuiusmodi Romani
 Malsinissæ, Syphacis, Saguntinorum, aliorumq; Regum & po-
 pulorum: Alexander alijsq; permulti Reges multarum gentium
 populorumq; & ciuitatum Legationibus dederunt: Nimirum
 quorum postulata non solum gratanter audiuerunt, sed etiam lau-
 darunt, approbauerunt: Tum eos cum benignis etiam responsis,
 aliquos etiam cum splendidis donis dimiserunt. Tale est, quod à
 Latino Rege Legatis Æneæ datur apud Vergilium, Carmen sic
 Lib. 7. Æne-
 neidos.

Sidonius in
 epist. ad Agri-
 colam.

Arrianus li. 2.
 de rebus gestis
 Alexandri.
 Idem lib. 1. de
 eodem.

Varia genera
 responforum.

T. Linius lib.
 10. secundi bel
 li Punic.
 Lib. 7. & lib.
 8. ibidem.

Lib. 7. Æne-
 neidos.

*Tandem lætus ait, dij nostra incepta secudent.
 Augurumq; suum, dabitur Troianè quod optas,
 Munera nec sperno, non uobis Rege Latino
 Diuitis uber agri Troiæ ue opulentia deerit.*

T ij Ipse

Ipse modo *Aeneas*, nostri si tanta cupido est,
 Si iungi hospitio properat, socius ue uocari
 Aduemat, uultus ne ue exhorrescat amicos,
 Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse Tyranni,
 Vos contra Regi mea nunc mandata referte.
 Est mihi nata, uiro gentis quam iungere nostrae
 Non patrio ex adyto sortes, non plurima caelo
 Mostra sinunt, generos externis affore ab oris
 Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
 Nomen in astra ferant, hunc illum poscere fata
 Et reor, et si quid ueri mens augurat, opto.
 Haec effatus, equos numero pater eligit omni.
 Stabant tercentum nitidi in praeseptibus altis,
 Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
 Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis,
 Aurea pectoribus demissa monilia pendent,
 Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum,
 Absenti Aeneae currum, Geminosque iugales
 Semine ab aethereo spirantes naribus ignem
 Illorum de gente patri quos Dardala Circe
 Supposita de matre nothos furata creant.
 Talibus Aeneade donis dictisque Latini
 Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant:

Splendida mu-
 nera a Lati-
 no Legatis
 Aeneadae.

Duriora re-
 sponsa ad ui-
 ctos pacem pe-
 tentes.
 T. Linius lib.
 10. secundi bel-
 li Punici.
 T. Linius lib.
 7. de bell. Mac-
 ced.

Interdum gratificamur Legatis, sed durioribus tamen responsis:
 Quod fere facere solent uictores, qui Legationibus, eorum quos
 bello uicerunt, pacem petentibus, pacem quidem dant: sed ut condi-
 tionibus, ita uerbis quoque duris. Ad hunc modum Scipio, Cartha-
 ginensium Legatis pacem petentibus, eam quidem dedit, sed non
 nisi cum multa prius castigatione perfidiae monitis, ut claudibus
 edocti, tandem deos & iusiurandum esse crederent. Scipio An-
 tiochi Legatis pacem petentibus, eam se dare testatur, quam uicto-
 res soleant uictis, idque uerbis ad hoc aliquanto asperioribus. Post-
 quam, inquit, Hellepontum traiecimus, priusquam Regia castra,
 priusquam aciem uideremus, cum communis Mars, & incertus
 belli euentus esset: de pace nobis agentibus, quas pares paribus fe-
 rebamus conditiones, easdem nunc uictores uictis ferimus. De-
 inde datis pacis legibus, addidit, In deteriori sua fortuna pacem
 faciet Rex, quia serius facit, quam facere potuit: Si nunc remo-
 ratus fuerit, sciat Regum Maiestatem difficilius a summo fasti-
 gio ad modum detrahi, quam a medijs ad ima praecipitari. Simile
 est

est responsum, quod apud Xenophontem Clearchus Legatis Ar-
 taxerxis dedit. Is enim in praesentia Legatorum, copijs militari-
 bus pulcherrime instructis, tum globo militum stipatus, cum de
 pacis conditionibus actum se uenisse dicerent Legati: Renuncia-
 te (inquit) Regi uestro, pugna opus esse, prandium enim nusquam
 in promptu est: nec fuerit quisquam inuentus, qui de conditioni-
 bus apud Graecos uerba facere audeat, priusquam prandium ijs
 praebet: Deinde cum iidem denuo peterent, foedus quidem cum
 Rege, sed ex interuallo tamen percussit. Media responsa, Aetho-
 li, Legatis Romanorum et Atheniensium, aduersus Philippum Re-
 gem bellum, & Macedonum pacem suadentibus, dederunt, ut ne-
 que in quam partem declinarent, nec quid facturi essent, cognosce-
 re possent. Hi enim, nihil aut huic aut illi parti assenti, rem consilij
 nullam esse tam inimicam, quam celeritatem, per Praetorem dixe-
 runt. Celerem enim poenitentiam, sed tandem seram atque inutilem
 sequi: cum praecipitata raptim consilia neque reuocari neque in inte-
 grum restitui possint: Deliberationis autem eius, cuius ipsi maturi-
 tatem expectandam esse putaret, tempus iam nunc statui non posse,
 cum legibus cautum esset, ne de pace bello ue, nisi in Panatholico
 & Pyrrhiaco Concilio ageretur, decernerent extemplo, ut Praetor
 sine fraude, cum de bello & pace agere uelit, aduocet Concilium:
 & quod tum referatur, decernaturque, ut perinde ius ratumque sit, ac
 si in Panatholico aut Pyrrhiaco Concilio actum esset: Ac ita di-
 missis suspensa re Legatis, egregie sibi consultum putarunt Aetho-
 li. Nam utriusque partis melior fortuna esset belli, ad eius societatem
 inclinatuos. Quod & hodie faciunt, qui cum diuersis Legationi-
 bus diuersa suadentibus, omnium fauorem retinere, neminem of-
 fendere student: nihil neque negant, neque permittunt: sed rem dubio
 perplexoque responso suspendunt. Haud dissimile responsum Se-
 natus Ro. Samnitibus dedit, petentibus ut Latinos, Campanosque
 si sub ditione Populi Rom. essent, pro Imperio arcerent: Sin Sam-
 niti agro Imperium abnuerent, armis coercerent. Nam neque Lati-
 nos confiteri integrum erat, in sua potestate non esse, nec placebat
 arguendo eos a se alienare. Itaque Campanorum eam conditionem
 esse responderunt, qui non foedere, sed per deditionem in fidem
 uenissent. Itaque Campanos seu uelint seu nolint quieturos, in fo-
 dere Latino nihil esse, quod bellare cum quibus ipsi uelint, prohi-
 beantur. Quo responso ut dubios Samnites, quidnam facturos
 Romanos censerent, dimisit: ita Campanos metu abalienauit.
 Eiusdem generis est, quod Clearchus Artaxerxis Regis Legatis
 dedit, siquidem quaerentibus, an manentes in eodem loco, quo
 tum erat Clearchi exercitus, pacem: an uero cedentes, bellum ha-
 bere mallet. Nam his conditionibus pacem promiserant, aut bel-
 lum

Lib. 2. de expe-
 Cyri mi.

T. Linius lib.
 1. de bell. Mac-
 ced.

Linius lib. 8.
 ab urb. cond.

Xenoph. lib. 2.
 de exped. Cyri
 mi.

lum indixerant, Respondit, Si manserimus pacem: sin progressi aut regressi fuerimus, bellum nobis futurum est. Cumq; Legati peterent ut apertius diceret, pacem ne an bellum renunciarent: iterum respondet, Pax manentibus, progressis aut regressis bellum. Huiusmodi responsa disceptatores quoq; nonnunquam dare solent, ut supra, exemplo decreti Eumenis & Philippi Legatis, a disceptatoribus Romanis dati, probauimus. In medijs responsis illud fortasse non inepte numerauerimus, quo Legatis, siue aequae siue iniquae a nobis petentibus, respondemus, totius controuersiae nos aequabile ius subituros: Atq; eiusmodi responsum fuit, quod

Thucid. lib. 1. Athenienses Lacedaemonijs dederunt, postulantibus, ut Graecos liberos dimitterent. Nam audito de ea re Periclis consilio, quod neffiaci.

T. Liius lib. 4. de bel. Maced.

Responsum suli, socios deserere, grauius etiam exercitum minueret. Itaq; spem pro re ostendit.

optimum Atheniensibus uidebatur, ita responderunt, Nihil se eorum quae iubentur fautores esse: paratos tamen, in iudicio aequabili atq; communi obiecta diluere. Illud datae spei responsum est, quod Ro. Consul Ilergetum Reguli Bilistagis Legatis dedit, Nam ijs praesidium Romanorum aduersus hostes petentibus: primum quidem negabat, at acrius urgentibus illis, graue uidebatur Con-
suli, socios deserere, grauius etiam exercitum minueret. Itaq; spem pro re ostendit, quod saepe uana pro ueris maximè in bello ualuisse, & credentes se aliquid auxilij habere, perinde atq; haberent, ipsa fiducia & sperando atq; audendo seruati fuerint. Igitur postero die Legatis nunciari iussit, denunciatum tertiae parti militum ex omnibus cohortibus: ut cibum, quem in naues imponent, mature coquerent, nauesq; in diem Tertium expedirent. Legati non ante profecti, quam in nauem milites uiderunt, id pro haud dubio iam nunciantes, non suos modo sed etiam hostes, fama Romani auxilij aduentantes impleuerunt: Consul, ubi satis quod in spem fuit, ostentatum est, reuocati ex nauibus milites iussit.

Plutarchus in Aristide.

Animosum resp. sulum Atheniensium ad Mardonium.

Item ad Lacedaemonios.

Magnificum illud & forte, quod Athenienses Mardonij Legato dederunt, promittentis se eorum urbem, ferro igniq; passim deuastatam, reaedificaturum, & ipsis magnum auri pondus daturum, eorumq; ciuitatem totius Graeciae Principem facturum, si bello quod aduersus Graecos gereret, absisterent. Ita enim responderunt, Quousq; hic quem uidetis sol, cursum hunc currere perget, Athenienses cum Persis belligerabunt: ut absumptos fines suos, ac uiolatos ac demolitas sacras aedes, ulciscantur. Eiusdem generis est, quod idem Athenienses Lacedaemoniorum Legationi responderunt, hortanti, ne promissis Mardonij commoti a defensione Graeciae desisterent. Athenienses (inquiunt) erga Graecorum libertatem ita animati sunt, ut nullum tantum auri pondus supra subterq; terram sit, quo abduci possint, ut ipsum saluti Graeciae anteferrent. Solent nonnunquam Legati siue iusta siue iniusta, inepte

apte tamen postulare. Quod si per imprudentiam fiat, nihilo durius illis respondebimus, sed erroris tamen interim commonebimus. Ita Senatus Romanus Verminae Syphacis filij Legatis, auxilij Carthaginensibus praestiti errorem adolescentiamq; excusantibus, & culpam omnem in fraudem Carthaginensium auertentibus, petentibusq; ut Rex & socius & amicus Rom. Populi appellaretur. Et si inepta postulatio erat petentium, Regem, socium, amicumq; Populi Ro. Verminam appellari, qui nondum pacem neq; petierant, neq; impetrauerant: Legatis nihilo minus tamen, Verminae pacem, per Legatos in Aphricam mittendos dandam, promisit: sed erroris tamen & ineptae petitionis admonuit, & in hunc modum respondit: Syphacem patrem Regis sine causa ex socio & amico hostem repente Populi Romani factum, & eum ipsum rudimentum adolescentiae bello iacessentem Romanos possuisse. Itaq; pacem illi prius petendam esse a Populo Ro. quam ut Rex sociusq; & amicus appellaretur, nominis eius honorem pro magnis erga se Regum meritis dari. Legatos Ro. in Aphrica fore, quibus mandaturum Senatum, ut Verminae dentur pacis leges, liberum arbitrium eis Pop. Ro. permittente, si quid ad eas addi, demum, mutariue uellet, rursus ab Senatu ei postulandum fore. Sin uero per insolentiam factum fuerit, siue annuemus inepte postulat, siue negabimus, omnibus modis impudentiae, superbiaq; Legatos coarguemus. Adidit huius rei pulchrum sane exemplum T. Quintius Consul Romanus. Is, cum Antiochi Legatus, apud Achaeos maria terrasq; inani sonitu uerborum compleret, immensas copias tam equestres quam pedestres enumerans, & inter illos quosdam Dacas, Medos, Elimaeosq; & Cadusios appellans: tantumq; naualium copiarum, quas nulli portus in Graecia capere possent: magnarum etiam pecuniarum uim, & Regis sui potentiam iactans: nimirum totius Asiae, partiq; Europae Regem appellans, suaderet, ne Achaei aduersus Antiochum & Aetholos bellum sumerent, idemq; etiam Legatus Aetholorum peteret: Primum respondit Consul. Si quis antea ignorasset, quae res Antiochum & Aetholos coniunxisset, id ex Legatorum sermone potuisse apparere, mentiendo inuicem, iactandoq; uires quas non habent, & quod Rex peditum equitumq; nubes, & consterni maria suis classibus iactaret, rem esse simillimam coenae Chalcidensis hospitis sui, hominis & boni & sciti conuiuatoris: quippe apud quem solstitiali tempore, hospites quidam comiter accepti, cum mirati fuissent, unde illi eo tempore anni, tam uaria & tam multa uenatio: Tum illum uarietatem illam & speciem ferinae carnis, ex mansueto suae factam esse, dixisse. Idq; apte etiam in copias Regis dici posse, & multa nomina gentium inauditarum, Dacas, et Medos, & Cadusios, et Elimaeos, Syros

Responsum ad inepte postulata Legatorum.

T. Liius lib. 1. de bello Maced.

Legatis Verminae filij Syphacis responsum a Senatu Rom. datum.

T. Liius lib. 5. de bello Maced.

Plutarch. in Quint. Flam. Iactantia Legati de potentia Regis Antiochi.

Responsum T. Quintij Ro. Consul.

Inanis & mendax iactantia Antiochi.

Syros omnes esse, seruire hominum genus. Regem uix duarum male plenarum legiuncularum instar habere. Regem ab Aetholis frumentum, quod militibus admetiatur mendicare, mutuas pecunias fenore in stipendium quaerere, & reliqua quae sequuntur,

T. Linius lib. 2. secundi belli Punici. Tunnidum respisum a Galis datum Legatis Ro.

Simile quiddam Ro. Legati a Gallis passi sunt, Siquidem hij cum apud Gallos uerbis uirtutem & gloriam Populi Rom. ac magnitudinem Imperij extulissent, ac petissent, ne Pœno bellum Italiae inferenti, per agros urbesq; suas transitum darent, tantus cum fremitu risus in eos ortus est, ut uix a magistratibus maioribusq; natu iuuentus sedaretur, adeo stolida impudensq; postulatio uisa est. Sedato tandem fremitu, responsum Legatis est, neq; Romanorum in se meritum esse, neq; Carthaginensium iniuriam: ob quae aut pro Romanis, aut aduersus Pœnos sumant arma. Contra audire se, gentis suae homines agris finibusq; Italiae pelli a Romano Populo, stipendiumq; pendere, & indigna pati. Nec huic dissimile fuit, Quod isdem Galli Romanis Legatis responderunt, petentibus, ne socios atq; amicos Populi Rom. a quibus nullam iniuriam accepissent, oppugnarent. Romanis quoq; eos bello, si res cogat, tuendos esse, & melius uisum bellum ipsum amoueri si posset, & Gallos nouam gentem pace potius cognosci quam armis. Nam huiusmodi mandatis in Concilio Gallorum aditis, datur tale responsum. Et si nouum audirent nomen Romanorum, tamen credere uiros fortes esse, quorum auxilium a Clusinis in re trepida esset imploratum, & qui Legatione aduersus se maluerint quam armis tueri socios: ne se quidem pacem quam afferant aspernari, si Gallis egentibus agro, quem latius possiderent quam colerent: Clusini partem finium concederent, aliter pacem impetrari non posse, & responsum coram Romanis se accipere uelle: & si negetur ager, coram isdem Romanis dimicatuuros, ut nunciare donum possent, quantum Galli uirtute caeteros mortales praestarent.

T. Linius lib. 9. ab urb. cond.

Aliud Gallorum ad Romanos responsum.

T. Linius lib. 9. ab urb. cond.

Sed & Tarentini nimium sibi sumptuerunt, qui Romanis & Samnitibus per Legatos denunciarunt, ut bellum omitterent: per utros stetit, quod minus discederetur ab armis, aduersus eos se pro alteris pugnatuuros. Ac idcirco a Consule Romano, communicato prius cum collega consilio, signo pugnae proposito, huiusmodi responsum eorum plane superbia dignum retulerunt, Auspicia secunda esse Tarentini Pullarius nunciat: litatum praeterea est egregie, authoribus Dijs ut uidetis, ad rem agendam proficiscimur. Signum inde ferri iussit, & copias eduxit. Vanissimam increpans gentem, quae suarum impotens rerum, praedomesticis seditionibus discordijsq;, alijs modum pacis & belli facere censeret.

L. Mercatem C. de con. ob tur. caus.

Atq; illud non solum in Legationibus, sed etiam in caeteris rebus obseruatur, ut insolentius aliquid, uel petentibus uel interrogantibus

gantibus responsa, quae cum eorum postulatis interrogatisq; congruant reddantur. Itaq; qui turpia a Principe petunt non solum ea non impetrant, sed etiam turpis petitionis arguuntur. Sic & qui stulte interrogant, aut ridiculum aliquid denunciant, responsum quoq; secundum stultitiam suam auferant, iuxta illud Sapientis, Responde stulto secundum stultitiam suam, ne sapiens sibi uideatur.

l. ut responsum C. de transact. l. precibus C. de impu. et alijs subst. Prouerb. 26.

Qua sane ratione Tiberius Illicium Legatis paulo serius consulantibus, quasi oblitterata iam doloris memoria irridens, se quoq; respondit, uicem eorum dolere, quod egregium ciuem Hectorem amisissent. Qui autem non per malitiam, sed per imprudentiam & simplicitatem inepte aliquid uel petunt, uel interrogant: Hij non modo durioribus responsis terrendi non sunt, sed etiam quomodo apte postulent, interrogent ue, docendi. Qua ratione & Princeps precibus obscurius, aut secus quam oportuit, ab hominibus simplicioribus oblati, eos ipsos quid precibus inferendum sit, admonere solet. Proinde plus iusto superbe Celsus Labeoni, imprudentius forte de iure interroganti, respondisse uidetur his uerbis. At non intelligo, quid sit de quo me consulis, aut stulta est consultatio tua: plus est enim quam ridiculum dubitare, an aliquis iure adhibitus testis sit, quoniam idem & tabulas testamenti scripserit. Multo autem superbissimum responsum fuit, quod Hieronymus Syracusiorum Tyrannus, Romanorum Legatis dedit. Is enim cum eos per ludibrium audisset, dimisissetq;, perquisiuit per iocum quae fortuna eis pugnae apud Cannas fuisset: uix credibilia enim Legatos Hannibalis narrare, uelle quid ueri sit nunciari, scireq;, ut ex eo utram spem sequatur, consilium capiat. Festiuiter tamen rursus Legati cum serio Legationes audiri coepissent, redituuros se ad eum dixerunt. Haud dissimile fuit quod Crassus Parthorum Legatis responsum dedit. Siquidem his denunciantibus, ut aetati suae consulens a bello abstineret: insolenter respondit, in Seleucia istis mandatis responsum dabo. Hic agens Legatorum unus sublata manu mediam palmam ostendens, Prius, inquit, in hac manu nascentur serae, quam tibi Seleuciam conspiciendi futura sit potestas.

Sueton. in Tiberio.

l. Domitius ff. de testa. et ibi dem Bar. et in d. l. ut responsum.

T. Linius lib. 4. secundi belli Punici. Superbum responsum.

Plutarch. in Crasso. M. Crassi ad Parthos responsum.

T. Linius lib. 7. de bell. Maced.

Sed nec illud praetereundum est, quod nonnunquam Legatis nec dum auditis, quid illis respondendum sit decernitur, idq; tum maxime cum uerisimiliter quid postulaturi sint, conijcere possumus. Quod a Romanis factum est Antiochi Regis Legatis, pacem ueniamq; petentibus: nempe responso illis a Scipione Africano dato, quod antequam Legati uenissent, iam illis ut daretur, decretum fuerat.

Oportere

Oportere eos, ad quos Legationes mittuntur, in dandis respon-
sis, iustitiæ dignitatiscq; suæ rationem habere.

Cap. XIII.

Solent etiam qui Legationes mittunt, quo responsa re-
ferant aptiora benignioraq; eorum animos, in quibus
spem aliquam habent, donis alijsq; rebus tentare, ac à
iustitiæ tramite deflectere. Quod Cyneas olim Pyrrhi
Legatus fecit, qui non uirorum modò, sed etiam mulierum animos
donis tentauit, ut apud Liuium Marcus Porcius Cato testatur. Bi-
zantius quoq; Heracides Legatus Antiochi Regis, pacem à Ro-
mano Consule petitem missus. Primum quo facilius id quod po-
stulaturus erat, impetraret, priusquam Consulem adiret P. Scipio-
nis animum priuatim tentauit, ingens illi pondus auri, tum filium
quoq; apud Regem captiuum, sine precio Regem redditurum, &
ad postremum etiam nomine tantum regio excepto, societatem
omnis Regni, si per eum pacem impetrasset, pollicitus. Proinde
admonendi mihi uidentur ad quos Legationes mittuntur, ne hu-
iusmodi illecebris corrupti, flecti se ab officio patiantur, Quo minus
quæ iusta sunt postulantibus respondeant: eum ipsum quem dixi
Scipionem imitati, qui, quantumlibet magnificis promissis tenta-
tus, tamen nihil aliud quam quod è dignitate sua & Repub. Ro-
mana erat, Antiochi Legato respondit, Ego, inquit, ex munificen-
tia Regia maximum donum filium habeo, alijs Deos precor ne un-
quam fortuna egeat mea, animus certè non egebit, pro tanto in-
me munere gratum esse in se sentiet, si priuatam gratiam pro pri-
uato beneficio desiderat: Sed publice nec habeo quicquam ab illo,
nec dabo. Quod in præsentia dare possim, Fidele consilium est,
Abi, nuncia uerbis meis, bello absistat, pacis conditionem nullam
recuset. Deinde dignitatis quoq; suæ rationem habeant, ut ni-
hil, quod obesse possit propalatum, quodq; non è dignitate sua sit,
respondeant. Cuiusmodi est, quod Petrus Arragoniæ Rex, Lega-
tis Martini Papæ Quarti sciscitantibus, quid sibi uellent appa-
ratus belli à Rege parati, respondit, interiorem se tunicam laceratu-
rum, si illam arbitraretur suarum cogitationum consciam fieri pos-
se, ut refert Platina. Alexander cum Legatis à Dario ad se mis-
sis, ac nunciantibus, Darium Decem milia Talentum polliceri, si
matrem, uxorem, & liberos dimitteret: ac præter eam pecuniam,
quicquid terrarum inter Euphratem & Hellepontum iaceret: & si
filiam in matrimonium duceret, sibi amicum & socium fore. Cum
(inquam) huiusmodi postulata ad consilium amicorum retulisset,
ac sententijs eorum perquisitis, Parmenio dixisset: Se quidem, si
Alexander esset, conditionem non aspernaturum, neq; amplius
cum

Muneribus
quaerere pacem
per Legatos.

T. Liuius lib.
4. de bell. Ma-
ced. & Asiat.
T. Liuius lib.
7. de bell. Ma-
ced.

Ne quis mu-
neribus se cor-
rumpi suat.

Responsum
P. Scipio: ad
Legatos An-
tiochi.

Plat. in Mar-
tino Quarto.
Arrianus lib. 2.
Val. Max. lib.
6. cap. 4.

cum finis belli adesset, discrimina belli subiturum, Ad ea Alexan-
der: Et se quidem accepturum ea fuisse, quæ offerentur, si Parme-
nio esset: Se qui Alexander esset, æquum esse, Alexandro digna
præstare. Itaq; respondit Legatis, se neq; Darij pecunia egere, ne-
que partem eius prouinciæ se uelle accipere, quæ tota sua esset. Esse
enim suum & argentum, & omnem terrarum tractum, quem sibi
ille polliceretur: filiam eius, si uxorem habere cuperet, id etiam non
concedente Dario integrum esse: Veniret igitur ad se, si quid sibi
concedi exoptaret. Idem Alexander, Dario scribenti, Regem se,
uxorem suam, matremq; ac captiuos à Rege petere: uelle secum
amicitiam & societatem iungere &c: Inter alia in hæc quoq; uerba
rescripsit. Cum posthac ad me scribes, ad Asiæ Regem te scribere
memineris: neq; tanquam ad parem, sed tanquam ad rerum tua-
rum dominum: Sin aliter feceris, ego de te, tanquam de eo qui
mihi iniuriam faciat, decernam. Quod si de Regno contradicis,
mane, ac pro eo depugna, neq; fugæ confidas: Ego enim, quocun-
que ieris, te te prosequar. Sed nec leges sibi, à Legatis dandorum
responsorum præscribi patientur, ad quos mittentur Legati, Nam
& hæc contra dignitatem eorum sunt: Quod Rom. Consul probe
cauit, Ætholorum Legato approbante sibi, quod postulatis quo-
dam sibi ciues dedi imprudentia laberetur, ut qui imperaret, quæ
moris Græcorum non essent. Nam ad ea ut è dignitate uictoris
erat, respondit. Nec (inquit) Hercle magnopere nunc curo, quid Æ-
tholi satis ex more Græcorum factum esse censeant, dum ego more
Romano Imperium id habeam in deditos, modo decreto suo, ante
armis uictos. Itaq; ni properè sit, quod impero, uiuiciri uos iam iu-
beo: afferriq; catheras, & circumfistere licitores iussit. Postremo
affectibus quoq; suis ita moderabuntur, ut neq; tristibus deici, ne-
que lætis nimis efferru uideantur. Nam præterquam, quod hæc
animi motum (quem prudentes, & constantis & recti animi uiri,
maximè celare debent) iudicant, plerunq; etiam alia incommoda
afferre solent. Quod uel unius Valentiniani Imperatoris exemplo
demonstratur, Qui contra Legatos Sauromatarum uehementi
furore commotus, eruptione uenarum fluxu sanguinis expirauit.

De forma responsorum. Cap. XV.

Nam uero quod ad formam responsorum attinet, so-
lent hodiè, qui ad postulata Legatorum respondent,
Primum, quæ à Legatis dicta sunt, iteratò recensere: ac
deinde ad singula capita postulatorum respondere.
Quem morem & in scriptis ferè obseruant. Idem Romanos fecisse,
quarundam historiarum exemplis apparet. Apud alios autem re-
rum Romanarum scriptores animaduerti, unumquenq; ea in dan-
dis

Responsum
Alexandri ma-
gni ad postu-
lata Darij.

Arrian. lib. 2.
Rescriptum
Alexandri ad
Darium.

Ne Legati
præscribãt for-
mã dandi sibi
responsi.

T. Liuius lib.
6. de bell. Ma-
ced.

Moderari af-
fectibus.

Observandum
ff. de off. præ-
sid. Trip. lib. 8.
cap. 11.

dis responsis forma usum fuisse, quam uel res ipsa, uel dicendi consuetudo suggessit. Idem & hodie obseruandum esse puto, ut pro re ipsa, & pro uniuscuiusque dicendi facultate responsa, uel hac uel alia forma reddantur. Nec referre puto, siue perpetuo, & omnino quod dicta sunt ordine, postolata iterentur: siue singulis capitibus postulatorum, cum singulis responsis coniunctis, per totam orationem apte distribuuntur: modo dilucidè omnia, & quantum natura postulatorum responsorumque patitur, commoda breuitate dicantur. Non fugit me, multa, quorundam etiam indoctorum usu, & loquendo & scribendo in Germanica lingua, paucis ante annis recepta esse: Quæ à ueterum Germanorum dicendi scribendi ratione abhorrent. Cuiusmodi sunt *Uber vnd Erbarbeyt / Chur vnd Fürsten*. Et multa huius generis alia: Quæ tamen si quis negligat apud imperitam multitudinem, pro imperito & inexercitato linguæ Germanicæ habeatur. Qua in re usum quidem dicendi populo concedendum, auribusque morigerandum: Scientiam uero doctis reseruandam esse cum Cicerone existimamus: dicendumque (ut Aristoteles inquit) ut plures, sentiendum uero ut pauci.

De Decretis Publicorum Conciliorum.

Cap. XVI.

Dicitur de decretis Conciliorum publicorum uidentium est. Decretum aut ab uno fit, aut à pluribus. Ab uno fit decretum, ueluti quod à iudicibus in alienationibus rerum minorum, alijs uel similibus rebus interponitur: quod uim habet sententiæ interlocutoriæ, ut iureconsultis placet. Sed & Romani Principes olim, etiam si negocia cum Consiliarijs suis deliberassent, tamen ipsi soli decreta faciebant. Quem morem & hodie Duces, Marchiones, & alij Principes Imperij seruant. Imperator autem una cum ordinibus Imperij, de publicis Imperij negocijs decernit, & quæ ab uniuersis definita decreta uel fuerint, ipse solus confirmat. A multis fit, quod ex multorum sententijs alicuius ordinis conficitur. Cuiusmodi est decretum ordinis Decurionum, Senatusconsultum apud Romanos, & similia. De quo in præsentia loquimur. Et est nihil aliud, quam plurimum de rebus, quæ in consultationem ueniunt, inter se ritè collatis sententijs, à maiore parte facta definitio. Senatusconsulta apud Romanos duobus modis fiebant, ut inquit Gellius: per discessionem, & per sententias singulorum exquisitas. Per discessionem fiebant, ut si primi aliqui sententiam rogati censerent, suamque sententiam ratione aliqua approbarent: alij discedendo, eorum sententiam uel assentiendo probarent, uel dissentiendo improba-

Quid Decretum, quod fit ab uno.

Decretum quod fit a multis.

A. Gell. lib. 14. cap. 7. Senatusconsultum dupliciter fiebat.

LIBER QUINTVS, CAPVT XVI. 219

rent. Qui hoc modo in aliorum sententias ibant, suasque sententias pedibus ferebant, Pedarij uocabantur, ut inquit Gellius. Nec me fugit, olim Pedaneos iudices à Præsidibus prouinciæ datos fuisse. Hierant, qui negocia humiliora disceptabant. Quamquam Gellius Pedaneos pro Pedarijs barbaram dici existimat. Sed & ratio sententiæ à Senatoribus censentibus exposcebantur. Ut Plinius ad Valerianum scribit: qui mos & hodie apud nos in plerisque iudicijs obseruatur, ut inter iudices primi censeant: reliqui autem uel assentiant uel dissentiant. Per sententias autem singulorum exquisitas fiebant, ut si omnes ex ordine rogati, sententias suas dicerent. Quem morem olim ordo Decurionum seruauit: & eundem nos quoque hodie in publicis consilijs obseruamus, ut non solum unus, sed omnes & singuli, quisque suo ordine, sententias rogentur. Quamquam & in hoc quoque ordine rogandarum sententiarum plerumque accidit, ut alij in aliorum sententiam eant, & (ut dici solet) ad idem dicant, uel sententias suas, per uerbum placet, ferant. Si ab ignaris aut ignauis, aut assentatoribus fiat, maxime reprehendendum: si uero per metum & impressionem, etiam deplorandum est: siue id per discessionem, siue per inquisitionem singularum sententiarum fiat. Quod & Plinius in Panegyrico, de temporibus Domitiani loquens, queritur. At quis antea (inquit) loqui, quis hiscere audebat, præter miseros illos, qui primi interrogabantur: Cæteri quidem defixi & attoniti, ipsam illam mutam ac sedentariam assentiendi necessitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur. Vnus solusque censebat, quod sequerentur omnes, & omnes improbarent, in primis ipse qui censuerat. Quibus uerbis Plinius Tyrannicam uiolentiam reprehendit, qua omnes in ipsius sententiam ire cogebantur. Fit autem decretum non aliter quam toto ordine coacto atque conuocato. Senatusconsulta apud Romanos in rebus grauioribus, & ad exemplum pertinentibus, Senatores non minus Centum facere poterant, ut author est Liuius. In ordine autem Decurionum, alijsque Concilijs, ordo non habebatur plenus, nisi duabus partibus, aut amplius quam duabus adhibitis. Atque is erat legitimus numerus Decurionum: qui adeo necessarius erat, ut decreta quæ eo numero Decurionum non coacto facta fuissent, non ualere. Quo iure & hodie in Concilijs omnium uniuersitatum, siue sacrarum siue prophanarum utimur. Iam igitur quod maiori parti totius ordinis legitimo numero coacti placuerit, pro decreto est, ac pro eo habetur, ac si omnes egissent. Nam ad uniuersos refertur, quod fit per maiorem partem. Cum enim perraro fiat, ut multi de eadem re consultantes, in idem consentiant: Quia potius propter hominum ad dissentendum facilitatem, im-

V ij tatem, im.

1. item sumus tatem, plarunq; diuersæ, nonnunquam etiam contrariæ profereantur sententiæ: necesse est, ut una alteri præferatur, alioqui res sine exitu erunt. Iustus est autem maiorem minori præferri, idq; & sacrorum Canonum & Principum constitutionibus sancitum est. Quin & naturalis ratio suadet, multorum iudicia meliora esse, quam quæ sunt uniuscuiusq; aut paucorum: Quemadmodum conuiuium melius est quod conferunt plures, quam una atque simplex mensa. Nam cum plures sint, unusquisque partem habet uirtutis ac prudentiæ, ac fiunt in unum collecti quasi homo unus, qui multos pedes habeat, multasq; manus, multosq; sensus: ut alij aliam partem, cuncti autem cunctas discernant, ut inquit Aristoteles. Maiorem autem partem, non numero tantum, sed etiam autoritate, zelo, & merito metimur. Autoritas ad ætatem, prudentiam, & dignitatem: Zelus ad intentionem & consilium: meritum ad actionem respicit. Nostri eam quæ numero excellit, maiorem: Quæ uero autoritate, zelo & merito præualet, sanior appellat. Quoties igitur maiorem partem minori præferimus, per maiorem eam intelligimus, quæ & numero maior sit & autoritate, & zelo, & merito potior. Ac proinde quod maiori & saniori parti (quam utranq; coniunctim maiorem appellamus) uisum fuerit, id pro decreto habendum erit. Quanquam id hodie, & quidem non sine publico damno raro obseruatur. Quod uisum Plinius in Epistola ad Arrianum suo quoq; tempore damnans, inter alia queritur: Sententias non ponderari sed numerari, æqualesq; esse & prudentium & imprudentium, bonorum malorumq; sententias, eaq; æqualitate nihil inæqualius esse. Scire tamen & illud oportet, decreta etiam à maiore parte Concilij facta, si per sordes ambitionem uel facta fuerint, non ualere. Quemadmodum legitur factum esse in Concilio Ephesino secundo, ubi Dioscori Alexandrini Episcopi uis & importunis sollicitationibus præualuerunt, contra Leonem Ro. Pont. maioris partis sententiæ. Per sordes fiunt, quæ accepta pecuniâ fiunt: ueluti si ob sententiam in Senatu publico uel Concilio dicendam, pecuniâ data acceptaq; fuerit. Pecuniam autem accepisse dicuntur etiam, qui aliquid pro pecuniâ acceperunt. Item, qui ab obligatione liberati sunt, & quibus gratuita pecuniâ utenda data est, aut minoris locata uendita ueres est. Per ambitionem fiunt decreta, quæ ad emerendam aucupandamq; gratiam & fauorem fiunt: ueluti quibus debitores Reipublicæ dimittuntur. Item, quibus de publico alicui uel prædica uel ædes, uel certa quantitas præstatur. Quod genus ambitus in Republica perniciosissimum est, Ideo non minus quam sordes ipsæ ex omnibus iudicijs & Concilijs summouendum. Unde ipsæ ex omnibus iudicijs & Concilijs summouendum. Unde ipsæ de decreta, quæ per sordes aut ambitionem fiunt, uel non ualent ipso

Lib. 3. polit. e. 7. & 11. Abbas Panor. c. Ecclesia el. 2. col. 5. nu. 11. de elect.

Maior & sanior pars constituit decretum.

Plinius lib. 2. Epistolarum.

1. ordinis C. de decret. Decur. lib. 12. l. eadem l. ff. ad leg. Jul. repet. l. 1. §. si. & l. Quin etiã ff. de calum.

l. ambitio ff. de decret. ab ord. fac. Vbi Barth. & Iob. de platea in l. ordinis C. de decretis De em. lib. 10. l. 1. §. sede & constitutio ff. de calumniato.

ipso iure, uel rescinduntur. Sed & qui pecuniâ sententiam uel decretum emerint, causa cadunt: ex hac enim causa Principes litem perire uoluerunt. Qui autem decreta per sordes & ambitionem uel fecerunt, uel iniustis exactionibus interposuerunt, primum Edicto de Calumniatoribus, deinde lege Iulia repetundarum tenentur: & extra ordinem, uel exilio uel etiam durius, prout admitterint, puniuntur. Sed & crimine falsi tenentur: cuius pœna est deportatio, uel ultimum supplicium. Item concussionis, si pecuniâ ob sententiam per calumniam dicendam uel non dicendam data sit.

Atq; hac ratione Leo Pontifex, decretum Concilij Chalcedonensis, quo Ecclesia Constantinopolitana Antiochenæ prælata est, ac post Romanam secunda facta fuerat, irritum fecit: Nimirum, quod ad conciliandam Imperatoris gratiam, & ad gratificandum Anatholio Constantinopolitano Episcopo, contra decreta Synodi Nicænæ per ambitionem factum fuerat. Quod eiusdem Leonis epistola ad Martianum Imperatorem: & item alia ad Anatholium Episcopum declarat, In quibus liberè admodum, & qua omnino oportuit autoritate, huiusmodi ambitum reprehendit. Non solum autem auaritia & ambitus: sed alij etiam prauis affectibus in Concilijs uniuersalis Ecclesiæ longè abesse debent. Nam Christus in eorum tantum medio esse dignatur, qui in nomine suo congregati fuerint. Illis enim promittitur illud Psalmi, Intellectum tibi dabo, & instruam te in uia hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos, Item illud Euangelij, Ille docebit uos omnem ueritatem. Item, Ille uos docebit omnia. Itaq; maxime curandum, ut ad Concilium mittantur, non superbi sed humiles: qui non sua, sed quæ sunt Dei & Ecclesiæ suæ, quærunt. Nam inter illos non est Christus, nec spiritus ille qui docet omnem ueritatem: Scriptum est enim, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet factum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Item, Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos: Ideo Concilium celebraturi, ieiunijs, orationibus, cordis contritione, & tribulatione spiritus, in timore & tremore, spiritus gratiam implorent, ut enunciare legis ueritatem possint. Hoc modo præparati, quæ uera sunt decreta atq; definiunt, de talibus enim dicitur: Sanctis, qui sunt in terra eius, mirificauit omnes uoluntates meas in eis. Qui uero secus affecti sunt, magisq; quæ carnalia sunt, quam quæ spiritualia quærunt, non facile inuenient ueritatem. De illis siquidem dicitur: Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Illud etiam hic addendum est, non alia Conciliorum decreta rata esse, quam quæ ab his, qui auctoritatem definiendi habent, facta: & à præsidentibus confirmata fuerint. Ideoq; ut Arriani alijq; Hæretici

l. 1. §. sed & constitutio ff. de calumniator. l. 1. lex Iulia. §. hodie ff. ad leg. Jul. repetund. ff. ad leg. Cor. de fal. l. 1. l. si. ff. de concuss.

Leonis I. auctoritas contra decretum ambitiosum.

Epistola 52. Epistola 51.

Christus in medio Concilij uniuersalis. Matth. 18. Psalm. 37.

Ioban. 16. Ioban. 14.

Quales mittendi sunt ad Generale Concilium.

Sapientie 1. Esaiæ 66.

Psalm. 15.

In eod. Psalm.

Concilia sine auctoritate Papæ nihil ualent.

retici in Conciliabulis a se congregatis, nullam definiendi auctoritatem habuerunt: Ita quæ decreuerunt & uana & irrita, à Rom. Pontificibus non solum non confirmata, sed etiam reprobata fuerunt. De quibus omnibus latius, in libris nostris, quos de Concilio uniuersali scripsimus.

De subsignationibus atq; subscriptionibus decretorum.

Caput XVII.

Mos antiquus circa publica decreta.



Oris fuit apud ueteres, ut quæ in publicis Concilijs decreta definitaq; fuissent, ea per Notarios in scripturam redacta, ac denuo coram toto Concilio recitata: subscriptionibus quoque & sigillis eorum, qui definiuissent, communirentur. Subscriptionis est eorum, quæ dictis factis uege-

Quid subscriptionis.

Quid sigillum.

Anuli signatorij.

Signatorij.

ff. de uerb. sig.

l. Subsignatum

ff. de uerb. sig.

Inst. de emp. et uend. §. 1.

l. si ego. §. do-

tis ff. de iure dot.

l. si quis ex ar-

gentarijs §. 1.

ff. de edendo.

l. si per epi-

stolam ff. de acqui. hered.

in l. si ita stipulat. §. Chry-

sogonus ff. de uerb. oblig. et

alia similia.

l. si. c. plus ual.

quod agit. ubi

Bald. l. Tribu-

mus §. si. ff. de testa. militiu.

c. si. quis pres-

byterorum de reb. Eccl. non alienis.

sta sunt, per eum qui gessit, uel nomine uel signo proprio, sua uel alterius manu subnotato, facta approbatio. Sigillum est sculptile quoddam ad alicuius rei effigiem formatum, quo ad obsignandum aliquid utimur. Romani, huiusmodi effigies & signa anulij insculpebant, quos ob id signatorios appellabant: quibus & hodie non solum ad obsignandas communiendasq; scripturas, sed etiam custodiendarum rerum nostrarum causa utimur. Vnde & ueteribus placuit, ut signatorij anulij ornamentis appellatione ne continerentur. Subscriptionem, ueteres etiam subsignationem appellabant. Quidam etiam sigilli impressionem, subsignationem uocant. Subscriptiones idem operantur quod scriptiones. Ideoq; qui subscribunt, omnia quæ in ipsa scriptura etiam aliena manu scripta continentur, non secus quàm si ipsi manu sua scripsissent, approbare intelliguntur. Quod ita accipiendum est, si subscriptio sponte & scienter, non per metum aliamue coactionem & erro-

rem, facta fuerit. Nam qui uel nudis Chartis uel scripturis, quas necq; legerunt necq; intellexerunt, subscribunt, eo nomine non obligantur: nec approbare quod scriptum in ipsis est, aut scribetur, uidentur. Necq; enim quis consentiendo approbat, quod errando non intelligit. Nihil autem tam consensui contrarium est, quàm error qui imperitiam detegit, ut Vipianus ait. Ideoq; quæ hoc modo in publicis Concilijs subscripta fuerint, ea à præsidente reprobantur: huiusmodi & in irritum deduci debent. Quemadmodum secundæ Ephesinæ Synodi decreta: quibus Episcopi quidam per metum mortis aliorumq; suppliciorum: quidam etiam in nuda Charta subscriperant: à Leone Pontifice & Chalcedonensi Concilio reprobata atque rescissa fuerunt, ut acta Concilij Chalcedonensis testantur.

Idem quoq; de sigilli impressione sentiendum est, ut qui sigillum suum scripturæ imprimunt, si id sponte & scienter faciant, ea quæ scriptura continentur approbare uideantur: Sin uero per metum

metum uel errorem, ob eam rem minimè obligentur. Fiunt autem subscriptiones, cum uel nomen proprium solum, uel adiuncto aliquo signo proprio, manu propria uel alterius, cum uerbo subscripti uel subscripsit, subnotatur. Sunt et qui omisis uerbis subscripti & subscripsit, propria tantum nomina adiuncto autographo, uel etiam sine signo subscribunt, ut Paulus N. Ego Paulus N. subscripsi, Paulus N. subscripsit, Paulus N. Carolus, Ferdi. &c. Atq; huiusmodi formulæ subscribendi, etsi generalibus uerbis concipiuntur, tamen ex usu & consuetudine eam interpretationem recipiunt: ut ipsi ipsi subscribentes, ea quæ in ipsa scriptura continentur, approbare intelligantur. Sed & de iure generalis subscriptio sufficit: nec requiritur, ut in subscriptione ipsa proprii nominis, ea quæ in scriptura continentur, specialiter exprimantur. Quamquam illud quoq; usu receptum est, ut Notarij non solum proprium nomen instrumentis subscribant, sed etiam signa propria apponant, & expressè etiam se omnibus, quæ in instrumento narrantur, interfuisse: scq; ut adessent, ac de gestis coram se instrumentum conficerent, rogatos esse testentur. Fuit autem magnus semper subscriptionum usus, non solum in publicis negocijs, sed etiam in priuatorum contractibus. In negocijs publicis, quæcunq; per Principem subscribebantur, legis uigorem habebant. Tanta autem cura Principum rescripta fiebant, ut proprio etiam incausto, de cocto murice, & trito conchilio confecto signarentur. Sed nec alia rescripta Principum, quàm quæ in Chartis, membranis, essent scripta, ac subscriptione Principum signata, recipiebantur: Quin & Principes non alia scripta publica, quàm quæ essent subscripta, recipiebant.

Quapropter Tyber. Cæsar, cum Rhodiorum magistratus literas publicas sine subscriptione ad se dedissent, iussos subscribere remisit. Sigillis quoq; utebantur Imperatores. Quemadmodum Octauium Augusti tradunt in diplomatibus, libellisq; & epist. signandis, initio Sphynge usum, mox imagine Alexand. Mag. nouissimè sua Dioscoridis manu sculpta, qua signare insequuti quoq; Principes perseverarunt. Item quoq; ad epistolas, horarum quoq; momenta nec diei modo, sed & noctis, quibus datæ significarentur, addebat. Sed & in Ecclesiast. Concilijs consuetudo fuit, ut omnes, qui de rebus ad Concilium delatis decreuissent, ac definiuissent, ijdem quoque subscriberent: qui mos usq; ad Concilium Constant. perdurauit. Hodie uero in epistolis quidem tam Principes quàm priuati se subscribunt. In publicis autem negocijs Principes quidem rescripta sua subscriptione & sigillis subsignant: Aliæ autem, tam priuatæ quàm publicæ personæ, in negocijs tam priuatis quàm publicis sigillorum & instrumentorū magis quàm subscriptionum munimentis utuntur. Ad confirmationē itaq; decretorum publicorum Concilio

Inno. et alij in c. 2. de fide inst. Ang. in d. l. si ita stipulat. §. Crisologo. ff. de uerb. oblig.

Subscrip. approbat scriptum, si fiat legitime.

Alex. de imol. cons. 1. 4. 7. se cundi uolu.

Bald. in Aut. si quis in aliquo C. de edendo l. 1. in d. §. Crisogonus.

Speculator in tit. de instr. editione §. instrumentum ergo ners. Item opoponitur quod non est confirmatum.

l. sacri affatus de diuersis rescriptis.

Suet. in Tiber.

Suet. in Octa. Augusto.

Quale fuit sigillum Octauij Augusti.

Subscriptioes in Concilijs.

Qualis est hodie confirmatio publicorū decretorum in conuentibus Imperij.

rum, etiam hodiè præfidentium subscriptio necessaria est: Aliorum autem nomine satis est, quæ per eos acta definita sunt, uel instrumentis publicis, uel scriptura, sigillis non quidem omnium: sed aliquorum, sed nomine omnium subsignata: corroborari. Quod & hodie in communitationibus decretorum conuentuum Imperialium obseruatur, ut decreta in publicam scripturam, per Archicancellarium Imperij redacta, adscriptis Procerum et ordinum eorumque Legationum nominibus, per Cæsarem & Archicancellarium subscibantur. In reliquum uero tribus sigillis, uno alicuius Electorum, altero alicuius Principum, & tertio eius ciuitatis, in qua conuentus Imperij peragitur, subsignentur. Neque uero huiusmodi decreta, alia ue publicæ, priuatæ ue scripturæ, neque subscibi neque sigillis communitari debent: nisi prius coram subscibentibus, & his quorum nomine subsignantur, denuo recitata, & ab hisdem diligenter re-

Lampridius in Alexandro.

Diligentia Alexandri Imp.

Negligentia Principum in subscibendo.

Nicephorus in Ecclesiasti. hist.

cognita & approbata fuerint. Quod & ueteres Romanorum Principes diligenter obseruarunt. Alexandrum Seuerum tradunt, post meridianas horas, subscriptioni & lectioi epistolarum semper dedisse operam, ita ut ab epistolis & libellis & à memoria semper assisterent. Nonnunquam etiam si stare per ualitudinem non possent, sederent: relegentibus cuncta librarijs & ijs qui scrinium gerbant. Ita ut Alexander sua manu adderet, si quid esset addendum, sed ex eius sententia quæ disertior habebatur. Hunc igitur & nostri Principes imitari: nec quicquam nisi quod & magno consilio deliberauerint, & diligentia reuiderint, ac recognouerint, subscibere debent. Non imitari desides illos, qui sine discrimine etiam nunquam deliberata lecta ue subscibunt. Qualis Carinus fuit, qui (authore Flauio Vopisco) fastidium subscibendi tantum habuit, ut impurum quendam, cum quo meridiè iocabatur, ad subscibendum poneret, quem obiurgabat plarumque, quod bene imitaretur manum suam. In eodem uitio fuisse dicitur Theodosius iunior Imperator, qui & ipse Chartis non lectis subscipit, ut de eodundum historia.

Quæ sint præfidentium partes, si maioris partis sententia, contra minorem, sed eandem tamen potiore & sanioem, præualuerit: aut minor pars maioris partis legitimo decreto parere noluerit. Cap. XVIII.

Si heretici aut seditiosi in Concilijs numero præualeant, quid agendum est?



Acidit autem nonnunquam, ut uel aliquorum emerentis sententijs, uel ipsis per uim aut impressionem in aliorum sententias ire coactis, maioris partis sententia contra minorem: sed eandem tamen potiore & sanioem præualeat. Veluti si Concilio de rebus sacris & prophanis indicto, Hæretici aut seditiosi, per sordes uel ambitionem emptis, aucupatisque

tisque sententijs, meliorem partem Catholicorum uel fidelium subditorum, numero suffragiorum euincant: Quærendum mihi uideatur, an quod hoc casu maiori parti contra meliorem uisum fuerit, pro decreto habendum sit, nec ne? Atque ex his, quæ supra dicta sunt, satis iam constat, pro decreto non esse habendum: quod & communi iuris prudentium sententia receptum est. Ideoque eius, qui Concilio præsidet, partes esse censeo, ut huiusmodi sententiæ non solum non consentiat, sed etiam protestationibus pro more factis contradicat: eamque & quicquid à maiore parte actum fuerit reprobet, in irritum deducat, & Concilium, quantum quidem in se est, dissoluat. Tale fuit Concilium Ephesinum Secundum, in quo Dioscoro Alexandrino Episcopo, omnem sibi auctoritatem uendicante, quibusdam Episcopis reiectis, alijs ad sententiam pro arbitrio suo dicendam coactis, multa in fauorem perfidiæ Eutichetis, multa in odium Flauiani Catholici Episcopi Constantinopolitani (quem & Dioscorus Episcopatu amouit) definita fuerunt. Vnde Legati Leonis Ro. Pontificis, his quæ per Dioscorum agebantur, non solum nullum assensum præbuerunt, sed & sedem Apostolicam ea non recepturam esse protestati sunt: Quin etiam ne ad subscibendum cogerebantur, clam se subdixerunt, & aufugerunt, Quod Leo ipse aliquot epistolis testatur. Nam ad Constantinopolitanos scribens ita inquit. In notitiam nostram, quæ Ephesi contra opinionem omnium sunt acta, perlatis, magno animi nostrum fatemur mœore confusum: nec tantum licuisse iniquitati facile potuissimus credere, nisi filius noster Hilarius Diaconus, qui à nobis uice nostra cum alijs, ut interesset Synodo, missus fuerat, fugiens reuertisset, declinans, ne iniuste particeps esset sententiæ. Quippe cum uox illic à nostris contradictionis emissã sit, quam Alexandrinus Antistes, qui totum solus sibi potentiæ suæ uendicauit, audire contempsit, in consortium suæ uoluntatis inuitos pertrahens sacerdotes, ut per uim coacti subsciberent, &c. Et in epistola ad Theodosium Augustum. Comperimus, inquit, non incerto nuncio, sed fidelissimo rerum, quæ gesta sunt, narratore, Hilario Diacono nostro, qui uix ne per uim cogereatur effugit, conuenisse ad Synodum plurimos sacerdotes: quorum utique frequentia consultationi & iudicio profuisset, si is, qui sibi locum principalem uendicabat, sacerdotalem moderationem custodire uoluisset: ut (sicut moris est) omnium sententijs ex libertate prolatis, id tranquillo & æquo constitueretur examine, quod & fidei congrueret, & errantibus subueniret. In ipso autem non omnes, qui conuenerant, interfuisse cognouimus: Nam alios reiectos, alios didicimus intromissos, qui pro supradicti sacerdotis arbitrio, impijs subscriptionibus captiuas manus dederunt, & nocituri statui suo scirent, nisi imperata fecissent: talemque

Abbas Panor. in c. Ecclesia. de elect.

Iniquum decretum Concilij Ephes. secundum per Dioscorum.

Epistola 21.

Epistola 23.

Violentia Dioscori ad subscibendum compellentis.

ab

ab ipso prolatam sententiam, ut dum unus homo impetitur, in omnem Ecclesiam sæuiretur. Quod nostri ab Apostolica sede directi, adeo impium & Catholicae fidei contrarium esse uiderunt, ut ad consentiendum nulla potuerint oppressione compelli: constantemque in eadem Synodo (ut decuit) fuerint protestati, nequaquam id quod constituebatur, sedem Apostolicam recepturam, &c. Et in epistola ad Pulcheriam Augustam. Reclamarunt (de Legatis suis loquitur) in Synodo, unius hominis non tam iudicio quam furori: protestantes ea, quae per uim metumque gererentur, Sacramentis Ecclesiae & ipsi symbolo, ab Apostolis instituto, praedudicare non posse: nec se ab ea fide ulla iniuria separandos, quam plenissime expositam atque digestam, a sede B. Apostoli Petri ad sanctam synodum detulissent, &c. Atque idem alij quoque Ro. Pontifices fecerunt, ut Ecclesiasticae historiae testantur. Et idem de decretis eorum, Qui definiendi potestatem non habent, iudicandum esse censeo. Qua ratione Paulus Ro. Pontifex, huius nominis Tertius, decretum nuper a maiore parte Procerum & ordinum Imperij, in Comitibus Ratisponensibus in negotio religionis & fidei factum, haecenus neque ratum habuit, nec unquam ratum habere poterit: ut quod tum per ambitionem & sordes aliquorum, tum ab his qui de huiusmodi rebus definiendi potestatem non habuerunt, factum fuisse cognouerit. Quid autem, si minor pars, decreto maioris, eiusdemque sanioris partis, parere nolit: Veluti si in Concilio Oecumenico Catholicae Ecclesiae, uniuersorum Catholicorum Episcoporum consensu, atque Apostolica auctoritate, Lutheri aliorumque Haeticorum nostri temporis falsa dogmata condemnentur: Quemadmodum & iam dudum legitime condemnata fuerunt, Soli autem Haetici & eorum fautores huiusmodi decreto refragentur. Aut si in conuentu Imperiali, a maiore parte Catholicorum Principum & ordinum constituatur, fidem Catholicam caeremoniasque, & ritus sanctae Romanae, Catholicae & Apostolicae Ecclesiae, ab omnibus sacri Imperij Romani Principibus & ordinibus, et eorum subditis custodiendas esse: Minor autem pars & eorum, qui haeticorum erroribus imbuti, eorum doctrinam personas & bona tuentur, omnique honore & fauore prosequuntur, contradicat, iustitiae & ueritati resistentes, quemadmodum in Comitibus Augustanis factum est, Anno Domini 1530. Hic certe publicae disciplinae uigor exigit, ut in tempore, minoris partis temeritas & audacia compescatur: alioqui omnium omnino Conciliorum & iudiciorum decreta eludentur. Nam ita facile uidemus, ut quemadmodum incendia & morbi, dum intra angustos adhuc terminos continentur, facile extinguuntur: Cum autem latius uagari permessa fuerint, omnia tandem consumunt. Ita Haereses & seditiones,

Epistola 24.

Paulus Papa III.

Decretum Imp. factum Anno Domini 1541.

Quid agendum, si haetici in Concilio contradicant Catholicis.

Haeresis & seditionis in tempore & cito resistendum est, sicut morbis & incendijs.

seditiones, ab initio quidem facile comprimunt: Vbi autem inualuerint, & latius serpsent, ipsi totius corporis massam corrumpunt. Propter quod recte Apostolus dicit. Haeticorum sermo ut can-
cer serpit. Et B. Hieron. una scintilla Arrii Haetici totum prope orbem conflagrasse, testatur: Eam nimirum ob causam, quia contempto decreto Nicani Concilij, a maiore parte Catholicorum Episcoporum facto, necesse fuit, ut minor pars: Cuius ab initio contumacia atque contumelia facile comprimuntur, auctis iam uiribus latius serperet, ac totum tandem orbem incenderet. Idem quoque nostris temporibus accidit. Quippe contemptis & neglectis Apostolicae sedis sententia, & Imperatoris Edicto, multisque de custodienda in Imperio Catholica religione, rescandisque passim subnascensibus haeresibus, a maiore parte Procerum & ordinum Imperij factis, atque Imperatoria auctoritate confirmatis promulgatisque decretis: tandem in tantum haeticorum sectae inualuerunt, ut quae ab initio intra unius aut alterius ditionem continebantur, & paucis admodum notae erant, iam totum prope Imperium occupantes: omnia potestati & potentiae suae uendicare, & quae prius legitime decreta fuerunt, abolere conentur. Quin eo etiam (proh dolor) res processit, ut quae paucis ante annis maior & potior Imperialis Concilij pars fuit, ea, dominante iam alia parte, miserè suppressatur, & prope est ut etiam in nihilum redigatur: adeo omne malum, ut nascens facile opprimitur, ita inueteratum & robustius fit (ut inquit Cicero) & uix maximo negotio extinguitur.

2. Timoth. 2.

Vna scintilla Arrii in maximo creuit incendio.

Haeresis Lutheri creuit, per neglectam executionem Bullae Apostolicae et Imperialis edicti.

Philipp. 5.

De decretis eorum, qui de rebus ad Concilium delatis soli decernendi definiendi que potestatem habent.
Cap. XIX.

Sunt qui de rebus, ad Concilium relatis, soli decernendi definiendi que potestatem habent. Quod ius olim Romani Principes (Imperio uidelicet in ipsos a Populo Romano translato) habuerunt: Qui tamen adhibito Procerum aliorumque prudentiorum Consilio, de rebus Imperij deliberauerint, atque consultauerint: tamen decreta ipsa non Procerum Consiliariorumque suffragijs, sed sua tantum auctoritate fecerunt. Vnde non quod maiori parti Procerum Consiliariorumque uisum fuisset, sed quod soli Principi placuisset, id pro decreto adeoque pro lege habebatur. Sanè maior haec auctoritas fuit, quam ea, qua hodie in rebus Imperij funguntur Romani Imperatores. Quippe qui nihil in his rebus sine consilio & consensu Procerum agere possunt, ut alias etiam diximus. Omnium autem minima olim fuit Regum Franciae auctoritas, de qua ita scribit Abbas Ursprungensis. Solebant, inquit, Franci, ex antiqua Regum stirpe, Reges habere, qui a Mero-

Imperatores Ro. maiorem olim quam nunc, decernendi potestatem habuerunt.

Auctoritas Regum Francie sub Merovingijs olim minima erat.

à Meroueo Clodij secundi Regis, eorum filij Merouingi dicebantur: Quorum Genealogia usq; ad Hilderichum Regem permanebat, in quo etiam deficiebat: sed licet in illo finita posset uideri, iam dudum tamen nullius uigoris erant, nec quicquam clarum in se præter inane uocabulum Regis præseferbant. Nam & opes & potentia Regni, penes Palatij Præfectos, qui maiores domus dicebantur, & ad quos summa Imperij pertinebat, tenebantur: nec aliud quicquam Regi permittebatur, quam ut Regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba submissa, solio resideret, ac speciem dominandi effingeret: Legatos undecunq; uenientes audiret, eisq; abeuntibus responsa, quæ doctus erat, aut iussus, ex sua uelut potestate redderet: cum præter inutile Regis nomen, & precarium uitæ stipendium (quod ei Præfectus aulae, prout uidebatur, exhibebat) nihil aliud possideret. Quanquam unam & eam perparuam redditus uillam, in qua domum, & ex qua famulos necessaria sibi ministrantes, atq; obsequium exhibentes, pauca numerositatis haberet. Quocunq; eundem erat, carpento ibat, quod iunctis bobus & bubulco, more rustico agente uehebatur. Sic ad Palatium, sic ad publicum conuentum, qui Kal. Maij ob Regni utilitatem annuatim celebrabatur, ire solebat: & coram tota gente præsidens, omnesq; salutans, et ab eis saluatus, debitisq; obsequijs honoratus, sic domum redibat, sicq; secum usq; ad alium Maium residebat. At Regni administrationem, & omnia quæ domi uel foris agenda erant, ac disponenda, Præfectus aulae procurabat. Quo officio Pipinus Caroli Magni pater functus, beneficio Zachariæ Papæ, non solum nomen Regis, sed etiam Regiam eandemq; plenam auctoritatem consequutus est. Hodie autem tanta est Regum Franciæ auctoritas, ut multi eisdem à iurisdictione Romani Imperij exemptos esse contendant. Sed redeo ad Principes Romanos, hijs tametsi plenissimam olim & absolutam habuerunt auctoritatem, tamen in consilijs publicis prudentiores, Nempe doctissimos quosq; & omnium rerum, tam bellorum quam pacis, prudentissimos & exercitatissimos sibi Consiliarios delegunt: ita non dedignati sunt, & eorum consilia sequi, ac pro maioris potestatisq; partis sententia, sua quoq; decreta conficere. Antoninus Antonini Pij & Alexandri Seueri excellentissimi Iureconsulti.

Maiores tunc potestas erat eius, qui maior domus dicebatur, q; ipse filius Regis.

Qua modica erat tunc Regis Maestas.

Quanta hodie Regis Præcæ auctoritas. Spec. in tit. de appell. §. nunc tractemus circa princip. Andr. de Isernia in proemio feud.

Consiliarij Antonini Pij & Alexandri Seueri excellentissimi Iureconsulti.

Quorum consilia non solum diligenter audierunt, sed etiam accurate sequuti sunt. Quin & consiliorum rationem modumq; quidam Principes ita instituerunt, ut nec labi facile Consiliarij, nec ipsi eorum consilia sequuti, falli potuerint. Nam ita ferè de Alexandro Seuero scribit Lampridius. Negocia & causas prius à seniorum Principibus & Doctissimis Iurisperitis, & sibi fidelibus, tractari ordinatq; atq; ita ad se referri præcepit. Nullam constitutionem sacrauit sine Viginti iurisperitis, & doctissimis & sapientissimis utris, ijs deniq; disertissimis nõ minus Quinquaginta: Ut non minus in Concilio esset sententiæ, quam quod Senatusconsultum conficeret: Et id quidem ita, ut iretur per sententias singulorum, ac scriberetur quid quisq; dixisset: dato tamen spacio ad disquirendum cogitandumq; priusquam dicerent, ne incogitati cogentur dicere de rebus ingentibus. Fuit præterea illi consuetudo, ut si de iure aut negotijs pacis tractaret, solos doctos & disertos adhiberet. Si uero de re militari, milites ueteres & senes bene meritos, & locorum peritos, ac bellorum & castrorum, & omnino literatos, & maxime eos qui historiam norant, requirens: quid in talibus causis, quales in disceptatione uersabantur, ueteres Imperatores uel Romani uel exterarum gentium fecissent. Sed & Consiliarios suos, maxime iureperitos, maximo semper in honore habuit. Inter omnes autem maxime Vlpianum dilexit (eodem Lampridio teste) quem pro tutore habuit, primum repugnante matre, deinde gratias agente: Nam & Princeps seniorum Alexandri, Vlpianus fuit. Sed nec ex Consiliarijs suis quenquam solum alloquitus est, nisi præfectum suum, et quidem Vlpianum, & assessores semper suos causa iustitiæ singularis: cum autem alterum adhibuit, & Vlpianum rogari iussit. Idem, cum inter suos conuiuaretur, doctos semper homines adhibuit, & inter illos Vlpianum, ut haberet fabulas literatas, quibus se recreari dicebat & pasci. Idem alij quoq; Principes fecerunt, qui non solum honorificè iuris, militiæ, aliarumq; rerum peritos tractarunt: sed etiam latis & sancitis legibus, unicuiq; pro gradu dignitatis suæ, honoris quoq; prerogatiuam concesserunt. Hodie autem Imperatoris auctoritas in rebus ad Imperium pertinentibus, ita limitata est, ut nihil sine consilio & consensu Procerum decernere aut definire possit. Vnde quod apud ueteres humanitatis erat, id hodie necessitatis est, ut publica Imperij decreta de consensu Procerum fiant: sed auctoritate Imperatoria confirmantur. Quem morem & inferiores Principes, ut Duces, Marchiones, &c; quisq; in suis ditionibus & territorijs custodire debent: ut nihil eorum quæ ad publicam utilitatem prouinciarum pertinent, sine consilio ordinum & statuum Prouincialium decernant. Omnium autem maxime consilia sua ad eum mo-

Qua egregios habuit Consiliarios Alexander Seuerus Imp.

Laudatissima illius Alexandri instituta, in ceteris rationibus.

Vlpianus in maxima apud illum gratia & auctoritate fuit.

Hodie Imperator sine consilio & consensu Procerum Imperij nihil definit in Imperio. I. humanum C. de legibus.

Prudens & salutare con-
siliū pro Prin-
cipibus.

dum attemperare debent: ut doctis & iureperitis, causas iuris: ne-
gocia militaria, rei militaris peritis: Primum quidem diligenter tra-
ctandas discutiendasq; mandent, ac deinde ita præparata ordina-
taq; & ad se relata, ipsi quoq; singulorum sententias audiant, &
tum pro maioris meliorisq; partis sententia, quid iustum, æquum,
& Reipublicæ utile fuerit, definiant atq; decernant: Sed & doctos
aliosq; unumquenque pro dignitate status & conditionis suæ,

Mala hodie
consuetudo in
cōsultationi-
bus Principū.

debito honore prosequantur. Verum aliō iam quorūdam nobi-
lium inclinasse animos constat, nempe id conantium, ut eiectis ex
Principum aulis doctis hominibus, quos uix mensa & pane, quo
apud Principes uescuntur, dignos esse putant, soli pro arbitrio
suo res publicas administrant: nullis alijs legibus, quàm quas sibi
unaquæq; prouincia, inmo unaquæq; aula fingat, astricti. Quos
equidem mallem maiorum suorum uestigia sequi, tum sanctas le-
ges, quæ unicuiq; ordinum suum honorem deferunt, uenerari, ma-
gisq; quod e Republica est considerare, quàm suis affectibus de-

Suet. in Cali-
gula.

seruire. Magna probro C. Cæsari Caligulæ datur, quod de Ho-
meri carminibus abolendis, tum de Vergilij & Titi Liuij scriptis

C. Caligula
& Licinius
Imp. inimici
eruditorū ui-
rorum.

& imaginibus, ex omnibus Bibliothecis eiciendis cogitauerit
Quod item de Iureconsultis, quasi scientiæ eorum omnem usum
aboliturus, sæpe iactauerit, se effecturum, ne quid respondere pos-

Sex. Aurel. Vi-
tor in Cōstan-
tino, et Eutro-
pium lib. 10. re-
rum Romanarū.

sent præter æquum. Et Licinius hoc nomine in historijs male au-
dit, ille qui una ipse cum Constantino Romanum Imperium per
Tyrannidem occupauit, quod præter alia uitia, infestus quoq; li-
teris fuerit, easq; ac præcipue forensem industriam, per inscitiam
immodicam, uirus ac pestem publicam nominauerit. Et quid est
igitur, quamobrem quis tam turpium exemplorum imitatione, pu-
blicas leges, earumq; legitimos & probos professores tum Princi-
pibus tum Reipub. inuidere, ac non potius debito honore prosequi

Doctorum
cōsilijs uti de-
bent Princi-
pes.

uelit. Proinde Principes nihil istorum (qui unq; ij tandem sunt)
calumnijs moti, consilijs suis doctos & literatos uiros adhibeant:
tum eos pro dignitate & meritis suis, quibus oportet, honoribus &
præmijs condecorent: eorumq; consilijs usi, de negocijs publicis de-

I. humanum
C. de legibus.

cernant. Quicquid enim cum consilio prudentium ordinatum fue-
rit, id certum est non solum ad salutem subditorum, sed etiam ad
gloriam Principis redundare. Quid autem, si Concilio ordina-

Quid si di-
uersa statuāt
Princeps &
status Regni
uel Principa-
tus.

bus alicuius Regni uel Ducatus, à Rege aut Principe indicto, Rex
uel Princeps decernat aliquid, Legati autem ordinum & statuum
in diuersas sententias eant: alijs decreto Principis parentibus, alijs
imperata detrectantibus. Hic certe permultum interest, sic cum
Legationibus rem tractari, ne quod semel decretum atq; impera-
tum est, eludatur, eaq; autoritate Principis contempta in exem-
plum trahatur. Ideoq; qui resistunt, pro qualitate & conditione
personarum

personarum & temporis, uel leuius uel durius obiurgandi, inter-
dum etiam quasi contemptim neq; retinendi neq; dimittendi: qui
autem parent: alijs quidem præsentibus, sed non appellatis, collau-
dandi erunt. Quod quò planius fiat, unum tantum ex Liuiō ea de
re, nec contemnendum sanè exemplum ascribam. Coss. Roma-
ni Triginta Colonijs, cum earum Legationes Romæ essent, impe-
rarunt, ut militem & pecuniam ad usus belli conferrent. Ex ijs duo-
decim Colonijs imperata munera detrectantibus, Consules pri-
mum eas castigando obiurgandoq; plus quam leniter agendo, hu-
iusmodi detrectationem, apertam defectionem à Populo Ro. ap-
pellantes: admonebant, ut properè in Colonias redirent, & tan-
quàm integra re, loquuti magis, quàm ausi tantum nephas, cum
suis & de integro consulere, & quæ temere agitassent, pro pie-
tate, quam patriæ deberent, emendarent. Quum autem his nihil
moti Legati, neq; se quod domum renunciant, nec Senatū
suum quid noui consulere (ubi nec miles qui legeretur, nec pecu-
nia quæ in stipendium daretur, esset) habere dicerent: Consules
rem ad Senatū detulerunt, Senatū Consulibus permisit, age-
rent, facerent, ut e Repub. ducerent. Igitur Consules, tentatis
prius aliarum Coloniarum animis, citauerunt Legatos, quæsiue-
runtq; ab ipsis, Ecquid milites ex formula paratos haberent: Duo
de uiginti Coloniarum non solum milites ex formula paratos esse, sed
etiam si pluribus opus esset plures se duros, & quicquid aliud im-
peraret, uelletq; Populus Ro. facturos esse responderunt &c: Quo
responso dato, in Senatū ire iussis Legatis, Senatū, quàm po-
tuit honoratissimo decreto alloquutus eos, mandat Consulibus, ut
ad populum quoq; eos producerent, & inter multa alia præclara,
quæ ipsis maioribusq; præstitissent, recens etiam meritum eorum
in Rempub. commemorarent. Itaq; ijs gratiæ in Senatu & ad po-
pulum actæ, Duodecim aliarum Coloniarum quæ detrectauerant,
Imperium, mentiones fieri patres uetuerunt, neq; illos dimitti, neq;
retineri, neq; appellari à Consulibus. Quæ castigatio maxime ex
dignitate Populi Ro. uisa est.

T. Liuius lib.
7. secundi belli
Punici.

XII. Colo-
niarū rebelles.

Legati Co-
loniarum ad
Consules ci-
tati, maxime
fuerunt con-
sulti.

De profectioe Legatorum. Cap. XX.



Vnc de profectioe Legatorum dicendum est. Aditis
acceptisque responsis, nihil reliquum est, quàm ut Legati
iam cum responsis dimissi, domum reuertantur, ac Lega-
tiones ijs, à quibus missi sunt, renuncient. Est autem
uaria post data responsa dimittendarum Legationum ratio. Nam
quædam nulla etiam re honoratæ dimittuntur: Quædam prius
quàm proficiscantur, uarijs honoribus afficiuntur. Qui ab hostibus
missi suspecti nobis sunt, ut qui magis speculandi, quam quicquàm
postulandi

Variis mo-
dis dimitten-
di Legatos.

postulandi causa uenerunt, hij non diutius retinendi, sed excedere quam primum finibus nostris iubendi sunt: Cum quibus (si ita res exiger) custodes etiam usque ad fines mittemus. Quomodo Senatus Ro. Valerij Leuini consilio, Legatos Carthaginensium Romam missos, ac pacem petentes, dimisit. Nempe infecta pace, Italia excedere iussit, ac cum ipsis custodes usque ad naues misit. Qui autem gratulatum cum donis, aut rebus nostris consultum commodatumque, ab amicis missi sunt: eos non antea quam a nobis dignis honoribus affecti sint, dimitemus. Primum igitur pro conditione & qualitate personarum, & eorum qui miserunt, & eorum qui missi ad nos sunt, munera dabimus. Primum quidem his qui nobis dona miserunt, deinde Legatis ipsis qui obtulerunt. Quam liberalitatem Senatus Rom. in Masinissam Regem aliosque permultos, & eorum Legatos exercuit, ut supra quoque dictum est: Interdum non per eos, qui ad nos missi sunt, sed per nostros Legatos munera dantur, qui nobis per Legatos suos, quae nobis grata sint, nuntiarunt. Ita Senatus Rom. Legatis a Rege Syphace missis, ac quae praelia prospera cum Carthaginensibus fecissent memorantibus, ipsis quidem Legatis benigne respondit: Dona autem non Legatis dedit, sed per Legatos suos Regi obtulit. Legati fuerunt, Geminus Petellius, & P. Pompilius: dona tulere togam & tunicam purpuream, sellam eburneam, pateram ex quinque pondo auri factam. Eosdem Legatos iussit & alios Africæ Regulos adire: ijs quoque quae darentur portare, togam praetextam, & terna pondo pateram auream. Sic & Alexandriam ad Ptolemæum & Cleopatram Reges, Marcum Attilium et M. Acilium Legatos misit, ad commemorandam reuocandamque amicitiam, quibus & dona tulerunt, Regi togam & tunicam purpuream cum sella eburnea, Reginae pallam pictam cum amiculo purpureo, &c. Sunt & alia infinita prope, non Romanorum tantum, sed aliorum etiam Regum in alios liberalitatis exempla, quae hic commemorare non est locus. Haec tantum hic afferre uolui, ut intelligamus, Legatos eorum qui nobis dona offerunt, non esse sine muneribus dimittendos. Solet & hoc honoris loco haberi, si Legatis a Regibus, Principibus, & ijs ad quos mittuntur, eorum quae apud illos in precio sunt, uicendi copia detur. Quomodo Saguntinis perentibus a Senatu Ro. datis Ducibus, literisque per oppida missis, ut Italiam spectare possent, permissum est. Cauendum tamen est, ne qui nobis suspecti sunt, eis uel thesauros nostros, uel quae nostra interest, secreta esse, ostendamus: nam ut stultum est hoc, ita nec uacat periculo. Vnde Ezechias Rex, quia Legatis Regis Babylonis uniuersa quae erant in thesauris suis ostenderat, increpatus est ab Esaia Propheta, Is enim cum audisset, Legatos omnia uidisse, quae essent in domo Regis, ita

T. Linius lib. 10. secundi belli Punici.

Quomodo circa dona a gendū est in Legatorū dimissione.

Dona Senatus Ro. ad Reges missa per suos Legatos. T. Linius lib. 7. secundi belli Punici.

T. Linius lib. 8. secundi belli Punici. Ostendere thesauros legatis suspectis, periculosum est. Esaiæ 39.

ad eum loquitur. Audi uerbum Domini exercituum, Ecce dies uenient, & auferentur omnia quae in domo tua sunt, & quae thesaurizauerunt patres tui, usque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quicquam dicit Dominus. Et de filiis tuis, qui exiunt de te quos genueris, tollent, & erunt Eunuchi in Palatio Regis Babylonis. Prudentius sibi cauit Aripert. Longobardorum Rex, qui aduentibus ad se exterarum gentium Legatis, uilibus coram eis uestibus, nullis pellibus subductis, utebatur: & quo minus Italiae insidiarentur, nunquam eis preciosa uina uel caeterarum rerum delicias ministrabat, ut scribit Paulus Diaconus. Postremo Legatis, ad proficiscendum iam paratis & prociunctis, dandi sunt uel duces, qui eos prosequantur, uel literae ad prouinciales, quorum comitatu, quo uolunt, peruenire possint. Ita M. Valerius Rom. Praetor, Philippus Regis Legatis, hostibus quidem illis, sed quos tamen pro hostibus habuit, duces dedit, qui eos prosequerentur, itinerisque cura demonstrarent, quae loca quosque saltus, aut hostes aut Romani tenerent. Ita Senatus Ro. Legatis Ionathæ Principis sacerdotum Iudaeorum, literas dedit ad omnes Reges Asiae, & magistratus ciuitatum, quo illæsi domum reuerti possent, Author Iosephus.

Paul. Dia. lib. 4. c. 117. hist. lomb.

T. Linius lib. 7. secundi belli Punici.

Ioseph. lib. 13. Iud. antiq. c. 8.

Quales in accipiendis muneribus & honoribus esse debeant, ad quos mittuntur Legati. Cap. XXI.

UAm uero h, ad quos mittuntur Legati, dona non solum ad se uenientibus Legatis dare, sed etiam quae ab his offeruntur, accipere possunt: si tamen non eorum animos corrumpendi, sed testandae atque confirmandae amicitiae gratia, alia uel honesta de causa offerantur. Quomodo Senatus & Principes Romani sepe a Legatis, qui gratulatum aut amicitiarum iungendarum causa uenissent, siue in templa Deorum, siue in Senatum oblata munera permiserunt, & acceperunt. Quarundam etiam gentium Reges opprobrio & ludibrio se haberi putant, si Oratores sine opinis muneribus ad eos destinantur. Quod de Soldano Babyloniorum Rege refert Petrus Martyr. Quin opera etiam danda est, ijs, qui munera mittunt, ut eiusmodi mittant quae gratiore putabunt, idque ex ingenio eorum ad quos mittunt aestimanda sunt. Ut si auro delectentur, aurum: si unionibus, uniones: si alijs rebus, alias res mittant. Regibus olim inter caetera munera aureae quoque coronae mittebantur. Quod saepe factum esse ex Luitio, Arriano, aliisque historicis cognoscere licet. Quin & in templa aureae coronae afferri solebant etiam a Christianis, Sicut Clodoueus Rex, ad Beati Petri Basilicam, auream coronam, gemmis preciosissimis insignitam, misit. Sed & manubiae a uictoribus miti solent. Sic Alphonus Rex Hispaniarum, Carolo Magno de manubijs, quas ui-

Honestae caue accipiendi munera a Legatis.

Lib. 2. Legationis Babylonicae. Qualia mittenda sunt.

Annonius lib. 1. ca. 24. de gemmis Franciae. Idem lib. 4. c. 86.

etor apud Olisseponam ciuitatem à se expugnatam, per Legatos suos Bisiliscum & Fratam misit. Eæ fuerunt, Mauri septem cum totidem mulis atq; loricis, quæ non alia ratione missa fuerunt, quàm quod magna insignia uictoriæ uiderentur. Solent & raritas prærunq; donis gratiam conciliare. Quapropter Artabanus Parthorum Imperator, inter munera, quæ magna multaq; Tyberio Cæsari cum Dario filio suo misit, hominem quoq; donauit, magnitudine septem cubitorum, genere Iudæum, nomine Lazarum, qui propter corporis uastitatē Gigas uocatus est. Sic & Romanorum Vngariæ & Bohemiæ Regi FERDINANDO, duo homines, alter miræ magnitudinis & proceritatis, alter ita breuis, ut magni illius uix poplites capite attingeret, annis superioribus donati fuerunt. Atq; hæc quidem munera ob raritatem Principibus illis grata acceptaq; fuerunt. Secus accepit Maximilianus Cæsar, illius quem dixi Ferdinandi auus, munera, quæ illi à Venetis offerebantur. Ea erant multa & uarij generis pocula, magno quidem artificio & exquisitè fabricata: sed uitrea tamen omnia, & quidem deaurata. Nam pro his gratiæ quidem Legatis actæ à Cæsare, uerum ut intelligerent, ipsum non moueri raritate muneris, quod uilitate precij forderet, instruit clam qui id agerent, ut pocula omnia quasi fortuito de mensa, in qua posita erant, deturbarentur. Hoc nimirum commento significans, maiorem gratiam habitura fuisse uel aurea uel argentea, quæ corrumpi casu non potuissent, et corrupta nihilominus profuissent: quàm uitrea, quæ & casu destruuntur, & destructa nihil profunt. Illa quoq; rara fuerunt munera, quæ Rex Persarum, per Legatum suum Abdellam Carolo Magno Imperatori misit. Ea fuerunt Papius & tentoria atrij, miræ magnitudinis & pulchritudinis, omnia Byssina, tam tentoria quàm fines eorum, quæ uersis tincta coloribus. Fuerunt præterea munera eiusdem Regis, Pallia serica, multa & preciosa, & odores atq; unguenta & balsamum. Præterea Horologium ex aurichalco, arte Mechanica mirificè compositum, in quo xij. horarum cursus ad Clepsydrum uertebatur, cum totidem æreis pilulis, quæ ad completionem horarum decidebant, & casu suo subiectum sibi Cymbalum inire faciebant: additis in eosdem eiusdem numeri equitibus, qui per xij. fenestras completis horis exibant, & impulsu egressionis suæ, totidem fenestras, quæ prius aperte erant, clauderent &c. Fuerunt præterea inter prædicta munera, candelabra duo, ex aurichalco miræ magnitudinis & proceritatis, quæ omnia Imperatori in Aquensi Palatio oblata sunt. Quæ autem ad tentandos corrupendosq; animos nostros dona nobis offeruntur, quibus uidelicet acceptis in suspicionem uenimus, quasi his ipsis moti, aliquid contra officium honestatemq; facturi simus, ea nullo pacto accipere: Quin potius his refutatis,

Ioseph. lib. 18. Ind. antiq.

Vitrea munerata a Venetis Cæsari donata.

Antonius lib. 4. c. 93. de rebus gestis Francorum.

Munera Regis Persarum ad Carolum Magnum.

Ne accipiantur munera ad corripendum missa.

refutatis, non solum incorruptum animum, sed etiam aliorum de nobis incorrupti animi opinionem custodire debemus. Recte igitur Photion Atheniensis, cum Alexander Macedo, illi per Legatos duo talenta offerret, percontatus est, Quam ob causam, cum multi essent Athenienses, sibi uni Alexander illa mitteret: Illis respondentibus, Quoniam unum te iudicat uirum et honestum & bonum: Ergo sinat, inquit, me talem & haberi & esse. Et hac quidem ratione Agefilaus, Cum in Lydia Tissapheritem uertisset in fugam, ac quàm plurimis interemptis iam in agros Regios fecisset incursionem, Rex Persarum per Legatos, quorum præcipuus Turatistes ingentem pecuniarum uim ultrò ad illum misit, petens ut à bello desisteret: Agefilaus sprete pecunia respondit, pacis quidem tempore Reipub. uigere auctoritatem, ut ius habeat decernendi, quod ad tuendam ciuitatis tranquillitatem censuerit conducere: Belli uero tempore, non item, sibi uero iucundius esse si milites suos dicit, quàm si dicescat ipse; Præterea se pulcherrimū ducere, si Græci non munera caperent. Et M. Curius, cum ad eum Samnitium Legati magnum auri pondus publice attulissent, benignis uerbis inuitatus, ut eo uti uellet; uultum risu soluit, protinusq; superuacua, inquit, ne dicam ineptæ Legationis ministri, Narrate Samnitibus, M. Curiū malle locupletibus imperare, q̄ ipsum fieri locupletem, atq; istud ut preciosum, ita malo hominum excogitatum munus referret: & mementote me nec in acie uinci, nec pecunia corrumpi posse. Simile de C. Fabricio Imperatore Populi Ro. ex libro de uita rebusq; Illustrium uirorum refert A. Gellius. Is cum ad eum sex Legati à Samnitibus uenissent, & memoratis multis magnisq; rebus, quæ bene ac beneuolè post redditam pacem Samnitibus fecisset, grandem pecuniam dono obtulissent, orassentq; ut acciperet, utereturq;: atq; id facere Samnites dixissent, quod uiderent multa ad splendorem domus atq; uictus defieri: ne pro magnitudine dignitateq; lautum paratumq; esse, Tum Fabricius planas manus ab auribus ad oculos, & infra deinceps ad nares, & ad os, & ad gulam, atq; inde porro ad uentrem inum deduxit, & Legatis ita respondit. Dum illis omnibus membris quæ attigisset obstiteret atq; imperare posset, nunquam quicquam defuturum, propterea pecuniam, qua nihil sibi esset usus, ab ijs quibus eam sciret usui esse, non accipere. Idem Q. Tuberonem Catelium fecisse legimus, cui Consulatum gerenti cum Ætholorum gens, omnis usus uasa argentea, magno pondere, exquisita arte fabricata, per Legatos mississet, fertur eos, postquam scitilia in eius mensa uasa uidissent, cum suis sarcinis abire iussisse: monitos, ne continentia quasi paupertati succurrendum esse putarent. Marcus Curius, Samnitibus eis magnam uim auri offerentibus, cum id temporis forte ra-

Plutarch. in proble. De Photionis continentia.

Agefilai Regis magnanimitas.

M. Curius responsum ad munera Samnitium.

A. Gell. lib. 1. no. 1. att. c. 14.

Val. Max. lib. 4. c. 3.

Val. Max. ibidem

Plutarch. in Catone Censore. *Val. Max. lib. 4. cap. 3.* *Plutarch. in Pyrrho.* *Seneca.* *Cupidus uir glorie Alexander Magnus.* *Alexander multum diligit Hercul.* *Munera Alexandro missa in celebratae nuptiarum cum filia Darij.* *Eras. Roter. Chiliadis prima Centur. 3.* *Munera quaedam fataliter foelicia aut calamitosa.*

pula coqueret ollis fictilibus, Legatis ita respondit, Nihil opus est auro, tali cenanti: sibi uero potius esse, aurum possidentibus imperare, quam aurum habere. Nec Pyrrhus in sui beneuolentiam Romanos flectere potuit, cum toto penè Regiarum opum apparatu in urbem translato, & magni precij & uarij generis à Legatis eius, tam uirorum quam foeminarum apta usui, munera circa domos ferrentur, nulla cuiquam dono ianua patuit. Alio animo Alexander Macedo fuit, cui tanquam Orientis uictori, cum Corinthij per Legatos gratulati essent, & ciuitate illum sua donauissent (Nam huiusmodi officij genus rixit Alexander, non quod munus detrectaret, sed quod oblatum uilius esse iudicaret, quam quod sibi offerri deberet) hoc unum ex Legatis intelligens, Nulli, inquit, ciuitatem unquam dedimus, quam sibi & Herculi. Quibus uerbis mutatus Regis animus, cum se Herculi æquari intelligeret, libens accepit delatum honorem, & Legatos in uitaione aliaq; humanitate prosequutus, ad socium honoris sui suamq; adeo gloriam, potius quam ad dantes respexit. Homo usq; adeo gloriae cupidus, ut illius nec naturam nec modum nosceret, indignus prorsus qui Herculi compararetur. Hercules siquidem nihil sibi uicit, orbem terrarum pertransiuit, non concupiscendo sed uindicando: maiorum scilicet hostis, bonorum uindex, terrarum marisque pacator. At hic à pueritia, Iatro, gentiumq; uastator, tam hostium pernicius, quam amicorum qui summum bonum duceret, terrori esse cunctis mortalibus: oblitus non ferocissima tantum, sed ignauissima quoq; animalia timeri ob uirus malum. Hæc Seneca lib. 1. de beneficijs. Magis etiam eundem Alexandrum exhilaratum fuisse credibile est, ob munera, quæ illi ab Asiae gentibus subactis & Regibus & Dynastis: tum etiam primoribus Macedoniæ, ob honorem nuptiarum, quas cum Statyra Darij filia celebrauit, missa sunt. Nam (ut author est Athenæus) coronæ à Legatis, & alijs in ea celebratae missæ, quindecim millibus talentum estimatæ sunt, quas Budæus non minus nonagies centenis millibus Coronatorum ualuisse existimat. Sed nec quorumlibet munera ueteres Principes accipere dignabantur. Ab hostium siquidem muneribus ita abstinerunt, ut etiam communi prouerbio hostium munera non munera esse dicerentur: quod ea quæ ab hostibus, & his qui malè nobis uellent, darentur, plerumq; exitio esse constaret. Quale fuisse putarunt gladium quem Hector Aiaci donauit, & baltheum quem Ajax Hectori dedit, apud Homerum: utriq; enim suum munus postea exitio fuit. Atq; ut quædam fataliter foelicia esse putauit antiquitas, quod olim de imagine Alexandri Magni credebatur, ut qui eam auro argentocq; expressam gestarent, fortunatiores esse ad res gerendas putarentur: ut testatur Trebellius Pollio, in libro de

triginta

triginta Tyrannis. Ita & quædam fataliter calamitosa esse putauerunt. Qualia de equo Seiano, & auro Tholosano, Gellius in Noctibus Atticis narrat: actale etiam inesse hostium munerebus crediderunt. Postremo honores quoq; à Legatis habitos, non alios quam quibus se dignos esse pro statu & conditione sua putabunt, accipient. Ideoq; qui sunt humiliori loco, honores qui Principibus debentur: & Principes eos qui Deo tribuendi sunt, minime agnoscent, sed exemplo etiam Ethnicorum spernent. Et enim Alexander Magnus, cum se Deo genitum persuasum haberet, in ipsos insolentior erat barbaros: Ad Græcos tamen modestius ac parcus de sua diuinitate sermonem habebat. Item Agesilaus, cum Thasij templis illum ac diuinis honoribus dignati fuissent, atq; hac de re Legationem ad ipsum misissent: ubi legisset honores quos Legati ad illum detulerant, percunctatus est, Num illorum patria potestatem haberet, ex hominibus facienda Deos: & cum illi respondissent, Habere. Age dum, inquit, Primū uos ipsos Deos facite: si id præstiteritis, tum uobis credam, quod me quoq; Deum facere poteritis. Et Tyberius Cæsar, quanquam alias malus homo, cum Hispania ulterior missis ad Senatum Legatis, orasset, ut exemplo Asiae delubrum Tyberio matrisq; eius exstrueret: Cæsar talem honorem respuit, oratione sanè quam elegantissima, quam ea de re ad Senatū habuit, quam hic (quoniam breuis est) ascribere libuit. Scio (inquit) Patres Conscripti, constantiam meam à plariscq; desideratam, quod Asiae ciuitatibus nuper idem istud petentibus, non sum aduersatus: Ergo & prioris silentij defensionem, & quid in futurum statuerim, simul aperiam. Cum Diuus Augustus sibi atq; urbi Romæ, templum apud Pergamum sibi non prohibuisset (qui omnia facta dictaq; eius uice legis obseruem) placitum iam exemplum promptius sequutus sum, quia cultui meo ueneratio Senatus adiungebatur. Ceterum ut semel recepisse, ueniam habuerit, ita per omnes prouincias effigie numinum sacra, ambitiosum, superbum: & uanescet Augusti honor, si promiscuis adulationibus uulgatur. Ego me, Patres Conscripti, mortalem esse & hominum officio fungi, satisq; habere si locum Principem impleam: & uos testor, & meminisse posteros uolo, qui satis superq; memoriæ meæ tribuent, ut maioribus meis dignum, rerum uestrarum prouidum, constantem in periculis, offensionum pro utilitate publica non pauidum credant. Hæc mihi in animis uestris templa: Hæc pulcherrimæ effigies & mansuræ. Nam quæ saxo struuntur, si iudicium posterorum in odium uertit, pro sepulchris spernuntur. Proinde socios, ciues, & Deos, & Deas ipsas precor, hos mihi ut ad finem usque uitæ, quietem & intelligentem humani diuinicq; iuris mentem dunt: Illos ut quancumq; concessero,

X

v concessero,

concessero, cum laude & bonis recordationibus facta atq; famam nominis mei prosequantur.

De Renuntiatione Legatorum. Cap. XXII.



Phil. 9.

Num adhuc restat, ut de Renuntiatione Legationum dicamus. Ea est eorum, quæ in Legatione postulata, decreta, responsa, acta, gesta uel sunt, domum facta relatio. Cicero, de Seruio Sulpitio in Legatione defuncto loquens, inquit, Nec uero dubito, quin si ille uir renunciare Legationem potuisset, & reditus eius uobis fuerit & Reipublicæ salutaris futurus. Interest autem non tam eorum qui Legationem mittunt, quam eorum ad quos mittitur, ut quæcumq; in Legatione dicta factaq; sunt, fideliter renuncientur. Nam præter responsa ipsa & decreta, multa sæpe in ipsa Legatione incidunt, & uelut extra rem aguntur, quæ plurimū tum ad perspicandos eorum ad quos mittimus animos, tum ad cognoscendas res ipsas, quæ in Legatione uer-

Renuntia-
tio Legatorum
domi fieri de-
bet convocato
Concilio.
Supra eo, c. 7.

sanantur, conducunt. Primum igitur Legatione expedita, responsa, aliaq; Legationis acta, ab ijs, qui Legatos miserunt, audienda sunt. Quemadmodum autem Legationes conuocato Concilio, & mitti & audiri solent (ut supra dictum est) ita & quæ retulerunt responsa, non nisi coacto Concilio, siue ab uno siue à multis missi fuerint, audiri debent: scilicet ut quid super his agendum sit, communicato consilio deliberari possit; Idcirco in grauioribus maxime rebus obtinet. In qua tamen re cauti debent esse Legati, ut primum Legationem ei tantum, à quo missi fuerint, nec alijs, nisi eo ipso iubente, renuncient. Nam ut sæpe nostra interest ut uni tantum &

Odissæ 16.
non multis desideria nostra exponantur, Quod apud Homerum Thelemachus Eumæo mandat, ut uni matri suæ Penelopæ reditum suum nunciet: ita sæpe etiam qualitas negotiorum exigit, ut eorum ad quos Legatos mittimus responsa, nobis tantum, non etiam alijs, quantumlibet nobis coniunctis, renuncientur. Ad quem modum Legati, quos Latinus Rex ad Diomedem miserat, cum primum responsa soli Regi nunciaissent, eadem iussu Regis Procerum consilio coacto, in eo quoq; Concilio retulerunt, ut est

Vergil. lib. 11.
Aeneid.

*Ergo Concilium magnum primosq; suorum
Imperio accitos alta intra limina cogit,
Olli conuenere, fluuntq; ad Regia plenis
Tecta uijs, sedet in medijs & maximus æuo,
Et primus sceptris haud læta fronte Latinus,
Atq; hic Legatos Æthola ab urbe remissos,
Quæ referant fari iubet, & responsa reposcit,
Ordine cuncta suo, &c.*

Deinde

Deinde Legati non solum responsa ipsa, sed omnia etiam, quæ in ipsa Legatione acciderint renunciare debent. Quod & Poëta pulchre exprimit, cum inquit,

*Quæ referant fari iubet, & responsa reposcit,
Ordine cuncta suo, &c.*

Nimirum innuens, nihil in Legatione prætermittendum esse, Ideoq; & moris est, ut superflua narrent, ut ibidem inquit Seruius. Ideoq; Legati, quibus modis initio excepti, & deinde in tota Legatione tractati fuerint, quas urbes & loca uiderint, ijs qui eos miserunt renunciare debent: Nam si honore, si contumelia affecti fuerint, totum id ad eum, qui misit, pertinet. Athenienses Hircani Principis sacerdotum, & rectoris Iudæorum in se merita enumerantes, inter alia illud quoq; commemorant, Eum ciuibus suis fidelem esse, uenientesq; Atheniensium Legatos munificenter suscepisse, & ut illæsi redirent prouidisse. Propter quæ merita publico decreto, antea ipsum corona donauerunt: eiq; imaginem auream in templo populi uel Gratiarum dedicauerunt, ut est author Iosephus ^{Ioseph. lib. 14.} in Iudaicis antiquitatibus. Sed & iniurias Legationibus illatas, adeo qui eas mittunt, suas esse putant, ut uix unquam inultas eas relinquant: Vnde & maxima sæpe bella ijs, à quibus uiolati fuissent Legati, ob huiusmodi iniurias intentata fuisse, antea demonstratum est. Postremo quibus modis mandata sua exposuerint, ^{Supra lib.} quomodo munera obtulerint, aliaq; quæ in mandatis habuerunt, ^{4. c. 2.} peregerint: atq; ad hæc omnia quæ responsa retulerint, breuiter quidem sed diligenter & ordine referent. Quin & responsa & decreta eo modo renunciabunt, ut ea, quoad fieri potest, ijsdem ipsis ^{Responsa & decreta eisdem uerbis referenda.} etiam quibus prolata sunt uerbis enuncient: tum quod sæpe uel uno uerbo mutato, tota responsi decreti uel sententiæ mutatur: tum quod data opera nonnunquam perplexa responsa dantur, ideoq; obscuris etiam & inuolutis uerbis proferuntur. Quæ si non ijsdem uerbis, quibus data sunt, renuncientur, facile qui ea dederunt captatis uerbis, quicquid super his actum fuerit, calumniabuntur. Ac proinde non pudeat Legatum, in grauioribus negocijs, eorum, quæ responsa decreta uel sunt, exemplum, & (ut uocant) copias scripto sibi exhiberi, postulare. Siquidem tutius est, aliorum uerba eademq; certa, quam sua, & quæ captari facile possunt, renunciare. Nec moueat illum, si memoriæ illi uitium obijciatur, quod fieri plæruncq; solet, qui laudem & gloriam ex aliorum repræhensione captare student. Nam si repræhendendum non est: si (quod sæpe fieri supra docuimus) mandata, siue (ut uocant) instructiones à Legatis exigantur, non debet certè indecens uideri, si responsi quoq; scripti exemplum & copiam Legatus exposcat. Quin & nostra sæpe interest,

Nostra quoque interest, ut responsa nostra, nostris non alienis uerbis renunciarentur, ut cum uel Legatis non omnia credenda esse existimamus, uel eos responsa nostra, non qua oportet fide & diligentia renunciaturus esse suspicamur. Quo sane casu Legatis etiam non petentibus, scripto responsa damus. Quin saepe etiam per nostros Legatos, aut epistolam respondemus, Quod Alexandrum Magnum Darij, aliorumque ad se missis Legatis, saepe fecisse legimus. Sin uero nostra intererit scripto responderi, in arbitrio nostra est, utrum scripto an uoce respondere uelimus. Quanquam hodie in omnibus prope Principum aulis, eam inualuisse consuetudinem scio, ut responsa omnia uoce, nulla scripto Legatis dentur. Decreta autem Conciliorum non uoce promulgentur, sed ex scripto recitentur. Quare factum est, ut exenupia responsoforum raro & paucis: Decretorum uero semper, omnibusque qui petunt, communicentur. Iam uero, quod melius intelligamus, quo modo & ordine renunciationses Legationum fieri debeant: libuit renunciationem Venuli Legati La-

Lib. 11. Aeneid. Tunc facta silentia linguis

*Tunc facta silentia linguis
Et Venulus, dicto parens, ita faceret insite,
Vidimus o ciues Diomedem argiuasq; castra,
Atq; iter emensi casus superauimus omnes,
Contigimusq; manum qua concidit Iliatellus,
Ille urbem Argypam patriae cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris,
Postquam introgressi, & coram data copia fandi.
Munera praefereimus, nomen patriamq; docemus,
Qui bellum intulerint, quae causa attraxerit Arpos
Auditis ille haec placido sic reddidit ore.
O fortunatae gentes, Saturna regna,
Antiqui Ausonij, quae uos fortuna quietos
Sollicitat? suadetq; ignota laceffere bella?
Quicumq; Iliacos ferro uiolauimus agros
(Mitto ea, quae muris bellando exhausta sub altis
Quos Simois premit ille uiros) infanda per orbem
Supplicia, & scelerum poenas expendimus omnes,
Vel Priamo miseranda manus, scit triste Mineruae
Sydus & Euboicae cautes ultorq; Caphareus.
Militia ex illa diuersum ad luttus adacti,
Atrides Protei, Menelaus ad usq; Columnas
Exulat, Aethnaeos uidit Cyclopas Vlysses,
Regna Neoptolemi referam? uersosq; Penates*

Idomeni?

*Idomeni? Libyco ue habitantes littore Locros?
Ipse Mycenaeus magnorum ductor Achiuum
Coniugis infandae prima intra limina dextra
Oppetit, deuicta Asia sub sedit adulter.
Inuidisse deos, patrijs ut redditus oris,
Coniugium optatum, & pulchram Calydonia uiderem?
Nunc etiam horribili uisu portenta sequuntur,
Et socij amissi petierunt aethera pennis,
Flumibusq; uagantur aues (heu dira meorum
Supplicia) & scopulos lachrymosis uocibus implent.
Haec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore. Cum ferro coelestia corpora demens
Appetit, & Veneris uiolauit uulnere dextram.
Nouero, ne me ad tales impellite pugnas,
Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama, nec ueterum memini, laetor ue malorum,
Munera quae patrijs ad me portastis ab oris
Vertite ad Aeneam, stectimus tela aspera contra
Contulimusq; manus, experto credite, quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam
Si duo praeterea tales Ideae tulisset
Terra uiros, ultero Inachias uenisset ad urbes
Dardanus, & uersis lugeret Graecia fatis
Quicquid apud durae cessatum est moenia Troiae,
Hectoris Aeneaeq; manu uictoria Graium
Haesit, & in decimum uestigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo insignes praestantibus armis
Hic pietate prior, coeant in foedera dextrae,
Qua datur, ast armis concurrant arma, caueo
Et responsa simul quae sint Rex optime regum
Audisti, & quae sit magno sententia bello.*

In hac renunciatione uidemus, quam apte à Venulo narrentur, quas urbes uiderit, quos casus in Legatione superauerit, quo ordine mandata sua expleuerit, & quibus uerbis Diomedes responsa dederit, quae omnia postremo breui Epilogo in duo capita contrahit: Videlicet & negasse Diomedem auxilia, & ne Latinus contra Aeneam arma sumat consuluisse. Nec praetereundum est hoc loco, quod apud Iureconsultos in dubium uertitur: An scilicet Legatus per nuncium uel epistolam Legationem suam renunciare possit. Quibusdam uidetur non audiendum esse Legatum, qui per alium

Declaratio ap-
tae renuncia-
tionis.

Quaestio inter
Iuriconsultos
de renuncia-
tione.

Triplex opi-
uel
nio.

Verba Dio-
medis quae Le-
gatis respon-
dit.

uel per epistolam renunciant, Quod certius & maiore etiam cum se
de ipse totius Legationis negocia, & eorundem modum & ordi-
nem, explicare quam ea ipsa alij renuncianda, mandare uel per li-
teras referre possit. Alij nihil referre putant, siue per interposi-

*l. si autem tam personam, siue per literas Legatio renunciatur: Instar menso-
ff. si mensuris, qui & ipse per nuncium uel per epistolam modum renunciat,
fals. mod. dixit.*

Mihi uero sic distinguendum uidetur, ut si Legatio iam finita
sit, & tota confecta, sintque uniuersa Legationis negocia renuncian-
da: ad ipsius Legati officium pertineat, cuncta eo modo & ordine
ut gesta sunt renunciare. Sin uero necdum finita Legatione, qua-
dam forte, quæ in ipsa Legatione inciderint, renuncianda sint: tum
nihil uetat, ea quæ pendente & nondum finita Legatione gesta
sunt, etiam per nuncium uel per epistolam renunciari. Ac fortasse
tutius etiam fuerit, Legatum, quæ hoc modo gesserit, per nuncium
uel per literas referre, quam Legationem inuilem & imperfectam
relinquere, eaque suspensa domum redire. Nam multa absente Le-
gato, in damnum eius qui cum misit, intercidere possint, quæ si

*Alia est men- præsens ipse esset, facile cauere posset. Nec ad rem pertinere uide-
foris, alia Le- tur, quod de renunciatione mensuris dictum est: siquidem alia est
gati relatio.*

l. si mensuris Mensuris, alia Legati renunciatio. Nam quæ à minore fit, testimo-
hoc iudicium nij genus est, Et eiusmodi quidem, quod Architecti & magistri uni-
cum duabus l. us cuiusque officij, ad hoc iuramento adacti, ædere tenentur.
seq. ff. si mens.
fals. mod. dixit.

At Legati renunciatio nihil aliud est, quam eorum,
quæ per ipsum in ipsa Legatione, domi-
no mandante gesta sunt,
relatio.

F I N I S.

CORRECTORIVM LEUE AC BREUE,

De Legationibus.

*Fol. 9. lin. 38. aut lege autem, Fol. 11. lin. 17. eo quod. Fol. 18. lin. 40. Egregijs. Fol. 26. lin. 20. suscipiunt
tur. Fol. 45. lin. 39. afferat. Fol. 81. lin. 20. officio. Fol. 105. lin. 31. controuersias. Fol. 122. lin. 35. Tribu-
norum. Fol. 139. lin. 34. uertes. Fol. 157. lin. 24. Quadringentos. Fol. 160. lin. 23. statuenda. Fol. 176.
lin. 25. fraternitas. Fol. 192. lin. 26. Concilio. Fol. 217. lin. 2. offeruntur. Semel percurrere & corrigere
pauca hæc erratula Typographi, ut semper inoffensa tibi sit lectio, Pie & amice lector, Cum possis
hinc facillime omnia emendare.*



*Exemplum ueri Pelicatum cernis amoris
Qui reficit pullos ipse cruore suos.
Sic amor est Christi, qui nobis sanguine fuso
Restituit uitam, ac in cruce regna dedit.*

D. CONRADI BRVNI
IVRECONSULTI, DVCVM BAVARIÆ
CANCELLARII, DE CAEREMONIIS LIBRI SEX, CVLTVS
Dei ac pietatis antiquæ speculum, & insigne
monumentum.

DEUTERONOM. IIII.

*En populus sapiens & intelligens, gens magna: nec est alia Natio
tam grandis, quæ habeat deos appropinquantés sibi, sicut Deus noster
adest cunctis obsecrationibus nostris: Quæ enim est alia gens sic in-
clyta, ut habeat Cæremonias, iustaq; iudicia, & uniuersam le-
gem, quam ego proponam hodie ante oculos uestros?*

*Custodi igitur te ipsum & animam
tuam solícite.*

I. CORINTH. XIII.

Omnia autem honestè & secundum ordinem fiant in uobis.

REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI, ET ILLUSTRIS-

IMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO MELCHIORI EPISCO-

PO HERBIPOLENSI, DUCI FRANCONIAE & C. DOMINO & PATRONO

SUO CLEMENTISSIMO, CONRADVS BRVNVS

S. P. D.



VM homo ex duabus rebus compositus sit, anima & corpore, quarum etsi diuersa natura sit: illa ad superna & coelestia tendente, hoc uero circa infima haec & terrena uersante: Tamen ea inter ipsa coniunctio est, & ueluti necessarium quoddam uinculum, ut anima sine corporis ministerio nihil operari, maxime autem ad superiorum illorum cognitionem peruenire non possit. Quod primum Ethnici & Philosophi facile ratiocinari potuerunt. Oportet (inquit Aristoteles) intelligentem phantasmata speculari. Item, Nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Deinde idem testantur sacrae literae. Inuisibilia ipsius (ait Paulus Apostolus) a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Atque inter haec, tametsi nobilitate sint animae quam corporis opera: tamen quia totus homo a Deo factus est, a quo scilicet & corpus & animam accepit. Ideo totus quoque, id est, secundum omnem partem sui, Deum colere tenetur: anima quidem cultu interiore, qui fit fide, spe, & charitate: Corpore autem exteriori cultu, qui extrinsecis & corporalibus signis exhibetur, quas nos Caeremonias appellamus. Ac interior quidem cultus, & si uerus cultus sit, sine quo exteriores ritus merae imposturae sunt, & hypocrisis: Tamen exteriorem cultum Deus a nobis exigit, non tam propter se (quia quicquid in homine est, Immo quicquid in caelo & in terra est, Dominum colere & laudare debet) quam propter proximum, ut scilicet exterioribus illis signis Deum tam interne quam externe uenerari excitetur. Quod & uerba illa Christi significant, Luceat lux uestra coram hominibus. Item, Non debet abscondi lux sub modio. Nec his aduersatur, quod idem Dominus & saluator noster ait. Nesciat sinistra & c. Non enim exteriorem cultum aut opus prohibet, sed inanem gloriam, & quam dixi hypocrisim, id est, exteriorem cultum, qui non ex interiore proficiscitur. Proinde iniuriam & Deo & hominibus faciunt, qui Caeremonias ex religione auferunt: Deo, quia cultum illi debitum detrahunt. Quo tametsi non indigeat ipse, iuxta illud Psalmi. Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges: Nihilominus tamen offenditur, et ad iram etiam prouocatur

Homo inuisibilia multiter sentit cognoscit.

Libro 3. de anima, cap. 8.

Rom. 1.

Totus homo Deum laudare tenetur.

Cultus exterior sine interiore hypocrisis est.

Matth. 5.

Marc. 4.

Matth. 6.

Tollere Caeremonias, et contra proximum est. Psalm. 15.

EPISTOLA NVNCVPATORIA

in eos, qui non præstant illi honorem qui ei debetur, etiam si ipse non indigeat eius quod debetur: Homi-
nibus, qui a præcipua eos parte fructus fraternæ charitatis frustrantur. Siquidem præcipua pars charitatis est, ut unusquisque proximo suo placeat in bono ad ædificationem: In bono autem quomodo placebunt, nisi quod bonum est operantes, extrinsecus etiam demonstrent: et exemplo bonæ conuersationis, in his quæ sunt fidei et dilectionis Dei et proximi, alios, ut idem faciant, adhortentur? Verus

Exteriora signa cultus dei & fraternæ charitatis.

quidē Dei cultus est, ut corde credatur: ex animo diligatur Deus et proximus, spes firma adipiscendæ salutis in animo tenetur: Sed imperfecta sunt hæc omnia, nisi foras etiam exhibitio aliquo exteriori proferantur: et qualiter intus sunt, talia etiam opere extrinsecus ostendantur.

Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, inquit scriptura, sed ore fit confessio ad salutem. Deum et proximum diligere iubemur, sed bonum operari ad omnes

Gal. 6. nes Apostolus præcipit: Bonum autem ad proximum operamur, non tantum cum animo ei bene uolumus, sed etiam cum re ipsa uel uerbo uel opere

Opera charitatis ad proximum duplicia sunt.

eum adiuuamus, et opera charitatis in ipsum exercemus. Sunt autem charitatis opera duplicis generis: quædam ad fidem pertinent, quædam ad dilectionem. Fidei sunt, ut quod in fide eum instruimus, et ad ueram fidem adhortamur, non solum uerbo (quod est officium doctorum) sed etiam exemplo (quod extrinsecus ueluti fidei nostræ testimonium exhibemus) ueluti quod Deum ore confitemur, uarijsque ritibus laudamus, et glorificamus. Ad quod genus Cæremoniæ sacrificij, sacramentorum, orationum et similia pertinent. Ad dilectionem spectant oratio, elemosina: quæ et ipsa opere exteriori certis quibusdam obseruationibus præstantur: quibus scilicet non id tantum agimus, ut in proximum munifici, liberales et benigni simus: sed etiam ut alios ad idem genus uirtutum excitemus. Quo sa-

Math. 5. ne uerba Christi pertinere uidentur, dicentis, Non potest ciuitas abscondi, super montem posita: neque qui accendunt lucernam ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, et glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Quibus nimirum uerbis significat, fidem et charitatem, omniaque adeo bona opera, non in abscondito esse, sed in apertum proferri debere: ut his ipsis, et Deus glorificetur, et eodem exemplo alij quoque ad glorificandum et laudandum Deum, et uiuandum proximum incitentur: Qui unicus et uerus scopus et finis est

Opera Hypocritica.

Cæremoniarum Ecclesiasticarum. Nam quæ non ex uera fide, spe, et charitate procedunt, neque Cæremoniæ sunt, neque cultus Dei, sed meræ imposturæ et hypocrisis appellandæ. Quo nomine Scribæ et Pharisei à Christo arguuntur: Omnia (inquit) opera sua faciunt, ut uideantur ab homi-

Math. 23. nibus; dilatant enim Philacteria sua, et magnificant fimbrias; amant autem

AD EPISCOPVM HERBIPOLENSEM.

autem primos recubitus in coenæ, et primas cathedras in synagogis, et uocari ab hominibus Rabi. Eodem uitiolaborant, qui labijs tantum, non corde orant: qui elemosynam pauperibus largiuntur, non ut eis profint, sed ut ab hominibus uideantur. Quos et ipsos Dominus redarguit dicens, Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt et c. Hij igitur, et si qui sunt eis similes, tamen si pij in Deum, et benefici erga proximum esse uideantur: tamen quod agunt, non ex uera charitate agunt, Ideoque hypocritæ potius dicendi sunt quam ueri Dei cultores. Iam igitur, ut hypocrisis damnanda est, quam tantopere Christus etiam execratus est: Ita rursus ferendi non sunt, qui omnem exteriorum cultum, ex radice ueræ fidei, charitatis, et spei suppullulantem, succidere conantur. Illa siquidem suam, non Dei, gloriam querit: hij uero Catholicæ fidei lumen sub modio abscondunt, et prouocationem charitatis et bonorum operum, quæ sunt fructus spiritus, in cordibus fidelium suffocant. Media igitur uia incedendum est: ut et interne Deum uera fide, spe et charitate colamus, et harum etiam uirtutum fructus aliquos, ad gloriam Dei et utilitatem proximi in apertum proferamus: Rationabile obsequium Deo et hominibus præstantes, Charitatem fraternitatis inuicem diligentes, et sine simulatione diligentes, honore inuicem præuenientes: sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruiantes, orationi instantes et c. Omniaque hæc (Apostolo præcipiente) ita agamus, ut honeste et secundum ordinem fiant in nobis. Hunc morem et ordinem diuini cultus et Cæremoniarum, Christus et sancti eius Apostoli, non solum uerbo docuerunt, sed etiam exemplo exhibuerunt. Cuiusmodi sane est, quod Christus genibus flexis, et super terram, et in faciem prociens, orauit: Quod cæcum illuminaturus, oculos eius luto ex sputo facto liniuit: Quod Lazarum eleuatis sursum oculis, magna uoce exclamans resuscitauit, et si qua sunt similia. Et quod Apostoli trinam immersionem in baptismate obseruauerunt: quod in ieiunijs et orationibus loci et temporis rationem habuerunt: Vti hæc et multa alia Apostolici Canones testantur. Quos deinde Apostolici quoque uiri sequuti, Apostolorum uidelicet uel *συνήθη*, uel eorum temporibus uicium easdem obseruationes, quas ab ipsis Apostolis acceperant, custodierunt: tum alias quoque, pro qualitate et conditione temporum, auctore spiritu sancto addiderunt. Quales sunt, quas Tertullianus enumerat: Vt renuntiatio, quæ fit diabolo et angelis eius, in baptismate trina immersio, sumptio Eucharistiæ de manu sacerdotis, oblationes pro defunctis: intermissio ieiunij in die Dominico, et à die Paschæ in Pentecosten: diligens custodia calicis et panis, ne in terram decidant, frontis cruce signatio, et alia ad idem genus pertinentia, quæ ad hæc usque nostra tempora iugiter obserua-

Math. 6.

Media uia incedendum.

Rom. 12.

1. Cor. 14.

Christi et Apostolorum exempla in Cæremonijs.

Luce 22.

Ioan. 9.

Ioan. 11.

Cæremoniæ Apostolicorum.

Synchroni, id est, contemporanei.

Tertull. de corona militis.

Cæremonia a sanctis patribus additæ. observatione custodita sunt. Quibus & aliæ a successoribus sanctis patribus, & sacrosanctis Concilijs additæ sunt: Quales sunt Cæremoniæ sacrificij Missæ, Eucharistiæ, & aliorum sacramentorum: ieiuniorum, orationum, rerum in honorem Dei sacratarum, sanctorum locorum, festiuitatum, & alia multa eiusdem generis: quæ & ipsi spiritum Dei habentes, partim ab Apostolis obseruata custodierunt, partim ut decenti & honesto ordine seruarentur, adiecerunt. Porro his ita rite ordinatis, & agro dominico pulcherrimis & fragrantissimis Cæremoniarum floribus conferto & exulto: nunquam interea cessat ille, qui est omnis confusionis pezer Diabolus, hunc quoq; tam pulchre sibi & aptissime ubiq; respondentem, diuini cultus harmoniam & ordinem dissipare. Cuius rei innumera sanè, non solum retroactis, sed etiam nostris temporibus ædidi exempla, & hodie (proh dolor) ante oculos cernimus. Cuiusmodi sunt, sacrificij Missæ, & quorundam etiam sacramentorum, & eorundem rituum abrogatio: Ieiuniorum & orationum neglectus, uotorum transgressiones, Omnis pudicitie & castitatis profligatio, destructa & deuastata templa & monasteria, expugnata & ecclesie ex templis Dei & sanctorum imagines, rerum sacrarum & Deo sacratarum profanatio: & innumera alia, quæ sunt generis eiusdem. Contra uerò, uideamus etiam ingentem acerrimum Cæremoniarum, quæ sine ratione introductæ, ad superstitionem potius, quàm ad diuinum cultum pertinent. Nam & uarij abusus uerarum Cæremoniarum sunt, ut quod externo cultu inherentes, interim neq; fide, neq; spe, neq; charitate Deum colimus: sed solum hypocrisin exercemus. Quibus omnibus, cum hodie religionis Christiane obseruationes ita turbatas esse uideamus, ut præter speciosa quædam Christianismi nomina, quibus pleriq; superbe nimis gloriantur, uix uestigium aliquod ueri & germani cultus diuini appareat: Omnium maxime necessarium uidetur, ut patres, qui in futuro Concilio, fidem religionemq; nostram, tot modis ab hereticis & schismaticis labefactam, restauratum conuenient: in hoc quoq; incumbant, ut non solum uera Catholice fidei & sacramentorum, sed etiam Cæremoniarum dogmata restituantur, falsa condemnentur: et qui abusus inoleuerunt, emendantur. Nos igitur, quoniam alias de dogmatibus fidei & sacramentorum, alijsq; religionis nostræ negocijs, quatenus ad Concilij tractatum pertinere uidebantur, quædam pro nostra mediocritate breuiter perstrinximus, & in scripta retulimus: operæ precium facturi uidebimur, si eundem modum, Cæremoniarum quoq; (quæ & ipse pars sunt ueræ religionis) rationabilem & decentem modum, & quæ dogmata in his renouanda, quæ repudianda, qui item abusus tollendi sint, declarauerimus. Itaq; quæ de Cæremonijs, uel a sacrosanctis Concilijs decreta, uel a sanctis patribus,

Diabolus omnis boni ordinis dissipator.

Abrogatio Cæremoniarum per hereticos.

Cæremoniarum abusus.

Necessaria de Cæremonijs consideratio.

Autoris intentio in hoc opere.

tribus, & communi Ecclesie Catholice consensu & usu recepta sunt, in hoc uolumen congesimus. Quibus & ea addidimus, quæ citra rationem aliquam, & sine ordine inoleuerunt: Vt scilicet hoc modo, quæ abolita sunt, restitui: quæ autem per abusum introducta sunt, abrogari: & cuncta in legitimum ordinem redigi & coaptari possint. Porro hoc opus nostrum, quale quale est, R. D. T. offerendum atq; dedicandum esse statui: Primum quod ei Ecclesie præsis, in qua legitimum Cæremoniarum usum, secundum Ecclesiasticas regulas & maiorum instituta, pulcherrimo semper & decentissimo ordine custoditum fuisse, sæpe & uidi ipse & audiui, et magna cum admiratione obseruauit. Deinde quod eo etiam, dum in minoribus esses, officio & dignitate functus sis, quod unum inter Ecclesiastica munera omnium maxime ad diuinum cultum, tum retinendum, tum rite exercendum pertinet. Quippe annis aliquot Decanum maioris Ecclesie agens: cuius nimirum curæ incumbit facere, ut omnia Ecclesie ministeria rite & legitime peragantur, ac proinde facile quæ in hoc libro recte scripta iudicataq; sunt, cognoscere possis. Quod si igitur hic labor à R. D. T. probabitur, facile aliorum quoq; sana iudicia suslinebit. Si qui autem de his rebus iniquius iudicauerint, nihil est quod horum reformidem censuram, tot uidelicet sanctorum patrum preiudicijs ante multa sæcula repudiatam. Hæc igitur qualicumq; Reuerendissime Princeps, quæ de Cæremonijs Ecclesie ex diuinis scripturis, sanctis patribus, & sacrorum Conciliorum decretis, in hoc uolumen retulimus: tum prophetarum etiam constitutionum et Ethnicorum scriptis, quatenus cum naturali & gentium iure consentiunt, & religioni nostræ accommodari possint, corroborauimus, R. D. T. offero, atq; dedico, ut hæc ipsa, tua quoq; auctoritate confirmetur, & patrocino defendatur. Quod tum fiet, si quæ hic recte in Ecclesia constituta esse deprehendantur, in tua quoq; diocesi custodiantur. Quæ uero ab hereticis perperam introducta, iustis rationibus confutata sunt, deuententur. Tum in futuro uersali, in quo & R. D. T. inter Catholici Orbis Episcopos, suum quoque, & eundem non infimum, locum habebit. Tuo suffragio quæ approbanda erunt, approbentur: damnanda uerò, iusto anathemate percutiantur. Quæ res, ut tuo maxime congruit officio, ita tibi, & apud Deum Optimum Maximum immortale præmium, & apud omnes Catholicos, sempiternæ laudis memoriam conciliabit. Vale ex Landeshuta III. Nonas Augusti.

Operis huius dedicatio.

M. D. XLVIII.

* iij ELEN

ELENCHVS CAPITVLORVM,

E SEX LIBRIS D. BRVNI DE CAERE-
monijs excerptus.

Capitula Libri Primi.

- 1 De Cæremonijs Ecclesiæ in genere.
- 2 De Cæremonijs, quid in Concilio statuendum sit.
- 3 De Cæremonijs personarum Ecclesiasticarum.
- 4 De ritibus tam communibus quàm proprijs, diuersorum or-
dinum & graduum Ecclesiasticorum.

Capitula Libri Secundi.

- 1 De Cæremonijs sacrificij Missæ & Eucharistiæ, uerisq; & Ca-
tholicis earundem dogmatibus restituendis.
- 2 De oblatione & communionem populi.
- 3 De ueris aliorum sacramentorum Cæremonijs restituendis.
- 4 De abusibus sacramentorum & aliorum, quæ ad celebratio-
nem & frequentationem diuinorum officiorum pertinent.

Capitula Libri Tertij.

- 1 De Cæremonijs rerum Dominicarum siue sacrarum restau-
randis.
- 2 De rebus sacris & Dominicis non prophandis.
- 3 De Cæremonijs, quæ ad usum rerum sacrarum pertinent.
- 4 De Ritibus sacrarum uestium, & earundem usu restituendo.
- 5 De Cæremonijs crucis Dominicæ.
- 6 De Ritu uenerandarum reliquiarum.
- 7 De abusibus rerum sacrarum.

Capitula Libri Quarti.

- 1 De Cæremonijs locorum sacrorum ac Religiosorum.
- 2 De origine & religione sepulturarum, deq; Cæremonijs ea-
rum restaurandis.
- 3 De Ritibus funerandi & iugendi mortuos.
- 4 De Ritibus sepulturarum & officio sepeliendi.
- 5 De sumptibus funerum.
- 6 De utilitate sepulturarum.

Capitula Libri Quinti.

- 1 De Cæremonijs orationum in genere.
- 2 De cantu Ecclesiastico.
- 3 De his, quibus animus ad orandum præparatur.
- 4 De abusibus Clericorum in cantu & cultu diuino.
- 5 De humilitate in oratione, poenitentia, et luctu, et ritibus eorū
- 6 De ieiunio & Eleemosyna, & eorum Cæremonijs.
- 7 De utilitatibus ieiunij & eleemosynæ.
- 8 De abusibus ieiuniorum & eleemosynarum.

Capitula

ELENCHVS CAPITVLORVM.

Capitula Libri Sexti.

- 1 De Cæremonijs à tempore ductis.
- 2 De horis Canonicis, alijsq; temporibus orationum.
- 3 De Quadragesima, & alijs temporibus ieiuniorum.
- 4 De Ritu & tempore celebrandi paschalis.
- 5 De mysterijs Rituum festiuitatis paschalis.
- 6 De Ritu dici Dominicæ singularum hebdomadarum totius
anni.
- 7 De festiuitatibus sanctorum.
- 8 An reuelato nouo Testamento, Cæremoniæ ueteris Testa-
menti ita sublata sint, ut earum usus in nouo Testamento
interdictus esse censeatur.
- 9 Cæremoniarum aliarumq; traditionum Ecclesiasticarum
usum in Ecclesia uetustissimum esse; auctoritate Epiphanijs,
traditiones & Cæremonias sui temporis enarrantis, pro-
batur.
- 10 De corrigendis abusibus festiuitatum & dedicationum.

AD

AD LECTOREM IOAN.

C O C H L A E V S.

De Cæremo-
nijs duplex ca-
pitulorū com-
memoratio.



Non moueat aut conturbet te, Pie ac amice Lector, alius hic ordo librorum & Capitulorū de Cæremonijs, quam ille est, quem nuper adnexuit libello meo, in Ioan. Caluini scripto, pro Concilij Tridenti qualicunq; defensione, Typographus. Non enim meo consilio aut data opera ita factum est, sed casu per imprudentiam sic accidit: Dum ego antiquum D. Bruni Quaternionem, in quo aliquot librorum eius Capitula consignata erant, tradidissim Typographo, ut positor literarum ex eo adiungeret libello iam dicto, ea duntaxat Capitula, quæ de Vniuersali Concilio è Sex libris fuerant excerpta, eo quod ad rem nonnihil facere uiderentur; illi mentem meam non recte capiētes, adiunxerunt alia quoq; Capitula, ex alijs illius libris: In Quaternione illa contenta. Inter quæ sane connumerantur 45. Capitula sub hoc titulo, *De Cæremonijs Liber unus*. Verum quidem est, eiusmodi 45. Capitula sic in unum grande uolumen fuisse ab Authore congesta primum: Sed ubi ego ea perlegissim, admonui & rogauim eum, ut pro Lectoris usu & commoditate aliter Opus illud distingueret, ne forte nimia prolixitas uel tædium lectioni uel confusionem ipsi Operi afferret. Vnde factum est, ut Authoris consensu, prolixius opus illud in Duo sit diuisum. In quorum altero scorsum uniuersa tractaretur materia de imaginibus; in altero uero Sex constituerentur libri particulares, cum suis unusquisq; Capitulis, De Cæremonijs. De his igitur te, Benigne Lector, præmonere uolui, ut intelligas, unde acciderit diuersa hæc de Cæremonijs Capitulorum assignatio. Cæterum Opus de imaginibus tanta doctrinæ ubertate tractatum ac referū esse arbitror, ut idem argumentum à nullo alio, uel ex antiquis uel ex recentioribus, aut copiosius aut eruditius, in hanc usq; diem tractatum fuisse crediderim. Opus uero de Cæremonijs ita digestum est diligenter, bono seruato ordine, atq; distinctione sumpta à personis, rebus, locis, temporibus & Ecclesiæ usibus atq; consuetudinibus: ut facile possis inde multiplicem capere fructum, non solum multijugæ ex optimis Authoribus de uarijs rebus eruditionis & scientiæ: uerum etiam eximie pietatis sanctiorisq; uitæ, ex laudatissimis antiquorum monitis et exemplis, quæ tibi hic monstrantur, non solum ex sanctis Ecclesiæ Doctōribus, Cypriano, Ambrosio, Chrysostomo, Augustino, Basilio &c., atq; etiam ex Ecclesiasticis historijs, sed etiam ex sacris literis tum ueteris tum noui Testamenti. In primis igitur & utile & necessarium existimo hoc opus, his maxime temporibus, in quibus per nouas sectas, è cordibus hominum cultus & timor Dei ita exuffatus est, ut nesciam, an fuerit usquam aut unquam ulla inter mortales religio,

Opus unum
in duo diui-
sum.

Opus de ima-
gibus.

Opus de Cæ-
remonijs.

Utilitas ope-
ris de Cære-
monijs.

religio, quæ sacra sua uel minus curarit uel magis contempserit, quam sit hodie apud omnes, quorum animi sunt nouarum sectarum dogmatibus, sub Euangelij falso prætextu & nomine, imbuti aut uerius infecti, & à priscis maiorum nostrorū obseruationibus, Ecclesiæq; traditionibus ab alienati atq; abstracti. Adeo enim operi sunt prauissimo carnalis libertatis & malitiæ uelamine, ut uerum illud Dei uerbum, quod per Malachiam Prophetam ad nos loquitur, surda prorsus aure accipiatur, & corda minime tangat. Filius (inquit) honorat patrem, & seruus dominum suum: Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus: Et si Dominus ego sum, ubi est timor meus? Dicit Dominus exercituum. Quæ sunt, obsecro, sacra Christianorum uel sanctiora uel celebriora apud maiores olim nostros, quam Missarum solennia, quam septem Sacramenta, quam templa & Monasteria, quam religiosæ rituum obseruationes in ieiunijs, uigilijs, horis Canonicis, ornamentis diuino cultui consecratis, & eleemosynis? At hæc hodie ita despecta et neglecta sunt apud sectas, ut maxima ex parte prorsus abolita, atq; etiam in plerisq; locis publicè interdita fuerint, Lege igitur Pie Lector hos de Cæremonijs Sex libros, ut non solum doctior ex multarum rerum cognitione hinc euadas, uerum etiam ut melior magisq; pius, ex sanctorum patrum admonitionibus, uitæq; & religionis imitatione reddaris; & condoleas nobiscum uniuersis, qui per sectas nouas in aliud Euangelium, quam acceperunt patres eorum, translati sunt. Quod si hæc pia & erudita, quæ Deus Opt. Max. per D. Brunum (speciali gratia in hoc à Deo donatum & excitatum) tibi subministrat, non uidebuntur sufficere aut satisfacere: Dabimus tibi propediem antiquiora quædam, ex quibus plane cognoscas, quantæ uenerationis olim apud primos in Germania Christianos fuerint, religionis nostræ sacra & instituta. Etenim dabimus tibi ex uenerandæ uetustatis Codicibus quibusdam scriptis Amalarium, Treuerensem olim Archiepiscopum, de totius Missæ ritibus & sanctis mysterijs, qui sub Carolo Magno, & Ludouico Pio, filio eius, floruit. Dabimus & Vualafridum Strabonem, de exordijs & incrementis rerum Ecclesiasticarum, qui sub eodem Ludouico pio sanctissime uixit & scripsit, Dabimus & alia quædam uenerandæ antiquitatis piorum patrum monumenta, quæ laboriose ex difficulter legibilibus manuscriptis libris sunt excerpta. Bene uale, ac D. Bruni laboribus nobilissim ingenio, & omnimoda eruditione, nostrocq; studio ac piæ intentionis ædificatione fruiere, ac Deo omnium bonorum datori gratias age, Candide Lector.

Nouarum sectarum cōtra cultū Dei audax attentatio.

Amalarij & Vualafridi opuscula antiqua.

INDEX

INDEX IN SEX LIBROS

D. BRUNI DE CAEREMONIIS, PER
Ioan. Cochlaeum.

A

A bstinentie lex à Domino, eius pruaricatio à Diabolo	147	Augustini de Caeremonijs, unde dicta sint, opinio	1
Abstinentia debet esse moderata	148	Augustini regula de Caeremonijs	5. & 7. & 12
Abstinentia ab esu carnum potest bene ac male fieri	152	Augustini corpus translatum in Sardiniam, & Italiam	87
Abusus in celebratione Missarum	45	Azuma septem diebus Pasche	184
Abusus in prophanandis reliquijs & rebus sacratiss	90	B	
Abusus in sacris quae Laicali uestitu peraguntur	91	Baculus pastoralis seu uirga ad pascendum datur Episcopo	69
Abusus in prolixis & ineptis compositionibus Clericorum	140	Baculus consolationis, uirga correctionis est	ibidem
Accursij error de affatibus Augusti	104	Baptismatis Caeremonie male abolite	40
Adae sepultura, ubi passus est Christus	83	Baptizandis Trina aut una sitmersio	41
Adoratio duplex, Laetiae & Dulcie	88	Baptismi diuersitas propter diuersa mysteria	42
Adorare in spiritu & ueritate quid est	96.	Baptizandus cur ungitur in pectore, inter scapulas & in uertice	59
166		Baptismatis olim duo erant tempora Pascha & Pentecoste	164
Afflictionum diuersa genera ex ira Dei	128	Baptisma tempore periculi aut necessitatis semper dandum	165
Afflictionum cause ex nouis sectis	ibidem	Basilij rationes, cur non sunt omnia palam scripta	6
Agni paschalis esus & Caeremonia	184	Basilicae, templa dicuntur	48
Alba & amictus, uestes sacrae quid significant	64	Basilicae in honorem alicuius sancti dedicantur	52
Alba Poderis dicitur, stricta olim in ueteri Testamento, nunc larga in nouo	65	Basilij rationes de statibus horis, id est, Canonis	170
Alexander Hircani filius ciues 800. cruci affixit	81	Basilicae multae in honorem Saluatoris dedicate	206
Alleluia uox letitiae, in caelo semper erit	134	Bede diligentia circa magnum circulum Pasche	190
Ambulare hic in re laboris & in spe quietis	196	Benedictio salis & aquae, Cerei Paschalis etc.	54
Anachoritarum & heremitarum abstinentia	150	Bobemorum disidium propter communionem reprobatur	39
Anaclei Papae Epistola de diuisione prouinciarum	17	Bouem & asinum coniungere quid significat	215
Eiusdem Epistola, quomodo ordmandi sint Episcopi	20. & 21	Bustum, locus ubi corpus defuncti comburitur	98
Anne duae orationes in scripturis laudatissimae	172	C	
Anna Samuelis mater quomodo efficaciter orauit	174	Adauera Patriarcharum significabant peccata	83
Antimarum requies in uita beata qualis est	194	Caeremonie à Carete oppido Romanis dictae sunt	1
Antiochenum Concilium sub Constantio habitum	52	Caeremonie uox in nouo Testamento non habetur	ibidem
Antiphona primum Antiochia cantari coepit	134	Caeremonie an uelèta Etymologia à carendo dicta sint	2
Antiqua Conciliorum decreta de passionibus martyrum recitandis in eorum festis	207	Caeremonia ad exteriorè Dei cultum pertinent	3
Apostolorum XII. electio	14	Caeremonie à diuersis sumuntur	ibidem
Apostoli dicti sunt plures quam XII.	ibidem	Caeremoniarum usus à Christo & ab Apostolis institutus	4
Aqua uino admiscenda est in sacrificio	34	Caeremoniarum antiquitas apud Tertull.	ibid.
Aqua uino admixta significat populum Christo adunatum	ibidem	Caeremonijs	
Aqua in scripturis multipliciter accipitur	63		
Aqua benedicta & Aquae expiationis uirtus ibid.			

DE CAEREMONIIS.

Caeremonijs non indiget Deus, sed nos	5	Chirothecarum mysterium in manibus Episcopi	69
Caeremoniarum intentio	ibidem	Chorepiscopi non sunt amplius, ut olim fuerunt	22
Caeremoniarum exempla ex ueteri & nouo Testamento	6	Chorepiscopi, id est, uillani Episcopi, sunt reiecti	ibidem
Caeremoniarum mysteria non omnibus passim reuelanda	ibidem	Chorepiscopi non debent consecrare Ecclesias & altaria	51
Caeremonie infirmioribus necessariae sunt	7	Chrisnatis consecratio & consecratio	53
Caeremonias contemnere aut abolere, contra Paulum est	ibidem	Chrisnatis mysteria per Innocentium III. declarata	ibidem
Caeremoniae, aliae uniuersales, aliae particulares	ibidem	Chrisma à proprio Episcopo tempore paschali accipi debet	54
Caeremoniae ab hereticis mutatae aut abolitae, restitui debent	8	Chrisnatis usus in Sacramento confirmationis	59
Caeremoniarum particularium diuersitas non leuatur pacem publicam	11	Chrisnatis usus in consecratione Ecclesiae & altaris	60
Caeremonie inutiles & superfluae, quomodo sunt tolerande	12	Christi exempla de uitanda uana gloria	69
Caeremoniae Missarum impie abolitae ab hereticis	36	Christi sponsus, Ecclesiae amicus sponsus Episcopus	69
Caeremoniae aliorum quoque sacramentorum restitui debent	40	Christus in scala Iacob & lapide uncto praefiguratus	73
Caeremoniarum uet. Testam. bonae significationes	208	Christus cur in Bethlehem uoluit nasci	92
Caeremonias uet. Testam. non esse necessarias ad salutem	210	Christus cur in monte Caluarie pati uoluit	93
Caeremoniae & legalia sacramenta non subito debent aboleri	ibidem	Christi conuersatio in terris, ut ueri hominis	97
Caeremoniae diuersae sub unitate fidei non nocent	212	Christus uespere, nos mane offerimus	160
Caeremoniarum diuersitas tollenda est, si contentiones pariat	213	Christus Sol dicitur & Dies in scripturis	169
Caeremoniae quaedam in utroque Testam. proficiunt	216	Christi uita & gesta diuersis adaptantur festis	182
Caligae & sandalia Episcoporum quid significant	67	Circulus decemnouennalis ex circulis solari & lunari	183
Canceri malum per signum crucis miraculose curatum	80	Clerici qui dicuntur	13
Candelabra & luminaria quid significant	63.	Clericorum diuersi gradus & ordines	15. 19
209		Clericis debetur honor à Laicis	26
Canonicorum abusus & negligentiae	139	Clerici non adhibeant prophanis usibus res sacras	56
Canones Conciliorum de obseruandis diebus Dominicis	200	Cemiterium latine dormitorium etc.	97
Canticorum diuersa genera & exempla scripturae	130	Cemiterium consecratione fit locus religiosus	100
Cantum diuersa genera in Ecclesijs	131	Cemiteria non debent prophanari	102
Caput Iohannis Baptistae in diuersis locis	49	Communiō duplex, una diuinae Essentialis quae fit à sacrificante; altera Caeremonialis, à non sacrificantibus.	37
Carnium & uini usus ante diluuium non fuit	149	Communionis utriusque exempla dedit nobis Christus	ibidem
Caro per ieiunium subijcitur spiritui seu anime	153	Communionis sub una specie exempla & seripturae	ibidem
Cassula charitatis insigne est	66	Communiō Calicis non est Laicis praecipua	38
Cause honorandi reliquias martyrum	88	Communiō Laicorum sub una specie Ecclesiae consensu recepta	39
Charitas per panem significatur	121	Communionem sub utraque specie Laicis non esse necessariam	40
Charitatem nostram erga Deum quid accendit	137	Communiō à ieiunio sumenda est	160
Charitatis erga proximum causa	138	Communiō singulis diebus dominicis ab Augusti laudatur	161

A Communi-

INDEX IN SEX LIBROS

Communicare olim ter in anno, nunc ad minus semel	135 163	Danielis ieiunium Leones ieiunare fecit Dedicationes templorum solemniter celebranda sunt	135 208
Conciliorum decreta de obseruandis horti Cano- nicis	172	Defunctorum memoria in Missa ab Apostolis in- stituta	31
Conformitas rituum seruanda propter uitanda scandala	9	Defunctorum Exequiæ à Catholicis semper usita- te fuerunt	32
Constantini Magni diligentia circa concordiam Ecclesiarum	11	Defunctorum à seclis abolita officia restauranda esse	121
Constantini laus in amplificanda religione Chri- stiana	205	Delectus ciborum in ieiunijs	150
Consuetudo Ecclesiarum pro locorum diuersitate seruanda	178	Demetrii lex de sepulchris non sumptuose facien- dis	115
Conuentus Episcoporum & Concilia olim in de- dicationibus Ecclesiarum	51	Deus precibus & stetitibus assidue orandus est	129
Corpora hominum ne iaceant aut relinquuntur insepulta	99	Deus aliquando in ira exaudit	137
Corpora non perpetuè sepultura tradita possunt transferri	103	Deuoti idiotæ, doctis inuocatis preferendi sunt	141
Crapula per ieiunium fugienda	153	Diaconorum officium	162
Cruce à collo Episcopi dependens, per laminam au- ream figurata	67	Diaconorum insolentia olim in Rom. Eccle.	25
Cruce uariæ in uet. Testamento prefigurationes	71	Diebus festis publice ad orandū, in Ecclesia con- uenire oportet	94
Cruce apud Aegyptios in Hieroglyphicis habita	74	Dies septimane nunc ferie dicuntur, olim a plae- netis dicebantur	198
Cruce mysteria in eius dispositione & forma ibidem	74	Diphthica sacra, nomina Episcoporum defuncto- rum continebant	101
Cruce longitudo & latitudo quid significant ibidem	75	Discordia olim grauis de obseruatione Pasche	186
Cruce significatio moralis	75	Diuersitas rituum pro diuersitate temporum & locorum	213
Cruce Quatuor plagæ secundum IIII. partes orbis	75	Dominica, templa Domino consecrata	48
Cruce Christi frequentissimus usus in Ecclesia ibidem	75	Dominicæ diei mysteria	123
Cruce signum in frontibus per literam Tau sig- nificatum	76	Dominicæ diei cur ieiunare non licet	179
Cruce figura in arbore nauis, in aratro &c. ibidem	76	Dominicæ die ieiunare possunt qui ultra 7. dies perpetuo ieiunant, exemplo Pauli	ibidem
Cruce figura nihil frequentius	77	Dominicæ dies cur quæ sabbati & prima & octa- ua dicitur	194
Cruce efficacia & uirtus ex Chrysostr.	ibidem	Dominicis diebus cur Alleluia canitur	195
Cruce laudes & preconia ex Origene	78	Dominicæ diei multiplex laus a Leone Papa	199
Cruce signum Constantino Magno cælitus osten- sum	ibidem	Dominicis diebus non alijs quàm laudibus Dei in- tendendum est	ibidem
Cruce uexillum pro Labaro receptum	79	Domus orationum olim κυριακή seu Dominica uocabantur	204
Cruce uirtus contra incantationes	ibidem	Domus primitiue Ecclesie Semina à Philone di- cuntur	ibidem
Cruce mira conuersio ex ignominia ad gloriam	81	Duodecim, numerus est uniuersitatis	14
Cultus dicitur à colendo generaliter	3		
Cultus Dei duplex, Exterior & Interior	ibidem		
Cultu exteriore incitatur cultus interior	124		
Cyrus iussit corpus suum non auro, sed terra com- mitti	108		

Dalmatica latis manibus quid significat 68
Danielis & sociorum eius abstinentia à
uino & cibo Regis 149

DE CEREMONIIS.

Ecclesiarum septa quoties se extendunt	61	Festa sanctorum, in quibus sacrificatur, non ipsi, sed Deo	201
Ecclesie non debent patere conuiujs aut choreis	89	Festa sanctorum, quedam uniuersalia, quedam par- ticularia	207
Ecclesia Parochialis præ alijs ius sepeliendi habet	112	Festa per anni circulum ferianda	208
Ecclesiam Luna, Sol Christum significat	192	Fides cur per piscem significatur	121
Ecclesie preces ad Deū in festis sanctorum	103	Fides quomodo preparat ad orandum	136
Egesippus de templo Salomonis & preciosis re- bus eius	209	Flexis genibus orare, scripturæ habet exempla	122
Elementa per Quatuor colores in templo signifi- cata	ibidem	Fœminas ad altare ministrare non decet	46
Elemosynarum utilitas	156	Funeracionis partes sunt, Exequiæ & luctus	105
Elemosyna presertur ieiunio	ibidem	Funerum immoderati & insolentes ritus	ibidem
Epiphanijs supputatio de diebus anni & pasche- tis	190	Funerum exequiæ septimo aut tricesimo die	106
Episcoporum ordo Quadripartitus	17	Funerum luctui modus ponendus est	ibidem
Episcopi superinspectores & speculatores	ibid.	Funera cum Psalmis ad sepulchrum deducenda	107
Episcopus ad minus à tribus episcopis presenti- bus ordinatur	21.59	Funeraria actio in quem datur	113
Episcopis quedam officia propria sunt	ibidem	Funerum diuersi sumptus	ibidem
& 23		Furtum a furno dictum	2
Episcoporum sedes seu throni ceteris sublimiores sunt in Ecclesijs	24	Curari uerba & facta Domini quid est	160
Episcoporum ritus antiqui in ordinando	42		
Episcoporum negligentia circa sacra reprehensi- bilis	46		
Episcopi sunt ministri sponsæ, & amici sponsi	69		
Episcopi ab hereticis expulsi, etiam post mortem restitui debent	101		
Episcopi habent cognoscere de iure sepultura	104		
Erilorum immanis ritus circa senes suos	108		
Estote prudentes, sicut serpentes	133		
Esa sexto die mundi concessa est	147		
Etymologia quid est	2		
Euangelium stando audiendum est	124		
Exempla delectus ciborum in uet. Test.	149		
Exempla scripturæ de horis Canonicis	168		
Exequiæ celebratio funeris est	98		
Exorcistæ officium	15		

Gaudia in funeribus detestanda 107
Germanorum moderatio in sepulturis 116
Gloria Patri &c. post singulos Psalmos su-
peradditur 133
Gloria Patri, aliter ab Arrianis olim dicebatur
ibidem
Gloria & honor Patri &c. in Concilio Toletano
dicitur 134
Gregorij septimi Canon de Psalmis & lectio-
bus matutinis 173

H

Hereticorum ceremonie uitandæ 9
Hereticis Episcopi legare non possunt
101
Hereticorum furor contra Ecclesie cantus 135
Hebdomadæ dies septem quomodo nominantur
199
Heluonum uita breuis & inualida 148
Hieronymi rationes pro sanctis contra Vigilantium
202
Historiæ de gestis & passionibus Martyrum
206
Homo renouatur de die in diem spiritualiter
193
Honore sanctorum honoratur & Deus ipse 204
Horarum, tertie, sextæ & nonæ mysteria 168
Humilitas orantem Deo gratum facit 141
Humilitatis uarij ritus & gestus in oratione
142

A ij Humilis

INDEX IN SEX LIBROS

Humilis precationis exempla in Iudith & Hester		
142	Hymni in no. Testamen. ex autoritate Christi & Pauli	
131	Hymnos testantur Philo & Plinius in Epistolis ibidem	
	Hymni authores habent Hilarium, Ambrosium, Prudentium &c.	
	Hymni & cantica Hereticorum non debent admitti	132
	Hymni & Psalmi quemodo differunt	ibidem
	Hymnus duorum Seraphim in omni missa dicitur	133
	Hypocritarum ieiunium & eleemosyna	145
I		
	Actura sepulchri à Poetis conficta	116
	Actura sepulchri animabus nihil nocet	117
	Ieiunij observatio olim valde diuersa	12
	Ieiunium & Eleemosyna adiuuant orationem	144
	Ieiunium quid est	145
	Ieiunium Auari aut Venatoris non placet Deo	146
	Ieiunij origo, ab initio mundi	ibidem
	Ieiunij preuicatio in Paradiso facta est	147
	Ieiunij utilitates multae	152
	Ieiunium corporibus prodest	153
	Ieiunium facit abstinere à peccatis	ibidem
	Ieiunio sunt miracula & eijciuntur demonia	154
	Ieiunia Iudith & Hester	ibidem
	Ieiunia Nimue iram Dei placauerunt	155
	Ieiuniorum usus contra imminetia pericula ibidem	
	Ieiunium dat conuiujs gratiam & saporem. ibid.	
	Ieiunium dat alas orationi in celum	ibidem
	Ieiunij praeconia ex Ambrosio & Basilio	156
	Ieiunare in speciem quid est	157
	Ieiunatores delicati	158
	Ieiunia Quatuor temporum	190
	Immunitas Ecclesiarum quantum in se per circuitum comprehendit	61
	Intentio nostra longe alia est quam Iudeorum, etiam in eisdem ceremonijs	116
	Iohannis Baptistae reliquiae mirabiliter repertae	84
	Iosephus quidam ex Iudaismo conuersus, mira per crucem fecit	80
	Irenaei moderatio circa Ecclesiarum pacem	11
K		
	Krieeleison, aliter apud Graecos quam apud Latinos canitur	28
	Krieeleison in Missa Basilij & Chrysof. ibid.	
L		
	Laiici non debent inter Clericos ad altare aut in choro stare	47
	Laiici ante finem Missae non discedant. ibid.	
	Laiici sacrarium intrare non licet	58
	Lamina aurea Petalum dicta	67
	Lauare res sacras cui conuenit	57
	Lectoris officium	15
	Letania seu litania duplex, Maior & Minor	127
	Letania septiformis à Gregorio peracta	ibidem
	Lex cur digito Dei, id est, spiritu sancto, scripta dicitur	195
	Legis Ceremonijs nunc uti non licet	211
	Liturgia Iohannis Chrysofomi pro dormientibus	33
	Loca sunt sancta uel consecratione uel sanctorum contactu	92
	Loca ad orandum deputata Oratoria dicuntur ibidem	
	Loca quadam ad miracula diuinitus praec alijs electa	93
	Loca sancta adiuuant fidem & intellectum	96
	Locorum alius sacer, alius sanctus, alius religiosus & alius purus dicitur	97
	Locus sepulturae ab Episcopo consecrari debet	99
	Loca sacra non iuuant sepultos in peccatis	102
	Loca sepulturae distrabi aut uendi non debent. ibid.	
	Luctus funerum apud Christianos moderatus	107
	Lutheri error de Paschate	185
M		
	Maala punica, fidei unitatem designant	69
	Manicheorum error in abstinentia à carnibus	151
	Manicheorum error in ieiunio diei Dominicae	179
	Manicheorum error contra literam uet. Testa.	214
	Manipulus quid designat	66
	Martyres non timuerunt priuari sepulturis	117
	Martyres inuocantur, sed non offeruntur ipsi sacrificium	201
	Martyrum gesta & passionis à Notarijs descriptae	206
	Mausoleum sepulchrum arte & materia preciosissimum	114
	Mausoleum Augusti Caesaris in campo Martio ibidem	
	Memorias Martyrum ne quis perturbet	206
	Menses Quartus, Quintus, Septimus, & Decimus, cur fuerint planctui & ieiunio deputati à Iudeis	181
	Mensura	

DE CEREMONIIS.

Mensura diuersa nomina apud Iudeos	ibidem
Mensis primus apud Iudeos Nisan appellatur	185
Miracula & terrores circa reliquias Petri & Pauli Romae	86
Miraculum tempore Zozymi Papae circa Baptisterium	198
Missae quid est	27
Missae partes, Essentiales & Accidentales	ibid.
Missae primum Antiochia à S. Petro celebrata	ibidem
Missae, quae & Liturgia, Ritus non scripti sed traditi	ibidem
Missae superadditiones à Romano Pontifice factae	ibidem
Missae introitus, à quo institutus fuerit	ibidem
Missae à nouis sectis impie abrogata	30
Missae opus bonum & sacrificium est	33
Missae, multae & antiquae Ceremoniae	35
Missae in Oratorijs priuatis non celebrentur diebus festis	47
Missae celebrare non licet nisi in locis consecratis	60
Missae hora tertia celebranda, excepta nocte Natiuitatis	159
Mitra seu Tiara seu Cidaris nunc Insula dicitur	69
Modestia in orationibus seruanda	174
Moralia per legis Ceremonias significata seruari debent	215
Mors non interitus, sed migratio quadam est	106
Musicae diuersa instrumenta per Dauid	130
Musicae instrumenta quid mystice significant	135
Mutatio facta est, non in Deo, sed in sacrificijs & sacramentis	212
Mutatis Ceremonijs non mutata est fides in Christum	ibidem
Mysterium in numero XVII.	196
Mysterium numeri CLIII.	ibidem
N	
Nenia carmen lugubre	106
Naphtha, bitumen quod facile concipit ignem	154
Nomina pueris in Baptismo danda, qualia esse debent	41
Nomina sepulchralia, multa & diuersa	97
Nox in somnum & orationem diducenda	167
Nocte praecipue orandum & Dei recordandum est	169
Nomen Pompilij corpus humi defossim	108
Oblatio munda, de qua Malachias, missa est	30
Oblatio secundum ordinem Melchisedech	ibidem
Oblatio duplex, cruenta in cruce, incruenta in altari	31
Oblatio pro uiuis & mortuis in Missa	ibidem
Oblatio pro defunctis, etsi non omnibus prodatur, pro omnibus tamen facienda est, teste Augustino	32
Oblationes populi ad altare, ex Dei praeccepto	36
Offerentium nomina olim in Missa recitata	36
Offerre holocaustum de rapina quid est	148
Orario seu stola, quibus concessum est uti	66
Orare inaniter quid est	138
Orare sine intermissione quid est	166 & 167
Orare semper duobus modis recte intelligitur	ibidem
Orandum mane & uespere auctoritate scripturae	169
Orandi tempus tota uita est	171
Orationes pro diuersis rebus in Collectis	33
Orationes in templis modestae ac uerecundae fiant	93
Orationes funebres in laudem defunctorum	105
Oratio explicitè consideratur, ut cultus & ut Ritus	121
Oratio uarios habet Ritus	122
Oratio quare fit uersus Orientem	ibidem
Orare oportet stando diebus Dominicis & tempore Paschali	123
Orationes, aliae sonorae, aliae in silentio	124
Orare sine intermissione quid est	ibidem
Oratio Dominica à Prophetis ponitur sub alijs uerbis	125
Orationes aliae sub alijs uerbis idem petunt quod Dominica	ibidem
Oratio Ritus est, quando sacrificio & sacramentis applicatur	ibidem
Orationes in Missa Quadruplices	ibidem
Orationes Missae pro omni statu, etiam pro infidelibus	126
Orationes in Missa pro quibuslibet necessitatibus nostris	127
Orationum Ritus à sectis impie aboliti	128
Orandi exempla quadam in silentio, quadam alia uoce	129
Oratoria domus Dei dicuntur	92
Ordinationes primitiuae Ecclesiae, in quibusdam mutatae sunt	19
Ordinationes ne fiant per saltum in Clero	20
Ordinis antiqui Ritus obseruari debent	42
Ordinandi tempora olim constituta	165
Ostiariorum officium	15
A ij	Palla

INDEX IN SEX LIBROS

P	Alta Altaris cur debet esse linea	71	Presbyteri in fronte consignare non presumant	
	Pallij usus quibus conceditur	70	Priuari sepultura poena est affectu humano	118
	Pallij multa mysteria, in materia & forma sua	ibidem	Propheta à Leone occisi, corpus à Leone custoditum	ibidem
	Parentare quid est	98	Psallentium Chori in duas partes primum diuisi	133
	Pascha aliter olim ab Asianis Episcopis celebratum	10	Psalterium iucundum cum Cithara	135
	Pascha semper Dominica die celebrandum, non more Iudeorum	ibidem	Pyra cur Latine Rogus dicitur	98
	Pascha Ritus habet & sacramentum	183	Q	
	Pascha olim diuersimode in Ecclesia obseruatum	185	Vadragesimali tempore ante uesperas cibum capere non licet, exceptis diebus Dominicis	149
	Pasche festum ex cursu Solis & Lunae	186	Quadragesima dierum ieiunium à Moysè et Helia seruatum	175
	Pascha aliter à nobis quam à Iudeis obseruatur	187	Quale fuit sanctorum patrum ieiunium	148
	Pascha, transitum Christi de morte ad uitam significat	191	Quadragesimarij numeri mysteria	175
	Pasche mysterium ex cursu Solis & Lunae	192	Quadragesima dat Deo Decimas de diebus anni	176
	Pasche mysterium ex tempore post uernum aequinoctium	193	Quadragesima non admittit esum carniū nisi in firmis	ibidem
	pastores & Doctores Ecclesiae qui sunt	15	Quadragesima non admittit prandium nisi diebus Dominicis	177
	patriarchae, qui & Primates	18	Quarta & sexta feria cur ieiunatur	179
	Paulus contra stimulum carnis petens, non est exauditus	137	Quatuor tempora anni ieiunio deputata	181
	peccata populi comedunt sacerdotes	171	Quibus rebus recte uenerantur à nobis sancti	204
	Pentecoste, quare ad baptismum olim deputabatur	164	Quid oremus, sicut oportet, nescimus	136
	Pentecoste neq; ieiunium neq; genuflexionem habet	195	Quinquagenarij numeri mysterium	175
	Pentecoste dies habet 50. omnes Dominicis similes	197	Quotidiana communio ab Augustino suadetur	161
	persarum sobrietas	157	Quotidianus panis noster quis est	162
	Petri & Pauli corpora è Catacumbis translata	86	Quotidiana Oratio ea est quam Christus docuit	173
	Philo Iudeus de Sennijs & Monasterijs Christianorum	131	Quotidianæ orationis uirtus	ibidem
	Pietas in operibus misericordiae	120	R	
	Pietas officiosa in sepeliendis mortuis	ibidem	Echabitatum abstinentia à uino	149
	Planctus in funere Iacob, & sancti Stephani	107	Religio omnibus rebus, etiam Imperijs, preferenda est	1
	Platonis lex de agris ad sepeliendum aptis	116	Religiosus sit locus per sepulturam	110
	Plinius negauit immortalitatem animarum	107	Reliquiae sanctorum in ueneratione semper habitae	49
	Poenitentiam publicam agentes, quomodo admittuntur ad communionem	163	Reliquiae apud diuersas urbes	ibidem
	Præces nostras interuentu & meritis sanctorum exaudiri	203	Reliquiae Iohannis Baptistæ & Iohannis Chrysostomi	50
	Præcepta moralia legis ualent ad salutem per gratiam Christi	210	Reliquiae sanctorum in consecratis conduntur altarijs	64
	Presbyter est, ne prohibeantur sepeliri mortui	103	Reliquiarum origo ex ueteri Testamento antiquissima	82
	Presbyter, id est senior, non ab ætate sed à dignitate dicitur	16	Reliquiae sanctorum saepe diuina reuelatione repperite sunt	84
	Presbyteri olim etiam Episcopi dicebantur	19	Reliquijs templa & altaria extructa & consecrata	85
	Presbyterorum & Diaconorum diuersa officia	25	Reliquijs reuerenter asseruari & non nudè tangi debent	89
			Res sacras non oportet abusus prophari	56
			Ritibus	

DE CAEREMONIIS.

Ritibus Maioris Ecclesiae alia minores se conformare debent	9	Sepelire consortem naturæ piū opus est	120
Ritus funerandi quidam crudeles, quidam pijs	106	Sepeliendi officium ad quos spectat	112
Ritus antiquissimus est, corpora defunctorum humani condere	108	Sepultura mortuorum significat remissionem peccatorum	83
Ritus Barbarorum diuersi circa funera	ibidem	Sepultura origo uetustissima est	99
Ritus uarij Graecorum & Romanorū circa sepeliendos mortuos	209	Sepultura ius precio uendi non debet	100
Ritus pijs sepeliendi à seculis male abolentur	ibid.	Sepultura Ecclesiastica negatur infidelibus & hereticis	ibidem
Ritus diuersi in Ecclesijs pro loco & tempore	213	Sepulchra olim in urbibus & in publico prohibita	109
Ritus orandi, etiam si eisdem uerbis & gestibus fiant, longe differunt, si à Christianis, quam si à Iudeis aut Gentilibus fiant	216	Sepulchrum Adriani Imperatoris status preciosum	115
Rogationum Tres dies quomodo seruari debent	128	Serapis Aegyptiorum Deus	97
Rom. Ecclesiae debent alie in Ritibus se conformare	9	Sermones ueros potius quam disertos diligere	141
Romana Ecclesia in Pasche obseruatione praenauit	11	Spes cur per ouum significatur	121
Romana Ecclesia per orbem indixit diem Pasche omnibus Ecclesijs	187	Spei effectus in orando qui sunt	136
		Spiritus quomodo pro nobis postulat aut interpellat	137
		Spiritus sancti charismata & dona	138
		Stola, quæ & Orarium dicitur, iugum Domini significat	65
		Stola una, non duabus utendum est in sacrificio	66
		Subdiaconorum officium	16. & 25
		Sulpitij sepulchrum in campo Esquilino	110
		Sylla primus è Patricijs iussit corpus suum cremari	109
		Synodus Nicæna & Romana sub Syluestro	205
		T	
		Abernacula templi Duo, interius & exterius	209
		Templa Christianorum multa, non unum tantum ut Iudeorum	95
		Templa sub persecutoribus non fuisse magna	205
		Templa multa & magnifica à Constantino extructa	ibidem
		Thelesphori Pape constitutio de Quadragesima	177
		Theophyli error in supputatione Paschatis	199
		Thracæ natalem lugebant, mortem cum gaudio celebrabant	106
		Thymiamaterium quid in Templo significat	209
		Tobia pictus in sepeliendo mortuos	113. & 120
		Tonsura Clericorum qualiter fieri debet	44
		Tonsura Clericorum quid significat	45
		Translationes reliquiarum ex causa pietatis	87
		Trium hebdomadarum primi mensis mysterium	193
		Tunicæ due Pontificis, Bysina & Hyacinthina	67
		Vacare	

INDEX IN SEX LIB. DE CAEREMONIIS.

V	Vnctio Episcoporum in capite & manibus quid significat	43
V	Vnctio manuum presbyteri differt ab vnctione Episcopi	44
V	Vnctio vestimenta sacra non debent prophantis usibus aptari	55
V	Vnctiones quae sunt circa Sacramentum baptismi	58
V	Vasa consecrata quid significant	62
V	Voluntas Dei non est mutata per mutatas legis Ceremonias	212
V	Veneratio reliquiarum & earum adoratio quomodo fit	89. & 206
V	Voracitas in male ieiunantibus	157
V	Voracium ingluuies in Quadragesima	176
V	Vestium sacrarum uarietas, ratioq; & significatio	64
V	Vsui vini post diluuium coepit	147
V	Vtilitas Ecclesiastica sepulture	119
V	Vxores eadem habuere sepulchra cum uiris suis	111
V	Veteris legis scripta non sunt superuacanea nec abijcienda	215
V	Vetus ieiunij ante legem	147
V	Violare sepulchra graue crimen est	102
V	Violantes sepulchra sacrilegi sunt	103
V	Vitam beatam petere semper licet, ac bonum est	136
V	Vitam beatam oramus & speramus, sed non uidemus	ibidem
V	Vita beata quomodo est astuosa	194
V	Vnctio Episcoporum in capite & manibus quid significat	43
V	Vnctio manuum presbyteri differt ab vnctione Episcopi	44
V	Vnctio vestimenta sacra non debent prophantis usibus aptari	55
V	Vnctiones quae sunt circa Sacramentum baptismi	58
V	Voluntas Dei non est mutata per mutatas legis Ceremonias	212
V	Veneratio reliquiarum & earum adoratio quomodo fit	89. & 206
V	Voracitas in male ieiunantibus	157
V	Voracium ingluuies in Quadragesima	176
V	Vsui vini post diluuium coepit	147
V	Vtilitas Ecclesiastica sepulture	119
V	Vxores eadem habuere sepulchra cum uiris suis	111
V	Veteris legis scripta non sunt superuacanea nec abijcienda	215
V	Vetus ieiunij ante legem	147
V	Violare sepulchra graue crimen est	102
V	Violantes sepulchra sacrilegi sunt	103
V	Vitam beatam petere semper licet, ac bonum est	136
V	Vitam beatam oramus & speramus, sed non uidemus	ibidem
V	Vita beata quomodo est astuosa	194
Z	Zelus Moysi adiunctus amori erga populum	70
Z	Zenoniorum trium Martyrum ossa per somnum ostensa	84
Z	Zona, cingulum, continentiam designat	65
Z	Zozymi Canon de ordinibus Cleri	20

F I N I S.

D. CONRADI BRVNI DE CAEREMONIIS LIBER PRIMVS,

DE CAEREMONIIS ECCLESIAE IN GENERE.

Caput primum.



Caeremoniae nomen a gentilibus sumptum uidetur. Est enim Caeremonia a Caere oppido dicta, ut Valerius Maximus testatur, ex euentu (ut ipse narrat) tali. Vrbe, inquit, a Gallis capta, cum Flamen Quirinalis uir ginesq; Vestales, sacra onere partito ferrent, easq; pontem subicium transgressas, & cluuium, qui ducit ad Ianiculum, descendere incipientes, L. + Aluianus plastro coniugem & liberos uehens

Val. Max. lib. 1. Cap. 11.

Tr. Lini. lib. 5.

altas Albius nus.

Caeremoniae a Caere te oppido dictae sunt.

ibidem

Religio rebus omnibus preponenda.

lib. 2. retraditionum, c. 37.

Mentio de Caeremoniis, in ueteri test. Exod. 13.

aspexisset: suis, ut plastro descenderent, imperauit, atq; in id uir gines & sacra imposta, omisso coepto itinere, Caere oppidum prouexit: ubi cum summa ueneratione recepta, grata memoria, ad hoc usq; tempus hospitalem humanitatem testantur. Inde enim institutum est, sacra Caeremonias uocari, quia Caeretani ea in fracto Reipub. statu, perinde ac florente coluerunt, Haec ille. Tanta uis religionis etiam falsa apud Gentiles fuit: omnia namq; (ut idem ait Valerius) post religionem ponenda, semper Romana ciuitas duxit, etiam in quibus summae Maiestatis conspici decus uoluit. Quapropter non duditaerunt sacris imperia seruire, ita sererum humanarum futura regimien existimantia: si diuinae potentiae bene atq; constanter fuissent famulata. Quanto magis omnibus rebus praepnenda est uera religio Christiana, a qua salus nostra pendet: unde Caeremoniae (quam tertiam partem ueræ & Christianae religionis esse diximus) merito in Ecclesia retinendae sunt, & maximo studio custodiendae & conseruandae. Nec me fugit, quod Augustinus alibi scribit, Caeremoniae uocabulum non esse in usu sanctarum scripturarum: & a carendo appellatas esse Caeremonias, eo quod obseruantes careant ijs rebus, quibus abstinent. Quo loco de scripturis noui Testamenti sanctum patrem loqui puto, in quibus certum est, uocabulum Caeremoniae non contineri. In ueteri autem Testamento nemo ignorat, & uerbum Caeremoniae esse usitatissimum, & rem ipsam in ijs etiam quae a Deo mandata fuerunt connumerari, iuxta illud Iero ad Moysen. Esto tu populo in his quae ad Deum pertinent: ut referas quae dicuntur ad eum, ostendasq; populo Caeremonias & ritum colendi, uiamq; per quam

A quam

Dent. 4.

3. Reg. 2.

An Caeremonia a carendo dicitur.

Propria uocabulorum Etymologia.

L. 1. ff. de acq. poss. L. 2. § appellatione. ff. de cert. pe.

De Poenit. dist. 1. c. poenitentia.

Alia species Etymologiae.

L. 1. ff. de furtis. L. 2. § 4. ff. de eo.

quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. Item illud Moyfi ad populum. Quae est alia gens sicin dyta, ut habeat Caeremonias iustaeque iudicia & uniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos uestros: Et Dauid iam moriturus, ad Salomonem filium, Confortare (inquit) & esto uir fortis, & obserua, ut custodias mandata domini Dei tui, ut ambules in uis eius, & custodias Caeremonias eius, & praecipua eius & iudicia, & testimonia. Caterum de Etymologia uocabuli Caeremoniae, quod ipse a carendo dictum putat, uix equidem uideo quid statuere possim. Primum enim uera Etymologiae ratio (quam Cicero ueriloquium appellat) id exigit, ut ad omnia significata uocabuli sit generalis, etiam si alijs quoque reb. sit communis. Illud plane constat, eam non in omnes Caeremonias recte conuenire. Nam ut sint Caeremoniae quaedam in hoc institutae, ut a reb. quibusdam abstineamus, cuiusmodi est ieiunium & abstinencia a quibusdam escis: tamen complures aliae sunt, quarum usus in habendo magis agendoque quam carendo consistit. Quales sunt Caeremoniae Sacramentorum, rerum sacrarum, & similium: de quib. dici non potest, quod a carendo dictae sint, Quia qui eas obseruant, reb. ipsis praesentib. utuntur, non absentib. & quib. abstinendo carent. Sic bona est Etymologia uocabuli, Testamentum, ut ex eo appelletur, Quod sit testatio mentis: Quia omne testamentum est testatio mentis. Et possessionis, ut dicatur, quasi pedum, positio: quia omnis, qui possidet, naturaliter rei quasi pedib. insistit. Et mutui, quasi de meo fiat tuum: quia semper quod mutuo damus, de nostro facimus, ut aliorum fiat. Poenitentiae, ut sit dicta, quasi puniens in se, quod dolet esse commissum, a poenitere quod est poenam tenere. Nam quisquis poenitentiam agit, in se punit ulciscendo quod commisit peccando, ut inquit Augustinus. Haec sane & si quae sunt aliae his similes uocum interpretationes, generales sunt ad omnia uocum significata, & plerumque ab eo potius ducuntur, quod rei magis speciale est, quam quod cum alijs habet commune. Qua ratione Fabius Quintilianus, hominem negat ab humo dictum, quia id omnibus animantibus sit commune, uerum omnia haec de ea Etymologia accipienda sunt, quae uel rem diffiniunt, uel quae interpretatione a toto genere accepta, omnes eius partes complectitur. At longe alia ratio est interpretationis earum uocum, quae a certa specie ducta, ad totius generis ambitum transferuntur, maxime in eo genere quod Graeci, ut Martianus inquit, *κατασκευασίαν*, Latini allusionem, uel *παρονομασίαν*, Id est, agnominatio-nem uocant, Quemadmodum furtum a furno appellatum esse putat Labeo Iureconsultus. Id est, a nigro, eo quod clam & obscure fiat, & plerumque nocte. Et tamen scimus furtum non solum clam, sed etiam manifeste fieri, & nihilominus furti illam interpretationem etiam ad manifesta furta transferri. Sunt autem Caeremoniarum ritus

ritus externi, quos Ecclesia in cultu diuino ad aedificandam fidem, fouendam charitatem, excitandam accendendamque deuotionem in cordibus fidelium, obseruat. Sunt enim Imagines & spectra quaedam, quibus fideles instruuntur, ut omnia quae ad cultum DEI pertinent, ordine & decenter agantur. Cultum diuinum uocamus eum, qui diuinitati, uel (si expressius dicendum est) deitati debetur. Graeci Latriam uocant, latine uno uocabulo exprimere non possumus. Nam si tantummodo cultus ipse dicatur, non solum Deo deberi uideretur. Nam & homines colere dicimur, quos honorifica uel recordatione uel praesentia frequentamus. Quin & quaedam, quae subiecta sunt nobis, coli perhibentur. Unde & agricolae, & coloni, & incolae, & coloniae, a colendo, nimirum & incolendo uocantur: Iuxta illud Poetae.

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere colom.

Sic & Religio & pietas, non Dei tantum cultum significant: sed etiam ad alia quaedam referuntur, ut ad propinquos, patriam, parentes: & more uulgi, in operibus etiam misericordiae, pietas frequentatur. Latria igitur, & Dulia tamen si seruitutem significant *ἀλατρεύω* & *δουλεύω* quasi seruius. Tamen secundum consuetudinem, qua locuti sunt, qui nobis diuina eloquia condiderunt: Latria aut semper aut tam frequenter, ut penes semper, ea dicitur seruitus, quae ad solum Deum colendum pertinet: Ea autem, quae hominibus, & sanctis debetur, Dulia uocatur. Dulia enim intelligitur seruitus communis, hoc est, seu Deo seu homini, seu cuilibet rerum naturae exhibitae. Sicut haec & quaedam alia, ad eandem rem pertinentia, doctissime ex Augustino & Diuo Thoma explicat Io. Cochlaeus, nostri aevi pius & eximius Theologus, in eo libro: quem de Sanctorum Inuocatione & intercessionem, deque Imaginibus & reliquijs eorum, pie ritibusque colendis, aduersus Henricum Bullingerum Tigurinum scripsit. Cultus diuinus duplex est, interior & exterior: Interior, sit fide, spe & charitate, quo DEO per intellectum & affectum coniungimur. Exterior, est professio quaedam cultus interioris, externis quibusdam et corporeis signis & ritibus significata: ut sacramentum, sacrificium, oratio. De utroque accipiendum est illud Psalmi, Cor meum & caro mea exultauerunt in DEVM uiuum. Cultus autem exterior ad interiorum ordinatur. Caeremoniae igitur ad cultum diuinum exteriorem pertinent. Sumuntur autem Caeremoniae, a persona, re, loco, & tempore. A persona, ut quae non ab omnibus, sed a certis personis exercentur: Ut honor, qui Pontificibus, sacerdotibus, alijsque ministris Ecclesiarum exhibetur. A re, ut ritus sacrificij, sacramentorum, sacrorum, & obseruationum. A loco, ut cultus DEO certo loco exhibitus. A tempore, ut celebrationes festiuitatum: Et inter has, quaedam immediate ad Deum ipsum, cui cultus exhibetur, referuntur, ut ritus sacrificij. Quaedam ad homines Deum colentes, ut ieiunia, eleemosynae, orationes, & aliae obseruationes: Et haec

Augu. de ciui. Dei lib. 10. c. 1.

Virg. Aene. 1.

Cultus Dei duplex, Interior et Exterior.

Psal. 83.

Multiplacae Caeremoniae.

ad cultum diuinum, tam interiorē, quam exteriorē ueluti præparant. Quædam quasi instrumenta diuino cultui adhibentur, ut sacra uasa, uestes sacræ, chrisma, cereus, luminaria: in sacrificio, sacramentis, alijsq; diuinis officijs. Nec nouum est, & humanum inuentum Cæremoniarum in Ecclesia, ut pote, quibus ipse etiam seruator noster Christus sæpe usus est. Nam & genibus flexis, & super terram, & in faciem procidentem, ipsum orasse Euangelica testatur historia. Similiter cæcum illuminaturus, lutum ex sputo fecit, & liniuit lutum super oculos eius, iussitq; ut in natoria Siloe laueret: aliorum oculos tetigit, & uisum receperunt. Idem resuscitaturus Lazarum, eleuatis sursum oculis, uoce magna clamauit, Lazare, ueni foras. Sed & Apostoli & discipuli, dominum & magistrum suum imitati, Cæremonijs in cultu diuino usi sunt. Paulus in omnibus propè actiōibus Christianorum Cæremonias exigit, Quod ferè indicant hæc & similia: ut uiri capite detecto, mulieres uelato orent. Quin & in ipsis Apostolorum Canonibus, quædam de cæremonijs statuta repeririuntur. Quale est illud de trina mersione in Baptismo. Si quis Episcopus aut presbyter non trinam mersionem unius ministerii celebret, sed semel mergat in baptisate, quod dari uidetur in domini morte, deponatur. Item illud de ieiunio, Si quis Dominicum diem aut Sabbatum, uno solo dempto, ieiunare depræhendatur, deponatur: Si Laicus, à communione deiciatur. Itē illud, Si quis Episcopus, aut presbyter, aut Diaconus, aut Lector, aut Cantor, sacram Quadragesimam Paschæ, aut Quartam feriam, aut parascuen non ieiunauerit, deponitor, præterq; si imbecillitate impediatur corporis: si Laicus sit, communione priuetur. Item illud, Vas aureum & argenteum sanctificatum, aut uelamen sintcunæ, nemo amplius in suos usus assumto: iniquum enim est. Cæterum si quis depræhensus fuerit, excommunicatione multator. Multas quoq; Cæremonias enumerat Tertullianus, in libro de Corona militis: Quarum quædam cum Apostolicis Canonibus conueniunt, Vt à baptisate (inquit) ingrediar, aquam adiuri, ibidem, sed & aliquanto prius, in Ecclesia sub Antistitis manu contestamur, nos renunciare Diadolo et pompa & angelis eius. Dehinc ter mergitamur, amplius non aliquid respondentes, quam Dominus in Euangelio determinauit: Inde suscepti, mellis & lactis concordiam prægustamus, exq; ea die lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus. Eucharistiæ sacramentum & in tempore uictus ab omnibus mandatum à domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quam præsentium, sumimus: oblationes pro defunctis, pro natalijs, annua die facimus. Die Dominico ieiunium nephas ducimus, uel geniculis adorare: Eadem immunitate in die Paschæ, in Pentecosten usq; gaudemus. Calicis aut panis etiam nostri aliquid, decuti in terram, anxie patimur. Ad omnem

De Cæremonijs Exempla Christi

Marci, 14.
Luc. 11.

Ioh. 9. et 11.

Exempla Pauli.

1. Cor. 11.

Canones Apostolorum.

ca. 50.

ca. 65.

ca. 68.

ca. 71.

Tertull.

omnem progressum atq; promotum, ad omnem aditum atq; exitum, ad uestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia: quacunq; nos conuersatio exercet, frontem signaculo terimus. Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum, si legem expostules scripturarum, nulla legis traditio tibi prætendetur, Auctrix consuetudo, confirmatrix, & fidei obseruatrice. Hæc Tertull.
In his uero Cæremonijs multæ sunt, quæ ad hæc usq; tempora, per uniuersum orbem, in Ecclesia obseruatæ sunt. Vnde dubium non est, ipsas ab Apostolis institutas & obseruatas fuisse, & ad nos descendisse: Tum quia Tertullianus uicinus uixit Apostolorum temporibus (Nempe sub Seuero Principe, & Antonino Caracalla, Quorum alter à natiuitate domini 195. alter 212. Anno, Imperij Ro. administrationem fortitus est) Non est autem uerisimile, tam propinquo tempore Cæremonias in Ecclesia fuisse, quas non ab Apostolis ipsis acceperit. Tum quia quæ in Canonicis scripturis non continentur, sed tradita custodimus, quæ quidem toto orbe terrarum obseruantur, datur intelligi uel ab Apostolis ipsis, uel à plenarijs Concilijs commendata atq; statuta retineri, ut inquit Augustinus ad inquisitiones Ianuarij. Iam uero, quod ad usum Cæremoniarum attinet, sciendum est, Cæremoniarum ritum, non in eo perstare, ut Cæremonijs nostris Deum iuueamus, necq; enim his ipsis indiget Deus, iuxta illud Psalmi: Dixi domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges: necq; ut ad faciendū aliquid, omittendumue cogamus, Quod sacerdotes Baal, persuadere sibi uidebantur. Quibus ab Helia Propheta dicitur: Clamate uoce maiore, forsitan Deus in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur. Sed ut uires nostras incitemus, ad colendum Deum uera fide, spe, & charitate, & fraternam charitatem in proximos exercendam. His enim uisibilibus signis, non quidem Deum ipsum commouemus, sed nos potius mobiles, ad immobilem diuinitatem attrahimus: non secus atq; nauæ nauim appellendo, resti in portum eiecta, uel fune prolato, non quidem terram attrahunt, sed seipsos, & nauim mobiles ad terram trahunt immobilem. Vt doctissime in arte Cabalistica, ex Heræorum mysterijs explicat Ioannes Reuchlinus. Qui ex tertio perplexorum Moyse Ægyptij talia quædam affert: Intentio, inquit, Cæremoniarum eius modi est, memoria Dei frequens, & timor eius, & amor eius, & obseruantia mandatorum omnium, & quod credatur in Deum altissimum, id quod necessarium est unicuiq; Nimirum graui nos mole corporis oppressi, ualde quidem egemus, ad somnolenti animi excitationem commonentibus rebus: ut generosus ab animalibus, equus, itinere iam longo fatigatus, cum clasicum personuit, in robur erigitur, stare loco nescit, micat auribus. Et Elephantus segnicie torpescens, igne ostenso, resurgit in audaciam. Ita rebus secularibus A 3 eneruata

Cæremonijs ab Apostolis tradita.

Aug. Epi. 118.

Cæremonijs non indiget Deus, sed nos.

3. Reg. 18.

Io. Cap. nion de arte Cabalistica.

Similitudo ab animalibus.

enervata uirtus nostra, externis & corporalibus incitabilis, siue uocū,
 seu figurarum indiget, ut animi nostri uigor, spiritali operi robusti-
 us instet: Et contemplatio nostra, tanto acrius in sublime prouehatur,
 quanto magis attoniti antea obstupuerimus. Et in hoc constat om-
 nis Cæremoniarum ratio, tam ueteris, quam noui testamenti. Ac
 propterea in ueteri testamento palmas tetenderunt, brachia expande-
 runt, genua flexerunt. Iulsi quoque uaccam triennem, capram trimam,
 turturem, columbam, per medium diuiserunt, Arietem in uepribus
 hærentem cornibus gladio occidentes, igne cremarunt: Tau super
 postes ædium notarunt, Serpentem æneum aspexerunt, Cherubin,
 & alias imagines figurarunt, uerba composita loquuti sunt atque uo-
 uerunt, Sanctuarium struxerunt, Pontificem tam uario, & admiran-
 do indutum ornatu, attoniti respexerunt. Et in nouo testamento,
 nos quoque multa horum referentes, & quædam etiam ex Apostolicis
 traditionibus adijcentes, manus leuamus, orantes, nunc stamus, nunc
 in faciem procidimus, pectus tundimus, frontem cruce signamus, In
 administratione sacramentorum, uestibus, uasis, aliisque rebus sacris
 utimur, multaque alia similia agimus, quæ ad externum cultum Dei per-
 tinent. Quæ quidem uniuersa, & similia, propter nos ipsos sunt, ut
 nos moueant, nos incitent, nos auertant, nos conuertant, à uisibilibus
 scilicet ad inuisibilia: fidem augeant, spem confirment, et ueram inter nos
 charitatem Deo gratissimam, diligenti anacephalæosi, in diuinorum
 amorem transferant. Illud quoque aduertendum est, Cæremonias
 in Ecclesia non sine alicuius mysterij significatione institutas esse,
 Si quidem (ut scriptura ait) in thesauris sapientiæ significatione discipli-
 næ, execratio autem peccatori cultura Dei. Vnde nullæ sunt res, nul-
 lus locus, nullum tempus, nulla persona, nulli gestus diuinis ministe-
 rijs adhibiti: quin secretioris alicuius mysterij significationem
 habeant. Quæ tamen in occulto seruari, quam omnibus manifestare
 maluerunt sancti patres. De qua re Basilius Magnus ad hunc mo-
 dum scribit, Ad eundem profectò, inquit, modum & qui in primor-
 dijs Ecclesiæ certos ritus præscripserunt Apostoli & patres, in occulto
 silentioque mysterij suam seruari dignitatem. Neque enim omnino
 mysterium est, quod ad populares ac uulgares aures effertur. Hæc est
 ratio, cur quædam citra scriptum tradita sunt, ne dogmatum cognitio
 propter assuetudinem uulgo ueniret in contemptum. Aliud autem est
 dogma, aliud edictum. Nam dogmata silentur, edicta uero publi-
 cantur. Est autem silentij species & obscuritas, qua utitur scriptura,
 mentem ad contemplationem dogmatum inhabilem exercens, idque
 ad utilitatem in scripturis uersantium. Hanc ob causam omnes specta-
 mus ad Orientem quum precamur, pauci tamen nouimus etc. Nos
 igitur huiusmodi significationes post hæc circa singulas Cæremonias
 (DEO uolente ac præstante) explicabimus. Sunt autem Cæremonias
 propter

Cæremo-
 nias Vet.
 Test.

Cæremo-
 nias No.
 Test.

Mysteriorum
 Cæremonias
 Eccl. 1.

Basil. Lib. de
 spiritu sancto
 cap. 27.

Cur non
 omnia sunt
 scripta.

propter infirmiores institutæ, quibus etiam necessariae sunt: Multos
 enim carnales habet Ecclesia, quibus his, uelut incitamentis quibus-
 dam, opus est: Propter quos & Apostoli in ordinandis huiusmodi
 ritibus tam solliciti fuerunt. Quod inter multa illud Apostoli Pauli in-
 dicat, qui ad Corinthios de Eucharistia & illius Cæremonias scribens
 ait, Propter quod fratres, cum conuenitis ad manducandum, inui-
 cem expectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non ad iudicium con-
 ueniat, Et statim subtexit, Cætera autem, cum uenero, ordinabo: ni-
 mirum significans (ut inquit Augustinus ad Ianuarium) multum esse,
 ut in epistola totum illum modum agendi & Cæremoniarum ordi-
 nem insinuaret, quem uniuersa per orbem seruat Ecclesia, Sed tamen
 necesse esse, ut ab ipso ordinaretur. Quare idem Paulus in eos qui Cæ-
 remonias contemnunt reijcit. Si quis, inquit, uult contentiosus esse, nos
 talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei. Quapropter
 abijcere & repudiare Cæremonias in Ecclesia (sicut sectæ nunc faci-
 unt) impium est: & doctrina, qua huiusmodi impietas confirmatur,
 tanquam hæretica condemnanda est. Quod autem ad obseruatio-
 nem Cæremoniarum pertinet, de Cæremonias, ut de cæteris traditio-
 nibus & consuetudinibus Ecclesiæ, ita distinguendum mihi uidetur,
 ut sint quædam uniuersales, quædam particulares. Uniuersales
 sunt, quæ per uniuersalem Ecclesiam in uniuerso orbe obseruantur,
 Quales Augustinus esse docet, quod anniuersaria solennitate cele-
 bratur Dominica passio, Resurrectio, Ascensio in cælum, Spiritus
 sancti aduentus de cælo, & si quid aliud occurrerit, quod ab uniuersis
 obseruatur: ut quod corpus & sanguinem Christi unusquisque ieiunus
 accipiat, obseruatio diei Dominicæ post Sabbatum, & Quadrage-
 sima: quam Christus suo exemplo docuit, & Ecclesiæ consensus robo-
 rauit. Ac illas quidem, & si quæ sunt similes, quas tota obseruat Ecce-
 sia, in dubium reuocare, aut de his disputare, num faciendæ sint, inso-
 lentissimæ insanix est. Nam hæc (ut idem inquit Aug.) uel ab Apo-
 stolis traditæ, uel a Plenarijs Concilijs (quorum est in Ecclesia saluber-
 rima autoritas) statutæ intelliguntur. Particulares uero Cæremo-
 nias sunt, quæ per loca terrarum regionesque uariantur, ut quod tem-
 poribus Augustini alij ieiunabant Sabbato, alij non ieiunabant: alij
 quotidie communicabant corpori & sanguini Dominico, alij tan-
 tum Dominico die, et si quid aliud huiusmodi animaduerti potest. Ac
 totum hoc genus rerum (ut idem Aug. docet) liberas habet obseruatio-
 nes. Nec disciplina ulla est in his melior graui prudentisque Christiano,
 quam ut eo modo agat, quo agere uiderit Ecclesiam, ad quamcunque
 forte diuerterit, Est enim in his saluberrima regula retinenda, quam
 idem sanctus pater tradidit: ut quæ non sunt contra fidem, neque contra
 bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem uitæ melioris, ubi
 cunque institui uidemus, uel instituta cognoscimus: non solum non
 improbemus,

Cæremo-
 nias infirmi-
 oribus neces-
 sariæ sunt,

1. Corin. 11.

Aug. Epi. 118.

1. Cor. 11.

Uniuersales
 Cære-
 monias.
 Epist. 118.

Particula-
 res Cære-
 monias.

Regula cir-
 ca particu-
 lares Cære-
 monias.

improbemus, sed etiam laudando & imitando sectemur. Notum tamen inficias, quaedam quidem in Primitiua Ecclesia particulares fuisse Caeremonias, quae postea factae sunt uniuersales: quaedam diuerso modo seruatas, quae postea ad unam & eandem certam formam redactae fuerunt: Qualis est celebratio Paschatis, trina mersio in Baptismo, & similes, De quibus posthac latius dicemus.

De Caeremonijs, quid in Concilio statuendum sit. Cap. II.

Praue haereticorum Caeremoniae sunt abolendae.

c. 16. Bruni.

Cap. 14.

Cap. 20.

Ruth. 1.

Caeremoniae ab haereticis abolitae, sunt restituendae.

Dissonantia Caeremoniarum per Concilium tollenda.

DE Caeremonijs igitur primū in Concilio uniuersalitate statuendum erit, ut si alicubi falsa & impia de Caeremonijs dogmata recepta fuerint, abiciantur. Sic Bracarense Concilium quaedam Caeremonias Pelagianorum & Priscillianistarum condemnat, ut illam de Missa, Si quis, inquit, Quinta feria Paschali, quae uocatur Coena Domini, hora legitima post nonam ieiunus in Ecclesijs Missas non tenet, sed secundū sectam Priscilliani, festiuitatem ipsius, ab hora Tertia per Missas defunctorum soluto ieiunio colit, anathema sit, Item illam de esu carniū, Si quis immundos putat cibos carniū, quas Deus in usum hominum dedit, non propter afflictionem sui corporis, sed quasi immundiciam putans, ita absteat ab eis, ut nec olera cocta cum carnibus praegustet, sicut Manichaeus & Priscillianus docuerunt, anathema sit. Item illam de saluatione Episcoporum & presbyterorum, & responsione populi, placuit, ut non aliter Episcopi, & aliter presbyteri populū: sed uno modo salutent, dicentes, Dominus uobiscum, sicut in libro Ruth legitur, & ut respondeatur a populo, Et cum spiritu tuo, sicut & ab ipsis Apostolis traditum omnis retinet Oriens, & non sicut Priscilliana haereticis permutauit. Deinde si quae Caeremoniae ab Ecclesia receptae et probatae, haereticorum malicia sublatae fuerint, conueniet ut haec ipsae, siue uniuersales fuerint, siue particulares, & uera earundem dogmata restituantur. Sic septima Synodus imagines sanctorum, quas haereticis ex templis eiecerant, restituit. Proinde & nostris temporibus omnium maximē necessarium erit, ut non solum imagines, sed omnes propè ritus diuini cultus, in sacrificio Missae, in sacramentis, in orationibus, ieiunijs, alijsq; obseruationibus: quos impius & sacrilegus haereticorum furor perturbauit, & quosdam etiam penitus destruxit & aboleuit, redintegrentur, & in priorem ordinem & nitorem reponantur. Si qua autem diuersitas aut dissonantia in Ecclesiasticis Caeremonijs fuerit, in primis curabunt patres Concilij, ut ea diuersitas in unam & concordem consonantiam & formam redigatur. Et si quidem particulares fuerint aliquarum Ecclesiarū unius regni uel prouinciae, pari quoq; forma obseruentur, Sin

Si uero uniuersales fuerint, ut ipsarum par quoq; usus sit & consuetudo, per uniuersalem Ecclesiam. Nam in uniuersum decet, ut Episcopi in recta fide & in sacramentis non discrepent, sed concordēs sint. Ut Victor Papa Aphricanos Episcopos hortatur. De primo igitur genere Caeremoniarum Concilium Toletanum Quartū, talem Canonem adidit. Post rectae fidei confessionem, quae in sancta DEI Ecclesia praedicatur, placuit ut omnes sacerdotes, qui Catholicae fidei unitatem complectimur: nihil ultra diuersum aut dissonum in Ecclesiasticis sacramentis agamus, ne quaelibet nostra diuersitas, apud ignotos seu carnales schismaticis errorem uideatur ostendere, & multis externis scandalum uarietas Ecclesiarum. Vnus ergo ordo orandi atq; psallendi, per omnem Hispaniam atq; Galliciam, conseruetur: Vnus modus in Missarum solemnitatibus: unus in uespertinis officijs, nec diuersa sit ultra in nobis Ecclesiastica consuetudo. Quia in una fide conuenimur & regno. Hoc enim & antiqui Canones decrueunt, ut una in prouincia, et psallendi & ministrandi parem consuetudinem teneant. Item Concilium Toletanum undecimum, De his qui contra Apostolicam uoluntatem circumferuntur omni tenore doctrinae, placuit huic Synodo Concilio, ut Metropolitanæ sedis auctoritate coacti, uniuersusq; prouinciae Pontifices Rectorcsq; Ecclesiarum, unum eundemq; in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana sede cognouerint institutum, nec aliqua diuersitate cuiuscunq; ordinis uel officij, a Metropolitana sede se patiantur diiungi. Sic enim iustum est, ut hinc uniuersusq; sumat regulas magisterij, unde honoris consecrationem accipit: ut iuxta maiorum decreta, sedes, quae uniuersusq; sacerdotalis mater est dignitatis, sit Ecclesiasticae magistracionis. Abbatibus sane indulis officijs, quae iuxta uoluntatem sui Episcopi regulariter illis implenda sunt, cetera officia publica, id est, uesperas, Matutinum siue Missam, aliter quam in principali Ecclesia celebrare non liceat &c. Id aut omnium maxime curarunt Metropolitanæ regnorum & prouinciarum, & qui sub eis fuerunt Episcopi, ut in obseruandis Caeremonijs, morem & consuetudinem Ro. Ecclesiae custodirent, idq; ut ita fieret, in concilijs quoq; uniuersalibus localibus decrueunt. Sic enim Bracarense Primū, Postquam omnibus eiusdem patribus placuisset, ut ea quae apud unum quencq; eorum uaria & inordinata consuetudine retinebantur, unio inter eos & concorditer celebrarentur officio, proposita quadam instructione Apostolicae sedis, ad profuturum Episcopum Bracarensem, longe ante missa, inter cetera de una eademq; ab omnibus Caeremoniarum forma custodienda, ita constituerunt. Placuit omnibus communi consensu, ut unus atq; idem psallendi ordo, in matutinis uel uespertinis officijs teneatur, ac nō diuersa ac priuatae Monasteriorum consuetudines contra Ecclesiasticas regulas sint permixtae. Item placuit, Ut per solennium dierum uigilias uel Missas,

Conformitas Ecclesiasticis uibus per totam regnum Hispaniam.

c. 1. Tolet. 11.

Ut in quolibet prouincia Metropolitanae uniuersusq; sumat regulas magisterij, unde honoris consecrationem accipit: ut iuxta maiorum decreta, sedes, quae uniuersusq; sacerdotalis mater est dignitatis, sit Ecclesiasticae magistracionis. Abbatibus sane indulis officijs, quae iuxta uoluntatem sui Episcopi regulariter illis implenda sunt, cetera officia publica, id est, uesperas, Matutinum siue Missam, aliter quam in principali Ecclesia celebrare non liceat &c.

In Caeremonijs cultu diuina est obseruanda Ro. Ecclesiae.

c. 18. Bruni.

c. 19.

c. 20.

Missas, omnes easdem, & non diuersas lectiones in Ecclesia legant,
 6. 22. Item placuit, ut eodem ordine Missæ celebrentur ab omnibus, quo
 6. 23. Profuturus quondam huius Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus, ab
 ipsa Apostolicæ sedis autoritate suscepit scriptum. Item placuit, ut
 nullus eum Baptizandi ordinem prætermittat, quem & antea tenuit
 Metropolitana Bracarensis Ecclesia, & pro amputanda aliquorum
 dubietate, prædictus Profuturus Episcopus, scriptū sibi, & directum à
 sede beatissimi Petri Apostoli, suscepit. De uniuersalibus autem
 Cæremoniis, idem semper curarunt Ro. Pontifices & Concilia, ut
 eodem modo per uniuersam Ecclesiam custodirentur. Nam ut alia
 mittam, unum tantum de solennitate Paschatis exemplum afferam.
 Temporibus Victoris Ro. Pontificis (Eusebio attestante) in prouin-
 cijs Asiæ quæstio oriebatur de celebratione Paschatis, Episcopis Asiati-
 cis affirmantibus, Pascha Quartadecima Luna obseruandum esse,
 quando scilicet Iudæis agnus præcipitur immolari, ita ut quacunq;
 die septimanæ Quarta decima luna uenisset, soluendum esset Pascha-
 le ieiunium, & hanc consuetudinem sibi à ueteribus traditam esse con-
 tendebant. Quippe ita obseruasse Ioannem Apostolum, qui super
 pectus domini requieuit: Philippum Euangelistam, Polycarpum,
 Thraseam, & alios Episcopos & Martyres etc. Verum cum hæc
 consuetudo, in nullis prorsus alijs Ecclesijs unquam obseruata fuisset,
 ut quæ Apostolicis traditionibus esset contraria. Sic enim habet Ca-
 non Apostolorum octauus. Si quis Episcopus aut presbyter, aut Dia-
 conus, sanctum diem Paschæ ante uerum æquinoctium cum Iudæis
 celebrauerit, deponitor. Item Pius Papa Primus, ad uniuersos
 Christi fideles scribens. Cæterum, inquit, nosse uos uolumus, quod
 Pascha Domini, die Dominica annuis solennitatibus sit celebran-
 dum: Idcirco conuentus Episcoporum et Concilia, per singulas quasq;
 prouincias conuocati sunt. Itaq; prorogatis ad se inuicem epistolis, de
 singulis quibusq; locis, unum omnes Ecclesiasticum dogma confir-
 marunt: Ne liceat aliquando nisi in die Dominica, in qua Dominus
 resurrexit à mortuis, Dominicum Paschæ celebrare mysterium, & in
 hac sola soluendum esse paschale ieiunium: ut Concilij apud Cæsaream
 Palestinæ habiti, Concilij Romani sub Victore celebrati, & Concilij
 Gallorum, cui Irenæus præfuit, decreta testantur. Victor ad Theo-
 philum Alexandriæ Episcopum scribens, huiusmodi decretum planius
 exprimit hoc modo. Celebritatem, inquit, sancti Paschæ die Domini-
 ca agi debere, & prædecessores nostri iam statuerunt, & nos illud uo-
 bis eadem die celebrari solenniter mandamus: quia non decet, ut mem-
 bra à capite discrepent, nec contraria gerant. A Quartadecima uero
 Luna primi mensis, usq; ad uicesimum primum eiusdem mensis, die
 eadem celebretur festiuitas. Hoc igitur dogmate ita confirmato,
 idem Victor suarum partium esse ratus, ut hoc ipsum ab omnibus
 Ecclesijs

Contentio
 Asianorū
 Episcopoz
 rum de ob-
 seruatione
 Paschatis.
 Euseb. Lib. 5.
 c. 23. 24. 25.
 26.

Contra A-
 sianos de
 Paschate.

Papa Pius 1.
 Epistola 1.

Mandatū
 Victoris
 Papæ de
 Paschate.

Ecclesijs per uniuersum orbem obseruari curaret, totius Asiæ ac uici-
 narum prouinciarum Ecclesijs mandat, ut relicta eorum consuetudi-
 ne, Quod de celebratione Paschatis Romana & Apostolica decre-
 uisset Ecclesia, id ipsæ quoq; custodirēt. Cui mādato Apostolico etsi eo
 tempore Asiaticæ Ecclesiæ non obtemperauerint, sed mordicus semel
 receptam consuetudinem retinuerint: Tamen sequentibus tempori-
 bus Nicæna & aliæ quædam Catholicæ Synodi non ferentes, ut in
 Cæremonia uniuersali non esset in uniuersali Ecclesia concordia, &
 sententiam Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ confirmarunt, & om-
 nem de Paschatis celebratione discordiam sustulerunt. Sic enim pa-
 tres Nicæni Concilij ad Episcopos per Ægyptū, & Lybiam, et Pen-
 tapolim constitutos scribunt. Euangelizamus autem uobis & de con-
 sonantia sanctissimi Paschæ, quia uestris orationibus est correctum
 etiam hoc opus: ita ut omnes Orientales fratres, qui cum Iudæis pri-
 mitus celebrabant, consonē cum Romanis, & uobiscum, & cum om-
 nibus ab initio Pascha custodientibus, ex hoc tempore debeant custo-
 dire. Epiphanius duo maxima DEVM nobis per Constantinum
 Principem tribuisse affirmat. Quod congregauit uniuersalem Syno-
 dum, & didicit fidem in Nicæa æditam, quam confessi sunt isthic cum
 subscriptione Episcoporum, qui ibidem conuenerant, quo Arrius
 subuerteretur, et fidei puritas omnibus prædicaretur; & quod curauit,
 quod ab ipsis corrigeretur Paschatis festiuitas ad unionem nostram.

Ac talem quidem constitutionem Nicæna Synodi, Syluester Pa-
 pa in Romana Synodo post Nicænam, præsentē Constantino Prin-
 cipe celebrata, cum alijs Actis Synodalibus confirmauit, omnibusq;
 custodiendam mandauit. Omnibus (inquit) Episcopis & presbyte-
 ris præceptum est, Paschæ obseruantiam custodire à luna 14, usq; ad
 uicesimam primam. Ita ut dies Dominicus coruscet: Et dixerunt Epi-
 scopi, placet. Item patres Arelatensis Concilij primi, ad Syluestrum
 Papam de eadem re ita scribunt. De obseruatione Paschæ Domini,
 ut uno die & tempore per omnem orbem obseruetur, & iuxta consue-
 tudinem literas ad omnes tu dirigas. Illud tamen diligenter ca-
 uendum erit, ne dum in obseruatione Cæremoniarū concordia quæ-

ritur, interim non solum schismata augeantur, sed etiam pax publica
 Ecclesiarum lædatur. Quo casu magis fortasse consultum fuerit, tantis-
 sper dissimulare, donec salua publica pace, concordia conciliari possit.
 Quapropter Irenæus, tametsi cum Romana Ecclesia Resurrectionis
 Dominicæ mysterium, in die Dominico celebrandum ipse quoq; con-
 firmet: Tamen Soterem, Anicetum, Pium, Higinum, Telesphorum,
 & Xistum, Romanos Pontifices, hoc maxime nomine commendat,
 quod etiam cum his communicauerint, qui Pascha pro consuetudine
 Romanæ Ecclesiæ non celebrassent. Rursus uero Victorem acrius ar-
 guit, quod Asiæ & uicinarum prouinciarum Episcopos, quia in cele-
 bratione

Trip. lib. 1. c. 22.

Contra heret-
 ses lib. 3. To. 1.

cap. 1.

Ne ledatur
 pax publi-
 ca propter
 aliquā Cæ-
 remoniam
 particula-
 rem.

Euseb. ca. 24.
 lib. 5.

bratione Paschæ cū Ro. Ecclesia concordare uellent, à communionis societate segregasset: in alijs quoq; Cæremonijs pacis & concordie rationem habendam esse affirmans. Non solum, inquit, de die Paschæ agitur controuersia, sed etiam de ipsa specie ieiuniorum, Quidam enim putant una tantū die obseruari debere ieiunium, alij duobus, alij uero pluribus, nonnulli etiam Quadraginta: ita ut horas diurnas nocturnasq; computantes diem statuunt. Quæ uarietas obseruantia; non nunc primū, neq; nostris temporibus cœpit: sed multo ante nos, ex illis (ut opinor) qui non simpliciter quod ab initio traditum est tenentes, in alium morem uel per negligentiam, uel per imperitiam postmodo decidere. Et tamen nihilominus omnes isti, etiam cum in obseruatione uariarent, inter semetipsos, et pacifici fuerunt semper nobiscum, & sunt: nec dissonantia ieiunij fidei consonantiam rupit. Potestremo, sunt quædam Cæremonia; in Ecclesia prorsus inutiles, quæ scilicet neq; deuotionem in cordibus hominum accendunt, neq; ad uerum cultum Dei respiciunt, nec aliquid ad exhortationem melioris uitæ habent: quarumq; adeo nulla, cur ita institutæ sint, iusta ac pia ratio reddi potest: Ac de his obseruandum erit quod Augustinus ad Ianuarium scribit. Quod autem, inquit, instituitur præter consuetudinem, ut quasi obseruatio sacramenti sit, approbare non possum, etiam si multa huiusmodi, propter nonnullarum, uel sanctarū, uel turbulentarum personarum, scandala deuitanda, liberius improbare non audeo: sed hoc nimis doleo, quia multa, quæ in diuinis libris saluberrima præcepta sunt, minus curant: Et tam multis præsumptionibus plena sunt omnia, ut grauius corripiatur, qui per octauas suas, terram nudo pedetigerit, quam qui mentem uinolentia sepelierit. Omnia itaq; talia, quæ neq; sanctarum scripturarum autoritatibus continentur, nec in Concilijs Episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine uniuersæ Ecclesiæ roborata sunt: sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter uariantur, ita ut uix aut omnino nusquam inueniri possint causæ, quas in eis instituendis homines sequuti sunt: ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione rescanda existimo. Quamuis enim neq; hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint: Ipsam tamen religionem, quam paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis, misericordia Dei liberam esse uoluit, seruilibus oneribus premunt: ut tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus subijciuntur. Sed Ecclesia Dei, inter multam paleam multaq; zizania constituta, multa tolerat: & tamen quæ sunt contra fidem uel bonam uitam, non approbat, nec tacet, nec facit. Iam uero, quo omnia hæc planiora fiant, quid in singulis generibus Cæremoniarum statuendum in Concilio sit, ordine demonstrabimus.

De Cære-

Varietas
olim in ob-
seruatione
ieiunij.

Abolenda
inutiles &
superflua
Cæremonia.

Aug. Epi. 119.

Regula Ge-
neralis S.
Aug.

De Cæremonijs personarum Ecclesiasticarum.
Caput III.



Venadmodum in ueteri testamento Dominus ex electo populo sublegit filios Leui, qui specialiter sibi in ministerijs tabernaculi seruirent. Sicut ad Aaron loquutus est: Ego, inquit, dedi uobis fratres uestros Leuitas de medio filiorum Israel, & tradidi donum Domino, ut seruiant in ministerijs tabernaculi eius. Quos postea Rex Dauid instituit, ut starent manē ad + consecrandum & canendum domino, similiterq; ad uesperam. Sic & in nouo testamento, ex populo Christiano sublecti sunt Clerici & sacerdotes, ut illi specialiter Domino seruiant, & uirtutes eius enarrando, eum laudent & colant. Quod Petri Apostoli autoritate probatur, ad eos sic scribitis: Vos autem genus electum, Regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut uirtutes annuncietis eius, qui de tenebris uos uocauit, in admirabile lumen suum. Est igitur prima Cæremonia personarum, ut sicut filij Leui, certis temporibus & horis, laudibus diuinis deuotius insistebant: ita & Clerici idem officium, in celebrandis diuinis laudibus & ministerijs præstare debeant. Nam & Clerici à sorte Domini dicti sunt, à κληρὸς, Quod est fors uel hæreditas, eò quod sunt de sorte Domini, ipsum pro sorte & hæreditate sua cū filijs Leui in perpetuum possessuri, dum modo hic debito cultu, & digna laudatione ei seruerint, ut uerè dicere possint, Dominus pars hæreditatis meæ. Augustinus alibi Cleros & Clericos hinc appellatos esse putat, quod sint in Ecclesiasticis ministerijs gradibus ordinati, quia Mathias sorte electus est, quem primū per Apostolos legimus ordinatum. Generaliter igitur omnes Clerici nuncupantur, qui in Ecclesia Christi deseruiunt. Porro in hac Cæremonia duo tēpora spectantur, unū Apostolorum, alterum eorum, qui Apostolis in regimine Ecclesiarum successerunt. Apostolorum temporibus gradus spiritualium officiorum hii fuerunt, Apostoli, Prophetæ, Euangelistæ, Pastores, & Doctores: Quos Paulus ad Ephesios his uerbis enumerat, Vnicuiq; autem nostrum data est gratia, secundū mensurā donationis Christi, propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuā duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Et post pauca, Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios uerò Euangelistas, alios autem pastores & doctores: ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Apostoli sunt specialiter à Deo electi, & ad prædicandum Euangelium uocati & segregati. Et si enim multos discipulos habuerit Christus, tot uidelicet, quot in eum credentes, ma-

Leuitarum
ordo & of-
ficium in
uet. test.
Nume. 18.

1. Paral. 23.
+ confite-
ndum.

Clericorū
& sacerdo-
rum Institū-
tio in nouo
test.

1. Pet. 2.

Cæremonia perso-
narum.
Clerici.

Aug. in Psal.
67.
Psal. 15.

Ministri
Ecclesiæ
temporib;
Apostolorū.

Ephes. 4.
Psal. 67.

Electio
XII. Apo-
stolorum.

B

tes, ma-

Augu. de consensu Evangelistarum lib. 2. c. 17. Lucæ. 6.

Augu. in enarratione Psal. 59 et in Psal. 103. Grego. lib. 1. morali. c. 12. Plures quã XII. Apostoli.

Hiero. lib. 1. Comment. in Epistolam ad Galatas, et lib. 3. Commentario rum in Esaiam 1. Cor. 15. Ro. 16.

Phillip. 2.

2. Corinth. 8. + gloriæ Christi. Duodenarius uniuersitatem significat.

Matth. 19. Aug. in enarratione in Psal. 96. et in Psal. 45. 2. Corinth. 6.

tes, magisterio eius ad regnum cœlorum erudiebantur: tamen inter omnes, duodecim elegit, ut Lucas scribit: Et cum dies, inquit, factus esset, uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit, Simonem, quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum et Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem qui uocatur Zelotes, Iudam Iacobi, & Iudam Iscarioten qui fuit proditor. Duodecim autem elegit, quia in uniuersum orbem terrarum erant mittendi. Mundus autem quatuor partibus constat, quæ sunt Oriens, Occidens, Aquilo, Meridies. Duodenarium autem ter quaterni faciunt, Ad quos quatuor terminos orbis missum est uerbum Dei, sicut & Euangelia Quatuor conscripta sunt. Cæterum duodecim electi sunt à Christo, non quia præter hos alij eligi, aut electi esse non possent Apostoli: nam & præter duodecim Tertiusdecimus (ut ait S. Hieronymus) electus est Iacobus, qui appellatur frater Domini, Et Decimusquartus Apostolus, Paulus, uas electionis. Sicut & multi alij præter duodecim aut quatuordecim illos, uocati sunt Apostoli, Sicut Apostolus ad Corinthios scribens: Quia uisus est, inquit, Cephæ et post hæc illis undecim, deinde uisus est plus quã Quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usq; ad huc, quidam autem dormierunt, Deinde uisus est Iacobo; deinde Apostolis omnibus. Item ad Romanos, Salutate (inquit) Andronicum & Iuliam, cognatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, qui et ante me fuerunt in Christo Iesu. Paulatim igitur tempore procedente, & alij ab ijs, quos Dominus elegerat, ordinati sunt Apostoli. Sicut ille ad Philipenses sermo declarat, dicens, Necessarium autem existimans, Epaphroditum fratrem, cooperatorem, & commilitonem meum, ueltrum autem Apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad uos. Et ad Corinthios de talibus scribitur: Siue fratres nostri Apostoli Ecclesiarum + in gloria Dei. Sed cur duodecim tantum Christus uocauit Apostolos? Quia scilicet duodecim eligendo, non ad numerum personarum, sed ad mysterium potius per numerum significatum respexit. Vnde non duodecim tantum à Christo nominati, sed alij etiam per ipsum in ministerium uerbi sui segregati, hoc duodenario numero compræhenduntur: siquidem numerus ille duodenarius uniuersitatem significat. Ideoq; Apostoli quotquot sunt, qui à Deo electi sunt, propter significationem uniuersitatis ad Apostolos duodecim pertinent. Ad quem sensum & illud accipiendum est. Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Non enim duodecim tantum nominati iudicabunt, cum & Apostolus Paulus se iudicaturum dicat, non homines tantum, sed etiam Angelos. Est igitur & in hoc dicto sacramentum uniuersitatis: ut scilicet quotquot de uniuerso orbe iudicaturi sunt, propter significationem uniuersitatis ad duo-

ad duodecim sedes pertineant. Prophetæ non illi tantum sunt, Prophetæ, qui futura uaticinatur, quales in ueteri legimus testamēto, sed qui infideles & imperitos arguant, & diiudicent, Tales quippe Prophetas noui testamenti, idem Apostolus esse diffinit. Euangelistas intelligit Apostolus, quorum speciosi sunt pedes, ad annunciandam pacem, Pastorum & Doctorum, siue magistrorum (ut Hieronymus et Ambrosius legunt) idem est officium: Non enim ait, alios autem pastores, & alios magistros, sed alios pastores & magistros: Nec in Ecclesijs, quamuis sanctus sit, pastoris sibi nomen assumere potest, nisi possit docere quos pascit: Vel certe aliter, ut unus atq; idē præses Ecclesiæ, sit pastor & Doctor, pastor ouium, magister hominum, Homines quippe & iumenta saluos facies Domine. Atq; hij sunt gradus officiaq; Ordines diuinarum ministeriorum, quos Apostolicæ Ecclesiæ habuerunt. Sed & præter hos, alij quoq; Clericorum ordines à Christo et Apostolis instituti, et introducti sunt: Sed quorum usus crescente iam & ubiq; se per uniuersum orbem diffundente Ecclesia, pro diuersitate temporū, ut Spiritui sancto & Ecclesiæ Christi uisum est, uariatus est, Quorum nomina sunt hæc, Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus. Quæ ab Isidoro in hunc modum explicantur. Ostiarij, id est, ianitores sunt, qui in ueteri testamento electi sunt, ad custodiam templi, ut non ingrederetur in illud immundus. Dicti autem Ostiarij, eo quod præfunt ostijs templi: ipsi enim tenentes clauem, omnia intus & extra custodiunt, atq; inter bonos et malos habentes iudicium, dignos recipiunt, indignos respuunt. Lectores à legendo, sicut Psalmistæ à Psalmis canendis, uocati sunt: illi enim prædicant populis uoluntatem Dei, & quid sequantur: isti canunt ut excitent ad cõpunctionē animos audientium. Ad lectores autē pertinet, lectiones pronuntiare, & ea quæ Prophetæ uaticinati sunt, populis prædicare: ut iam ex officio in Ecclesia legant lectiones & Prophetas. Exorcistæ, adiuratores siue increpantes uocantur. Est enim idem, quod adiuro, inuocant enim super Catechumenos, uel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesu, aditantes per eum, ut egrediat ab eis. Hoc officio Dominus quoq; usus est, quando salua sua tetigit aures & linguam surdi & muti, dicens + Ephpheta quod est ad aperire. Similiter quãdo daemónicos sanauit, qui et Apostolis hæc potestate, nimirum eijcendi daemonia, contulit. Acolyti graece, latine Ceroferrarij dicuntur, à deportandis ceris, quando legendum est Euangelium, aut sacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eodē tempore rutilat: sed ad signum lætitiæ demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, De qua in Euangelio legitur: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, Ad Acolytum autem pertinet præparatio luminarium

1. Corinth. 14. Euangelistę Esai. 52.

Pastores et Doctores.

Psal. 35.

Ordines Clericorū.

Lib. 7. c. 11. Etymolog. Petrus Lombard. lib. 4. sent. Theolog. dist. 24. Et Gratianus dist. 21. c. Cleros.

Ostiarij. Lectores.

Exorcistæ.

Marc. 7.

+ Effeta.

Acolyti.

Iob. 1.

Hypodiacones.

Subdiaconi legi continentiae subiecti sunt.

Esai. 52. Diaconi.

Num. 3.

Officia Diaconorum.

Acto. 6.

Presbyteri. c. porro. 84. dist.

Sap. 4.

Num. 11.

luminarium in sacrario, ipse cereum portat, ipse urceolum cum uino et aqua suggesta, pro Eucharistia Subdiaconis praeprarat. Hypodiacones graece, quos Subdiacanos uocamus, ideo sic appellantur, quia subiacent praeceptis & officijs Leuitarum seu Diaconorum: Oblationes enim in templo Domini a fidelibus suscipiunt, & Leuitis superponendas altaribus deferunt. Hij apud Hebraeos Nathanei uocantur, id est, in humilitate Domino seruientes. Ad Subdiaconum pertinet, calicem & patenam ad altare Christi deferre, & Leuitis tradere, eisq; ministrare, urceolum quoq; & aquae mantile, & manutergium tenere Episcopo, et Presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus, aquam praebere. His lex continentiae imponitur, quia qui altari propinquantes, uasa corporis & sanguinis Christi portant, uerbum illud implere debent: Mundamini qui fertis uasa Domini. Ad hos etiam pertinet, tantum de oblationibus ponere in altari, quantum sufficere possit populo, nec non corporales, & pallas, & substratoria lauare, Diaconorum ordo, in ueteri testamento a tribu Leui nomen accepit: dicuntur enim & Leuitae. Praecepit quippe Dominus Moyse, ut post ordinationem Aaron & filiorum eius, prorsus tribus Leui ad Diuini cultus ministeria ordinaretur, & consecraretur Domino: & seruirent Israel coram Aaron, & filijs eius in tabernaculo, ipsiq; gestarent Archam, & tabernaculum, & omnia uasa eius, & in circuitu tabernaculi excubarent, & in transportando tabernaculo ipsi deponerent, rursumq; componerent. Leuitae ergo, ex nomine Authoris uocati sunt, De Leui enim Leuitae exorti sunt: a quibus in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hij graece Diacones, latine ministri dicuntur. Quia sicut in sacerdote consecratio: ita in Diacono ministerij dispensatio habetur. Ad Diaconum pertinet, assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus quae aguntur in sacramentis Christi, scilicet in Baptismo, in Chrismate, in patena & calice, oblationes quoq; inferre & disponere: Componere etiam mensam Domini, praedicare Euangelium & Epistolam ad Populum. Nam sicut lectoribus uetus testamentum: ita Diaconibus nouum praedicare praecceptum est. Hic ordo ab Apostolis celebratus est, quando septem uiros, plenos Spiritu sancto ad hoc officium elegerunt, et oratione praemissa, manus eis imposuerunt. Vnde & consuetudo inoleuit, ut in omni Matrice Ecclesia, septem Diacones circa Christi aram, quasi septem columnae assistant. Presbyter graece, latine senior interpretatur non propter aetatem, uel decrepitam senectutem: sed propter honorem & dignitatem, quam acceperunt, presbyteri nominantur: qui morum prudentia, et maturitate conuersationis praecellere debent in populo. Vnde scriptum est, Senectus uenerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata. Cati enim sunt sensus hominis: & aetas senectutis, uita immaculata. Et Moyse praecipitur, ut eligat Presbyteros, id est, seniores,

seniores, non quidem propter decrepitam aetatem uel senectutem, sed propter sapientiam, Ideo Presbyteri etiam sacerdotes uocantur, quia sacrum dant: Quia licet sint sacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent, sicut Episcopi: Ideo ipsi nec Chrismate frontem signant, nec Paraderum dant, quod solis debere Episcopis lectio Actuum Apostolicorum demonstrat: & posthac a nobis ex sanctis patribus demonstrabitur. Ad Presbyterium autem pertinet, sacramentum corporis & sanguinis domini in altari Dei conficere, orationes dicere, & dona Dei benedicere. Ordo autem Episcoporum quadripartitus est, scilicet in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, & Episcopis. Quorum omnium rationem ad hunc modum explicare possumus, Vt Patriarcha summus patrum interpretetur, quia primum post Apostolicum tenet locum: & ideo quia summo honore fungitur, tali nomine censetur sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus &c. Archiepiscopus graeco interpretatur uocabulo, quod sit summus Episcoporum, id est, Primas, tenet enim uicem Apostolicam, & praesidet tam Metropolitanis quam caeteris Episcopis. Metropolitanus autem a mensura ciuitatum uocantur, singulis enim prouincijs praecminent, quorum authoritati & doctrinae caeteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquis agere licet Episcopis: Sollicitudo enim totius prouinciae Archiepiscopis commissa est. Omnes autem superiores designati ordines, uno eodemq; uocabulo Episcopi nominantur: Inde dicto uocabulo, quod ille qui efficitur Episcopus superintendat, curam scilicet gerens subditorum, Ambrosius Episcopum dici putat quasi Superinspectorem: Ideoq; & in folio eum in Ecclesia aeditiore residere, ut sicut ipse cunctos respicit: ita & cunctorum oculi ipsum respiciant. Item Speculatores appellantur, quasi populorum quibus praepositi sunt, obseruatores, custodes, & praefecti: qui speculentur & prospiciant populorum subditorum mores & uitam. De quibus per Prophetam dicit Dominus, Ille quidem in suo peccato morietur: sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram. In qua significatione Ethnici quoq; nomine Episcopi usi sunt, Vt Cicero ad Atticum: Vult enim me Pompeius esse, quem tota haec Campania & Maritima ora habeat επισκοπος. Item Pontifices dicuntur, quasi uia sequentium, & pontem ad uitam aeternam nobis facientes, Nec sane praeter eundem hoc loco uidetur, quod Anacletus Papa, ante annos Mille Quadringentos (siquidem post Christum natum, Anno. LXXXVIII. Tertius a Petro Clementi in Pontificatum successit) de diuisione prouinciarum, et Episcopatum, uarijsq; officiorum gradibus Episcoporum, ad Italiae Episcopos scripsit. Prouinciae autem, inquit, inulto, ante Christi aduentum, tempore diuisae sunt, maxima ex parte: et postea ab Apostolis et beato Clemente praedecessore nostro, ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouinciarum, ubi dudum Primates leges

Presbyteri dicuntur et sacerdotes.

Acto. 8.

Ordo Episcoporum quadripartitus.

In Decretis dist. 21. c. Clea ros.

In senten. lib. 4. dist. 243

Cur & uia de dicuntur Episcopi. De dignitate sacerdotali c. 6.

Aug. lib. 1. de Cui. Dei. c. 9.

Ezech. 33.

Lib. 7.

Pontifices: Anacletus episcopus stola 2.

Prouinciarum diuisio ante Christum natum saeculi in carnes.

sæculi erant, ac prima iudiciaria potestas: ad quos, qui per reliquas ciuitates conuocabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris uel Regum confugere non poterant, uel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressiõibus, uel iniusticijs suis. Ipsosq; appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat.

Primates in Ipsis quoq; in ciuitatibus, uel locis nostris, Patriarchas uel Primates, **prouincijs.** qui unam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinæ & Ecclesiasticæ poni, et esse iusserunt, ad quos Episcopi (si necesse fuerit) confugerent, eosq; appellarent, & ipsi Primatum nomine fruerentur, non alij. Reliquæ uero Metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores comitibus essent) haberent Metropolitanos suos, qui prædictis iuste obedirent Primatibus: sicut et in legibus sæculi olim ordinatum erat, qui non Primatum, sed aut Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruerentur. Et licet singulæ Metropoles ciuitates, suas prouincias habeant, et suos Metropolitanos iudices habere debeant Episcopos: sicut prius Metropolitanos iudices habebant sæculares, Primates tamen (ut præfixum est) et tunc, & nunc habere iussæ sunt, ad quos post sedem Apostolicam summa negocia conueniant: ut ibidem, quibus necesse fuerit, releuentur, & iuste restituantur: & hi qui iniuste opprimuntur, iuste reformentur, atq; fulciantur: Episcoporumq; causæ, & summorum negotiorum iudicia (salua Apostolicæ sedis auctoritate) iustissimè terminentur. Hæc ab

Metropolitani Episcopi. antiquis, hæc ab Apostolis, hæc à sanctis patribus accepimus, uobiscq; (ut postulastis) rimanda, & futuris tenenda temporibus, mittimus: et reliquis fratrib. prædicanda, accunctis fidelib; tradenda, mandam; ne pastorum imperitia, qui sequuntur, deteriores fiant, Dicente Domino per Prophetam: Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiã. Quos rursus Dominus detestatur, dicens: Et tenentes legem, nescierunt ment Episcopi. Nesciri ergo ueritas se ab eis conqueritur, & nescire se principatum nescientium protestatur: Quia profecto hi, qui ea, quæ sunt Domini, nesciunt, a Domino nesciuntur, Paulo attestante, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur. Hinc & Psalmista, non optantis animo, sed prophetantis mysterio, denunciat, dicens: Obscurentur oculi eorum, ne uideant, & dorsum eorũ semper incurua. Obscuratis ergo oculis, dorsum flectitur, quoniã cũ lumẽ scientiæ perdũt qui præeunt, sine dubio ad portã

Antiquissima sedis Apostolicæ Auitioritas. Quædã cũ tãda peccatorũ onera, inclinãtur sequẽtes. Nec sane mirũ, qd defunctis Apostolis, Ecclesiasticorũ graduũ usus commutatus est, et ijdẽ quantũ mutata sũt doquidẽ Apostoli multa etiã uiuẽtes, et introduxerũt, et prius etiã statuta cõmutarũt. Id quod multis in locis et Actus Apostol. et Apostolicæ Epistolæ facile demonstrãt. Etenim Apostolorũ tẽporib;, idẽ erat Presbyter, qui et Episcopus. Quod ipsis etiã Apostolicis scripturis probat. Sic enim scribit Apostol; Paul;: Propter hoc reliqui te Cretæ, ut quæ deerãt corrigeres, et cõstitueres Episcopos per ciuitates, sicut tibi mandauit.

Quædã cũ tãda peccatorũ onera, inclinãtur sequẽtes. Nec sane mirũ, qd defunctis Apostolis, Ecclesiasticorũ graduũ usus commutatus est, et ijdẽ quantũ mutata sũt doquidẽ Apostoli multa etiã uiuẽtes, et introduxerũt, et prius etiã statuta cõmutarũt. Id quod multis in locis et Actus Apostol. et Apostolicæ Epistolæ facile demonstrãt. Etenim Apostolorũ tẽporib;, idẽ erat Presbyter, qui et Episcopus. Quod ipsis etiã Apostolicis scripturis probat. Sic enim scribit Apostol; Paul;: Propter hoc reliqui te Cretæ, ut quæ deerãt corrigeres, et cõstitueres Episcopos per ciuitates, sicut tibi mandauit.

dati, scẽ. Noli negligere gratiã, quæ tibi data est per pphetiã, et per impositionẽ manũ Presbyteri. Sic et Petrus in priori Epistola: Presbyteros qui in uobis sunt (inquit) precor ego cõpresbyter, et testis passionũ Christi, et futuræ (q̄ reuelãda est) gloriæ particeps + regite gregẽ Christi, et inspicite nõ ex necessitate, sed uolũtate iuxta Deũ. Et tamen postea factum est, ut inter Presbyteros unus eligeretur, qui cæteris præponeretur: sicut & Alexandria à Marco Euangelista, usq; ad Esdram & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper unum ex se eligebant, et in excelsiore gradu collocabant, quem Episcopum nominabant.

Et ad eundem modum multa quoq; alia commutata reperiuntur, ut ex his quæ de ministerijs Prophetarum, Euangelistarum, pastorum & magistrorum, ac eorundem commutatione scribit Ambrosius, facile colligi potest, qui post multa hæc quoq; subiungit. Postquam omnibus locis constitutæ sunt Ecclesiæ, et officia sunt ordinata, aliter composita res est quàm cõperat. Primum enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuscunq; diebus uel temporibus fuisset occasio.

Nec enim Philippus tempus quæsiuit, aut diem, quo Eunuchum baptizaret, neq; ieiunium interposuit. Nec Paulus & Silas tempus distulerunt quo Optionem carceris baptizarent cum omnibus eius. Necq; Petrus Diaconos habuit, aut diem quæsiuit, quando Cornelium cum omni dono eius baptizauit: nec ipse, sed iussit fratribus, qui cum illo uerant ad Cornelium ab Ioppe: Adhuc enim præter septẽ Diaconos, nullus fuerat ordinatus. Ut ergo cresceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est, & euangelizare, & baptizare, & scripturas in Ecclesia explanare. Vbi autem omnia loca circumplexa est Ecclesia, conuenticula constituta sunt, & rectores, & cætera officia in Ecclesijs sunt ordinata: ut nullus de Clero auderet, qui ordinatus non esset, præsumere officium, quod sciret non sibi creditum uel concessum: & cõpiti alio ordine & prouidentia gubernari Ecclesia, quia si omnes eadem possent, irrationabile esset, & uulgaris res, & uilissima uideretur. Hinc ergo est, unde nunc neq; Diaconi in populo prædicant, neq; Clerici uel Laici baptizant, neq; quocunq; die credentes tinguntur nisi ægri. Ideoq; non per omnia conueniunt scripta Apostoli ordinationi, quæ nũc in Ecclesia est: Quia hæc in ter ipsa primordia sunt scripta. Nam et Timotheũ Presbyterũ a se creatũ, Episcopũ uocat, quia primi Presbyteri, Episcopi appellabãtur, ut recedente eo sequens ei succederet. Deniq; apud Agyptum presbyteri consignant, si præfens non sit Episcopus: sed quia cõperunt sequentes Presbyteri indigni inueniri ad Primatus tenendos, immutata est ratio prospiciente Concilio, ut non ordo, sed meritum crearet Episcopum: multorum sacerdotum iudicio constitutum, ne indignus temerè usurparet, & esset multis scandalum. In lege nascebantur sacerdotes ex genere Aaron, Leuita: nunc autem omnes ex genere sunt sacerdotali, dicente Petro

Verba Ambro. super Ephe. 4. Acto. 8. et 16. Optionem, id est, custodiam quod optatus, id est, electus ad hoc esset, ut custodiret carcerem. Alias significationes huius nominis require apud Eudæum, in annotatione. Luti. ff. de iure immunitatis. Acto. 10. Officia in clero distincta.

Acto. 8. et 16. Optionem, id est, custodiam quod optatus, id est, electus ad hoc esset, ut custodiret carcerem. Alias significationes huius nominis require apud Eudæum, in annotatione. Luti. ff. de iure immunitatis. Acto. 10. Officia in clero distincta.

Acto. 8. et 16. Optionem, id est, custodiam quod optatus, id est, electus ad hoc esset, ut custodiret carcerem. Alias significationes huius nominis require apud Eudæum, in annotatione. Luti. ff. de iure immunitatis. Acto. 10. Officia in clero distincta.

1. Pet. 2.

Apostolo: Quia estis, inquit, genus Regale, & sacerdotale. Ideo ex populo potest fieri sacerdos. Hæc Ambrosius. Sed nec ita inter se discreta hæc Ecclesiæ officia ordinata fuerunt, ut plura etiam in una persona residere non potuerint. Quin potius secundum ueterum Canonum sanctiones, nemo ad superiores gradus, nisi per inferiores ascendere potuit: Ac proinde nemo Episcopus esse potuit, qui non idem prius Presbyter: nemo Presbyter, nisi qui idem prius Diaconus: nemo Diaconus, nisi qui ante Hypodiaconus fuisset. Et eodem modo

Epistol. prima ad Iſychiu Saſſonitanum Episcopum c. 1.

in cæteris, ut Canon Zozimi Papæ declarat. Si enim, inquit, officia secularia principem locum, non uel ibulum actionis ingressis, sed per plurimos gradus examinatis, temporibus deferunt: quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, ut in cœlesti militia (quæ propensius ponderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda) statim dux esse desiderat, cum tyro ante non fuerit, & prius uelit dicere quam discere? Assuescat in Domini castris, in lectorum primitus gradu diuini rudimenta seruitij: nec illi uile sit, Exorcistam, Acolyuum, Subdiaconum, Diaconum, per ordinem fieri, nec hoc saltu, sed statutis maiorum ordinatione temporibus. Iam uero ad Presbyterij fastigium talis accedat, ut & nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipendia antea acta testentur: Iure inde Summi Pontificis locum sperare debet, Hæc Zozimus. Et ad eundem modum aiunt Hebræi, inter ipsos quoque unam personam sæpe diuersa officia sustinere, ut alij simul & Prophetæ sint & Apostoli, alij tantum Prophetæ: Sic Moysen cui dicitur, Et ego mittam te ad Pharaonem, & ipse respondeat, Prouide alium quem mittas: Et Esaiam, cui loquitur Deus, Quem mittam, & quis ibit ad populum istum: Ecce et Apostolos & Prophetas. Vnde & nos possumus intelligere, Ioannem quoque Baptistam & Prophetam & Apostolum appellandum: siquidem ait scriptura, Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Sic quod in singulis Cleris consecratum est, solus Episcopus habet, & in illis sunt partes & membra uirtutum: in Episcopo autem plenitudo diuinitatis, ut hæc et alia quædam ad ordines Ecclesiasticos pertinentia, pulchrè admodum docet & explicat epistola illa, quæ inter epistolas Hieronymi ipsius etiam nomini inscripta: titulum habet, De septem gradibus Ecclesiæ. Cæterum inter ordines Ecclesiasticos, Episcopus, Presbyter, Diaconus, et Subdiaconus maiores: reliqui minores Ordines gerunt. Olim in maioribus gradibus Chorepiscopi numerabantur, quod tamen deinde mutatum est, ut paulo post dicitur. Illud hoc loco addendum uide-

Quomodo ordinandi sunt Episcopi. Epistola. 2.

tur, quod sancti patres de consecrationibus Episcoporum diffiniuerunt, Ordinationes Episcoporum (inquit Anacletus Papa) auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia Episcopis sunt celebrandæ. Quod si simul omnes minime conuenire poterunt, assensum tamen suis precibus præbeant, ut ab ipsa ordinatione amodo

amodo non desint. Porrò & Hierosolymorum primus Archiepiscopus, beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem, Domini nuncupatus est frater, a Petro, Iacobo & Ioanne Apostolis est ordinatus, successoribus uidelicet dantibus formas eorum, ut non minus quam a tribus Episcopis, reliquisque omnibus assensum præbentibus, ullatenus Episcopus ordinetur, & communi uoto ordinatio celebretur. Item Nicæna Synodus, Episcopum oportet ab omnibus Episcopis, si fieri potest, qui sunt in prouincia eius, ordinari: si uero hoc difficile fuerit, uel aliqua urgente necessitate, uel itineris longitudine, certetres Episcopi debent in unum esse congregati, ita ut etiam cæterorum, qui absentes sunt, consensum literis teneant, & ita faciant ordinationem, Potestas sanè uel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad Metropolitanum Episcopum. Item Arelatense primum, De his, qui usurpant sibi quod soli debeant Episcopum ordinare, placet, ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum alijs septem Episcopis, si tamen non potuerint septem, sine tribus fratribus non audeant ordinare. Item Anacletus, Episcopi non in castellis aut modicis Ciuitatibus debent constitui: sed Presbyteri per castella, & modicas ciuitates atque uillas, debent ab Episcopo ordinari & poni: singuli tamen, per singulos titulos suos. Et Episcopus non ab uno, sed a pluribus Episcopis debet ordinari: et (ut dictum est) non ad modicam ciuitatem, ne uilescat nomen Episcopi, sed ad honorabilem urbem titulandus, & denominandus est, Presbyter uero ad quemcunque locum uel Ecclesiam in eo constitutam, est præficiendus, atque in ea diebus uitæ suæ duraturus.

Non minus quàm a tribus ordine tur, Ne forte ordinetur hereticus aut de heresi suspectus, si non sit satis exploratus, c. 4.

c. 21.

Epistola. 3.

De Ritibus tam communibus quam proprijs, diuersorum ordinum & graduum Ecclesiasticorum, Caput IIII.



Am uero in sacrificio Missæ, in administratiõe sacramentorum, alijs que diuinis ministerijs, quidam ritus Episcopo & Presbyteris communes sunt, quidam propriè ad Episcopum & non ad Presbyteros: Quidam ad Presbyteros & non ad Diaconum, Subdiaconum, aliosque gradus inferiores pertinent: Quidam etiam inferioribus gradibus proprii sunt. Episcopis proprii sunt, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos &c. ordinare: uirgines benedicere, altaria erigere, ungere, sacrare, Ecclesias dedicare, chrisma conficere, baptizatorum frontes chrismate signare, poenitentes in Missa publicè reconciliare, formatas epistolas mittere, populum solenniter benedicere. Hij autem ritus a Presbyteris, Diaconis, & alijs inferioribus fieri non possunt. Sic olim Chorepiscopi, & si ut Episcopi consecrare, lectores ordinare possent: tamen prædictos ritus qui Episcopo sunt

Ritus, qui ad solos pertinent Episcopos

Chorepiscopi minus poterant in ordinatio- nibus quā Episcopi. *c. 10.*

sunt proprii, exercere non poterant. De qua re ita constituit Antiochenum Concilium, quod sub Iulio Papa Primo celebratum est. Qui inquit, in vicis uel possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamuis manuum impositionem Episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati sint: tamen sanctæ Synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, ut gubernent sibi subiectas Ecclesias, earumque modera- mine curaque contenti sint: ordinent etiam Lectores, & Subdiaconos, atque Exorcistas, quibus promotiones istæ sufficiant. Nec Presbyterum uero, nec Diaconum audeant ordinare, præter ciuitatis Episcopum cui ipse cum possessione subiectus est: Si quis autem transgredi statuta tentauerit, depositus quo urebatur honore priuetur. Chorepiscopum uero ciuitatis Episcopus ordinet, cui ille subiectus est. Sunt autem Chorepiscopi dicti quasi uillani, *χῆρῶν* enim uilla est apud Græcos, quod & uerba Antiocheni Concilij supra memorata significat. Et erant uicarij Episcoporum, qui constituti erant ad exemplum et formam Septuaginta seniorum, sed tanquam Consecrantes, propter solitudinem & studium, quod erga pauperes exhibebant, honorabiles habebantur, ut in Concilio Neocæsariensi diffinitum est. Postea autem, cum

Chorepiscopi non sunt amplius in usu. *c. 11.*

Chorepiscopi ea, quæ ad ministeria, & ritus summorum sacerdotum pertinent, exercere præsumpsissent: eorum in totum tam institutio quam potestas, publica auctoritate sublata est. De quibus Damascus Papa, Prospero Numidicæ primæ sedis Episcopo, omnibus, que alijs orthodoxis Episcopis, ita rescripsit. Quod ipsi idem sunt, inquit, qui & Presbyteri, sufficienter inuenitur, quia ad formam & exemplum Septuaginta inueniuntur primitus instituti: sed quia (Deo gratias) modo necessarij, sicut in primitiua Ecclesia propter studium, quod erga pauperes exhibebant, non sunt, & quia illicita præsumebant, & quod agebant, actum non erat, & propterea multi in securitatem lapsi, Ecclesiastico fraudabantur & frustrabantur ministerio: Ideo tam ab hac sancta sede, quam ab omnibus totius orbis Episcopis, a Pontificalibus remori sunt officijs. Præterea idem affirmat, hunc ordinem Chorepiscoporum, non habere in diuinis literis auctoritatem, nam non amplius quam duos ordines, inter discipulos domini cognouimus, id est duodecim Apostolorum et Septuaginta discipulorum: Apostolis Episcopi, Septuaginta discipulis Presbyteri successerunt. Chorepiscopi autem Episcopi non sunt, ergo Presbyteri sint oportet, ut Neocæsariense diffiniuit. Quod si Presbyteri esse despiciunt, nihil sunt: nam tertius iste ordo unde processerit, ignoratur. Quod autem in decretis Antiocheni Concilij legitur, Chorepiscopos manuum impositionem Episcoporum percipere, & ut Episcopos consecrari, ritus est, qui proprie ad consecrationem Episcoporum pertinet: Nam Episcopi a multis et non minus, quam a tribus Episcopis ordinantur. Quod autem Chorepiscopos nominat, nimirum uillanos intelligit. Et si uillanus, quid agit in

Chorepiscoporum ordo non habetur amplius inter sacros ordines. *c. 11.*

ciuitate?

ciuitate? cum in una ciuitate duo omnino prohibeantur esse Episcopi? Et si in uilla, et in eo loco, ubi ante Episcopi non fuerunt, cum et in modica ciuitate uel in uilla, aut castello, Episcopus fieri prohibeatur, & in omnibus omnino locis, ubi antea Episcopi non fuerunt, ne uilescat auctoritas & nomen Episcopi, fuerunt constituti, Quid ergo erunt? ecce nec locus cum ordinatione concordat, nec ordinatio cum loco. Vnde repugnare uidentur hæc, consecratos eos esse ut Episcopos, & in uilla constitutos esse: Si enim consecrati sunt ut Episcopi, utique Episcopi sunt: si autem in uilla constituti sunt, quomodo Episcopi esse possunt, qui in ciuitatibus tantum magnis, non in uillis & castellis constituuntur? Atque hac ratione supradictus Damascus Papa colligit, eam ordinationem tanquam auctoritate scripturæ & ratione carentem, nullam fuisse, ac proinde publica Apostolicæ sedis & omnium totius orbis Episcoporum auctoritate remotam. De Chorepiscopis illud quoque canonis Laodicensi Concilij accipiendum uidetur, Non debere in uillis et vicis Episcopos ordinari: sed uisitatores, id est, qui circumeant, constitui: his autem qui ante hoc ordinati sunt, nihil agere censemus, sine conscientia Episcopi ciuitatis: similiter etiam Presbyteri nihil sine præcepto & consilio Episcopi agant. Sed redeo iam ad id, quod supra dicebamus, Chorepiscopos & Presbyteros ritus, qui Episcopis erant proprii, peragere non potuisse: Quod idem Damascus his uerbis confirmat. Nec, inquit, in lege domini, quæ Moyse legitur ab ipso domino dictata, de his, quæ summis sacerdotibus, id est, Moyse et Aaron, erant specialiter concessa, filij Aaron quicquam præsumebant, Nulli enim dubium est, quod Moyses & Aaron soli præcipiente Domino, in tabernaculo Dei erigebant altare, soli ungebant, soli sacerdotes sacra unctione instituebant, & alia quæ ad summum sacerdotium pertinebant agebant, quoniam summi domini sacerdotes erant, sicut scriptum est, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Sic & modo, quia umbra legis transijt, & lux Euangelij in nos Dei gratia manifeste coruscat: de his quæ in summis sacerdotibus, id est, Episcopis sunt (Quorum figuram Moyses & Aaron tenuerunt) illi, qui Septuaginta discipulorum formam gestant (in quorum uidelicet Typo filij Aaron erant) nihil præsumere debent, sicut nec illi quicquam de summi sacerdotij ministerio attingebant. Vnde hodie Chorepiscopis et Presbyteris non licet sacerdotes consecrare, nec Diaconos, aut Subdiaconos, nec uirgines, nec altare erigere, nec ungere aut sacrare, nec Ecclesias dedicare, nec Christum conficere, nec Christumate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in Missa quemque penitentem reconciliare, nec formatas Epistolas mittere, nec populum benedicere, nec ante Episcopum in baptisterio aut in sacrario introire, nec præsentem Episcopo infantem tingere aut signare, nec penitentem sine præceptione Episcopi sui reconciliare, nec eo præsentem nullo iubente sacramentum corporis & sanguinis

c. 17.

Verba Damasci.

psal. 98.

Que Chorepiscopis et Presbyteris in Ecclesia facere aut exequi non licet.

sanguinis Christi conficere, nec eo coramposito populum docere, aut salutare, nec plebem exhortari, quæ omnia solis pontificibus debent, tam ex superioribus quam ex alijs patrum constitutis, aut sacris Canonibus edocti estis. Similiter & de Presbyteris hæc habeantur, ut sine iussu proprii Episcopi nil agant, quia quod rarum est, hoc & pulchrum esse videtur. Et si nomen uilescit pontificum, omnis status perturbatur Ec-

Leo in Epistola. l. 1. c. 36. Gelasius Papa in Epistola ad Episcopos per Lucaniam & Brutios & Siciliam. c. 8.

clesiæ, hæc Damasus Papa, Quæ & Leo Papa Primus, in suis repetijt Epistolis. Item Gelasius Papa, Nec minus etiam Presbyteros, inquit, ultra modum suum tendere prohibemus: nec Episcopali fastigio debita sibi met audacter assumere, non conficiendi Chrsimatis, non consignationis pontificalis adhibendæ sibi met accipere facultatem; non præsentem quolibet antistite, nisi fortasse iubeatur, uel orationis, uel actionis sacræ suppetere sibi præsumat esse licentiam: neq; sub eius aspectu, nisi iubeatur, aut sedere præsumat aut ueneranda tractare mysteria, nec sibi meminerit ulla ratione concedi sine summo pontifice Subdiaconum aut Acolytum ius habere faciendi: Nec prorsus addubitet, si quicquam ad Episcopale ministerium specialiter pertinens, suo motu putauerit exequendum, continuo se Presbyteri dignitate & sacra communione priuari, Quod fieri necesse est censamus, si eius Præsule deferente huiusmodi fuerit præuaricatio comprobata, nec ipso eius Episcopo à culpa conuenientia & ultione uacaturo, si imoderata facientem dissimulauerit uindicare. Hieronymus tamen

Ecce ego 95. dist.

Damasus Episcopus scribit, Episcopos magis consuetudine quam dispensationis dominicæ ueritate Presbyteris esse maiores, unde & pœnitentibus Episcopis Presbyteros sacramenta cõficere, prædicare, benedicere, confirmare, communioni reddere, uisitare infirmos, orare pro inualidis, atq; omnia Dei sacramenta cõplere posse, affirmat: Verum hæc ita Presbyteris permilla sunt, si præsentem Episcopi id iubeant, uel permittant. Sed nec solennes benedictiones præsentem Episcopo facere possunt, Scriptum est enim, quod minor à maiore, non maior à minore benedicitur: Quod & consuetudo Ecclesiæ approbat. Prædictis namq; consentit decretum Laodicensis Concilij, quod sic habet,

e. deniq; 21. dist.

Heb. 7. c. 56. De sede sublimiori Episcopi in Ecclesia.

Non oportet Presbyteros, ante ingressum Episcopi, ingredi Ecclesiã, & sedere in tribunalibus, sed cum Episcopo ingredi: nisi forte aut ægrotet Episcopus, aut in peregrinationis commodo eum abesse constiterit. Item Carthaginense Quartum, Episcopus in Ecclesia in cõfessu Presbyterorum sublimior sedeat: intra domum uero collegam se Presbyterorum esse cognoscat. Quod autem sedes in Episcoporum Ecclesijs excelsæ cõstitutæ et præparatæ inueniuntur, ut thronus: speculationem & potestatem iudicandi & soluendi, atq; ligandi, à domino sibi datam materiam docent, ut Urbanus Papa Primus interpretatur, ille qui Heliogabali temporibus, Ro. Ecclesiæ præfuit sanctissimus pontifex & martyr. Generaliter etiam Digami ordinati

De Digamis.

Presbyteri,

Presbyteri, uel Diaconi, ea quæ sunt Presbyterorum et Diaconorum minime exercent, ut Concilium Agathense constituit. De digamis, inquit, aut ante nuptarum maritis, quamq; aliud patrum statuta decreuerint, ut qui hucusq; ordinati sunt, habita miseratione, Presbyteri uel Diaconi nomen tantum obtineant, officium uero consecrandi Presbyteri, & ministrandi huiusmodi Diacones non præsumant. Presbytero propria sunt sacrificare, baptizare, peccata remittere & retinere, pro populo orare, infirmos uisitare, communionem reddere, & si qua sunt similia: hæc à sacerdotibus non à Diaconis alijsq; gradibus inferioribus rite peraguntur: sicut nec eundem honorem habent in sessionibus, in uestitu, & similibus rebus. De Diaconis ita constituit Concilium Nicænum. Peruenit ad sanctum Concilium, quod in locis quibusdam & ciuitatibus, Presbyteris sacramenta Diaconi porrigant. Hoc neq; regula neq; consuetudo tradidit, ut hi, qui offerendi sacrificij non habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigant. Sed & illud innotuit, quod quidam Diaconi, etiã ante Episcopos sacramenta sumunt. Hæc ergo omnia amputentur, & accipiant secundum ordinem post Presbyteros, ab Episcopo uel à Presbytero sacram communionem. Quod si non fuerit in præsentem, uel Episcopus, uel Presbyter, tunc ipsi proferant, et edant. Sed nec sedere quidem licet in medio Presbyterorum Diacones. Si quis autem non uult his sufficiens esse, post hanc definitionem cesset esse Diaconus. Idem fere canon, inter decreta Carthaginensis sexti, uerbis paululum mutatis, recensetur. Item de eadem re Gelasius ad hunc modum constituit. Diaconum quoq; propriam constituimus seruare mensuram, nec ultra morem patrum canonibus deputatum quippiam tentare, Nihil eorum suo ministerio permittimus applicare, quæ primis ordinibus proprie decreuit antiquitas, Absq; Episcopo uel Presbytero baptizare non præsumat, nisi prædictis fortasse officijs longius constitutis, necessitas extrema compellat: Quod & Laicis Christianis facere plerumq; conceditur. Eadem quoq; aliorum sanctorum Conciliorum decretis confirmantur. In Aurelianensi quippe ita constitutum est, De Diaconibus, quos agnouimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere. Item Laodicense, non oportet Diaconem panem dare, nec calicem benedicere. Item Carthaginense quartum. Diaconus præsentem Presbytero Eucharistia corporis Christi populo, si necessitas cogat, iustus erogat. Item Laodicense. Non oportet Diaconum sedere ante Presbyterum, sed ex iussione Presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur Diaconus, à ministris inferioribus & omnibus clericis. De Subdiaconis in Concilio Laodicensi ita diffinitum est, Non oportet Subdiaconos licentiam habere in secretarium, siue sacrarium (quod graeci διακονιον appellant) ingredi, & contingere uasa dominica. Item non oportet Subdiaconum panem dare, aut calicem benedicere. Item non oportet ministrum oratio uti nec ostia derelinquere. Item non oportet

c. 1.

De officio Presbyterorum. Lib. 1. c. 6.

De Diaconorum officio. Dist. 93. c. 1. Peruenit.

c. 18.

Gelasius ad Lucaniam Episcopos. c. 9.

Aurelia. 1. c. 15. c. 25.

c. 38.

c. 20. Laod.

De subdiaconis, Ex Concilio Laodicensi

c. 21.

c. 25.

c. 22.

C

oportet lectores aut Psalmistas orarijs uti, & sic legere aut psallere.

c. 26. Item, qui non sunt ab Episcopis ordinati, tam in Ecclesijs quam in domibus, exorcizare non possunt. Item, non licet præter Canonicos psaltes, id est, qui regulariter Cantores existunt, quique pulpium ascendunt, & de codice legunt, alium quemlibet in Ecclesia psallere.

c. 32. Item, ritus Ecclesiasticos hæretici exercere prohibentur, à quibus nec benedictiones accipere licet, quoniam maledictiones magis sunt quàm benedictiones, ut Laodicenum Concilium diffiniuit: Sed nec cum hæreticis & schismaticis orandum est, ut idem Laodicense, diffiniuit.

Sacerdotibus debetur honor à Laicis. Postremo ad ritum personarum illud etiam pertinere uidetur, Quod non solum inter ipsos clericos honorum exhibendorum differentia seruatur, sed ipsi etiam Laici reuerentiam & honorem clericis deferre et exhibere tenentur: maxime pontificibus et sacerdotibus, ut qui in diuinis eloquijs aliquando dii, aliquando angeli uocantur, Dijs (inquit scriptura) nō detrahes, id est, sacerdotibus. Item, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, id est, iustitiam, & legem exquirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Merito igitur à Laicis honorantur sacerdotes, quos etiam Deus dignatus est appellare deos & angelos. Sic Constantinus Imperator, oblati ei in Nicæna Synodo Episcoporum accusatorijs libellis, Combustis libellis: Ite, inquit, & inter uos causas uestras disponite, quia dignum non est ut nos iudicemus deos. Et Valentinianus Imperator, mortuo Auxentio Mediolanensi Episcopo, electionem alterius Synodo Episcoporum committens, inter cætera inquit, Talem in pontificali constituite sede, cui & nos, qui gubernamus imperium, sincere nostra capita submittamus. De eadem re ita constituit Concilium Matisconense Secundum, Statuimus, ut si quis quempiam Clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, usq; ad inferiorem gradum honoris ueneranter (sicut condecet Christianum) illi colla subdat, pro ut is officia & obsequia fidelissima Christianitatis iure promeruit. Et siquidem ille sæcularis equo uehitur, clericusq; similiter: sæcularis galerum de capite auferat, & clerico sinceræ salutationis munus adhibeat: si uero clericus pedes graditur et sæcularis uehitur equo, illico ad terram defluat, et debitum honorem prædicto clerico sinceræ charitatis exhibeat: ut Deus (qui uera charitas est) in utrisq; lætetur, & dilectione sua utrunq; asciscat, Qui uero horum, quæ spiritu sancto dictante sancita sunt, quicquam transgredi uoluerit, ab Ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quam diu Episcopus illius Ecclesie uoluerit, suspendatur.

uide de hoc. c. Sacerdos 69. 11. q. 1.

Constantinus de uoluntate

Trip. li. 7. c. 8. Exod. 22. Malach. 2.

Trip. li. 2. c. 2. Ruffi. lib. 10. c. 2.

Trip. li. 7. c. 8.

c. 15. Honor Clericis à Laicis deferendus.

D. Bruni

D. BRUNI DE CÆREMONIIS

REMONIIS, LIBER SECVNDVS.

DE CÆREMONIIS SACRIFICII MISSÆ ET EVCHARISTIÆ, VETSIS & Catholicis earundem dogmatibus restituendis,

Caput Primum.



Num est in nouo Testamento sacrificium, quod Hebraice Missa appellatur, Græci Liturgiam, Latini sacram Oblationem uocant. Est autem Missa (ut Iodocus Clichtoueus definit) diuinum officium, ab Ecclesia & primorum patrum institutione in sacro altari fieri solitum, in quo sanctæ Eucharistiæ secundum ritum legitimum consecratio fit et oblatio. Huius partes Essentiales sunt, consecratio corporis & sanguinis Christi (ueteres benedictionem mysticam appellarunt) & oblatio. Hæ à Christo ipso institutæ sunt. Accidentales sunt Cæremonie, quibus consecratio ipsa & oblatio rite perficiuntur, ut orationes, benedictiones, gratiarum actiones, oscula, manuum expansiones, eleuationes, complicationes, genuflexiones, signacula crucis, communio, memoriæ sanctorum, salutationes, responsiones, oblationes, & si quæ sunt similes. Harum quædam ab Apostolis institutæ sunt, Quædam ab eorum successoribus S. patrib. & Ecclesie Concilijs traditæ. Isidorus ordinem quidem Missæ & orationum, quibus Deo oblata sacrificia consecrantur, Primo à beato Petro constitutum esse, eiusdemq; celebrationem uno eodemq; modo, uniuersum orbem peragere affirmat, qui & primam Missam Antiochiæ celebravit. Verum non exprimit, quibus & qualibus orationibus missa à Petro instituta peracta fuerit, Sic & Paulus ad Corinthios scribens, Cæremonias ad sacramentum Eucharistiæ pertinentes, dispositurum se promittit, sicut & procul dubio disposuit: Quæ autem & quales fuerint, non exponit. Quarundam tamen, ad Timotheum scribens, meminit, Obsecro, inquit, primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones, pro Regibus et principibus: pro ijs qui in sublimitate sunt constituti. Quibus uerbis dubium non est, eas orationes significari, quibus Apostoli ipsi Apostolorumq; temporibus uicini S. Patres, in sacra Liturgia usi sunt. Sicut & multi alij ritus in eadem Liturgia continentur, quos & ipsos dubium non est, ab Apostolis ipsis institutos: ab ipsis & eorum successoribus usq; ad nos descendisse, etiam si nulla horum in Apostolicis scriptis mentio fiat. Breuiter omnium rituum Missæ origo, quorum certi authores ostendi non possunt, qui modo communi Ecclesie consensu & consuetudine recepti sunt, ad Apostolos uel Concilia referri debet. Nam iuxta doctrinam Augusti: Quæ, inquit, non scripta sed

Quid Missa.

Partes Missæ, quædam Essentiales, quædam Accidentales.

Ordinem Missæ S. Petrus tradidit.

1. Corinth. 11. Quid S. Paulus de Missa constituit.

1. Tim. 2.

Ritus Liturgiæ, nō scripti sed traditi.

Aug. Epist. 118.

C ij

tradita

Ro. pontifici de Missa super aditiones.

Introitus Missae.

c. 3.

Kyrieleyson aliter apud Graecos quam apud Latinos canitur

Lib. 7. c. 63.

Thurificatio in Missa.

c. 3. Ecclesi. Hierach.

Affertio sacrificij Missae.

tradita custodimus, quæ quidem toto orbe terrarum obseruant, datur intelligi, uel ab ipsis Apostolis uel plenarijs concilijs commendata atq; statuta retineri. Aliae sunt Caeremoniae Missae, à S. Patribus, Ro. Ecclesiae pontificibus, & sacris Concilijs traditæ, Platina narrat Cœlestinum Missae introitum dedisse: Gregorium, Kyrieleyson: Thelesphorum, Gloria in excelsis Deo: Gelasium primum, Collectas: Hieronymum, Epistolam & Euangelium: Synodum Nicænam, Symbolum fidei: commemorationem mortuorum, Pelagium: Thus, Leonem tertium: Osculum pacis, Innocentium primum: Sergium, ut caneretur agnus Dei, instituisse. Ego uero inter iam memoratos ritus, quosdam etiam ab Apostolis traditos, et à pontificibus confirmatos, auctos, aut in aliam formam potius redactos, quam institutos fuisse crediderim.

Primum enim in ipso Ecclesiae principio, ex Apostolica institutione, exordium Missae à lectione Psalmorum fuit, ut Dionysius in Ecclesiastica Hierarchia testatur. Deinde à Cœlestino ordinatum est, ut Psalmi ante sacrificium Antiphonatum ab omnibus canerentur. Postea ex institutione Gregorij, loco integri Psalmi desumptus est unus uersiculus, Missae celebrandæ accommodus, à Clero tantum (non ut antea integri Psalmi à toto populo) decantandus: quem nunc Introitum uocat Ecclesia. Sic & supplicatio Kyrieleyson, non à Gregorio primum introducta est, ut quæ in officio Missae ante Basilium instituta, & tempore Basilij & Ioannis Chrysostomi in usu fuit, ut eos quàm Liturgiæ docent, Cæterum quod Græcorum more nouies Kyrieleyson à toto populo replicatum fuit, nec in medio ternario uariatum: apud Latinos ita mutatum est, ut inter primum & extremum ternarium Kyrieleyson, medius ternarius Christeeleyson proferatur, & à Clericis tantum dicatur, & à populo respondeatur, ut Gregorius in Registro suo testatur, Qui ad Ioannem Episcopum Syracusanum scribens, Kyrieleyson autem, inquit, nos neq; diximus neq; dicimus, sicut à Græcis dicitur: Quia in Græcis simul omnes dicunt, apud nos autem à Clericis dicitur, à populo respondeatur: & totidem uicibus etiã Christeeleyson dicitur, quod apud Græcos nullo modo dicitur. In quotidianis autem Missis alia quæ dici solent tacemus, tãtummodo Kyrieleyson & Christeeleyson dicimus, ut in his deprecationis uocibus paulo diutius occupentur, Hæc Gregorius. Simili modo commemoratio mortuorum in Missa, non à Pelagio cœpit, sed ab Apostolis instituta est, ut multis sanctorum patrum autoritatibus probatum est. Sic & thus Apostolorum temporibus officio Missae adhibitum fuit, ut sacer Dionysius testatur his uerbis. Itaq; pōtifex quidem, ubi orationē sanctam super diuinum altare per egit, ex ipso incensum adolere incipies, omnem phani ambitum circuit. Iam igitur quod ad essentialia huius sacrificij attinet, primū omnium uerum illud, plenum et diuinissimum sacrificium, ab hæreticis huius tēporis uindicandū erit, De uno enim hoc

hoc nostro sacrificio dicit, Immola Deo sacrificiū laudis, et redde altissimo uota tua. Item, Sacrificiū laudis glorificabit me, et illic uia est ostendam illi salutare meum. Salutare Dei Christus est, quem infantē Symeon, cum senex agnouisset in spiritu, eumq; in ulnas sumpserat. Nunc dimittis, inquit, domine seruum tuum, secundum uerbum tuū in pace, Quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum, De hoc sacrificio Ireneus ad hunc modū scribit, Christus, inquit, panem accipiens, & gratias agens dixit, Hoc est corpus meum: et calicem similiter, qui ex eadē creatura est, quæ secundū nos est, sanguinem confessus est, & noui testamenti nouā docuit oblationē, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in uniuerso mūdo offert Deo, De quo in XII, Prophetis Malachias sic præsignificauit, Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dominus omnipotens, & sacrificiū non accipiam de manibus uestris: quoniam à solis ortu usq; ad occasum glorificatur nomen meum inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo & sacrificiū purum: quoniam magnum est nomē meum in gentibus, dicit dominus omnipotens. Et Alexander Papa primus, de hoc sacramēto loquens, Crimina enim inquit, atq; peccata oblati his domino sacrificijs delentur, Idcirco & passio eius in his commemoranda est, qua redēpti sumus, et sæpius recitanda, atq; hæc domino offerenda, Talibus hostijs delectabit & placabitur dominus, & peccata dimittet ingentia: nihil enim in sacrificijs maius esse potest, quam corpus & sanguis Christi, nec ulla oblatio potior est: sed hæc omnes præcellit, quæ pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atq; ab omnibus ueneranda: et si cut potior est cæteris, ita potius excoli & uenerari debet. Alia autem sacrificia ueteris testamenti, quæ in umbra futuri offeriebantur, hoc ipso adueniente, omnia euacuata sunt, quod & Psalmus pronunciauit, Non accipiam, inquit, de manu tua uictulos, neq; de gregibus tuis hircos, Unde quæ ante manifestationem noui testamenti licite fiebant sacrificia, succedente sacrificio uero: quod ex ipsa uera & unius sacerdotis uictima, hoc est, effuso Christi sanguine, ministratur, amplius fieri non possunt. Similiter & sacrificia gentilium, ubicunq; ea exerceri constituerit, omnibus modis cū suis cultoribus abijcienda erunt. Nam soli Deo uero sacrificandū est, cui uni seruitus religionis debetur, quæ uno nomine Latria græce appellat. Non quod Deus seruitijs nostris indigeat, Scriptū est enim, Dixi domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges: sed quod etiã in his, uel acceptandis, uel reprobandis, uel percipiendis, non nisi hominibus cōsulat: nobis enim prodest colere Deū, non ipsi Deo. Alia sacrificia quæ nō de Deo uero, sed idolis & dijs falsis & creaturis fiunt, idolatriæ sunt et noxiæ superstitiones: Nimirum Latriæ cultus Deo soli debitus, impie per sacrificia creaturis adeoq; dæmonijs exhibitus. Omnes enim dij gentium dæmonia, ut inquit Psalmus, & Apostolus Paulus. Sed quæ immolant

Psal. 49.

Luce. 2.

Ireneus lib. 4. c. 52.

Malach. 1.

Alexander Pa. 1. in Epist. Decretali.

Sacrificia uet. testa.

Psal. 49.

Sacrificia Gentilium

Psal. 35.

Impia sacrificia Dæmonijs oblata.

Psal. 95. 1. Corinth. 10.

C ij gentes

Exod. 22.

Matth. 10.

Esai. 57.

Pœnitentia

de illicitis

sacrificijs:

Ancyra. Con-

cil. c. 1, 2, 3, 4.

s. 7. 9.

Falsa dog-

mata noua

rum sectarum

de

Missâ.

Malach. 1.

Oblatio

munda Eu-

charistia

est.

Sacrificiū

Melchisedech.

Hebre. 7.

Gene. 14.

Augu. lib. 17.

de ciuitate Dei

c. 20.

Eccles. 2.

gentes, dæmonijs et nō Deo immolant, nolo autē uos socios fieri dæmoniorum. Recte igitur & hoc genus sacrificiorum cum suis cultoribus exterminabitur. De illis siquidem dictum est, sacrificans dijs eradicabitur nisi soli Deo, Et recte Dominus in Euangelio, qui me negauerit, & ego eum negabo, Et alio in loco, indignatio & ira diuina minatur dicens, Illis sudistis libamina, & illis imposuistis sacrificia, super Pœnitentia hæc nō indignabor: dicit Dominus. Ad hunc modū ueterū Condi-
 lia nō solū gentilium sacrificia reprobantur, sed condignā etiā pœniten-
 tiā sacrificantibus pro qualitate delicti iniunxerūt, ut Marcellini Papæ
 condemnatio probat, & multi Ancyrani Concilij, ea de re æditi Ca-
 nones testantur. Deinde falsa de hoc sacrificio dogmata condemnā-
 da erūt, Cuiusmodi ferē sunt, Missam nō esse institutā à Christo, Mis-
 sam nō esse sacrificiū, Missam nihil prodesse defunctis, Non esse opus
 bonū, Non esse uino aquā in sacrificio Missæ cōmiscendā, et si qua sunt
 similia: In quorū locū uera et Catholica restituenda erunt. Missam
 igitur esse sacrificiū, primū Malachiae Prophetæ uaticinio (ut supra ex
 Irenæo quoq; recitatū est) cōprobat. Is namq; prædicēs abrogatiōes
 ueteris legis, ad hunc modū loquitur. Non est mihi uoluntas in uobis,
 dicit Dominus exercitū, et munus non suscipiā de manu uestra. Ab
 ortu enim solis usq; ad occasum, magnū est nomē meū in gentibus, et
 in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia
 magnū est nomē meū in gentibus. His Prophetæ uerbis repudiantur
 sacrificia ueteris legis, & illis aliud sacrificiū subrogatur: munda uideli-
 cet oblatio, in omni loco offerenda. Hæc nimirū est Eucharistia, neq;
 enim alia ex se mūda est, neq; alia in omni loco offertur, quā Eucha-
 ristia: quæ à tota Ecclesia, per uniuersum orbem diffusa, per sacerdotes
 Deo in Missâ offertur. Idem quoq; sacrificiū, per sacrificiū Melchise-
 dech sacerdotis, figuratū est, ut apertissimè docet Paulus, qui et ex eo col-
 ligit, melius esse sacerdotiū nouæ legis quā ueteris. De Melchisedech
 enim scriptura exprimit, Quod panem & uinū obtulerit: Per oblatio-
 nē autē panis & uini nullū aliud sacrificiū representari potest, quā Eu-
 charistia, in qua et panis et uinū sacrificat, id est, subspecie panis et uini,
 caro et sanguis Christi, adeoq; totus ipse offert Deo patri, ut illic fuerit
 figura, in nouo autē testamento sacrificij ueritas. Quam sententiā Cy-
 prianus, Damascenus, et alij Ecclesiæ doctores, iam olim docuerunt et
 approbarūt. Inter omnes autē id apertissimè confirmat Augustinus.
 Participē autē, inquit, fieri mensæ illius, ipsum est incipere habere uitā.
 Nam et in alio libro qui uocatur Ecclesiastes, ait, Nō est bonū homini,
 nisi quod manducabit & bibet. Quid credibilius dicere intelligitur,
 quā quod ad participationē mensæ huius pertinet: quā et sacerdos
 ipse, mediator testamēti noui, exhibet secundū ordinē Melchisedech,
 de corpore et sanguine suo. Id enim sacrificium, successit omnibus illis
 sacrificijs ueteris testamēti, quæ immolabātur in umbra futuri, propter
 quod

quod illā etiā uocem in Psalmo tricesimo nono, eiusdē mediatoris per
 Prophetam loquentis agnoscimus, Sacrificiū et oblationē noluisti, cor-
 pus autē perfecisti mihi, Quia pro illis omnibus sacrificijs & oblationi-
 bus corpus eius offertur, & participantibus ministratur. Cæterum
 sacrificium hoc loco accipimus, non illam oblationem uisibilem, qua
 Christus semel seipsum in cruce obtulit moriens, quæ ut semel tantum
 facta est, ita posthac nunq; fiet: Christus enim resurgens, amplius non
 moritur, nec mors illi ultra dominabitur, nec habet necessitatem quo-
 tidie, quæadmodū sacerdotes, primū pro suis delictis hostias offerre,
 deinde pro populi, ut inquit Paulus, Hoc enim fecit semel seipsum offe-
 rendo. Item, Quemadmodū statutū est hominibus semel mori, post
 hoc autē iudiciū, sic & Christus semel oblatus est ad exhaurienda pec-
 cata. Nec est opus ut saepe offerat semetipsum, alioqui oporteret eū fre-
 quenter pati: Sed de illa oblatiōe loquimur, quæ sine dolore, angustia,
 et morte fit, Quæ Grego. Nazianzenus in cruentā appellat. Actale qui-
 dē sacrificium sacerdos in persona Ecclesiæ quotidie offert in Missâ, re-
 presentās deo patri oblationē factā per filium in ara crucis, in hac Christo
 nō moritur, sed fit quædā Christi mortis memoria, & de hoc sacrificio
 loquitur Ioan. Chryso. Et quia semel, inquit, oblata est illa hostia, ob-
 lata est in Sancta sanctorum, hoc autē sacrificium exemplar est illius, id
 ipsum semper offerimus: nec nunc quidē alium agnum, crastina aliū:
 sed semper id ipsum, proinde unum est hoc, Et subdit, Pōtifex autē ille
 noster est, qui hostiā mundantē nos obtulit, ipsam offerimus & nunc
 quæ tunc, oblata quidē consumi nō potest. Itaq; Clemens, Dionysius,
 Basilius, Chrysostomus, Cyprianus, Augustinus, Hieronymus, Gre-
 gorius, Ambrosius, & alij sancti patres sacrificiū appellant: ac tale qui-
 dē, in quo Christus ipse pro peccatis nostris, & ad commemorationē
 mortis suæ offertur. Quam sententiā sacra quoq; Concilia confirmāt.
 Quæ & ipsa Missam sacrificiū appellant, ut Toleran. XI, Tolat XII, An-
 tistiodorense, Lateranense, &c. Illud quoq; dogma de eodem sacri-
 ficio restituendum erit, Quod & ipsum Catholicū est, Missam offerri
 pro peccatis uiuorum et mortuorum: et non solum sacerdoti, sed etiā alijs
 uiuis et mortuis prodesse. Ac primū quidem hæc sententiā, Pauli testi-
 monio confirmatur. Ita enim inquit, Omnis pontifex ex hominibus
 assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut
 offerat dona & sacrificia pro peccatis: qui condolere possit his, qui ig-
 norant & errant, quoniam circumdatus est infirmitate, & propterea
 debet quemadmodū pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro
 peccatis. Deinde usus & consuetudo Ecclesiæ, quæ & ab Apostolis
 ipsis recepit, & in hoc sacrificio semper obseruauit, eandem sententiam
 corroborat, ut Chrysostomus testatur, his uerbis. Nō temere ab Apo-
 stolis hæc sancita fuerunt, ut in tremēdis mysterijs defunctorum aga-
 tur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum posse contingere
 lucrum,

Psal. 39.

De quo sa-
cificio hic
loquimur.

Ephe. 5.
Ro. 6.

Hebre. 7.

Hebre. 9.

Oblatio in
cruentā.

Sacrificiū
Represens
tatiuum.

Chryso. in Ep
stola ad Hebre.
Homil. 17.

Tole. 11. c. 14.
Ephesinum pri-
mum in Episto-
la ad Nestorianū.

Antist. c. 8.
Oblatio
pro uiuis et
mortuis.
Hebra. 5.

Chryso. homi-
lia 69. ad po-
pulum.

lucru, utilitatē multā. Cum enim totus cōstitit populus extensis manibus, sacerdotalis plenitudo, et tremendum proponatur sacrificium, Quō Deū nō exorabimus, pro his deprecātes? Et Augustinus in Machabæorū (inquit) libris legitur oblatū pro mortuis sacrificiū. Sed et si nusq̄, in scripturis ueteribus omnino legeret, nō parua hac consuetudine claret authoritas, ubi in precibꝫ sacerdotis, quæ domino Deo ad eius altare fundunt, locum suū etiam habet commemoratio mortuorū. Et post pauca, Non sunt, inquit, præmittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorū, quas faciendas pro omnibus in Christiana societate defunctis, etiā tacitis nominibus quorūq̄, sub generali commemoratione suscepit Ecclesia: ut quibus ad ista defunt parētes, aut filij, aut quicūq̄ cognati uel amici, ab una eis exhibeat matre communi. Idem ante illos, Clemens S, Petri discipulus et successor, cōfirmat: qui inter cætera mortuos sepeliendos esse docet, diligenter eorū exequias peragendas, orandumq̄ pro eis, & elemosynas dandas. Addo quod in

2. Mach. 12.
Augu. de cura
pro mortuis.
c. 1.

Ibid. c. 4.

cl. Epist. 1.
ad Iacobum.

In sacrificio
pro mortuis
is orare se
per consue
rum in Ec
clesia fuit.
In Eccl. Hier
chia. c. 7.

3. Reg. 8.
Chryso. in Ca
none Missæ.

Aug. in Enchl
yridio c. 110. Et
in lib. de cura
pro mortuis ge
renda. c. 1. c.
ult.

1. Corinth. 6.

Quibus
prodest
Oratio pro
defunctis
in Missa.

sacra Missa, semper in Catholica Ecclesia pro mortuis orationes et supplicationes factæ sunt: ut forma Missæ, nō solū qua hodie in Ecclesia utimur, sed etiā quæ tēpore Apostolorū, ac deinde subsequentibus tēporibus in usu fuit, et ad nos usq̄ peruenit, plane demonstrat. Quod et ex Liturgia Dionysij cognoscere licet: in qua sacerdos Deū orat, ut mortuo quæcūq̄ ex humana infirmitate cōmissa sūt peccata remittat, cum deq̄ in luce ac regione uiuorū constituat, in sinibus Abraham, Isaac et Iacob. Et quo quidē loco dolor, tristitia, et gemitus aufugiūt procul, præsertim cū diuina maiestas sua benignitate despiciere maculas cōsueuerit, quas uitio humanæ imbecillitatis susceperūt mortui: quippe cū diuina clamet historia, neminē à sordibus impollutū reperiri. In Liturgia Io. Chrystostomi, sacerdos ad hūc modū pro mortuis orat, S. Ioan. Prophetæ præcursoris et baptistæ, sancti huius cuius et memoriā peragimus, et omnium sanctorū tuorū supplicationibus, respice nos Deus, et memeto omnium dormientium, in spe resurrectionis uitæ æternæ et requiescere eos facito, ubi uidet lumē uultus tui. Licet autē oblatio pro mortuis facta, nō omnibus prodest, tamen pro omnibus faciēda est. Nā ut Aug. refert, quorūdā uita tā bona est, ut post mortē nulla supplicatiōe indigeat: In qua cōditōe sunt Apostoli et sancti Dei Martyres. Aliorū uita tā mala est, ut nulla eis oratio uel oblatio post mortē prodest: Quales sūt de quibus dicit, Quoniā regnū Dei nō possidebūt. Alij mediū quēdā uidei modū habet, nō tam bonū, ut istis post mortē nō indigeat: nec tā malū, ut hec ipsis nō prosint: Quales sunt qui pœnitētes in fide et cōfessione Christi obdormiūt, nec dū satis à reliquijs peccatorū purgati, quos per ignē aliquē purgatorij expiari oportet. Pro his igit omnibꝫ, si in signo fidei decesserint, orādū est, etsi nō omnibꝫ psit oratio. Quā n. sacrificia siue altaris siue quarūcūq̄ elemosynarū: pro baptizatis defunctis omnibꝫ offerūt, pro ualde bonis gratiarū actiōes sūt, pro nō ualde malis

malis propiciationes sunt, pro ualde malis, etiamsi nulla sunt adiuuamenta mortuorum, qualescūq̄ tamen uiuorum consolationes sunt. Hæc Aug. Et in super Liturgia Chrystostomi indicat, ueteres in Missa etiā pro Prophetis, Apostolis, Euangelistis, alijsq̄ sanctis mortuis oblationem fecisse. Ita enim in ea orat sacerdos, Præterea offerimus tibi rationalem hunc cultum, pro in fide quiescentibus Patribus, Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Euangelistis, Martyribus, Confessoribus, continentibus, & omni spiritu in fide perfecta: præcipue pro sanctissima, immaculata, superbenedicta domina nostra genitrice Dei semperq̄ uirgine Maria. Fit itaq̄ gemina adhuc hodie dormientium memoria in sacris Missæ: Altera, sanctorum scilicet beatæ cum Christo uiuentium: Altera, in Christo pie dormientium, sed qui plenam quietē nondum sunt assequuti. Sed et præter hanc duplicatam defunctorum memoriā, Ambrosius Pelargus, uir sacrarum literarum absolute doctus, in annotationibus ad Liturgiā Chrystostomi, quā ipse in latinam linguā uertit, aliā memoriā habuisse ueteres τὸν ἀναπαύσασθαι affirmat, Ac ipsam quoq̄ eandem duplicatam: alteram fortasse (ut ipse inquit) bonorū, ut se ipsis meliores euaderent: alterā malorū, ut respiscerent. Hic additur aliud dogma, quod & ipsum aduersus hæreticos nostri tēporis restituendum erit, uidelicet Missam esse opus bonū: Est enim sacrificium quod offertur, pro peccatis uiuorū & mortuorū, iuxta illud Pauli. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in ijs quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Est autem opus bonum, quod ei qui facit affert salutem. Dubiū igitur nō est, Missam (si rite fiat) & ipsi sacerdoti celebranti, et cæteris tam uiuis quam defunctis, ad remissionē peccatorū & salutē æternā consequendam, conferre, ut iam dictum est: & clarius ex eo quod supra ex Epistola Alexandri recitauimus, probatur. Immo & orationes, in sacrificio Missæ, factæ, profunt ad consequenda etiam temporalis uitæ necessaria, ut sanitatē corporis, opes ad uitę sustentationē necessarias etc. Quod non solum forma orationum, quas pro imperatione huiusmodi rerum hodie in Missa fundunt sacerdotes: sed ueterū etiam Liturgiæ, ut Basilij & Chrystostomi, aperte docent. Quibus etiam consonat quod Christus promittit, Deum quicquid in nomine suo petierimus, nobis daturū, Quodcūq̄, inquit, petieritis Patrem in nomine meo, hoc facia. Item, Petite, & dabitur uobis. Item, Omnis qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Item, Omnia quæcūq̄ orātes petitis, credite, quia accipietis. Iacob in Mesopotamiā profecturus, dominū orasse legitur, ut prosperam faceret uiam, et peregrinationē, Ezechias Rex, pro recuperanda corporis sanitate Dominū orauit, & exauditus est. Oratio Salomonis pro consequendis uitæ necessarijs talis fuit, Vt ipse in Prouerbij tradit, Mendicitatem ne dederis mihi, tribui tantū uictui meo necessaria. Quid igitur impedit cur non idem

Liturgia
Chryso.

virgine maria

Gemina in
Missæ dor
mientium
memoria.
Ambro.
Pelargus.

i. uiuorum

Missæ opus
bonum est
Heb. 5.

Orare Deū
pro sanita
te corporis
quoque &
pro uitę ne
cessarijs li
cet in Missa
fa.

Iohan. 14.
Lucæ. 11.
Marci. 11.
Gene. 28.

4. Reg. 20.
Prouerb. 30.

per

103

In Missa uino admiscenda est aqua. *Alex. in Epist. ad orthodoxos omnes.* per orationes Missæ eueniat: Vino in sacrificio Missæ aquam esse miscendā, institutū est non recens, sed ab ipsis proculdubio Apostolis ad nostrā translatū. Audiamus de hoc ipso, quem supra dixi, Alexandrū Papam primum, & à Petro septimum, qui sub Hadriano Imperatore Martyrio coronatus est. Non debet, inquit (ut à patribus accepimus & ipsa ratio docet) in calice domini, aut uinum solū, aut aqua sola offerri, sed utrunq; permixtū, quia utrunq; ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Idem testatur gloriosus Martyr Cyprianus. Sic enim scribit ad Cæciliū, Calix domini non est aqua sola, aut uinū solū, nisi utrunq; misceatur: sicut nec corpus domini potest esse farina sola, nec aqua sola, nisi utrunq; fuerit adunatū, & potius unius compage solidatū. Et post pauca, Si quis de antecessoribus nostris uel ignoranter uel simpliciter hoc nō seruauerit, scilicet aquā uino non miscuerit in calice domini, quod nos dominus facere & exemplo & magisterio docuit, potest simplicitati eius indulgenter domini uenia concedi: Nobis uero non potest ignosci, qui nunc à domino instructi sumus, ut calicē domini cū uino mixtum, secundū quod dominus obtulit, offeramus. Item Hieronymus, Dominici sanguinis (inquit) uinū aqua esse miscendū, non solum traditione, sed ipso etiam genere mortis & passionis dominus noster ostendit, ex cuius latere sanguis et aqua lanceæ illusione effluxit. Item Ambrosius in libro de sacramentis, In calice, inquit, mittitur uinū, Et quid aliud? aqua. Sed dices, quomodo ergo Melchisedech panē & uinū obtulit? Quid sibi uult admixtio aquæ? Rationem accipe, Primo omnium figura, quæ ante præcessit tempore Moyse, quid habet? Quia cū sitiret populus Iudæorū, et murmuraret, quod aquā inuenire nō posset, iussit Deus Moyse, ut tangeret petrā de uirga: Tetigit petrā, & petra undā maximā fudit, Sicut Apostolus ait. Bibebant autē de cōsequenti eos petra: Petra autē erat Christus, nō immobilis Petra quæ populū sequebat: et tu bibe, ut te Christus sequat. Vide mysteriū: Moses, hic est Propheta: uirga, hoc est uerbū Dei: Sacerdos uerbo Dei tangit Petrā, & fluit aqua & bibit populus Dei: redundat aqua in calice, salit sanguis in uitā æternā. Itē, Accipite et aliud, unus ex militibus tēpore dominicæ passionis, quā repræsentamus in hoc sacrificio, lancea latus Christi mortui aperuit, et continuo de latere eius effluxit aqua et sanguis: aqua, ut emūdaret: sanguis, ut redimeret. Quare de latere? Quia unde culpa, inde gratia: culpa per faminā, gratia per Christum. Sane horū patrū autoritate probat, uinū aqua esse miscendū in calice domini, tū quia ita dominus docuit, tū quia ut ita fiat, in morte domini per sanguinē & aquā, quæ ex latere eius fluxerunt, significatum sit. Sancti patres tertiam rationem addunt, Quia per huiusmodi mixtionem unio populi fidelis cū Christo significatur. Quod Hieronymus astruit. Aduertimus, inquit, in aqua figuras gentium designari, dicente Ioanne in Apocalypsi, Aquæ quas uidisti populi multi sunt. In uino

uino autem sanguinem dominicæ passionis ostendit, ac sic cum in huius sacramenti oblatione uino aqua miscetur, eo ipso designatur, quod Christo fidelis populus incorporatur, iungiturq; & quadam ei copula perfectæ charitatis unitur. Item confirmat Iulius Papa Primus, ut Gratianus refert, Calix domini, inquit, iuxta Canonum præcepta uino & aqua permixtus debet offerri, quia uidemus in aqua populum intelligi, in uino uero sanguinem Christi ostendi. Ergo cum in calice uino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit, copulatur & iungitur: Quæ copulatio aquæ & uini sic miscetur in calice domini, ut mixtio illa non possit separari. Post hæc restituentæ erunt Cæremoniæ huius sacrificij, quas impij & crudeles hæretici, hæc nostra tempestate, ex multis Ecclesijs sustulerunt. In hoc igitur sacrificio, primum omnes Cæremoniæ adhibendæ sunt, quæ consecrationem corporis & sanguinis Christi, & illius oblationem in altari Domini præcedunt & sequuntur: Quarum multas omitendas esse, hæretici multo iam tempore docuerunt. Hæc sunt, generalis confessio peccatorum sacerdotis, introitus ex Psalmis, Kyrieleyson, Gloria in excelsis, Orationes quas collectas uocant, Alleluia, Lectio Epistolarum Apostolicarum, Prophetiarum & Euangeliorū, Symbolum, Offeritorium, Gratiarum actio in præfatione: Similiter hymnus ille angelicus, Sanctus, sanctus, sanctus, uariæ ad Deum preces, orationes & supplicationes, pro unitate Ecclesiæ, pro populo, pro Episcopis, pro his qui circumstant, idq; precibus etiam & supplicationibus intercedentibus sanctorum. Orationes, quibus sacerdos oblationem suam & Ecclesiæ, acceptam haberi, & ut corpus & sanguis Christi, uirtute uerbi diuini fiat, precatur. Et hæc quidem consecrationem corporis & sanguinis Domini & oblationem præcedunt. Orationes, item quæ consecrationem & oblationem sequuntur, suffragia pro defunctis: Similiter orationes pro uiuis, ut remissionem peccatorum consequantur, per Christum Dominum nostrum, participatio huius diuinis, Sacramenti, Oratio dominica, Imprecatio pacis, Imploratio misericordie ab illo immaculato agno Dei, qui tollit peccata mundi, Fractio hostiæ salutaris, Orationes ad communionem præambulæ, Sumptio sacramenti, Orationes post communionem, Commune, Benedictio: Hæc ueræ sunt Cæremoniæ, quibus diuinissimum Missæ sacrificium peragitur. Quibus accedunt cantus, uarij corporis gestus, ut elatio uultus in cælum, oscula, manuum eluaciones, extensiones, complicationes, genuflexiones, signacula Crucis. Atq; omnia hæc non sine magnorum mysteriorum significatione: Antiquitas nec nuper quidem excogitata sunt, sed pro maiore parte ab Apostolis tradita, & per successiones Patrum in Ecclesia in nos usq; deriuata: Cæremoniæ in Missa. ut Dionysij, Basilij & Chrysostomi Lyurgicæ (multo certe ea, qua hodie in Ecclesia utimur, prolixiores) demonstrant: & quorundam ijs de rebus

De consue. dist. 2. c. cum omne crimen.

Cæremoniæ Missæ ab hereticis impie abolitæ.

Partes Missæ ab initio usque ad finem.

Antiquitas Cæremoniæ in Missa.

de rebus æditis libellis pulchre explicatur, quos pio lectori, quem hic superfluis grauari nolo, diligenter legendos, eaq; quæ ad significatio-

nem rituum Missæ pertinent, cum bono iudicio excutienda commen- do. Olim sacrificio Missæ, orationes & responsiones populi inter- cedebant, Psalmodiæ, deprecationes, Kyrieleyson, Et cum spiritu tuo, Amen, Sursum corda, habemus ad Dominum, Dignum & ius- tum est, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth &c. Postea autem hæc omnia in clerum translata sunt.

Oblatiões populi ad altare.



Ed & oblatio & communio populi in hoc sacrificio fie- bant, Quæ Cæremonia & hodiè à Catholicis seruan- tur. Oblationem hæretici in multis Ecclesijs abiecerunt: quã et ipsam, ut cæteras Cæremonias, restitui oportet, & patrū Conciliorumq; ea de re æditos Canones ob- seruare. Omnis Christianus, inquit Canon, procuret ad Missarum solennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Moysen dixit, Non apparebis in conspectu meo uacuuus. Item, dato præcepto, quod omne masculinum ter in anno com- pareat in conspectu Domini: ut pote in tribus præcipuis Hebræorum solennitatibus) continuo addit Moyses, Non aparebit, ante Dominū uacuuus, sed offeret unusquisq; secundum quod habuerit, iuxta bene- dictionem Domini Dei sui, quam dedit ei. Sed & Christus huiusmo- di oblationes approbat. Inquit enim in Euangelio: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius re- conciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. In Col- lectis item sanctorum patrum liquido apparet, quod omnes Chri- stiani offerre aliquid ex usu sanctorum patrum debent. Illud etiam in Ecclesiasticis Canonibus constitutum est, ut in hoc sacrificio, & oblationes à fidelibus factæ commendentur, & eorum nomina, quorum oblationes sunt, recitentur. De qua re talis extat Canon In- nocentij Papæ, quendam in eare abusum corrigens. De nominibus uero recitandis, inquit, antequam preces sacerdos faciat, atq; eorum oblationes, quorū nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quàm superfluum sit, & ipse per tuam prudentiam recognoscis: Vt cuius hostiam, nec dum Deo offeras, eius antè nomen insinues: quamuis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt commen- dandæ, ac tunc eorum nomina quorum sunt oblationes edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur: non inter alia, quæ ante præmit- tuntur, ut ipsis mysterijs uiam futuris precibus aperiamus.

De consecra- dist. 1. omnis Christi. Exod. 23. Deut. 16.

Matth. 5.

Nomina offerentium ad altare o- mnia recita- bantur. Innoc in Epi- stola ad Eugu- binum Episco- pum.

De Oblatione & communione populi, Caput II.

Communio

Communio est duplex, una sacerdotis sacrificantis, Altera populi: Prima, pars est sacrificij illius & oblationis, quæ à sacerdote fit in me- moriã eius, quæ semel facta est ab ipso summo sacerdote (qui et hostia erat) Christo, in ara crucis: & hæc non Cæremonia est, sed pars essen- tialis sacrificij. Itaq; hæc sub utraq; specie fit, uidelicet panis et uini, nec perfecte fieri potest hæc oblatio sine specie uini, scilicet quæ illam ho- stiam Christum omnibus modis refert, ut in ara crucis oblata est. Ira- autem oblata est, ut in remissionem peccatorum nostrorum, uniuersus eius sanguis effusus fuerit, & separatus à corpore. Vnde in hac oblatione utraq; species necessaria est: & alia panis, alia uini ratio & figura est: Quamuis sub utraq; specie integer contineatur Christus. Quod & in oblatione Melchisedech præfiguratum est, qui ut sacer- dos Dei altissimi, panem & uinum Domino obtulit. Et in ritu Leui- tico, panes propositionis offeriebantur à sacerdotibus, cum uino li- baminum. Altera, rationem habet panis illius uiui & pacifici, qui & uaticum à nobis dicitur. Et ista est Cæremonia, de qua illud Anacleti accipiendū est, Peracta autē consecratione, inquit, omnes communi- cent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus: Sic enim & Apo- stoli statuerunt, & S. Romana tenet Ecclesia. Et hæc communio Lai- corum est, & sacerdotum non sacrificantium. Proinde ut ineffabile illud sacramentum panis illius uiui & uiuifici, à sola specie panis sig- nificatur, ita et perfecta est et sufficiens, quæ sub specie panis tantum fit communio. Nã quod ad fructum spiritualis cibi pertinet, quo Chri- sti fidelibus uita quæritur, & unio cum Deo uiuo conciliatur, tantū sub una specie panis præstatur, quantum sub utraq;: Nam unus pa- nis et unū corpus multi sumus, ut inquit Paulus, Vnde cum nul- lum de communione sub utraq; specie Laicorum præceptum Chri- sti extet, Licitum in primitiua Ecclesia Laicis fuit, uel sub una uel sub utraq; specie communicare. Sicut & Christus 12 Apostolis in ultima cœna panem & calicem dedit: Duobus autem discipulis in Emaus, panem tantum porrexit, qui sanè panis Eucharistiæ fuit, Vt Beda, & alij S. Patres interpretantur. De quo et illud accipiendū est, quod in Actis Apostolicis legitur, Perseuerantes erant in doctrina Apostolo- rum, & communicatione fractionis panis, et orationibus. Item, Quo- tidie perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione. In alijs autem particulari- bus Ecclesijs et Apostolorū temporibus sub utraq; specie communi- carunt. Quod Corinthios fecisse, facile ex Epistola Pauli ad Corin- thios colligitur. Quem usum subsequenter temporibus aliæ quo- que Ecclesiæ receperunt, sed eę maxime, in quibus grassantibus Ty- rannis, quotidie propter fidem, mortem subibant sancti Dei marty- res: qui quo magis ad fundendum pro fide Christi sanguinem, ani- marentur, & fortiores redderentur, non solum de pane sed etiam de

Comunio sacrificantis necesse- rio fit sub utraq; spe- cie.

Genesi. 14. Leuit. 24.

Commu- nio populi sub specie panis. Epistola. 1. Vi- de c. Episcop. et c. Omnes. de conse. dist. 1. Et c. Peracta. dist. 2. lib. 1. omni

Corin. 10. Exempla Christi & de una et de utraque specie.

panis eucharist. Act. 2. in emaus

Utriusque speciei Co- munionis apud Corin- thios olim fuit.

D calice

calice participabāt: hoc modo memoriam effusi sanguinis Christi re-
 nouantes, ut Cyprianus scribit. Ad hoc (inquit) conficitur Eucharis-
 tia, ut possit esse accipiētibus tutela. Quos igitur tutos esse uolumus,
 contra aduersarios, munimento Dominicę securitatis armamus: Sed
 quomodo armamus, quomodo prouocamus in cōfessione fidei san-
 guinem suum fundere, si eis sanguinem Christi denegamus? aut
 quomodo ad martyrij poculum idoneos facimus, si non eos prius
 ad bibendum in Ecclesia Dei poculum admittimus? Atq; ex istis faci-
 le colligitur, liberū ab initio fuisse Laicis, uel sub una, uel sub utraq;
 specie communicare. Idq; ipsius etiam Christi, diuinitissimi huius et in-
 effabilis sacramenti autoris, exemplo & opere. Nec usquam legitur,
 a Christo, uel ab Apostolis, communionē sub utraq; specie præceptā
 esse: immo ne Sacerdotibus quidem nisi iisdem sacrificantibus. Pri-
 mum enim duo loci proferuntur, quibus qui Laicis communionem
 sub utraq; specie necessariam esse asserunt, eandem a Christo præcep-
 tam esse contendunt: Alter ex Matthæo, & alter ex Paulo. Apud
 Matthæum sic legitur. Cœnantibus autem illis, accepit Iesus panem
 & benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait, Accipite & com-
 medite, hoc est corpus meum: Et accipiens calicem, gratias egit, & de-
 dit illis dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus nouite
 stamenti, qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum.
 Paulus eadem uerba Christi plenius ad hunc modum explicat. Quo-
 niā Dominus noster Iesus Christus, in qua nocte tradebatur, accepit
 panem & gratias agens, fregit & dixit, Accipite & manducate, hoc
 est corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam com-
 memorationem: Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, Hic
 calix nouum testamētum est in meo sanguine, hoc facite, quotiescunq;
 que bibetis, in meam commemoracionem. Sed hæc uerba ad Apo-
 stolos tantum a Christo dicta sunt (cum duodecim enim discipulis
 discubuit) tanquam ad eos, qui corpus & sanguinem Christi essent
 consecraturi, sumpturi, & alijs communicaturi: ergo ad Laicos referri
 nō debent. Quæ si ad eosdem quoq; dicere uoluisset Christus, pro-
 cul dubio ad eam cœnam mulieres, & in primis matrem suam, simili-
 ter Septuaginta duos discipulos, adhibuisset. Deinde eadem uer-
 ba præceptum quidem continent, quod ad manducationem pa-
 nis, & ad consecrationem corporis & sanguinis Christi, ab Aposto-
 lis faciendam pertinet: hoc enim significant uerba, Accipite & man-
 ducate: Item, Hoc facite in meam commemoracionem. De com-
 munionem autem calicis, nullum præceptum in iisdem uerbis contine-
 tur: Siquidem de calice loquens, hoc facite (inquit) quotiescunq; bi-
 betis, in meam commemoracionem. Quæ quidem uerba, ut priora,
 ad Apostolos dicta sunt, sed quibus eisdē non ut prioribus præcipit
 simpliciter bibere, sed quotiescunq; (inquit) bibetis, facite in meam
 com-
 m-
 m-
 m-

Verba Christi in nouiss. cœna, non ad quoslibet sed ad Apostolos dicta sunt.

Matth. 26

1. Cor. 11

Luc. 22

De cōmunionem Calicis nihil est Laicis præceptum.

commemoracionem: Nimirum in eorum arbitrio relinquēs, ut quo-
 ties uellent biberent. Sed si ex officio sacerdotali sacrificarēt, et sangui-
 nem suum consecrarent, ac biberent, hoc in sui memoriam facerent.
 Cæterum quod apud Matthæum dicit, Bibite ex hoc omnes, uerba
 sunt ad Apostolos dicta, non ad Laicos referenda: Vnde de calice in
 sacrificio a sacerdote bibendo, non de communionem Laicorum intel-
 ligenda sunt. Sed nec præceptum aliquod continent uerba Christi a-
 pud Ioannem, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis
 eius sanguinē, non habebitis uitam in uobis: Nam & qui sub specie
 panis tantum communicat, & manducare carnem filij hominis & bi-
 bere eius sanguinem intelligitur. Neq; enim caro, quæ sub specie pa-
 nis manducatur, exanguis est: immo sub ea totus & integer Christus
 manducatur, qui simul cibus & potus est spiritualis animæ. De hoc
 enim pane ipse Christus loquens, Panis inquit, quem ego dabo uos-
 bis, caro mea est, quam ego dabo pro mundi uita. Et rursus, Ego
 sum panis uitæ: Quibus uerbis declarat, se eum panem esse uiuifi-
 cum, quem carnem suam esse dixerat. Item, Qui manducat me uiuet
 propter me: ubi uitam ex manducatione carnis suæ pollicetur. Item
 Ego sum panis uiuus, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æter-
 nū. Ex quib. concluditur, sub specie panis integrum Christū mandu-
 cari: & ita manducari, ut qui manducat, uitā æternā habeat. Vnde ne-
 cessario consequit, ut qui carnē sub specie panis māducat, Idē etiā eius
 sanguinē bibere intelligatur, Quod et alijs uerbis plenissime declarat
 Christus, Nā de solo pane loquens. Ego, inquit, sum panis uitæ, qui
 uenit ad me non esuriet: qui credit in me: non sitiet in æternum. Id est,
 qui ex illo pane edit et credit firmiter, & discussa consciētia sua, dignē
 panem hunc sumit, nec esuriet, nec sitiet in æternum. Licet autem in
 primitiua Ecclesia liberū fuerit, sub una panis: aut utraq; panis & ui-
 ni specie communicare, idq; utroq; modo in Ecclesijs usurpatum fu-
 erit: Tamen subsequentibus temporibus, multiplicato numero Chri-
 sti fidelium, ac pace ubiq; a sauitia Tyrannorum Ecclesijs restituta:
 cum uaria eademq; grauisima, ex communionem calicis pericula acci-
 disse, Vnanimi consensu Ecclesiæ, nulla unq; de ea re controuersia
 mota (Quod raro admodum in huiusmodi rebus fidei fieri affolet)
 ea consuetudo recepta est, ut Laici sub una tantum specie panis com-
 municarent: Quæ in Ecclesia multis sæculis obseruata fuit. Do-
 nec tandem ea res, a Ioanne Huss, & Hieronymo Pragensi, apud Bo-
 hemos in dubium reuocata, eoq; redacta sit, ut quod primum in
 Ecclesia liberū fuit, deinde ob certas causas, certa ex consuetudine les-
 gem accepit, ut Laici sub altera specie communicarent: Hic in totum
 interuerterent ac assererent, diuini iuris et præcepti esse, ut Laici sub
 utraque communicarent: Quæ & magnam seditionem & tumultum
 excitauit in Bohemia, quæ & tota fere hoc errore infecta est, qui latius
 D ij us est

Bibite ex hoc omnes

Nisi biberitis sanguinem eius. Ioann. 6

Sub specie panis integer sumitur Christus.

Ioann. 6

Cōmunionem sub una specie communi Ecclesiæ consensu recepta et usu confirmata est.

Discordia per Hussitas excitata

us etiam eo tempore serpsisset, nisi uniuersalis & Oecumenici Concilij, quod in Imperiali Germania ciuitate Constantia celebratum fuit, damnatus, & rationabilis Ecclesiae consuetudo confirmata fuisset.

**Dissidium de commu-
nitione per
Lutherum
renouatū.** Sed non patitur ueritatis inimicus, & mendacij pater Diabolus, pacem Ecclesiarum & ueritatem esse saluam: Vnde & hoc nostro saeculo, eundem errorem, uelut ab Inferis per Apostatam illum monachum Martinum Lutherum reuocauit, qui & ipse cum Hulsitis astruit, communionem sub utraq; specie Laicis ad salutem esse necessariam; & alteram Laicis per Tyrannidem & inuidiam esse subtractam.

Haec igitur & id genus alia figmenta, & falsa, de hac Caeremonia comunionis Laicorum, dogmata, in Concilio tollenda, et quae in praedicto Concilio Constantiensi, ea de re aduersum praedictam haeresim definita sunt, renouanda & confirmanda erunt.

*De ueris aliorum Sacramentorum Caeremonijs restituendis.
Caput III.*



Vnt & multae aliorum sacramentorum Caeremoniae, a Catholica Ecclesia institutae, malitia haereticorum hoc tempore in multis Ecclesijs subtractae: Quas & ipsas restituere & restaurare oportebit. In baptismo igitur hij fere restituendi sunt ritus, qui iam passim in Ecclesijs negliguntur. Consecratio fontis baptismatis, duobus solennibus anni diebus, quibus in primitiua Ecclesia baptismus recipiebatur, uidelicet Paschae & Penthecostes. Exorcismus, Qui uerbo & exufflatione peragitur. De quo ita Caelestinus Papa, Illud, inquit, quod circa baptizandos in uniuerso mundo, S. Ecclesia uniformiter agit, non ocioso contemplamur intuitu, cum siue paruuli, siue iuuenes: ad regenerationis ueniunt Sacramentum, non prius fontem uitae aduent, quam exorcismis & exufflationibus spiritus ab eis immundus abigatur: Ut tunc uere appareat, quomodo Princeps mundi huius mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis: & deinceps uasa eius diripiantur, in possessionem translata uictoris, qui captiuam ducit captiuitatem & dona dat hominibus.

I.
Consecratio fontis baptismatis.

II.
Exorcismus.

*Ioann. 12
Matth. 12*

Psal. 67

III.
Signaculum crucis.

III.
Nominis impositio

V.
Qualia baptizandis imponenda sunt nomina.

tis, ad uirtutes incitamenta esse possint. Qualia sunt, quae uel ex impositione sua uirtutem & pietatem significant, ut Hebraea illa, Ioseph, Gabriel, Vriel, Raphael, Ioachim, Salomon, Maria, Martha: Graeca, Theodorus, Theodosius, Erasmus, Eusebius, Eucharis, Agatha: Latina, Victor, Urbanus, Magnus, Placidus, Faustus, Clara, Benigna, Concordia, Corona: Germanica, Gotthardus, Fridericus Renhardus, Himeltrudis, & si qua sunt his similia: Vel quae olim sanctis hominibus indita, non solum eorum uirtutes referunt, sed eos etiam, qui ipsa sortiuntur, ad imitationem earundem etiam uirtutum adhortantur. Cuiusmodi sunt nomina Apostolorum, Martyrum, Virginum, Confessorum, aliorumque sanctorum Dei hominum: De quibus in Homelijs supra Genesim multa praclare scribit Ioannes Chrysostomus, quae hic referre longum foret. Item Catechesis, id est, inquisitio de fide Trinitatis. Sed & institui in fide oportet baptizandos, si adulti fuerint. De qua re ita Laodicense Concilium constituit, Baptizandos oportet fidei Symbolum discere, & Quinta feria ultimae Septimanae uel Episcopo uel Presbytero reddere. Item, Qui in aegritudine constituti baptismum perceperunt, facti sani, fidei Symbolum doceantur, ut nouerint qua donatione digni sint habiti.

*Ioann. Chryso-
stom. in Genesim.
20. & 50
VI.
Catechesis*

*c. 46. et. 47
Laod. Concil.
VII.*

Trinamersio uel tinctio infantis in fonte baptismatis: quae sane Trina mercedum sepulturam Domini significat: sicut trina eleuatio ab aquis resurgentem de sepulchro repraesentat, ut inquit Leo Papa. Quod ante eum etiam Augustinus confirmauit, Postquam uos credere promissistis, tertio capita uestra in sacro fonte demersimus, qui ordo baptismatis duplicis mysterij significatione celebratur. Recte enim tertio mersistis, qui accepistis baptismum in nomine S. Trinitatis: Recte iterum tertio mersistis, qui accepistis baptismum in nomine Iesu Christi, qui etiam tertio die resurrexit a mortuis. Illa enim tertio repetita demersio, typum Dominice exprimit sepulturae, per quam Christo consepulti estis in baptismo, & cum Christo resurrexistis in fide, ut peccatis absoluti, in sanctitate uirtutum uiuatis, imitando Christum. Quanquam & una mersio sufficit, ubi ita habet Ecclesiae consuetudo, quod Gregorius Papa ad Leandrum Hispaniae Episcopum scribens definit: & Toletanum Concilium Quartum, ex eodem decreto confirmat. De trina, inquit, mersione baptismatis, nihil responderi uerius potest, quam ipsi sensistis, quod in una fide nihil officit S. Ecclesiae consuetudo diuersa. Nos autem quod tertio mergimus, triduanae sepulturae sacramenta signamus: ut dum tertio infans ab aquis educitur, resurrectio triduanis temporis exprimitur. Quod si quis forte etiam pro summe Trinitatis ueneratione existimet fieri, nec ad hoc aliquid obstat, baptizandum semel in aquas mergere, quia dum in tribus subsistentijs una substantia est: repraesensibile esse nullatenus potest, infantem in

*Leo Epist. 4
cap. 3*

*De cons. dist. 4
c. postquam*

*Greg. lib. 1. reu-
gist. epist. 41
Tolet. 4. c. 6*

42
 baptisate in aquam, uel ter uel semel mergere: Quando & in tri-
 bus mersionibus personarum Trinitas, & in una potest diuinitatis
 singularitas designari. Sed si nunc usq; ab hæreticis infans in baptis-
 mate tertio mergebatur, faciendum apud uos esse non cenleo, ne dū
 mersiones numerant, diuinitatem diuidant: dumq; quod faciebant
 faciunt, morem uestrum se fecisse gloriantur. Hæc Gregorius ille Ma-
 gnus, qui non solum partes Italiae illustrauit, sed & longe existentes
 Ecclesias sua doctrina perdocuit, ut de eodem affirmat prædictum
 Toletanum Concilium. Addo etiam ex eiusdem Concilij sententia,
 in huius simpli sacramenti mysterio, mortem & Resurrectionem
 Christi significari. Nam in aquis mersio, quasi ad infernum descensio
 est, & rursus ab aquis emersio, Resurrectio est. Similiter in eo unitas
 diuinitatis, & Trinitas personarum ostenditur: Vnitas, dum semel
 mergimus: Trinitas, dum in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti
 baptizamus. Hæc de trina mersione ideo adducere uoluimus, ut
 intelligamus, non solum huius Cæremonie mysterium, sed etiam Cæ-
 remonias quantumlibet uniuersales, non ita fixas esse & firmas:
 Quia propter uarij mysterij significationem, uarij etiam & diuer-
 sum usum recipere possint. Secus quando mysterium Cæremonie
 est unum & fixum, usum tantum utendi modum requirens: Nam
 tunc unus quoq; & simplex usus Cæremonie est, quem & illibatum
 custodire oportet, ut celebritas Pasche, & obseruatio Quadragesi-
 mar, &c. In Sacramento Ordinis, restaurandi sunt ac reddendi Ecclē-
 siis ritus, consecrati Episcopos, ordinati sacerdotes, Diaconos, Sub-
 diaconos, & alios inferiores ministros. Carthaginense hæc Conci-
 lium Quartum, de ritibus in ordinandis Ecclesie Pontificibus, sa-
 cerdotibus, & ministris obseruandis, tales Canones ædidi. Episco-
 pus cum ordinatur, duo Episcopi ponant & teneant Euangeliorū
 librum, super caput & ceruicem eius: & uno super eum fundente be-
 nedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis ca-
 put eius tangant. Presbyter cum ordinatur, Episcopo eum bene-
 dicente & manum super caput eius ponente, etiam omnes presby-
 teri qui præsentēs sunt, manus suas iuxta manum Episcopi, super ca-
 put illius teneant. Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus qui eo
 um benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad sacerdo-
 tium, sed ministerium consecratur. Subdiaconus cū ordinatur, quia
 manus impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi accipi-
 at uacuum, & calicem uacuum: de manu uero Archidiaconi urceolū
 cum aqua, & mantile, & manutergium. Acolytus cum ordinatur,
 ab Episcopo quidē doceatur, qualiter in officio suo agere debeat, sed
 ab Archidiacono accipiat ceroferrarium cum cereo, ut sciat se ad accē-
 denda Ecclesie luminaria mancipari: Accipiat & urceolum uacuum,
 ad suggerendum uinum, in Eucharistia sanguinis Christi. Exor-
 cista

Mors & re-
 surrectio
 Christi per
 baptisum
 representa-
 tur.

Varietas
 mysterij ua-
 riat et ritū.

VIII
 Ritus ordi-
 nandi ex Cō-
 cil. Cartha-
 gi. Quarto

c. 2
 c. 3
 c. 4
 c. 5
 c. 6
 c. 7

esta cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scri-
 pti sunt exorcismi, Dicente sibi Episcopo: Accipe & commenda me-
 moria, & habeto potestatem imponendi manus super Energume-
 num, siue baptizatum, siue Catechumenum. Lector cum ordi-
 natur, faciat de illo uerbum Episcopus ad plebem, indicans eius fi-
 dem, ac uitam, atq; ingenium: Post hæc spectante plebe, tradat ei co-
 dicem de quo lecturus est, dicens ad eum, Accipe & esto lector uer-
 bi Dei, habiturus, si fideliter & utiliter impleueris officium, partem
 cum eis, qui uerbum Dei ministrauerunt. Ostiarius cum ordinatur,
 postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei
 debeat conuersari, ad suggestionem Archidiaconi, tradat ei Episco-
 pus clauēs Ecclesie de altario, dicens, Sic age, quasi redditurus Deo
 rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur. Psalmista, id
 est, cantor, potest absq; scientia Episcopi, sola iussione Presbyteri, offi-
 cium suscipere cantandi, dicente sibi Presbytero, Vide ut quod ore
 cantas, corde credas: & quod corde credis, operibus comprobēs.
 Sanctimonialis ungo, cum ad consecrationem sui Episcopo offer-
 tur, in talibus uestibus applicetur, qualibus semper uirum est, professi-
 oni & sanctimoniali aptis. His accedunt alia quædam Cæremonia,
 ut in consecratione Episcoporum & sacerdotum, unctio, oratio-
 nes. In ordinatione Diaconorum, Subdiaconorum, & aliorum mini-
 strorum tonsura. De unctio Episcoporum ita scribit Innocentius
 Tertius Papa, Hoc ergo Chrismate (inquit) debet ungi Episcopus,
 non tam in corpore quā in corde: ut & interius nitorem conscientie
 quantum ad Deum, & exterius habeat odorem famæ, quo ad proxi-
 mum. De nitore conscientie dicit Apostolus, Gloria nostra hæc est,
 testimonium conscientie nostræ. De odore famæ idem Apostolus
 ait, Christi bonus odor sumus in omni loco: & alij sumus odor uitæ
 in uitam, alij sumus odor mortis in mortem. Debet enim Episco-
 pus habere bonum testimonium, & ab his quæ sunt intus, & ab his
 quæ sunt foris, ut cortina cortinam trahat: & qui audit, dicat, ueni.
 Hoc ungento manus & caput Episcopi consecrantur: Per caput em-
 mens intelligitur, iuxta illud, Vnge caput tuum, & faciem tuam laua:
 Per manus opera intelliguntur, iuxta illud, Manus meæ distillaue-
 runt myrrham. Caput inungitur, propter autoritatem et dignitatem:
 & manus propter ministerium & officium. Caput enim ungitur, ut
 ostendatur illius repræsentare personam, de quo dicitur per Pro-
 phetam, Sicut unguentum in capite. Caput enim uiri Christus, caput
 Christi Deus, qui de se dicit, Spiritus Domini super me, eo quod un-
 xit me, Euangelizare pauperibus misit me. Manus Episcopi inungū-
 tur, ut ostendatur accipere potestatem benedicendi & consecrandi.
 Vnde cum eas consecrator inungit, Cōsecrare, inquit, & sanctificare
 digneris Domine manus istas, per istam unctionem & benedictio-
 nem

c. 8
 c. 9
 c. 10
 c. 11
 IX.
 Unctio
 Extra. c. 1. de
 sacra unctioen
 1. Cor. 1
 2. Cor. 2
 Odor bo-
 næ famæ.
 1. Tim. 3
 Matth. 6
 Cantic. 5
 Cur ungu-
 tur caput
 & manus
 Episcopi.
 Psalm. 132
 1. Corin. 11
 Esaiæ. 61
 Lucæ. 4

X. Tonsura. c. quoniam 69. dist. Hæretici maligne student mutare Cæremonias.

6.40 Tolet.4

Ne clerici comam nutriant. In decr. dist. 23 c. Prohibete

1. Cor. 11

Cap. 20

c. 67

nem nostram, ut quæcunq; consecrauerint consecrentur, & quæcunq; benedixerint benedicantur in nomine Domini. Hæc Innocentius Papa Tertius. Similiter & sacerdotis manus unguuntur, non quidem chrismate, sed oleo, ab ordinatore tamen Episcopo, ipsdem omnino uerbis, quibus Episcopus benedicitur. Post manus impositionem clerici ex more Ecclesiastico tondentur, ut hoc signo à Laicis discernantur, Qui ritus in multis Ecclesiis hodie sublatus est, maxime quas occupant nostri temporis hæretici: In quibus qui Ecclesiastica ministeria utcunq; usurpant, neq; uestibus sacerdotibus, neq; tonsura clericali utuntur. Veteres hæreticos in hac re, ut in alijs, referentes. Quibus semper in usu fuit, ut ritus Ecclesie uel mutarent uel prorsus subuerterent. Sic olim in Hispanijs, cum Catholici consuetudinem haberent, ut toto superius capite tonderent, inferius sola corona circuli relicta: hæretici solo nouandi studio prolixas comas nutrire, & in uertice capitis circulum tondere præsumperunt. Quem morem deinde lectores Catholici recipientes, occasionem decreto Concilij Toletani Quarti dederunt. Quod sic habet, Omnes clerici uel lectores, sicut Leuitæ & Sacerdotes, de tonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquunt, non sicut hucusque in Galliarum partibus facere lectores uidentur, qui prolixis, ut Laici, comis in solo capitis apice modicum circulum tondent: Ritus enim iste hucusque in Hispanijs hæreticorum fuit. Vnde oportet, ut pro amputando ab Ecclesiis scandalo, hoc signum dedecoris auferatur, & sit una tonsura uel habitus, sicut totius Hispanie reus erit. Proinde & hic ritus restituendus erit, si dei Catholice reus erit. Proinde & hic ritus restituendus erit, qui non est nouus, sed non multo post Apostolorum tempora institutus. Siquidem ab Aniceto, duodecimo à Petro Pontifici, ea de re ita ad Ecclesias uniuersas Galliarum scriptum legimus. Prohibete, inquit, fratres per uniuersas regionum uestrarum Ecclesias, ut clerici (qui Laici & simplicibus, uirtutis & honestatis, pudicitie & grauitatis exemplar esse debent, ac seipso tanquam signum uitæ, rudioribus ad imitationem prudenter exhibere) iuxta Apostolum comam non nutriant, sed desuper caput in modum Sphæræ radant: quia sicut discreti debent esse in conuersatione, ita & in tonsura, & omni habitu discreti debent apparere. Atq; hunc ritum non solum Latinæ sed etiam Græcæ Ecclesie receperunt, et diligenter semper custodierunt, ut constitutiones tam Græcarum quam Latinarum Synodorum testantur. Nam præter ea, quæ supra ex Toletano Quarto retulimus, de clericis detondendis ita statuit Agathense Concilium. Clerici qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiam si noluerint, inuicti detondeantur. Item ex Capitulis Græcarum Synodorum, Martini Bracarensis Episcopi. Non oportet clericos comam nutrire, & sic ministrare: sed attonso capite, patentibus auribus, & secundum Aaron talarem uestem

stem induere, ut sint in habitu ornato. Porro huiusmodi coronam habent clerici ab institutione. Ro. Ecclesie, in signum regni quod a Christo expectatur. Ratio uero capitis rerum temporalium contemptum significat, ut Hieronymus testatur. Sunt & alia multa, quæ ad ætatem, qualitatem & mores magis ordinandorum, quam ad Cæremonias pertinent, Sed quæ alias a nobis commodius explicabuntur. Simili modo in alijs quoq; sacramentis, si qui ritus Ecclesiastici hætenus, uel negligentia sacerdotum, uel hæreticorum fraudibus intermissi, & aboliti sunt: eos conueniet pro ueteri Ecclesiarum consuetudine reuocare, & in pristinam formam reducere, ut sic sacramenta decenti ordine administrantur.

De abusibus Sacramentorum & aliorum, quæ ad celebrationem & frequentationem diuinorum officiorum pertinent. Caput IIII.



Præfatio. Ixiimus de ueritate Cæremoniarum Ecclesiasticarum

in Sacramentis, quibus modis, si quæ in impietate hæreticorum aut prælatorum ignorantia uel negligentia, interciderunt, in Concilio renouanda sint, atque restituenta: Super est ut de earundem abusibus dicamus, ut si qui forte Ecclesiam inuaserint, corrigantur.

Quod & ueterum Conciliorum patres obseruauerunt: Qui & ipsi restituitis primum ueris & legitimis Ecclesie ritibus, mox operam dederunt, ut si qui contra ueritatem & rationem abusus irrepissent, eos etiam emendarent. Et idem in cæteris quoq; Cæremonijs obseruabimus, ut earum ueris dogmatibus & usu confirmatis, si quos abusus in ipsè inoleuisse animaduertimus: quibus modis & ipsi corrigendi sint, doceamus. Primum igitur in sacrificio missæ, olim maximus abusus fuit, qui & hodie in Ecclesia perdurat, ut missæ ab indoctis et illiteratis sacerdotibus, ac mysteriorum eiusdem prorsus ignaris celebrarentur. Is autem a Fabiano Papa huiusmodi decreto correctus est, quod & hodie renouandum erit. Sacrificium, inquit, non est accipiendum de manu Sacerdotis, qui orationes uel actiones, & reliquas obseruationes, in missa, secundum ritum implere non potest.

I. Abusus.

In Cod. decret. sedecim libro 5. c. 9

II.

Alius abusus, Quod in Celebrationibus missarum, Sacrificantes non habent adiutores: Vnde periculum est, ut si forte in infirmitate incidat, nemo adsit, qui sacrificium coeptum complere possit. Hic abusus & olim fuit in Toletano Concilio emendatus, tali decreto. Illud etiam diuini oraculi momentis singulis præcauentes, quo scribitur Væ soli, cum ceciderit non habet subleuantem: summopere uerè dum nobis est & cauendum, ne horis illis atq; temporibus, quibus Domino psallitur uel sacrificatur, uniuersiq; diuinis singulariter officijs insistenti, pernicioza passio uel corporis quælibet ualetudo occurrat,

c. 14. Tolet. 11.

Ecclesi. 4 Prouisio cõtra subitotos casus sacrificantiũ.

currat, quæ aut corpus subito subruï faciat, aut mentem alienatione uel terrore confundat. Pro huiusmodi ergo casibus præcauentes necessarium duximus instituere, ut ubi temporis, uel loci, siue cleri copia suffragatur, habeat quisque ille canens Deo, atq; sacrificans posse uicini solaminis adiutorem: ut si quando casu ille officia impletus rus accedit, turbatus fuerit, uel ad terram elisus, a tergo semper habeat qui eius uicem exequatur intrepidus. Huic haud dissimile est, qd presbyteri in Celebrationib. Missarum, nõ habent astantes, ad quos salutationes sacrificantium dirigantur, & a quibus rursus salutanti bus respondeatur. Quem abulum Soter Papa correxit tali decreto. Hoc statutum est, ut nullus presbyterorum missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus sibiq; respondentibus, & ipse tertius habeatur. Quia cum pluraliter ab eo dicitur: Dominus uobiscum, & cum illud in secretis, Orate pro me, apertissime conuenit, ut illius respondeatur salutationi. Alius abusus olim fuit, quod sacrificantibus ad altare astant & ministrabant foemine, qui & hodie durat, maxime in ruralibus Ecclesijs, Hunc abusum inter alios multos sacerdotum excessus enumerat facundissimus Gelasius Papa Primus, Nihilominus, inquit, impatienter audiimus, tantum diuinorum reru subisse despectum, ut foeminae sacris altaribus ministrare ferantur, & cuncta que non nisi uiroru famulatu deputata sunt, sexui cui non competit, exhibere. Deinde tales excessus in hunc modum emendat, Nisi quod, inquit, omnium delictorum, quæ singillatim perstrinximus, noxa omnis & crimen eos respicit sacerdotes, qui uel ista committunt, uel committentes minime publicando, prauis excessibus se fauere significant. Si tamen Sacerdotum uocabulo iam sunt nunc cupandi, qui delegatum sibi religionis officium prostertere moliantur, ut in peruersa quoq; prophanaq; procliuës, sine ullo respectu regule Christianæ, præcipitia funesta sectentur. Cumq; scriptum sit, Minima qui spernit paulatim decidit, quid est de talibus existimandum, qui immensis ac multiplicibus prauitatum molibus occupati, ingentem ruinam multimodis impulsionebus ædiderunt: quæ non solum ipsos uidentur obruere, sed & Ecclesijs uniuersis mortiferam, si non sanentur, inferre perniciem: Nec ambigant qui hæc ausi sunt exercere, sed etiam qui hæc cognita siluerunt, sub honoris proprii se iacere dispendio, Si non quanta possint celeritate festinent, ut leuethalia uulnera a competenti medicina sanentur. Quo enim more tentancant lura Pontificum, qui Pontificalibus excubijs eatenus iniuncta dissimulant, ut contraria domui Dei, cui præsidet, potius operentur, qui quantum apud Dominum possunt, si ei non nisi conuenientia procurarent: tamen quid mereantur, aspiciant, quum execrabili studio sectentur aduersa: & quasi magis hæc regula sit, qua Ecclesiæ debeant gubernari, si quicquid est Ecclesiasticis inimicu regulis, per-

III. Sacrificans non minus quam duos habeat astantes. c. hoc quoq; de cons. dist. 1

III. Ne foeminae ministræ ad altare. Gelasius in epistola ad Episcopos per Lucaniam et Brutios et Siciliam cap. 28. Reprehensio negligentiæ Episcoporum.

Ecclesijs

Attendant Episcopi.

petratur. Cum & si cognitos habeat Canones unusquisque Pontificum, intemerata debuerit tenere custodia: Et si forsitan nesciebat, cõsulere fidenter oportuerit ignorantem. Quo magis excusatio nulla succurrit ignorantibus: quia nec sciens præposuit seruare quod nouerat, nec ignorans curauit nosse quod gereret. Alius abusus in sacrificio est, quod Laici in celebratione mysteriorum ad altare accedunt. Quæ Turonica synodus secunda ita emendauit: ut Laici secus altare, quo sancta mysteria celebrantur, inter clericos tam ad uigilias quam ad Missas, stare penitus non præsumant: sed pars illa, quæ a Cancellis uersus altare diuiditur, Choris tantum præsentium pateat clericoru, ad orandum & communicandum laicis & foeminis (sicut mos est) pateant sancta sanctorum. Alius abusus, quod in summis festiuitatibus Missæ celebrantur in oratorijs: Vnde Christi fideles a diuinis maiorum Ecclesiarum maxime parochialium abstrahuntur. Hunc abusum emendauit Agathense Concilium tali decreto. Si quis etiã extra parochias, in quibus legitimus est ordinariusq; cõuentus, oratorium in agro habere uoluerit, reliquis festiuitatibus, ut ibi Missas teneat, propter fatigationem familiae, iusta ordinatione permittimus. Parochia uero, Natali Dni, Epiphania, Ascensione Domini, Pëtecoste, et Natali. S. Ioan, Baptistæ, & si qui maximis dies in festiuitatibus, habent, nõ nisi in ciuitatibus, aut in parochijs teneant. Clerici uero, si qui in festiuitatibus, quas supra diximus, in oratorijs, nisi iubente aut permittente Episcopo, Missas facere aut tenere uoluerint, a Cõmunione pellantur. Alius abusus, quod populus die Dominica, nec dũ completo Missæ sacrificio, discedat. Hic abusus antiquus est, quæ temporibus Cœlestini Papæ, patres Agathense Concilij emendarunt tali decreto. Missas die Dominica secularibus, tenere, speciali ordine præcipimus: ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus nõ præsumat: qui si fecerint, ab Episcopo publice confundantur. Idem abusus etiam temporibus Vigilij Papæ durauit, quem denuo correxit Aurelian. Concilium. De Missis, inquit, nullus Laicoru ante discedat, q̃ Dominica dicatur oratio: & si Episcopus præsens fuerit, eius benedictio expectetur. Idem abusus in alijs quoq; diuinis officijs etiã Apostoloru temporibus cepit, & longo post tempore durauit, et ad hæc usq; nostra tempora permanet: ut Laici quidã scripturas quidẽ et uerbu diuinu audientes, alia diuina officia negligant. Quidã etiã sacerdote uerbu Dei prædicante, sermone necdũ finito exeant. Quidã neglectis diuinis officijs, spectaculis interint. Contra quos abusus, hæc serè decreta Apostoloru & sanctoru patrum extant. Omnes fideles qui ingrediuntur Ecclesiam, & scripturas audiunt, non autem perseuerant in oratione, nec sanctam Cõmunionem percipiunt, uelut inquietudines Ecclesiæ commouentes, conuenit Cõmunionem priuari. Item Carthaginense Concilium Quartum, Sacerdote uerbum faciente in Ecclesia, qui egressus de audi-

V. Ne Laici astant pro pealtare. c. 4

VI. Quando liceat uti oratorijs priuatis. c. 21

VII. Ne populus ante finem Missæ discedat. c. 28. Aur. el. 3. Agath. c. 47. de cons. dist. 1. c. Missas.

In canonicis Aposto. c. 10. Ut Laici diuina officia non negligant. + permanet

De cons. dist. 1. c. Omnes fideles.

c. 24. c. 84.

de auditorio fuerit, excommunicetur. Itē, Qui die solenni, prætermisso Ecclesiæ solenni conuentu, ad spectacula uadit, excommunicetur.

D. BRUNI DE CAEREMONIIS LIBER TERTIVS. DE CAEREMONIIS RERVM DOMINICARVM SIVE SACRARVM RESTAURANDIS. Caput I.

Res sacrae ad cultum Dei necessariae in utroque testamento.



Vemadmodum in ueteri testamento, ad peragendum cultum diuinum, & custodiendas Caeremonias, res quaedam ad eum usum consecratae, uelut instrumenta, necessariae erant: ut rationale, superhumeralis, Tunica, et linea stricta, Cidaris, et Baltheus, Tiara, et alia uelut instrumenta sacra: Omniaque haec faberrime sculpta, celata & auro, gemmis, purpura, aliisque rebus preciosis pulcherrime distincta & ornata: item altare, tabernaculum, uasa sacra, oleum sacrum, mensae, lucernae, Thuribula, patellae, Scyphi, mortariola, & caetera ex auro etiam fabrefacta. Sic in nouo testamento ad rite perficiendum sacrificium, & ad ministrandum sacramenta, usus quarundam rerum sacrarum necessarius est: Quales sunt, templa, altaria, uestes sacrae, uasa sacra, chrisma, oleum, luminaria, reliquiae, imagines, signaculum crucis, & quae sunt generis eiusdem. De quibus iam singulis ordine dicemus. Sunt autem res sacrae, quae ad usum ministerij Ecclesiastici, cultus diuini, & sacrarum Caeremoniarum rite à Pontificibus consecratae sunt, uelut aedes sacrae, et dona quae rite ad ministerium Dei dedicatae sunt. Has res ueteres interdum sacras, interdum sacratas, interdum ministeria & quae harum preciosiores sunt, ornatum sacrorum, thesaurum Dominicum appellant. Ad quem modum uasa etiam Dominica, mensae Dominicae, &c. appellantur: Et templa ipsa in honorem Christi erecta, ueteres Dominicae appellantur. Nam sicut Christum saluatorem nostrum frequentius dominum uocabant, nimirum Apostolorum more sequuti, et historiam Euangelicam: Ita quae res Christo consecrabantur, eas a Domino dominicas appellabant. Unde & hodie templa Cathedralium Ecclesiarum Germanico uocabulo Domkirchen uocantur, et eorum Canonici Domherrn, ut beatus Rhenanus in annotationibus Eusebii testatur. Illud quoque addendum est, in canonibus templi ante consecrationem Basilicam, post consecrationem autem Ecclesiam uocari. In rebus sacris, reliquias quoque sanctorum connumeramus, quas olim Christi fideles magna deuotione collegerunt. Nam & ipsae ritibus sacris adhibentur. Satis ipsorum sanctorum uel sanguine uel sanctae uitae merito consecratae: Ideoque in solis Deo sacratis locis repositae

Templa dicta sunt olim Dominica.

de relig. domini. P. in inru. de cons. Eccle. uel alt.

Reliquiae sanctorum inter sacra ecclesiae nuntur

reponuntur, ipsidemque celebrioribus. Neque enim in oratorijs uillaribus ponuntur, nisi forte clericus cuiuscunque parochiae, in cuius Ecclesia eas esse contingat, huiusmodi sacris cineribus psallendi frequentia famuletur, ut in Epauuensi Concilio constitutum est. Sicut & distractio earundem etiam ciuilibus legibus prohibita est. Nemo martyres distrahatur, nemo mercetur, habet lex Honorij et Theodosij. Fuit autem magna semper in Ecclesia fidelibus cura, ut diligenter custodirent & pie uenerarentur sanctorum reliquias, ut sacrae historiae testantur. Urbs Roma, Apostolorum Petri & Pauli reliquias custodit: Quorum etiam sanguine Romana Ecclesia consecrata est, ut testatur Tertullianus Felix Ecclesia, inquit, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni dominicae adaequatur, ubi Paulus Ioannis exitu coronatur, ubi Apostolus Ioannes Euangelista, posteaquam in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulam relegatur. Edessea ciuitas reliquijs Thomae Apostoli decorata fuit. Patauium Lucam Euangelistam, Venetiae, Marcum Euangelistam habent, & alia loca aliorum Apostolorum & Martyrum sanctorumque reliquias. Sic Smyrnaei reliquias S. Martyris Polycarpi Antistitis, sui illius qui fuit Ignatii discipulus, discipuli S. Ioannis Euangelistae, et ab Apostolis ordinati, collegerunt, condiderunt, & uenerati sunt, ut in Epistola quam ad omnes ubique sanctas Ecclesias scribunt, testantur. Vbi autem, inquit, Centurio uidit tam obstinam Iudaeorum contentionem, positum ipsum in medio corpus Polycarpi exulsit, & ita nos postmodum ambusta ossa, preciosissimis gemmis chariora, & omni auro probatiora per ignem facta, collegimus, et sicut conueniebat, ex more condidimus: Quo in loco etiam nunc praestante domino, solennes agimus celebresque conuentus, maxime quidem in die passionis eius. Sed & cum ipsis eorum memorias, qui prius passi fuerant, celebramus, ut sequentium animi ad praecessorum uiam exemplis insignibus suscitentur. Ex quibus uerbis plane intelligimus, uetustissimum esse morem, adeoque Apostolorum etiam temporibus uigentem, reliquias sanctorum colligendi, in sacrarijs condendi, ac pia ueneratione colendi. Tradunt historiae Ioannis Baptistae caput, quod Herodias petijt ab Herode Tetrarcha, temporibus Valentis Imperatoris, Monachos Macedonianos, qui primum Hierosolymis habitauerunt, postea in Ciliciam migrauerunt, inuenisse. Quod cum rescuisset Valens, praecipit caput sacrum Constantinopolim deportari: Quod cum uehiculo impositum, ad locum qui uocatur Panthichium deportatum fuisset, non passum est amplius trahi uehiculum, quantumlibet iumentis multis plagis afflictis, Unde sanctum caput eo loci, in uico appellato Cosilai reconditum, ibidem usque ad tempora Theodosij requieuit. Idem igitur Imperator, quod Valens aut Deo aut Propheta resistente non potuit, ad eum locum perueniens, purpura sua thecam, in qua sanctum caput reconditum erat, amplectens,

c. 25.

C. de sac. sanct. Ecclesi. L. nea mo.

Reliquiae apud diuersas urbes in ueneratione habitae. Li. de praescri. heretico.

Ruff. lib. 11. Ecclesi. Histo.

Reliquiae S. Polycarpi apud Smyrnos. Euseb. lib. 4. c. 24. c. 15.

Caput. Io. Baptistae. Zozomennus in Trip. lib. 9. c. 43.

E

plectens, eamq; secum portauit, & ante ciuitatem Constantinopolitanam ad Septimum miliarium, magna & pulcherrima ibidem Ecclesia ædificata, recondidit. Reliquæ uerò reliquiæ eiusdem S. Prophetæ, usq; ad tempora Iuliani Imperatoris Apostatæ, in Palestinorum urbe Sebaste reconditæ fuerunt. Verum eiusdem Imperatoris tempore, cum in omnia scuiret feritas Paganorum, sepulchrum quoq; Iohannis Baptistæ inuasit, ossa dispererunt, atq; ea rursus collecta igni concremanda, ac sanctos cineres pulueri commixtos, per agros & rura dispergenda destinarunt. Verum prouidentia Dei, Monachi quidam de Hierosolymis, homines Dei, eo orationis causa profecti, cum tantum scelus uiderent, nullum periculum timentes, ijs qui ossa legebant commixti, sanctas reliquias diligenter & religiose congregarunt, atq; subtraxerunt: quas deinde B. Athanasius, Alexandria Episcopus, sub cauato sacrarij pariete inclusas, generationi posteræ conseruauit, ut Ruffinus scribit. Theodosius iunior Iohannis Chrysostomi reliquias, quem Arcadius & Eudoxia parentes eius urbe expulerant, non solum in Regiam urbem deuehi curauit, sed etiam oculis atq; facie in arcam procumbens, errati parentum suorum ueniam precatus est. Hæc propterea commemorare uolui, ut intelligamus, reliquias quoq; sanctorum inter sacra merito connumerari: ut quas Ecclesiæ semper, non solum pie ueneratæ sunt, sed sacris etiam diuinisq; uisibus adhibuerunt, ut posthac dicemus, quando de usu rerum sacrarum agemus. Sunt autem ritus sacrarum rerum duplices. Quidam ad consecrationem earundem pertinent, ut dedicatio templorum, complex ritus, cratio altarum, Chrismatismis, olei, uestium, uasorum: benedictio salis, Consecratio aquæ, cereorum etc. Nam earum rerum in sacrificio, sacramentis, & uisibus. diuinis officijs, nullus legitimus usus esse potest, nisi consecratarum. Quidam uero ad usum sacrificij & sacramentorum adhibentur, ut locus sacer, altare, uestes, uasa sacra in sacrificio Missæ, alijsq; diuinis officijs: unctio in consecratione pontificum, sacerdotum, etc. unctio infantum in baptisate: usus sacrorum uasorum in sacrificio Missæ, & similes. Ac primum quidem uetustissimus est ritus, ne ulla Ecclesia absq; sedis Apostolicæ autoritate ædificetur, Quod Gelasius & Nicolaus pontifices constituerunt. In Concilio Aurelianensi decretum est, ut nemo Ecclesiam ædificet, antequam Episcopus ciuitatis ueniat, & ibidem crucem figat publice: atrium designet, & ante præfinit, qui ædificare uult, quæ ad luminaria & ad custodiam, & ad stipendia custodum sufficiant: & ostensa donatione sic demum ædificet, & postquam consecratum fuerit atrium eiusdem Ecclesiæ, sancta aqua conspergat. Idem in Concilio Bracarensi secundo statutum est. Vnusquisq; Episcoporum meminerit, ut non prius dedicit Ecclesiam, nisi ante dotem Basilicæ & obsequium ipsius, per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non leuis culpa est ista temeritas, si sine luminarijs

Lib. 11. Eccles. histo. c. 28.
Trip. 1. b. 10. c. 26.
Theode. lib. 5. c. 36.

c. de locorum cum 4. seq. de consecr. dist. 1. Gelas. in Epistola ad Episcopos per Lucaniam & Brutios et Siciliam c. 27.
c. nemo de consecr. dist. 1. c. 5.

luminarijs, uel sub substantiali sustentatione eorum qui ibidem seruiuri sunt, tanquam domus priuata consecratur Ecclesia. De ritu autem dedicandi & consecrandi Ecclesias et altaria, ita Euaristus, Sextus à Petro Pontifex, constituit. Omnes Basilicæ cum Missa semper debent consecrari. Altaria uerò placuit non solum unctioe Chrismatismis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari: Si uerò altaria non fuerint lapidea, ad celebranda diuina officia non consecrentur. Idem quoq; & iisdem uerbis de consecratione altarum, in Concilio Agathensi, tempore Cælestini Papæ, decretum est. Quibus consentit Canon Concilij Epauensis, Altaria (inquit) nisi lapidea, infusione Chrismatismis non sacrentur. Ad idem genus pertinet, quod Ecclesiæ & altaria non ab alio, quam ab Episcopo erigi atq; consecrari possunt. Quo nomine reprehenduntur à Leone Papa Episcopi Germaniæ & Galliæ, quod Chorepiscopos & Presbyteros destinarent, qui absente pontifice altaria erigerent, Basilicasq; consecrarent, ac propterea in Concilio Episcoporum & cæterorum Consecratorum in hunc modum statuit. Sicut, inquit, Chorepiscopo (qui iuxta Canones Nicæensium, uel secundum aliorum decreta Patrum, iisdem sunt qui & Presbyteri) uel Presbytero illicita consecratio est altarum, ita & constitutio. In diuinis enim literis præcipiente Domino, solus Moyses in tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse unxit, qui utiq; summus sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Ideo quod quod tantum facere Principibus sacerdotum iussum est (Quorum typum Moyses et Aaron tenuerunt) omnino decretum est, ut Chorepiscopi uel Presbyteri (qui filiorum Aaron gestant figuram) arripere non præsumant. Huic consentit decretum Hormisdæ Papæ. Nullus Presbyter in Ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab Episcopo loci fuerit consecratum uel permissum, ut sit discretio inter sacrum et inter non sacrum, nec dedicationem fingat, nisi sit. Quod si fecerit, degradetur, si clericus est: si uero Laicus, anathematizetur. Quin & consuetudo iam olim uetus Ecclesiæ fuit, ut ad dedicationem Ecclesiæ multi Episcopi inuitarentur, qui hac occasione conuenientes, celebrato publico conuentu, de alijs etiam Ecclesiasticis negocijs tractabant & definiabant. Sic in dedicatione Basilicæ, quam Liberius Præfectus & Patricius in Arausica ciuitate construxerat, conuenientes Episcopi Concilium Arausicanum celebrarunt, in quo collatis his quæ ad Ecclesiasticam regulam pertinent: Quædam etiam capitula de gratia & Libero arbitrio, ab Apostolica eis sede transmissa, sua quoq; subscriptione approbarunt, & ab omnibus obseruanda decreuerunt. Simili modo Episcopi, ad dedicationem Basilicæ S. Mariæ in Arelateni ciuitate conuenientes, Concilium Arelatense Tertium habuerunt: in quo de obseruatione Ecclesiasticæ regulæ quædam statuerunt. Quæ consuetudo tanto omnium consensu recepta, & ubiq; custodita fuit, ut et hæ-

De ritu eorum
secrati Ecclesias et altaria.

c. 14. Agathe.

À solis Episcopis debent consecrari templa & altaria.

Leo. Epist. 86.

Psal. 98.

c. nullus Presbyter. de consecr. dist. 1.

Conuētus olim Episcoporum in Ecclesiis dedicationibus.
c. 1. Arausicanæ Concilij.

ritici (quibus tamen illud in primis peculiare est, ut nihil innouatum relinquant) sua quoque Concilia per occasionē dedicationum celebrarent. Ad hunc modū Eusebius Nicomedienſis egit, ut in Antiochia Syriæ Synodus Arrianorū Episcoporum fieret, sub occasione uideſcit Eccleſiæ quam Constantinus fabricare cœperat; & post eius obitū, Constantius filius, Decimo anno à tempore fundacionis expleuerat, in ueritate autem ad subuersionem Nicæni Concilij. In eo siquidem Concilio id agebant tantum, ut fidem Nicænam; si non in totum subuertere, saltem transformare, & principium præbere possent, ut frequentibus Concilijs, alia subinde mutantēs & recitantes, efficerent, ut definitio fidei paulatim in Arrianam uersam relaberetur, ut Socrates in Tripartita historia testatur. Inter omnes autem Episcopos qui conueniebant, is tantum consecrabat, in cuius Diœcesi & territorio erat Ecclesia, ut in Concilio Arausicensi definitum est, in hunc modū. Si quis Episcoporum in alienæ ciuitatis territorio, Ecclesiam ædificare disponit, uel pro fundi sui negocio, uel Ecclesiastica utilitate, uel pro quacumque sua oportunitate, permissa licentia ædificandi (quia prohibere hoc nephas est) non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodo referuat, in cuius territorio Ecclesia assurgit. Et post pauca, Quod si etiam sæcularium quicumque ædificauerit Ecclesiam, & alium magis quam eum, in cuius territorio ædificat, inuitandum putauerit: tam ipse, cui contra constitutionem ac disciplinam gratificari uult, quam omnes Episcopi, qui ad huiusmodi dedicationem inuitantur, à conuentu abstinebunt: Si quis excesserit, in reatum deuocabitur: si quis excesserit, ordinem recognoscat Canonicum. Cæterum de Basilicis hæreticorū, ita in Epauensi Concilio constitutum est, Basilicas hæreticorū, quas tanta execratione habemus exofas, ut pollutionem earum purgabilem non putemus: sanctis usibus applicare despiciamus, nisi quas per uolentiam nostris abstulerant, possumus reuocare. Illud quoque Ecclesiastica consuetudine receptum est, ut Ecclesiæ in honorem alicuius approbati sancti dedicarentur. Propter quod à Gelasio Papa arguuntur, qui in quocumque nomine defunctorum constructiones ædificatas, sacris processionibus instituunt. Vnde & Basilicæ à sanctis, in quorum honorem dedicantur, nomina accipiunt: ut alia Saluatoris, alia Apostolorum, alia B. Mariæ uirginis, alia B. Petri, alia S. Pauli, alia B. Lauren, alia S. Agnetis, alia S. Euphemie, & alia alijs nominibus & Sanctis acceptis, appellantur. Adeo ut in toto orbe, uix Basilica aliqua reperiat, quæ non sortita sit nomen à patrono aliquo, in cuius honorem dedicata & consecrata fuerit. Similiter reducendi ac renouandi sunt ritus, in consecratione & benedictione Chrismatis, olei, uestium, cereorum, aquæ, salis, & similibus: quos Apostoli, & eorū successores S. Patres, instituerunt, & Catholica semper custodit Ecclesia. De Chrismate conficiendo, et singulis annis renouando, ita constituit Fabianus Papa.

Concilium Antiochenum Arrianum.

Lib. 4. c. 9.

Araus. Concil. c. 10.

Cui Episcopo præ cæteris conueniat consecrare Ecclesiam aut altare nouū.

c. 33.

In Epistola ad Episcopos per Lucaniam & Brutios, & Siciliā. c. 27.

Chrismatis consecratio in die cœnæ Domini.

fab. Epistol. 2.

Papa, In illa die Dominus Iesus, postquam cœnauit cū discipulis suis, & lauit eorum pedes (sicut à sanctis Apostolis prædecesores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt) Chrisma conficere docuit, ipsa enim lauatio pedum, nostrum significat baptismum, quando sancti Chrismatis unctione perficitur atque confirmatur. Nam sicut ipsius diei solennitas per singulos annos est celebranda: ita ipsius sancti Chrismatis consecratio, per singulos annos est agenda, & de anno in annum reuocanda & fidelibus tradenda: quia nouum sacramentū est per singulos annos, & iam dicto die innouandū, & uetus in sanctis Ecclesijs cremandum. Ista à sanctis Apostolis & eorū successoribus accepimus, uobisque tenenda mandamus. Hæc sancta Romana Ecclesia & Antiochena à tempore Apostolorū custodit: hæc Hierosolymorum & Ephesinorū tenet, in quibus Apostoli præsidentes hæc docuerunt, & uetus Chrisma incendi, & non amplius quam uno anno uti permiserunt, atque deinceps nouo frui, et non ueteri, iubentes docuerunt. Fit autem Chrisma ex oleo & Balsamo, idque mystica ratione, ut Innocentius Papa Tertius docet. Per oleum enim nitor conscientiarū designatur, iuxta illud, Prudentes uirgines acceperunt oleum in uasis suis, cum lampadibus suis. Per Balsamum, odor famæ exprimitur, propter quod dicitur, Sicut balsamum aromatizans odorem dedi. Nec ab alio conficitur Chrisma, quam ab Episcopo, ut Leo Papa testatur. De qua re & Bracarenſis Concilij primi, talis Canon extat. Placuit, ut si quis Presbyter, post hoc interdictum ausus fuerit Chrisma benedicere, aut Ecclesiam, aut altarium consecrare, à suo officio deponatur: Nam & antiqui Canones hoc uetuerunt. Item Concilium Carthaginense Secundum, Chrismatis consecratio, & puellarum consecratio, à Presbyteris non fiant. Item Carthaginense Tertium, Vt Presbyter inconsulto Episcopo uirgines non consecret, Chrisma uero nunquam conficiat. Vnde Chrisma quod ab Episcopo conficitur, singulis annis certis temporibus more Ecclesiastico communicatur, ut sacris Canonibus cautum est. Sic enim definit Antisiodorensis Concilium, ut à media Quadragesimæ Presbyteri Chrisma petant, & si quis infirmitate detentus uenire non potuerit, ad Archidiaconum suum, uel Archisubdiaconū, transmittat, & Chrismario uel lintheo imponant, sicut reliquæ sanctorum deportari solent. Item Toleranum Primum, Quamuis penè ubique custodiatur, ut absque Episcopo Chrisma nemo conficiat, tamen, quia in aliquibus locis uel prouincijs, Presbyteri dicuntur Chrisma conficere, placuit, ex hac die nullum alium, nisi Episcopum Chrisma conficere, & per diocesim destinare: ita ut de singulis Ecclesijs ad Episcopum ante diem Paschæ Diaconi destinentur, aut Subdiaconi, qui consecrātū Chrisma ab Episcopo destinatum, ad diem Paschæ possint ad tempus deferre. Item ex capitulis Græcarum Synodorum, Martini Episcopi Bracarenſis. Omni tempore licet Episcopo Chrisma conficere,

c. 1. de sacra unctione. Matth. 25. Eccle. 24.

Chrisma à solis Episcopis consecratur. Leo Epist. 86. c. 37.

c. 3. Cartha. 2.

c. 36.

Chrismatis transmissio ad Ecclesias. c. 6.

c. 20.

c. 36.

*Id est, omni an-
no semel, uide-
licet in die cor-
næ Domini, Et
ponitur hic to-
tum pro parte,
tempus pro an-
no, ut dicit
Glo. c. Omni.
De consecra.
dist. 4.
c. 3.*

*Exod. 30. et
40.*

*Benedictio
salis et aque
Epistola. 1. ad
omnes Ortho-
dox.
Num. 19.
Hebræ. 9.*

*4. Reg. 2.
Virtus sa-
lis benedi-
cti.*

Marci 5.

*Cerei Pa-
schalis be-
nedictio.
Platina in Zo-
zimo.
c. 8.*

cere, & per suas Dioceses destinare, ita ut ad dirigendum Chrisma, Diaconus aut Subdiaconus ante diem Paschæ, de singulis Ecclesijs ad Episcopum destinetur. Est autem Chrisma à proprio Episcopo accipiendum, ut in Valsensi Concilio constitutum est, Cuius est talis Canon. Per singula territoria Presbyteri uel ministri, ab Episcopis non prout libitum fuerit à uicinioribus, sed à suis proprijs, per annos singulos, petant Chrisma, appropinquante sollemnitate Paschali: nec per quemcunque Ecclesiasticum, sed si qua necessitas aut ministrorum occupatio est, per Subdiaconum: Quia inhonorum est inferioribus summa committi. Optimum est autem, ut ipse suscipiat, qui in tradendo usus est: Si quid autem obstat, saltem is suscipiat, cuius officium est, sacrarium disponere, & sacramenta suscipere. Præterea, ut in ueteri testamento, non solum tabernaculum & altaria, sed etiã mensa, Arca testamenti, candelabrum, suppellectilia, oleo unctiois, ex præcepto diuino à Moyse ungebantur: Ita & in nouo testamento, uestes, calices, patenæ, et alia uasa sacra consecrantur. Illis adiungimus benedictionem aquæ, salis, cereorum &c. Nam de aqua & sale, ad hunc modum scribit Alexander Papa Primus. Aquam sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur ac purificentur: Quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis uitulæ aspersus sanguine, populum sanctificabat atque mundabat, multo magis aqua sale aspersa, diuinis precibus sacrata, populum sanctificat atque mundat. Et si sale asperso per Heliæum Prophetam sterilitas aquæ sanata est, quanto magis diuinis precibus sacratus, sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat atque mundat, & expurgat: & cætera bona multiplicat, & insidias Diaboli auertit, et à phantasmatis uersutis homines defendit. Nam si tactu simbriæ uestimenti saluatoris, saluatos infirmos esse non dubitamus, quanto magis uirtute sacrorum eius uerborum diuinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis et animæ, humana percipit fragilitas: Cerei Paschalis benedictionem, Zozimus Papa per parochias concessit: Mystèrium autem huius benedictionis, Toletanum Quartum explicat his uerbis. Lucerna & cereus infra uigilias apud quasdam Ecclesias non benedicuntur, & à nobis cur benedicantur inquirunt. Propter gloriosum enim ipsius noctis sacramentum, hæc solenniter benedicimus, ut sacræ Resurrectionis Christi mysterium, quod tempore huius noctis uotiuè aduenit, benedictione sanctificati luminis suscipiamus, & quia hæc obseruatio per multarum loca terrarum, regionesque Hispaniæ, in Ecclesijs commendatur: dignum est propter unitatem pacis, ut & in Gallitanijs Ecclesijs conseruetur. Nulli autem impune erit, qui hæc contempserit, sed patrum regulis subiacebit. Ac de ritibus rerum sacrarum, quatenus ad earundem consecrationem & benedictionem pertinet, quid obseruauerit antiquitas, hæc, quæ breuiter perstrinximus, sufficiant.

Dere-

De rebus sacris & Dominicis non prophanandis, Caput II.



Deo autem res ad diuina ministeria deputatæ, à Pontificibus consecrantur et benedicuntur, ut intelligatur, eas ab usu prophano omnino remotas esse debere. Ideoque maiorem quoque illis reuerentiam esse adhibendam. Quod & in ueteri testamento præceptum fuit, Sic enim de Oleo sacro loquitur Dominus ad Moysen: Filij quoque Israel dices, Hoc oleum unctionis, sanctum erit mihi, in generationes uestras. Caro hominis non ungetur ex eo, & iuxta compositionem eius non facietis aliud: quia sanctificatum est, & sanctum erit uobis. Homo quicumque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Iubet igitur non solis sacerdotibus, sed uniuerso populo Israel, ut non faciant tale unguentum, in usus humanos: hoc est enim quod ait, Caro hominis non ungetur. Prohibet ergo simile fieri in usus suos, & interitum minatur, si quicumque similiter fecerit, id est, unguentum ad usus suos. Similiter si simile confecerit, uel cuiquam hinc dederit exteri Nationi. Idem in nouo testamento sacris Canonibus prouidentissimè cautum est. Ac de saceris quidem uestibus, ita scribit Stephanus Papa. Vestimenta (inquit) Ecclesiastica, quibus Domino ministratur, cultusque diuinus omnium cum honorificentia & honestate, à sacerdotibus reliquisque Ecclesiæ ministris celebratur, & sacrata debent esse & honesta. Quibus alijs in uisibus (cum Deo eiusque seruitio consecrata & dedicata sint) nemo debet frui, quam Ecclesiasticis & Deo dignis officijs. Quæ nec ab alijs debent contingi aut ferri, nisi à saceris hominibus: ne ultio, quæ Balthasar Regem percussit, super hæc transgredientes & talia præsumentes, ueniat diuina, & corruere eos faciat diuinæ unctionis iustum flagellum ad ima. Idem de uasis sacris in Agathensi Concilio constitutum est, Cuius talis extat Canon. Non oportet in sacros ministros licentiam habere, in Secretarium (quod Græci Diaconicon appellant) ingredi & contingere uasa Dominica: Immo & ne sacros quidem omnes, Quoniam non oportet Subdiaconos licentiam habere, in secretarium siue sacrarium (quod Græci Diaconicon appellant) ingredi, & contingere uasa dominica, ut Laodicense constituit Concilium. Quos ritus ita custodiendos censuerunt ueteres, ut qui eos neglexissent, grauiter semper coarguendos: ac talem neglectum, uelut pestem quandam, in Ecclesia resecandum putauerunt. Quod Epistola Soteris, Decimi tertij à Petro, pontificis, ad Italiæ Episcopos scripta plane indicat, in qua inter cætera ita scribit, Sacras Deo foeminas uel Monachas, sacra uasa, uel sacratas palas, penes uos contingere, & incensum circa altaria deferre, perlatum est

Exod. 30.

Angu. lib. 2. questionum suarum per Exodum q. 135.

De sacris uestimentis Epistola 1. ad Hilarium Episcopum. De consec. dist. 1. c. uestimenta.

Daniel. 5.

De sacris uasis. c. 66.

c. 21.

Mandatū Soteris Papæ de rebus sacris.

E iij

tum est

tum est ad Apostolicam sedem: Quae omnia reprehensive & uir- peratione plena esse, nulli recte sapientum dubium est. Quapropter huius sanctae sedis autoritate, haec omnia refecare uobis funditus, quanto citius poteritis, censemus: & ne pestis haec latius diuulgetur, per omnes prouincias abstergi citissime mandamus. Quin ita sa- cras res, ab usu prophano alienas esse uoluerunt sancti Patres, ut etiam corruptas iam & uetustate consumptas, etiamsi ad alium usum utiles sint, & pietatem etiam praesferre uideantur, comburendas potius quam prophanandas esse: immo etiam cineres earum occultandos decreuerunt. De his enim ita scribit Clemens Papa primus. De u-

Res sacras cremari potius quam prophana- ri debere.

In Epistola 2. ad Iacobum fratrem Domini.

Ne clerici prophanis usibus adhibeant res sacras.

Aruernense.

c. 3.

c. 5.

c. 12.

c. 7.

Ne res sacrae in propriu usum conuertantur.

c. 2.

sis sane sacris ita gerendum est. Altaris palla, Cathedra, palla, candelabrum, & uelum, si fuerint uetustate consumpta, incendio dentur, Quasi non liceat ea, quae in sanctuario fuerunt, male tractari, sed incendio uniuersa tradantur: Cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, ubi nullus transitum habeat, aut in pariete, aut in fossis pauimento rum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Idem in eadem Epistola. Nemo per ignorantiam clericus, palla mortuum credit obuoluendum, aut Diaconus scapulas operire uelit, quae fuit in altari, aut certe quae data est in mensam domini, Qui haec fecerit, uel leuiter quasi nihil & negligenter habuerit diuina mysteria, Diaconus triennio, sexque mensibus, a dominico alienus erit altari, graui percussus anathemate. Quod si clericum Presbyter non commonuerit, decem annis, & quinque mensibus excommunicatus sit, propter quod de dominicis sacramentis subiecta sibi non commonuerit ministeria, & postea cum grandi humilitate matri reconcilietur Ecclesiae. Item Concilium Aruernense, Obseruandum ne pallis uel ministris diuinis, defunctorum corpuscula obuoluantur. Idem, De operario domini corporis seu palla altaris, nunquam sacerdotis corpus, dum ad tumulum euehitur, obtegatur: quia sacro uelamine uisibus suis non reddito, dum honorantur corpora, altaria polluuntur. Item Antisiodorensis, Non licet mortuis nec Eucharistiam, nec osculum tradi, nec uelo, nec pallis corpora eorum obuolui. Item Aruernense, Ne ad nuptiarum ornatum ministeria diuina praestentur, ne dum improborum contactu pompaque saecularis luxuriae polluantur, ad officium sacri ministerij uideantur indigniora. Item Bracarense tertium, de rebus sacris non prophanandis, generaliter ad hunc modum decreuit. Omni cura omni studio prouidendum est, ne hij qui locum uidentur obtinere regiminis, contumeliam uideantur inferre caelestibus sacramentis. Etenim quod & auditui terribile, & uisui execrabile iudicatur: relatum est nobis, quod quidam sacerdotum, sacrilega temeritate praecipites, uasa domini in proprios usus assumant, epulasque sibi in eis comedendas apponant. Quod malum et obstupescens defleuimus, & desistentes obstu-

percimus

percimus, ut illic humana temeritas sibi epulum praepararet, ubi S. Spiritum cognoscitur aduocasse: & ibi esu carnum crapulatus assumat, ubi diuina uisus est celebrasse mysteria: & in quibus tantum sibi offerri Sacramenta pro expiatione delictorum praecipit, in his expleat uoluntatem ludibij sui. Et ideo huius de caetero praesumptionis persona, que sciendo diuina uasa uel ministeria, aut in usus suos transtulerit, aut comedere in his: uel poculum sibi sumendum elegerit, gradus sui uel officij periculum sustinebit: ita tamen, ut si de saecularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur: si uero religiosus, ab officio deponatur. Sub hac quoque damnationis sententia, et illi obnoxij tenebuntur, qui Ecclesiastica ornamenta, uela, uel alia quaelibet indumenta, atque etiam utensilia, sciendo in suos usus transtulerint, uel alijs donanda uel uendenda crediderint. Praeterea in lauandis & repurgandis sacris uestibus, eam cautionem adhiberi uoluerunt ueteres, ne inde prophanatio aliqua sacrorum contingeret. De qua re ita constituit Clemens, Pallas & uela, quae in sanctuarij sordidata fuerint ministerio, Diaconi cum humilibus ministris, iuxta sacrarium lauent, non eiciens foras a sacrario uelamina dominicae mensae, ne forte puluis dominici corporis male decadat, a sindone foris abluto, et erit haec operatio peccatum. Idcirco intra sacrarium ministris praecipimus, haec sancta cum diligentia custodire. Sane peluis noua comparatur, & praeter hoc nihil aliud tangat: sed nec ipsa peluis uelis apponatur lauandis, nisi quae ad dominici altaris cultum pertinent. Pallae altaris solae in ea lauentur, et in alia, uela ianuarum. De uelis autem ianuarum cura sit Ostiarijs, ex admonitione maioru, ne quis negligens aut ignarus, ad uelum ianuae domus domini manus incodite tergat, sed statim coercitus discat omnis homo, Quia uelum atrij domus domini sanctum est. Item de eadem re Hilderdense Concilium, ut Gratianus refert. Omnis Presbyter qui fontem lapideu habere nequiuerit, uas conueniens solummodo ad baptizandi officiu habeat, quod extra Ecclesiam non deportetur. Similiter ad corporale lauandu, & ad pallas altaris, propria habeatur uasa, in quibus nihil aliud fiat. Ad eandem ratione pertinent leges tam Ecclesiasticae quam ciuiles: quas de non uiolandis sacerdotibus, de non rapiendis sacris uirginibus, de non prophanandis polluentibus templis, aliisque sacris locis, de non spoliandis item Ecclesijs, de non distrahendis earunde rebus sacris, sacra Concilia sanctique Patres, diuique Imperatores sanxerunt atque constituerunt. De quibus in seditionis nostris abunde diximus. Sic et commercia, iudicia, tam ciuilia quam criminalia, saecularia, aliisque prophanis actus in Ecclesia exerceri prohibentur. Hoc ante omnia Christus et uerbo docuit, & exemplo testatus est, qui uidentes & ementes de templo facto de funiculis flagello eiciens. Nolite, inquit, facere domum patris mei domum negotiationis: De qua re multa S. Patres constituerunt: sed quae omnia unus Canon Gregorij Papae decimi

Quibus licet lauare sacras uestes. Epistola 2. ad Iacobum fratrem domini.

Noua peluis ad lauandum comparata.

c. omnis Presbyter de conse. dist. 4.

17. q. 4. per tot. l. si quis no dica. l. si quis in hoc gen. c. de Epi. & cle.

c. 1. c. cum Ecclesia. de immu. Eccles.

Iohan. 2.

De Immu. Eccl. c. decret. lib. 6. **decimi complectitur, Qui sic habet.** Nullus in Ecclesijs, in quibus cum pace ac quiete uota conuenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moueat, impetumue committat. Cessent in locis illis uniuersitatum & societatum quarumlibet Concilia, conciones, & publica parlamenta: Cessent uana, & multo fortius foeda & prophana colloquia: Cessent confabulationes quælibet: sint postremo quæcunq; alia, quæ diuinum possunt perturbare officium, aut oculos Dominicæ maiestatis offendere, ab ipsis prorsus extranea: Vbi peccatorum uenia est postulanda, ne ibi peccandi detur occasio, aut depræhendantur peccata committi: Cessent in Ecclesijs, earumq; cœmiterijs, negotiationes, & præcipue nundinarum ac fori cuiuscunq; tumultus: Omnis in eis sæcularium iudiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa per Laicos, criminalis maximè, agitur: sint loca eadem, à Laicorum cogitationibus aliena. **Quin et ciuili lege sancitum est, ne Apostolorum uel Martyrum sedes, humanis corporibus sint concessa, Vt Gratianus Valentinianus & Theodosius constituerunt, id est, ne in Ecclesijs Apostolorum uel Martyrum, uel humana corpora sepeliantur, uel hominibus habitatio permittatur.** Quædam etiam sacra loca ne ingredi quidem Laicis permissum est, ne uel eorum ingressu contaminentur, ut in Bracarensi primo constitutum est. Placuit, ut ingredi sacrarium ad communicandum non liceat Laicis, uiris uel mulieribus: nisi tantum clericis, sicut antiquis Canonibus institutum est. Item in Synodo Turonica secunda. Placuit, ut Laici secus altare, quo sancta mysteria celebrantur, inter clericos tam ad uigilias quam ad Missas stare penitus non præsumant: sed pars illa, quæ à cancellis uersus altare diuiditur, Choris tantum psallentium pateat clericorū, ad orandum & communicandum Laicis & foeminis (sicut mos est) pateant sancta sanctorū.

De Cæremonijs, quæ ad usum rerum sacrarum pertinent.
Caput. III.



Vfus unguē
di circa sa-
cramentū
Baptismi.

c. Ecclesiastica
rum. ii. dist.

Venio iam ad ritus rerum sacrarum secundi generis, eos uidelicet qui ad usum sacrificij & sacramentorum adhibentur. Inter quos præcipuus est unctio Chrismatis & olei: quæ non solum sacramentis, sed etiam alijs consecrationibus adhibentur. Primum igitur, in sacramento baptismatis, sacer regenerationis fons dum consecratur, oleo unctionis duobus solennibus diebus signatur, Paschæ & Pentecostes, Non enim licet in aqua non consecrata baptizare, nisi tempore necessitatis. Vt Victor Papa constituit. Deinde infans primum oleo catechumenorū inungitur, in pectore & inter scapulas: Post baptismum in uertice ungitur Chrismate. De his unctionibus ita Augustinus, Benedicimus fontem baptismatis oleo unctionis. Huic accedit, quod ter oleo inungimus quos baptizamus. Idem,

Idem huiusmodi unctionis mysteriū explicans (ut in Institutione Coniugij refertur) Vngimur, inquit, in pectore & scapulis, quoniam fides mente concipitur, & opere perficitur. Vngitur pectus, ut significetur hoc pectus consecrari Christo, & mentem in sanctæ Trinitatis fide confortari, in qua amodo nullas reliquias latentis inimici residere oporteat. Vngimur inter scapulas, ut significetur baptizandum per gratiam undiq; muniri ad bona opera facienda, & ad portandum onus domini fortitudinem accipere, Sicut Ambrosius ait, Vinctus es quasi Athleta Christi, quasi certamen huius sæculi luctaturus. Et Innocentius Papa Tertius, eiusdem mysterij rationem assignans, ita scribit, In pectore baptizandus inungitur, ut per sancti Spiritus donum abijciat errorem & ignorantiam, & suscipiat fidem rectam: quia iustus ex fide uiuit. Inter scapulas, ut per Spiritus S. gratiam excutiat negligentiam & torporem, & bonam operationem exerceat, quia fides sine operibus mortua est: ut per fidei sacramentum sit munditia cogitationum in pectore, & per operis exercitium sit fortitudo laborum. In scapulis, quatenus fides per dilectionem secundum Apostolum operetur. In uertice uero baptizatus inungitur, ut sit paratus omni petenti de fide reddere rationē. Quia per caput intelligitur mens: Iuxta id quod legitur. Oculi sapiētis in capite eius: Cuius superior pars est ratio, inferior est sensualitas. Vnde bene per uerticem, quæ est superior pars capitis, intelligitur ratio, quæ est superior pars mentis. In sacramento ordinis, Sacerdotes oleo unctionis, Episcopi Chrismate inunguntur. Qui ritus ab ipsis Apostolis ad nos descendit, De qua re ita scribit Anacletus Papa. Ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, Episcopis sunt celebrandæ. Qui simul conuenientes scrutinium diligenter agant, ieiuniumq; cum omnibus celebrent precibus, & manus cum S. Euangelij quæ prædicaturi sunt imponentes, dominica die hora tertia orantes: Sacraq; unctione, exemplo Prophetarum & Regum, capita eorum more Apostolorum & Moyfi ungentes: Quia omnis sanctificatio constat cum Spiritu sancto, cuius uirtus inuisibilis sancto Chrismati est permixta, & hoc ritu solennem celebrent ordinationem. In confirmatione, confirmandi Chrismate in fronte inunguntur, Idq; ab Episcopo fit, non à sacerdote: solus enim Episcopus in fronte Chrismate confirmat, ut tradit Innocentius Papa. Presbyteris seu extra Episcopum, seu Episcopo præsentem, cum baptizant, Chrismate baptizatos ungere liceat, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare: quod solis debetur Episcopis, cum tradunt Paracletum. Item Gregorius, Presbyteri baptizatos infantes signare in frontibus sacro Chrismate nō præsumant: sed Presbyteri baptizatos ungant in pectore, & Episcopi post modū cōfirment in fronte. Non solū autē in sacramētis, sed

Mysteria
unctionis.

Ambro. de Sa-
cramentis. c. 2.

Cur bapti-
zandus un-
gitur in pe-
ctore, inter
scapulas &
in uertice.
c. 1. de sacra-
m. unctione.

Ro. 1.

Iac. 2.

Gal. 5.

1. Pet. 3.

Eccles. 2.

In Epistola ad
Episcopos Ita-
lie.

Ritus con-
secrandi
Episcopos

Vfus Chri-
smatis in Cō-
firmatione.

c. Presbyter
de cons. dist. 4.

c. Presbyteri
de cons. dist. 4.

Vfus Chriſt ſed etiam in iſtis rerum dominicarum & ſacrarum conſecrationibus
 matris in cō & benedictionibus, uſus Chriſmatis & olei adhibetur. Nam & Ecce-
 ſecratione ſia cum dedicantur, in quibuſdam partibus Chriſmate unguuntur. Si
 Eccleſiarū militer altaria dum conſecrantur, oleo & Chriſmate inunguntur, ſi
 et altarium quidem in altari menſa eſt, & urna reliquiarum. Vtrunq; autem oleo
 Altare mēſam habet & Chriſmate inungitur: menſa quidem, qui eſt lapis quadratus impo-
 et urnam. ſitus altari ſuper infulo oleo & Chriſmate, in quatuor cornibus & in
 medio: Vrna autem, quæ ſepulchrum appellatur, in quatuor angulis.
 Similiter & tabula in eodem ſepulchro priuſquam eidem inferitur,
 ſigno crucis ex Chriſmate roboratur. Templi & altaria ad uſum
 ſacrificij in primis neceſſaria ſunt. Nam (ut inquit Fœlix Papa Quar-
 tuſ) Sicut non alij quàm ſacraſti Deo ſacerdotes debent Miſſas cele-
 brare, nec ſacrificia ſuper altare offerre: ſic non in alijs quàm in domi-
 no conſecratis Locis, id eſt, in tabernaculis, diuinis precibus à ponti-
 ficibus delibatis, Miſſas cantare, aut ſacrificia offerre licet, niſi ſumma
 coegerit neceſſitas. Satiuſ eſt ergo Miſſam nō cantare, aut nō audire,
 quàm in hiſ locis ubi fieri non oportet, niſi pro ſumma neceſſitate
 contingat: quoniam neceſſitas legem non habet. Vnde ſcriptum eſt,
 Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco quem uideris, ſed in om-
 ni loco quem elegerit Deus tuus. Iudæi enim loca, in quibus domino
 ſacrificabant, diuinis habebant ſupplicationibus conſecrata: nec in
 alijs quàm in Deo dicatis, locis munera domino offerebant. Si igi-
 tur Iudæi, qui umbræ legis deſeruebant, hæc faciebant: multo magis
 quibus ueritas patefacta eſt, & gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum
 data eſt, templi domino ædificare, & prout melius poſſumus ornare,
 eaq; diuinis precibus & ſanctis unctiōibus, ſuis cum altaribus &
 uaiſ: ueſtibus quoq; & reliquis ad diuinum cultum explendum
 uenſilibus, deuote & ſolenniter ſacrare, & non in alijs locis quàm
 in domino ſacraſtis ab Episcopis, celebrare & ſacrificare debemus.
 Item Concilium Triburienſe, Miſſarum ſolennia non ubiq; ſed
 in locis ab Episcopo conſecratis, uel ubi ipſe permiſerit, celebranda eſſe
 cenſemus. Vnde ſacerdotes ſacrificaturi, teſtes ſecum adhibere
 debent, & non ſoli ſacrificare, ut domino perfecte in ſacraſtis Deo
 ſacrificare locis probentur, ut Anacletus Papa definiit. Et Clemens
 ille, à B. Petro inſtructus & ordinatus, teſtatur, qui de eadem re
 ſcribens. Hic ergo, inquit, id eſt, in præſenti uita poſitos oportet
 nos agnoſcere uoluntatem Dei, ubi & agendi & ſacrificandi eſt
 locus. Quoniam in alijs locis ſacrificare & Miſſas celebrare non
 licet, niſi in hiſ in quibus Episcopus proprius iuſſerit, aut ab Episcopo
 regulariter ordinato, tenente uidelicet ciuitatem ubi conſecratus
 fuerit. Aliter enim non ſunt hæc agenda, nec rite celebranda, do-
 cente nos nouo & ueteri teſtamento. Hæc Apoſtoli à Domino acce-
 perunt, & nobis tradiderunt: hæc nos docemus, uobisq; & omnibus
 abſq;

Epistola 1. c. 1.
c. ſicut, de cō-
ſecra. diſt. 1.

Deutro. 12.

Ne offeratur
ſacrifici
um niſi in
locis conſe-
cratis.
Ioh. 1.

c. miſſar. de
conſ. diſt. 1.

Anacle. Epi-
ſtola 1.
Cle. Epiſt. 3.

abſq; repræhenſione tenere & docere, quibus agendum eſt, manda-
 mus: Vnaquæq; etenim res, tempus ſuum habet & locum: operum
 hic locus eſt, tempus uero meritorum eſt ſæculum futurum. Similiter
 in templis orandum, communicandum, uerbum Dei audiendum
 eſt, Quod & Apoſtoli fecerunt, De quibus dicitur, quod ſimul cum
 omnibus qui credebant, quotidie perdurauerint unanimiter in tem-
 plo: Item quod in uno loco in oratione & obſecratione perſeuerau-
 rint. Eccleſijs plerunq; atria coniuncta ſunt, & in quibuſdam etiam
 locis clauſtra, intra quæ ſunt Domus & habitationes Canonicorum,
 & Cœmiteria: Quæ quidem omnia intra ſepta Eccleſiæ continentur.
 Sunt autem ſepta Eccleſiæ fines, quibus totus Eccleſiæ ambitus con-
 tinetur. Hæc à ianuis Eccleſiæ in toto circuiſu ad 30. paſſus extendun-
 tur, Vt in Toletano & Aureliano Concilijs conſtitutum eſt: Quod
 de minoribus Eccleſijs accipiendum eſt. Maior autem Eccleſia per cir-
 cuitum 50. paſſus habere debet, Vt Nicolaus Papa reſcripſit. Sicut
 (inquit) antiquitus à ſanctis patribus ſtatutum eſt, ſtatuiſmus, ut ma-
 ior Eccleſia, per circuitum Quadraginta paſſus habeat. Capellæ ue-
 ro, uel minores Eccleſiæ, Triginta. Horum finium leges quoq; Impe-
 riales meminerunt, ut poſt hac dicitur. Minores uero capellæ caſtel-
 lorum, nec 30. paſſuum circuitum habent, idque propter anguſtiam
 locorum. Eſt autem paſſus menſura Quinque pedum: Pes ſpa-
 tium 15. digitorum, Vt Iſidoro placet. Sed & atria, clauſtra, cœmiter-
 ia, aliæq; omnia quæ Eccleſiæ ſinibus & ſeptis clauduntur, benedi-
 ctæ ſunt: a deo ut qui hæc ipſa uiolat, non minus ſacrilegus ſit, quam
 ſi ipſa Eccleſia ſacrilegiū perpetrare conuinceretur. Porro Eccleſiæ
 ſepta in hunc uſum præſiniuntur, ut hiſ ipſis præmunita Eccleſia, &
 minus profanetur & ipſius reuerentia magis cuſtodiat. Vnde quæ
 cunq; immunitates Eccleſiis conceduntur, eodem etiam ijs locis, quæ
 intra ſepta earum continentur, conceſſæ intelliguntur. Nam ut ad
 Sacroſanctas Eccleſias conſugientes immunitatem habent, ut inde
 inuiti extrahi non poſſint: ita & in atrio, clauſtro, & cœmiterijſ Ecce-
 ſiæ, eadem immunitate gaudet: Vt inde deiſci, trahi, aut protrahi nō
 debeant, ut ſacris Canonibus & legibus Imperialibus ſancitum eſt.
 Sic enim habet Canon Concilij Aurelianenſis Primi. De homicidijs,
 adulteris, & furibus, ſi ad Eccleſiam conſugerint, id conſtituiſmus ob-
 ſeruandum, quod Eccleſiaſtici Canones decurrerunt, & lex Roma-
 na conſtituit, ut ab Eccleſiæ atrijs uel domo Episcopi, reos abſtrahe-
 re omnino non liceat: ſed nec alteri conſignare, niſi ad Euangelia da-
 tis ſacramentis, de morte & debilitate, & omnium pœnarum genere
 ſint ſecuritati ut ei, cui reus fuerit criminoſus, de ſatiſfactione cōueni-
 at. Domum autem Episcopi accipimus, etiam eam, quæ extra circui-
 tum Eccleſiæ ſita eſt, ſicut & familia Episcopi priuilegio Eccleſiaſti-
 ci fori gaudet, & ſi ipſa ſit ſæcularis. De eadem re Concilium Tolet-
 tanum

Eccleſi.

Ad. 2. c. 4

Septa Ec-
cleſiarum
quouſque
ſe extendūt

c. ſicut, 17. q. 4

L. præſenti. le
ge c. de hiſ qui
ad Ecce. conſ.
gl. in d. c. ſi
aut. Per. c. qſa

quis et c. Quæ
ſſi 17. quæ. 4.
gl. in c. ſicut
antiquius, 17
quæſt. 4.

L. ſi quis in
hoc genus c.
de ep. et cler.
c. ſi quis ſuade
te. 17. q. 4

Immunita-
tes Ecceſia-
rū etiam ad
atria et cœ-
miteria do-
morum Epif-
coporum
extenduntur.
c. 3

Panor in c. pe
de immu. eccl.
gl. in c. id con-
ſtituiſmus, 17
quæſt. 4

paſſus menſura
quæſt. 4

tanum duo decimum ita definiuit, pro his qui quolibet metu uel terrore, Ecclesiam appetunt, hoc sanctum Concilium definiuit, ut nullus audeat confugientes ad Ecclesiam uel residentes, inde ui abstrahere, aut quodcunq; nocibilitatis, uel damni seu spoliij, residentibus in loco sancto inferre, sed esse potius his ipsis qui Ecclesiam petunt, per omnia licitum in 30. passus ab Ecclesia progredi, in quibus triginta passibus uniuscuiusque Ecclesiae in toto circuitu reuerentia defendatur. Sic tamen ut hij qui ad eam confugiunt, in extraneis uel longe se paratis ab Ecclesia domibus, nullo modo abscedat: sed in hoc 30. passuum numero, absq; domorum extraneorum receptaculo progredientes, aditum obtinebunt, ut ad requisitum naturae usum debitis exeat locis: & nullo teneantur euentu necessitudinis, qui dominicis se defendendos commiserint claustris. Lex Romana ita habet. Ex sacro sanctis Ecclesijs eorumque finibus, quos anteriorum legum praecipua sanxerunt, nullos expelli aut eicij aliquando patimur: nec in Ecclesijs reuerendissimis ipsis, ita quenquam detineri atq; constringi, ut ei aliquid aut uictualium rerum, uel uestis negetur, aut requies. Quod si in finibus Ecclesiasticis latitant, religiosissimus oeconomus, uel defensor Ecclesiae, uel certe quem his negotijs commodiorem auctoritas Episcopalis elegerit, reconditam latentemq; personam, decenter sine ullo incommodo, monitus, intra fines Ecclesiae si inuenitur praesentet. Atq; haec locum habent etiam in Ecclesijs nondum consecratis, sed in quibus tamen diuina officia celebrantur: Nam & ipsae hac immunitate gaudent, ut confugientes ad ipsas, inuiti extrahi non possint. Et haec omnia generaliter de omnibus accipienda sunt, qui ad Ecclesias confugiunt, siue reatu aliquo criminis, siue debitorum potestere fatigentur: ut neq; inuiti de Ecclesijs extrahi, nec amplius ultimo supplicio affici possint, tantum exceptis publicis latronibus, & nocturnis agrorum depopulatorib. Sed & poena in eos tam Canonica quam ciuilibus constituitur, qui his legibus contemptis, ac immunitate Ecclesiastica uiolata, eos qui ad Ecclesias confugerunt, ac intra earum septa se continuerunt, per uim expulerunt, uel quocunq; modo extraxerunt. Si quidem Canones eos Communione fidelium priuant. Lex uero ciuilibus, ut reos laesae maiestatis persequitur: ipsis nimirum capitali & ultimi supplicij animaduersione plectendis. Quin etiam restitui oportet tam personas quam bona, quae ex Ecclesijs subtracta fuerint, ut Nicolaus Papa definiuit. Qui confinia, inquit, Ecclesiarum infringere tentauerit, aut personam hominis uel bona eius inde subtraxerit, nisi publicus latro erit, quousq; emendet, & nisi quod rapuerit reddat, excommunicetur. Iam uero & sacra uasa, ut calix, patenae, similiter sal, aqua benedicta, uinum, cinis, lampades, incensa, luminaria, reliquiae, cruces, sacrificio alijsq; diuinis officijs adhibentur: quae & ipsa mysteriorum diuinorum significationem habent. Calix passio-

c. 10
Confugiētes ad Ecclesiam extrahi non debent.

L. praesenti C. de his qui ad Eccles. confu.

c. pe ubi panor de immu. Eccl.

Latronib. uinc. inter alia, de immu. Eccl. Poena in uiolatores immunitatū Ecclesiarū

c. sicut antiqui tus 17. que 1. 4

Quid significat consecrata uasa & alia. Psalm. 115

onem Domini significat, ut in Psal. Calicem salutaris accipia: Et ipse Dominus, Pater transfer calicem hunc a me. Sal sapientiam significat, iuxta illud, Sermo uester sit sale conditus: Et Dominus ad discipulos, Habete sal in uobis, & pacem intra uos: Item, Vos estis sal terrae, quod si sal infatuatum fuerit, in quo condietur? Aqua interdum praedicationem significat. Ut, Omnes sitientes uenite ad aquas: Interdum populos, ut in Apocalypsi. Aquae quas uidisti, populi sunt & gentes. Vinum animae exultatione, ut, Vinum laetificat cor hominis: Item, Exultatio animae & corporis uinum, moderate potatum. Cinis poenitentiam designat, ut in Psalmo. Quia cinerem tanquam panem manducabam, Aqua interdum spiritum S. significat, iuxta illud quod Dominus dicit. Qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. Quod Euangelista exponens ait, Hoc autem dixit de spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eum: Item mundificationem, iuxta illud Prophetae, Effundam super uos aquam mundam &c. Aqua benedicta sale aspersa, sanctificationem & mundificationem significat, & operatur: insidias item Diaboli aufert, & a malis phantasmatibus liberat. Qua de re memorabilis extat epistola Decretalis Alexandri Primi, Papae ac Martyris, iam supra recitata. Nec temere hic ritus aquae benedictae, in Ecclesia institutus est: nam in ueteri testamento erat aqua expiationis, cuius aspersio significationem mundationis habebat, ut in Numeris. Qui tetigerit cadauer hominis, siue humanae animae morticinum, & propter hoc septem diebus fuerit immundus, aspergatur ex hac aqua die tertia & septima, & sic mundabitur a peccato: Item, Qui aqua expiationis aspersus non erit, immundus erit, et manebit spurcitia eius super eum. Quibus consentit illud Prophetae, Aspergam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditijs uestris, & dabo uobis cor nouum, et spiritum nouum. Thus & incensum orationem significat, & eius ascensum ad Deum, ut in Apocalypsi. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum, Et in Psalmo. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Candelabra cerei & luminaria, omnibus diuinis officijs, maxime uero sacrificio adhibentur: & significant Christum qui est lumen illud, quod paratum est ad reuelationem gentium. Item, lux illa uera, quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Item, Lux mundi, ut ipse de se testatur, dicens. Ego sum Lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitae. Et fortassis hoc etiam significant, ut opera bona sacerdotum in aperto fiant. Quibus dictum est, Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi super montem posita: neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis

Luc. 22
Sal.
Coloss. 4
Marc. 9
Matth. 5
Aqua.
Esai. 55
Apocal. 17

Vinum
Psalm. 103
Ecclesi. 31
Cinis.
Psalm. 101
Ioann. 7

Aqua benedicta.
Ezech. 36

Aqua Expiationis.

Nume. 19

Ezech. 36

Thus.
Apoca. 8
Psalm. 140
Cerei et luminaria quid significent.

Luca 1
Ioan. 1. et 8.

Matth. 5

^{Ioann. 5} cælis est. Talis fuit Ioannes Baptista, de quo Dominus dicit, Ille erat
^{Ne erigan} tur altaria ^{secratis condantur, nec altaria, in quibus non conseruantur reliquiæ,}
^{sine reliqui} erigantur aut consecrentur. De qua re ita constituit Aphricanū Con
^{is.} cilium. Item placuit, ut altaria, quæ passim per agros, & per uias, tan
^{c. 14. et 150.} quam memoriæ martyrum constituuntur: in quibus nullum corpus
^{Quinti Carth.} aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab Episcopis, qui locis
 eisdem præsumt, si fieri potest, euertantur: Si autem hoc per tumultus
 populares non sinitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca fre
 quentent: ut qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti tenean
 tur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur:
 nisi ubi corpus aut aliquæ reliquiæ sunt, aut origo alicuius habitatio
 nis, uel possessionis, uel habitatiōis, fidelissima origine traditur. Nam
 quæ per somnia, & inanes quasi reuelationes quorumlibet hominū
^{e. 15} ubicunque constituuntur altaria, omni modo reprobentur, Item, in
 Quinto Carthaginensi, & hsdem uerbis definitur, Item, in E
 paunensi, sanctorum reliquiæ in oratorijs uillaribus non ponantur:
 nisi forsan clericus cuiuscunq; Parochiæ, in cuius Ecclesia eas esse con
^{supra 10 li. c. 1} tingat, huiusmodi sacris cineribus psallendi frequentia famuletur, ut
 supra quoque notatum est.

De ritibus sacrarum uestium, & earundem usu restituendo.
 Caput III.



Vestes sa
 crae Episco
 porum &
 Presbyte
 rorum.

SED & uestes sacræ, non solum ad sacrificium, sed
 etiam ad orationes, consecrationes, benedictiones,
 & alios similes cultus adhibentur. Et alijs quidem
 Episcopi, alijs sacerdotes, alijs diaconi, & subdiacon
 ni, in sacris ministerijs utuntur. Etenim Episcopus
 & presbyter sacrificaturi, uestes quotidianas exuunt
 & induunt mundas & sacras, Amictum, Albam talarem, Cingulū,
 Stolam, Manipulum, Casulam. Et hæc quidem ornamenta, utriq; et
 Episcopo & presbytero communia sunt. Præter hæc autem, Episco
 pus quædam propria habet quibus induitur, ut sunt Caligæ, sanda
 lia, succinctorium, tunica, dalmatica, Chirothecæ, mitra, anulus, bac
 culus pastoralis. Vestimenta autem sacra, bona opera accipimus,
^{Psal. 131} Propheta testante, qui ait in Psalmo: Sacerdotes tui induantur iustiti
 a. Amictu igitur uestiuntur Episcopus & presbyter, loco Ephod
 siue superhumeralis et rationalis, Superhumerales autem ab humeris,
 opera significat: sacerdos enim non debet esse ociosus, iuxta illud Apo
 stoli, Labora sicut bonus miles Christi. Amictus, operimentum
^{2. Tim. 2} repræsentat, quo Iudæi uelabant faciem Christi dicentes. Prophetiza
^{Matth. 26} nobis Christe, quis est qui te percussit? Alba, quæ in ueteri testamēto
 Poderis

Poderis appellabatur, & erat sacerdotalis linea, corpori penitus ad
 stricta: quæ & Talaris, unde & Poderis dicta, eadem subucula diceba
 tur. Significat autem Poderis doctrinam secretiorem atq; perfectio
 rem, qua præditus esse dicitur sacerdos, secundum Eucherium in
 formulis spiritualibus, ut in Exodo. Et fecerunt uestimentum Poceris
 rem, sub umbone, opus textile totum hyacinthinum. Stricta autē e
 rat Iudæis propter seruitutem in timore, nostra largior est, propter
 spiritum adoptiōis in libertate. Fit autem alba nostra Talaris, de bysso
 siue lino. Byssus castitatis & continentiæ candorem significat, ut in
 Exodo. Omnis qui percipit corde, adferet initia domino aurum, ar
 gentum, ærumentum, hyacinthum, purpuram, coccum, netum, &
 byssum. Sic enim legit Eucherius, noster textus habet coccum bis tin
 ctum. Linum, spiritualement fortitudinem, uel candorem, uel subtilitatē
 scripturarum significat, Vt Eucherius docet. Hoc uestimentum, albā
 uestē repræsentat, in qua Herodes illudit Christo. Alba cingulo, siue
 zona cingitur, ne defluendo gressum impediatur. Quo significat castita
 tem sacerdotis, nullis illecebrarum stimulis dissoluendam: Nam &
 cingulum continentiam significat, iuxta illud, Sint lumbi uestri præ
 cincti, Item Iob. Accinge sicut uir lumbos tuos. Et zona, cordis mun
 ditiam significat, iuxta illud Apocalypsis, Præcincti circa lumbos zo
 nis aureis. In lumbis siquidem luxuria dominatur, ut Dominus de di
 abolo loquens innuit, Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo eius in
 umbilico uentris eius. Sunt ergo lumbi sacerdotis per continentiam
 præcingendi, quod Apostolus quoque præcipere uidetur. State, in
 quit, succincti lumbos uestros in ueritate: Nā (ut Gregorius ait) lumbi
 bis præcingimur, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus:
 Stola, quam & orarium ueteres appellarunt, collo sacerdotis impo
 nitur, & per anteriora descendens, dexterum et sinistrum latus ador
 nat, significat autem iugum Domini, quod sacerdos armis iustitiæ, a
 dextris et sinistris munitus, in prosperis & aduersis ferre debet, quod
 & in ordinatione sacerdotis exprimit Episcopus, Accipe, inquit, iugum
 Dei, iugum enim eius suaue est & onus leue: suaue in prosperis,
 & leue in aduersis. Stola, ligaturam Christi, qua columnæ alligatus
 est repræsentat, De stolæ mysterijs & usu, talis extat Canon Conci
 lii Bracarensis Tertij. Quoniam antiqua & Ecclesiastica institutione
 nouerimus præfixū, ut omnis sacerdos cum ordinatur, orario utroq;
 humero ambiatur: scilicet, ut qui semper imperturbatus præcipitur
 consistere inter prospera & aduersa, uirtutum semper ornamento
 utroque circumleptus appareat humero. Qua ratione tempore sacri
 ficij non assumat, quod se in sacramento accepisse non dubitat: Pro
 inde modis omnibus conuenit, ut quod quisque percepit in conse
 cratione honoris, hoc retineat, & in oblatoine uel perceptione sue sa
 lutis, scilicet, ut cum sacerdos ad solennia Missarum accedit, aut per se
 F iij Deo

Exod. 28. et 35

Alba ex bysso aut lino facta.

Exodi 25

Luca 13 Zona seu Cingulum continentiam designat.

Luca 12

Iob. 40

Apoc. 15

Iob. 40

Ephes. 6

Stola seu Orarium iugum Domini significat.

Matth. 11

Ioann. 19

c. 3

Ne quis sacrificet sine Orario.

Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam Oratio utroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suae dignoscitur consecratus: Ita ut de uno eodemque Oratio ceruicem pariter & utrumque humerum premens, signum sub pectore praeparat crucis: si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitae subiaceat.

Vna non durabus stolis utendum est in altari. c. 39

Vno autem Orario, non duobus utuntur, tam Episcopi et Presbyteri, quam Diaconi, ut in Concilio Toletano Quarto definitum est. Si Oraria duo, nec Episcopo induere quidem licet, nec Presbytero, utique multo minus Diacono, qui minister eorum est. Vnum ergo Orarium oportet Levitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est, praedicat. Dexteram autem oportet habere liberam, ut expeditius ad ministerium sacerdotale discurrat. Caueant ergo amodo Levitae, gemino uti Orario, sed uno tanto, & puro, nec ullis coloribus aut auro ornato. Subdiaconi autem, & ceteri ministri Ecclesiae inferioribus non utuntur Orario, ut Laodicense Concilium decrevit. Subdiaconum, inquit, non Orario uti, nec ostia derelinquere. Item, Quoniam non oportet Lectores & Psalmistas Orarijs uti, & sic legere & psallere. Similiter, Monachis orarijs & zonis uti, prohibitum est, ut Aurelianense Primum definit. Bracarense Primum, ab usum quendam Diaconorum arguens, secus quam oportet Orario utentium, ita statuit. Placuit, quia aliquanti huius provinciae Ecclesiae Diacones ab sanctis intra tunicam utuntur Orarijs, ita ut nihil differre a Subdiacono uideantur, ut de cetero superposito scapulae, sicut decet, utantur Orario. In Moguntinensi Concilio statutum est, ut presbyteri sine intermissione utantur Orarijs, propter differentiam sacerdotij dignitatis. Manipulus siue sudarium, studium significat, quo tedium ab anima malique affectus absterguntur, ut sic uigilans reddatur minister ad perficienda bona opera, ut sit memor eius quod dicit Dominus, Vigilate quia nescitis qua hora filius hominis uenturus sit, Et aliquando accipiat bonorum operum retributionem. Nam qui iuste egerint, mercedem accipient secundum opera sua. Et ut scriptura dicit. Venientes uenient, cum exultatione portantes manipulos suos. Manipulus funem repraesentat, quo Christus comprehensus a Iudaeis & ligatus fuit. Casula charitatem sacerdotis significat. Nam charitas omnia legis & Prophetarum mandata continet, iuxta illud Apostoli, Plenitudo legis est charitas. Itidem & haec uestis, omnia alia indumenta intra se claudit & continet. Charitatem igitur habere oportet sacerdotem, sine charitate enim erit, ut aes sonans et cymbalum tinniens: et si tantam fidem habeat, ut linguis hominum loquatur & Angelorum, & montes quoque transferat, charitatem autem non habeat, nihil erit. Haec uestis purpuram repraesentat, qua milites dominum circumdede runt. Caligae et sandalia propria sunt pontificum, quorum usus ex instituto

Subdiacono et inferioribus non licet uti orario. c. 22, c. 23, c. 22, c. 27

Amel. Conc. c. 22, c. 27

c. 28

Manipulus seu sudarium quid designat. Matth. 24, Rom. 4, Psal. 125, Ioann. 18

Casula Charitatis insigne est. Rom. 13

1. Cor. 13

Ioann. 19 Caligae et sandalia.

instituzione Christi ab Apostolis descendit: Nam (ut apud Marcum legitur) Christus duodecim Apostolos missurus, praecipit illis, ne quid tollerent in uia nisi uirgam tantum, non peram, non panem: neque in zona esset, sed calceatos sandalios: & ne induerentur duabus tunicis. Haec indumenta cursus praedicatoris uerbi Dei significant, iuxta Prophetam, Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona. Pedes siquidem cursus uiae in scripturis significant, uel stabilitatem mentis & fidei, ut in Psalmo, Stantes erant pedes nostri. Et calceamenta praeparationem pacis, ut apud Apostolum, Calceati in praeparationem Euangelij pacis. Speciosi autem pedes sunt Euangelizantium pacem, si fide & charitate ceterisque uirtutibus calceati, pulchre & constanter cursus suum expleuerint. Et ad hunc modum calceatos Apostolos suos misit Christus. Ite, inquit, in orbem uniuersum, & praedicate Euangelium omni creaturae. Succinctoriu eandem significationem habet, quam zona et cingulum, Pontifex ueteris testamenti, laminam auream in fronte gestabat, quae Petalum dicebatur, ut in Exo. Et fecerunt laminam auream, et inscripserunt in ea literas deformatas, signaculum sanctitatis Domini, i. nome Tetragrammaton domini. Hac lamina Ioannes quoque Euangelista usus esse fertur, ut apud Eusebium Posycrates summus Asiae Episcopus ad Victorē Ro. Episcopum scribit his uerbis. Etenim magna quaedam luminaria apud Asiam dormierunt, summi & electi uiri, quos Dominus suscitabit, in aduentu suo, cum ueniet de caelis in gloria, et requiret omnes sanctos suos, in quibus est Philip. Euangelista, qui dormiuit apud Hierapolim: sed & duae filiae eius, quae uirgines senuerunt, & alia eius filia spiritu sancto repleta, quae apud Ephesum dormiuit: nec non & Ioann. qui supra pectus Domini recubuit, qui fuit summus sacerdos, & pontificali gestit, martyr & doctor Ecclesiae, qui & ipse apud Ephesum dormiuit. Haec lamina praefiguratio crucis est. Vnde Pontifex Euangelicus, crucem quandam cathenulis insertam, a collo suspensam habet ante pectus, cui celsit lamina aurea legalis sacerdotis. Ut locum habeat quod Apostolus dicit: Glorificate & portate Deum in corpore uestro. Hanc crucem assumendo, simul & ponendo osculatur: quo nimirum osculo testatur, se & confiteri & uenerari passionem Christi. In ueteri testamento duae tunicae pontificales erant, una Byssina, altera hyacinthina: Prima, quae est candida, castitatem: Secunda quae est aetherei coloris, caelestem contemplationem & conuersationem significat. Hyacinthina, mala punica cum tintinnabulis ab inferiore parte inserta habebat, ut Pontifex ea indutus, uocalis incederet, per quam figurata est Euangelici pontificis tunicae, qua & ipsa indutus, pontifex sonorus & uocalis esse dicit, de quo dicitur. In monte excelsum ascendē, tu qui Euangelizas Sion, siquidem uestimentis tintinabula inhaerent, si uiae uiam cum lingua sonis instituta

Esai. 52 Pedes calceati in Euangelium pacis. Psal. 125 Ephes. 6

Marci 16 Petalum Pontificale. Exod. 28, et 29

Ioannes baptista usus est lamina

Philipus

Enf. in Eccl. lib. 5. c. 24. Crux cathenulis a collo Episc. ad pectus suspensa. 1. Cor. 6

Duae tunicae Pontificis, byssina & hyacinthina. Exodi 28 Quid Tintinabula:

Esai. 40 c. s. it. rector

Amor et zelus Moysi.

Exodi. 32.

Quid Pallium.

Innocentius de altaris myste- rio lib. 1. c. 62.

z. pallii. 100. distm. Materia & forma Palij.

Multa in Pallio mysteria.

nis: Virga igitur Pontifex percutit, baculo sustentat. Sit ergo districtio iustitiæ quæ feriat, sit et consolatio baculi, quæ sustentet: sit amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus non immeritate sæuiens: sit pietas, sed non plus quam expediat parcens: Breuiter miscenda est lenitas cum seueritate, & ex utroque faciendum temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hoc tabernaculi Archa significat, in qua cum tabulis simul uirga & manna est. Pectus enim Pontificis Archa est, in qua sunt tabulæ sacræ scripturæ scientia, ut cum hac coniuncta uirga districtiōnis & manna dulcedinis. Tale pectus habuit Moyses, qui Domino propter populi peccatum irascenti ac dicenti, Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos, faciamque te in gentem magnam: Pro populo licet peccante intercedens ait, Aut dimitte cis hanc noxam, aut si non facies, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Hic amorē uideamus, Rursus idem, zelo rectitudinis succensus, inquit. Ponat uir gladium super fœmur tuum. Ite & redite de porta usque ad portam, per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, et proximum suum: cecideruntque in illo die uiginti tria millia hominum. Ecce tanta Moysi pietas, ut qui uitam hominum etiam cum morte sua petijt, paucorum uitam gladio extinxerit: Tanta fuit in eo pietas, ut se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret: tanta item seueritas, ut eos quos diuinitus feriri timuerat, ipse iudicij gladio feriret: Vtrunque ergo sic miscuit, ut nec disciplinæ deesset misericordia, nec misericordiæ disciplina. Pallium, uestis est Patriarchis, Prælati- bus, & Metropolitanis propria, quæ à cæteris Episcopis discernuntur. Quodque adeo plenitudinis pontificalis insigne est, ut inquit Innocentius Papa Tertius, & nostris pontificibus idem est, quod legali Pontifici erat Logion, quod et Rationale. Id erat pannus exiguus ex gemmis, auro, uariisque coloribus, qui superhumerali contra pectus pontificis adnectebatur. Pallij uetustissimus usus est, nec alius quam in sacrificio, ut B. Gregorius ad Arelatensem & Rauennatem Episcopos, & alios sæpe scribit. Fit autem ex materia non admodum præciosa, Nempe ex lana candida textitur, cui circulus annectitur humeros constringens. Habet & duas lineas, quatuor cruces purpureas, & tres acus. Lana candida, asperitatem cum pietate coniunctam significat. Circulus, timorem Domini, quo opera restringuntur, ne ad illicita defluant, uel ad superflua relaxentur. Duæ lineæ, uitam contemplatiuam & actiuam significant, in quibus pontifex Moysen referre dicitur: Et nunc in montem ascendere, & illic cum Domino loqui: nunc ad castra redire, & necessitatibus populi prouidere. Quatuor cruces, Quatuor uirtutes, iustitiam, prudentiam, fortitudinem, & temperantiam significant: quæ nisi in sanguine Christi tingantur uanæ sunt & fictæ, nec dignæ ut uirtutes appellentur. Nam, ut Dominus ad Apostolos ait,

los ait, Nisi abundauerit iustitia uestra plus, quam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Tres acus, curas et sollicitudines significant, quibus Pontifex uarijs modis in administratione officij pontificalis compungitur. Postremo palla, qua altare integitur & uestitur, corporale item, linea esse debent, non serica. Sic enim patrum Canonibus sancitum est. Ex consulto omnium institutum, ut sacrificium altaris, non in serico panno aut intincto, quisque celebrare præsumat, sed in puro linteo, ab Episcopo consecrato: terreno scilicet lino, id est, de terra procreato atque contexto: sicut corpus domini nostri Iesu Christi, in Sindone linea munda sepultum fuit: & Christus ueram carnem passibilem, & mortalem de terreno uirginis corpore assumpsit. Haftenus de pontificalibus & sacerdotalibus uestibus dictum est: Quatenus pontifices & sacerdotes, iisdem in sacrificio Missæ utuntur. Quin & Pontificalium uestimentorum idem ferè usus est, in consecrationibus & ordinationibus Episcoporum, sacerdotum, & aliorum ordinum collationibus, in dedicationibus, item & consecrationibus templorum, altarium, & similibus.

Quid altaris Palla & Corporale. c. Consulto: de conse. dist. 1. al. linc.

Idem uestitus in conf. et in Miss.

lib. 3. c. 1.

Superpellium. Ecclesi. 9. Pluuiale.

Guilielmus Duranti in Rationali suo refert, in Concilio Moguntinensi statutum esse, ut Episcopus in ordinatione sua Orarium, baculum, & anulum recipiat: Presbyter Orarium & Planetam: Diaconus Orarium & Dalmaticam: Subdiaconus patenam & calicem. Verum in Actis Moguntinensis Concilij, quæ quidem hodie extant, eum canonem non reperio. Sunt præterea alia uestimenta sacram Episcoporum quam sacerdotum, & aliorum ministrorum, quæ & ipsa non sine mysterio diuinis usibus adaptantur, Vt uestis lineæ, quam uulgo superpellicum uocant, quæ propter candorem & munditiam, puritatem castitatis designat, iuxta illud, Omni tempore uestimenta tua sint candida, id est, opera tua sint munda. Pluuiale uestis est, quam uulgo Cappam uocant, usque ad talos descendens, per quam perseuerantia in fide aliisque uirtutibus significatur.

De Caeremonijs Crucis Dominicæ.

Caput. V.

Varia S.



Postremo maximum est mysterium signaculi S. crucis: Cuius apud Christi fideles semper maximus in Ecclesiis fuit usus, non solum in sacrificio et sacramentis, sed in omnibus prope Christianorum actionibus. Ac primum quidem (ut hinc exordiamur) crux multis modis in ueteri testamento præfigurata est. Serpens ille æneus, quem Moyses ligno impositum suspendit, ac contra malum serpentum, quod Dominus Deus propter Idolatriam in populum Israhel immiserat, Israhel remedium proposuit: Quid aliud quam Domini

Crucis præfiguratio- nes. Vide August. Sermone 109. de tempore. De serp. anco. Tertul. lib. cõtra Iudeos et lib. 3. aduersus Marcionem. Num. 21.

- Dominicam crucem intentauit: Nam ut in signum hoc tunc respiciens à morfu serpentum liberabatur, ita & in sacramenta crucis Dominicæ respiciens, à morfu Diaboli & Angelorum eius sanatur. Sic
- II. Exodi. 17 Moyses tunc, cum aduersus Amalech, Iesus filius Naue præliabatur, eleuatis & extensis manibus, ac non genibus positis, & manibus pedibus tudentibus orans: in eo prælio, quod ab eo gerebatur, qui typum Domini & gestis & nomine referebat, crucem quoque Dominicam extensione manuum repræsentauit. De cruce quoque illud Psalmi accipiendum est, Dominus regnauit à ligno. Item illud Esaiæ, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & uocabitur nomen eius magni consilij Angelus. Quo loco principatus super humerum, regale illud insigne crucem significat. Vnde & recte alius Propheta eum à ligno regnare dixit, Item illud Hieremiæ, Venite mittamus in panem eius lignum, & conteramus eum à terra uiuorum, & nomen illius non memorabitur amplius. Item illud Psalmi, Foderunt manus meas & pedes: Et hæc propria est atrocitas crucis. Et rursus patris auxilium implorans, Salua me, inquit, ex ore Leonis, & à cornibus unicornium humilitatem meam. Os Leonis mors est, Cornua unicornium, apices sunt crucis Christi. Sed & lignum quod Heliseus in aquam misit, ubi submersum fuerat ferrum, quodque ipsum ferro supernatantemersum est, crucem domini præfigurauit. Nam ferrum duritiam huius sæculi, merisam in profundo erroris, significat: hæc a ligno crucis, id est, Dominicæ passionis, in aqua baptismatis liberatur, ut quod perierat olim per lignum in Adam, id restitueretur per lignum crucis Christi. Similiter lignum quod Isaac filius Abraham ad sacrificium portauit, crucem Domini significat. Nam hæc figura in Christo implenda fuit, qui & ipse lignum humeris suis portauit. Et sicut aries inter uepres hærens, oblitus est ab Abraham in holocaustum: sic & Christus inhærens cornibus crucis, corona in capite eius circumdata, factus est sacrificium pro omnibus gentibus: qui tanquam ouis ad uictimam ductus est, & uelut agnus coram tondente se sine uoce, sic non aperuit os suum, Et ut
- III. 1. Petri. 2 Apostolus Petrus ait, Christus passus pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius: qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste. In Exodo dicitur, Et ostendit ei Dominus lignum, & misit illud in aquam, et facta est dulcis aqua: Quod per lignum aquas dulces fecit, præfigurauit gloriam & gratiam crucis. Item quod uirga petra percutitur a Moyse, crux Christi figuratur: ligno enim accedente ad petram, quæ est Christus, gratia manauit, & quod bis percutitur, euidentiùs significat crucem: duo quippe ligna sunt crux. Similiter Arca Noe ex ligno facta, qua liberati sunt homines à diluuiio, crucem Christi

Christi præfigurauit, qui & ipse per lignum crucis nos a submersione liberauit. Sic & scala Iacob in qua Angeli ascenderunt, & descendunt, crucem Christi designauit. Quod Augustinus testatur his uerbis: Iacob, inquit, dormiens posuit lapidem sub capite suo, & uidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum. Angelos quoque ascendentes & descendentes, & Dominum innixum scalæ. Cuius loci hæc mysteria sunt: Iacob typum gerebat Domini saluatoris, & lapis quem supposuit capiti suo, nihilominus Christum Dominum figurabat: Quia caput uiri Christus, sic & per lapidem, unctum Christum intelligimus: Christus enim ab unctione, id est, a chrismate unctus, interpretatur. Quod autem Dominus scalæ innixus in cælo, & idem in beato Iacob dormire in terra dicitur, idem Christus significatur, qui in cælo est, & in terra, ipso Christo dicente, Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo. In cælo quidem est secundum caput, quia caput Ecclesiæ: in terra, secundum corpus. Porro scalæ quod incumbere dicitur Dominus, Christus in ligno pendere ostenditur. Angeli ascendentes & descendentes per scalam, Apostoli & Apostolici uiri, & omnes Doctores Ecclesiæ intelliguntur: ascendentes quidem, quando perfectis perfecta prædicant: descendentes, quando paruulis et imperitis simplicia, que intelligere possunt, insinuant. Sic Apostolus per hanc scalam ascendebat, quando dicebat, Sapientiam loquimur inter perfectos: Sapientiam non huius sæculi, sed arcanam, absconditam, quam prædestinavit DEVS ante sæcula in gloriam nostram. Rursus descendit, quando dicebat: Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Item, quando denunciabat, Radix omnium malorum est cupiditas. Sic ascendebat, quando dicebat, Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Rursus descendebat, quando dicebat: Sobrii estote, & nolite peccare: & reliqua, quæ ad corrigendos mores pertinent, prædicabat. Hoc igitur ordine ascenditur & descenditur, cum & perfectis cibus solidus tribuitur, & doctrinæ sac simplicibus non denegatur. Porro, Christum in cruce pendentem prædixit Esaias, qui ex personâ saluatoris dixit, Expandi manus tota die ad plebem contumacem et contradicentem mihi, qui ambulat uias non bonas sed post peccata sua. Et in Deuter. Erit uita tua pendens ante oculos tuos die ac nocte. Item Psalm. Expandi ad te Domine tota die ac nocte, expandi ad te manus meas.

Iam uero signaculum ipsum passionem Domini significat, iuxta illud Pauli, Non enim misit me Christus baptizare, sed Euangelizare: non in sapientia uerbi, ut non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus stultitia est: his autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei uirtus est. Item, Mihi gloriari absit, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Item, Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuini

XIII.

Genes. 28
August. serm.
79. de tempo.
de scala Iacob

Mysteria
scalæ Iacob
1. Cor. 11

Ioan. 3

Angeli
per scalam
Iacob ascen-
dentes &
descenden-
tes qui sunt

1. Corin. 2

Ephes. 5

1. Timot. 6
Col. 3

1. Cor. 15

Matth. 5

XIII.

Esaiæ. 65.

XV.

Deut. 28

Psalm. 17

Prædicatio
crucis Christi.

1. Cor. 1

Gal. 6

Coloss. 1

diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Signum hoc nostrum Dominicæ crucis, Ægyptij inter literas sacerdotales, quas dicunt *ἱερατικάς* habebant, & eius hanc esse dicebant interpretationem, Vita uentura. In euerfione itaque templi Serapidis Alexandriæ, fertur eos, qui ad fidem nostram conuertebantur, dixisse, Ita sibi ab antiquis traditum, quod Serapidis sacra tantis per perdurarent, donec uideretur signum istud uenisse, in quo esset uita. Nec abhorret hoc a religione nostra, nam & nostræ uenturam hoc docent sacræ literæ, in hoc ligno uitam esse nobis condonans significat.

1. Petri. Nam (ut Petrus ait) Dominus ipse peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui iustitiæ uiuamus, Cuius liuore sanati sumus, Ipse (ut ibidem inquit) deglutit mortem, ut uitæ æternæ hæredes efficeremur. Augustinus sacramentum crucis, & eius dispositionem, longitudinem, uel latitudinem, altitudinem, uel profunditatem ita explicat. Accipiat transuersum lignum, quo extenduntur manus, propter operum significationem. In longitudine, ab ipso usque in terram, ubi totum corpus crucifixum stare uidetur, quod significat persistere, hoc est, longanimiter permanere. In altitudine, ab ipso transuerso ligno sursum uersus, quod ad caput eminet, propter expectationem superiorum: ne illa bona opera atque in eis perseverantia, propter beneficentia Dei terrena atque temporalia, facienda credantur: sed potius propter illud quod desuper sempiternum sperat fides, quæ per dilectionem operatur. In profundo, pars illa ligni, quæ in terræ abdito defixa latet, sed inde confurgit omne illud quod eminet, sicut ex ocula Dei uoluntate uocatur homo, ad participationem tantæ gratiæ, alius sic, alius autem sic. Ac tota hæc significatio, ad uitæ nostræ rationem refertur. Tota enim uita nostra crux est, iuxta illud: *Matth. 16* Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Cruciatum autem caro, inquit Paulus Apostolus, *Collos. 3* cum mortificantur membra nostra, quæ sunt super terram, fornicatio, immunditia, luxuria, auaritia, & cetera huiusmodi, De quibus idem *Rom. 8* dicit. Si secundum carnem uiueritis, moriemini: si autem spiritu factæ carnis mortificaueritis, uiuetis. Hinc etiam de seipso dicit, *Galat. 6* *Rom. 6* mihi crucifixus est, & ego mundo. Et in alio loco, Scientes, inquit, quia uetus homo noster simul crucifixus est cruci cum illo, ut euacuetur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Interim spe gaudentes, ut scilicet cogitantes requiem futuram, cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatem significat crucis latitudo, in transuerso ligno, ubi figuntur manus: per manus enim opera intelligimus, per latitudinem hilaritatem operantis, quia tristitia facit angustias: Et hanc crucis significationem præferunt uerba Apostoli dicentis,

centis. In charitate radicati atque fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum: scire etiã eminentem scientiam charitatis Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei, ut idem Augustinus interpretatur, in epistola ad Honoratum. Intelligentes igitur, inquit, peregrinationem nostram in hac uita, mundo crucifigamur, extendentes manus in latitudinem bonorum operum, & longanimitate usque in finem perseverantes, atque habentes cor sursum ubi Christus est in dextera Dei sedens: totumque hoc non nobis, sed illius misericordiam tribuentes, cuius profunda iudicia omnem scrutatorem fatigant. Hæc enim est non inaniter fabulosa, sed utiliter uerax latitudo, longitudo, altitudo, profundum: Unde perueniamus ad eam supereminentem scientiam charitatis Christi, & impleamur in omnem plenitudinem Dei. Eandem fere sententiam de morali significatione signi crucis, Beda alibi his uerbis exprimit. Moralem, inquit, Sacrosanctæ crucis figuram describit Apostolus, ubi ait, In charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, altitudo, & profundum: cognoscere etiam supereminentem charitatem Christi. In latitudine quippe bona opera charitatis significat, In longitudine perseverantiam sanctæ conuersationis usque in finem. In altitudine, spem cælestium præmiorum. In profundo, imperscrutabilia iudicia Dei. Qualiter autem Dominus in cruce sit positus, quid que ea sacratissima corporis positio regalis in se typi contineat, Sedulius in Paschali carmine, pulchre uersibus istis expressit.

*Nec quis ignoret speciem crucis esse colendam.
 Quæ Dominum portauit ouans ratione potenti.
 Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis
 Splendidus auro de uertice fulget Eous.
 Occiduo sacræ lambuntur sydere plantæ
 Arcdon dextera tenet, medium leua erigit axem,
 Cunctaque de membris uiuit natura creantis,
 Et cruce complexum Christus regit undique mundum.*

Irenæus per extensionem manuum in cruce, duos populos intelligit ad unum DEVM congregatos. Duæ quidem manus, quia et duo populi dispersi in fines terræ: Vnum autem medium caput, quoniam est unus DEVS super omnes, & in omnibus nobis. Est autem crucis Dominicæ magnus usus in Ecclesia. Primum enim omnia christiana sacerdotalis ministerij, crucis figura perficiuntur: signum crucis in sacrificio, in baptismo, in confirmatione, in poenitentia, et alijs sacramentis, uarijs modis utimur: signum crucis dedicationibus Ecclesiarum, altarium, uarijs item benedictionibus adhibemus: Signum crucis olim omnes Christiani initiabantur. Nam facti Christiani, a fratribus signum Dominicum accipiebant: Signum crucis in domorum ingressibus, parietibus, postibus, & fenestris, & columnis

depingebant: id quod apud Alexandriam Serapidis simulaculo sub
uerso & iam consumpto factum est, ut iam supra dictum est.

Ruff. lib. ii.
Ecclesi. hist. c. Neque uero temere receptum est, ut Christiani in frontibus cruce
signentur: Siquidem & diuinis literis, id longe ante significatum est.

Exech. 9. Quod plane indicat illud Prophetæ uaticinium, Ite & cędite, &
nolite parcere oculis uestris, nolite misereri: iuuenes, uirgines, par-
uulos & mulieres interficite, usq; ad internecionem: Omnem autem,
super quem signum Tau scriptum est in fronte, ne tetigeritis. Item,
ibidem. Vade per mediam Hierusalem, & notabis signum super frontem ui-

Apoc. 14. rorum, qui ingemiscunt & moerent, super cunctis abominationibus,
quæ sunt in medio ipsorum. In Apocal. Vidi agnum stantē in mons-
te Sion, & cum eo Centum Quadragintaquator millia, & habebant
nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Deniq;
ueteres Christiani, ad omnem progressum atq; promotum, ad omnē

Tertul. lib. de
corona militis
Ambr. Serm.
56. de cruce
Christi. aditum & exitum, ad uestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas,
ad lumina, ad cubilia, ad sedilia: quacunque eos conuersatio exer-
cebat, frontem signaculo crucis terebant, Vt Tertullianus scribit.
Tantam enim efficaciam inesse huic signo credebant, ut quacunq;
que cruce signati agebant, auspiciosa esse censerent. De qua re
ita scribit Ambrosius. Grande crucis est sacramentum, Et si intelliga-

Figura cru-
cis per an-
tennas in
arbore na-
uis. mus, per hoc signum etiam mundus ipse saluatur. Nam cum a nauis
scinditur mare, primus ab ipsis arbor erigitur, uelum distenditur, ut
cruce Domini facta, aquarum fluentia rumpantur, & hoc Dominico
securi signo, portum salutis petunt, periculum mortis euadunt. *Figura*
enim quædam sacramenti est uelū suspensum in arbore, quasi Chri-

Figura cru-
cis in ara-
tro. stus sit exaltatus in cruce: atq; ideo confidentia de mysterio ueniente,
homines uentorum procellas negligunt, peregrinationis uota suscipi-
unt. Sicut autem Ecclesia sine cruce stare non potest, ita et sine arborē
re nauis infirma est: statim enim Diabolus inquietat, & illam uentus
allidit: At ubi signum crucis erigitur, statim et diaboli iniquitas repe-

Figura cru-
cis in leua-
tionē aut
extensione
manuum. litur, et uentorū procella sopitur. Sed & bonus agricola, cū parat ter-
rę solum uertere, et uitę alimenta perquirere, non nisi per signum cru-
cis id facere conatur, Dum enim aratro dentale subicit, afficit aures,
stiuam inferit, figuram crucis imitatur: cōpactio enim ipsa similitudo
est Dominicæ passionis. Cælum quoq; ipsum huius signi figura dis-
positum est: Nam cum quatuor partibus, hoc est, Oriente, et Occidē-
te, ac Meridiano, et Septentrione distinguitur, quatuor quasi crucis
angulis cōtinetur. Ipsi etiam incessus hominis, cum manus leuauerit,
crucem pingit, atq; ideo eleuatis manibus orare præcipimur, ut ipso
quoq; membrorum gestu passionem Domini fateamur: Tunc em̄ ci-
tius nostra exauditur oratio, cū Christū, quē mens loquitur, etiā cor-
pus imitatur. Hoc etiā exemplo, cū Moyses sanctus, cōtra Amalech
bellū gereret: nō armis, non ferro, sed eleuatis eū ad Deū manib. supe-

Exod. 17. ruit, Sic enim habes scriptū. Cū eleuasset manus suas Moyses, uince-

bat

bat Israel: cū autē deposuit manus suas, conualescebat Amalech. Hoc
igitur dominico signo scinditur mare, terra colitur, cęlū regitur, homi-
nes conseruantur: Hoc (inquā) dominico signo etiā referatur Inferna,
nā ex quo Dñs Iesus & ipsam crucē gestabat, sepultus in terra est ue-
luti dirupta ab eo: exarata terra, oēs quos retinebat mortuos, germi-
nauit. Hęc Ambr. Item Ioan. Chrysoft. Crucis figuram oēs querunt
atq; adeo ubiq; ea inuenitur, apud Principes, apud subditos, apud
mulieres, apud uiros, apud uirgines, apud nuptas, apud seruos, apud
liberos: subinde oēs ea se signant inscribēdo in nobilissimū membrū
nostrum. In fronte enim nostra, quasi in columna quotidie figurat:
sic in sacra mensa, sic in sacerdotū ordinationibus, sic iterū cum corpō
re Christi in mysticis cœnis fulget: hęc ubiq; celebrari uidere licet: in
domibus, in foro, in solitudine, in uis, in montibus in collibus, in ual-
libus, in mari, in nauigijs, in insulis, in lectis, in uestib. in armis, in tha-
lamis, in symposijs, in uasis argenteis, in aureis, in margaritis, in muro-
rum picturis: in corporibus brutis male affectis, in corporibus a dæ-
monijs obsessis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus: in delicatorū
choreis, in monachorum ordinibus: adeo certatim hoc mirabile rapi-
unt omnes. Idem post aliqua, Hoc mortis symbolum multæ benedi-
ctiōnis argumentum est factū, & omnigenę securitatis murus, tempe-
stiuā diaboli plaga, dæmonum frenum, chamus contrariarum uirtū-
tū: hoc mortem iustulit, hoc inferni æreas portas confregit, hoc fer-
reos uectes contriuit: diaboli arcem expugnauit, peccati neruos ex-
cussit, totum orbem condemnationi subiectum eripuit, plagā a Deo
immissam a duersus naturam nostram remisit: quæq; non potuit mā-
re cum diuideretur, & petræ cum rumperetur, & aer cum mutaretur,
et manna, quod Quadraginta annis tot millibus dabatur, et lex, & a-
lia signa tā in eremo q̄ in Palestina facta: ea potuit crux, non in una gē-
te, sed in toto orbe, & in omnibus quas sol spectat terris: Hoc signū
et priscis & nostris temporibus, clausas ianuas referauit, hoc ueneno-
rum uires extinxit, hoc feroces bestias repressit, hoc lethales serpentū
morsus curauit. Etenim si portas inferni perfregit, si ostia reclusit: si
Paradyssi renouauit ingressum, si diaboli neruos recidit: Quid mirū
est, si pestifera uenena, atroces bestias, aliaq; huiusmodi supauit: hoc
igitur in mente tua celato, & animarum amplectere salutē. Hęc crux
terrarum orbem conuertit atq; sanauit, hęc terrorem abegit, uerita-
tem reduxit, terram in cælum restituit, ex hominibus Angelos effe-
cit, Hęc crux non terribiles sed despicabiles hominibus dæmones
effecit: hac cruce mors in somnum redacta est, hac omnia quæ nobis
aduersabantur, hūmi deiecta conculcantur. Idem Chrysoftomus. Ne
minem igitur pudeat horū salutis nostræ symbolorum atq; signorū.
Passio certe Dñi nostræ beatitudinis caput est atq; origo, qua uiuis
mus, & per quā sumus: sed ueluti coronā sic leto animo crucē Christi
circumferamus, omnia enim quæ ad salutem nostrā conducunt, per
G iij ipsam

In libello
aduersus gē-
tiles, Quod
Christus sit
Deus.

Efficacia &
Virtus Cru-
cis

Hom. 55. ex ca.
Matth. 16

ipsam consummantur, nā cū regenerantur crux Dñi adest, cū sacratissimo alimur cibo, cum in ordine consecrandi constituimur, ubiq; ac semper id uictoriae insigne nobis assistit: Quapropter & in penetralibus, & in parietibus, & in fenestris, & in fronte quoq; ac mente, magno studio crucem inseramus, Id enim salutis nostrae, id comunis libertatis, id mansuetudinis atq; humilitatis domini signum est.

Ho. 3. in Matt. c. 15 Item Origenes. Crux Christi nostra uictoria est, illius patibulum nostrer triumphus. Gaudentes leuamus hoc signum, in humeris nostris uictoriae uexilla portemus. Immortale & lauacrum portemus in frontibus nostris, Cum daemones uiderint, contremiscent: qui aurata Capitolia non timent, crucem timent: qui contemnunt sceptrata regalia, & purpuras Caesarum & dapes, Christiani sordes & ieiunia pertimescunt, Deniq; in Ezech. Proph. cum omnes, qui missus fuerat angelus, occidisset, et interfectio cecidisset a sanctis, illi tantummodo sospites reueruantur, quos Trau litterae, id est crucis, pictura signauerat. Exultemus itaque fratres charissimi, & ad crucis similitudinem, sanctas in caelos leuamus manus: cum sic nos daemones armatos uiderint, opprimuntur. Quando Moyses erectas habebat manus, uincebatur Amalech, Si paululum illae conderant, inualecebat. Antennae nauium, uelorum cornua, sub figura nostrae crucis uolitant. Aues quoque ipsae quando in sublimiora obuoluuntur, & pendent per aera extensis alis, imitantur crucem. Sed & trophaea ipsa, & uictoriae triumphorum ornatae cruces sunt: Quas non solum in frontibus, sed & in animabus quoque nostris habere debemus: ut cum sic fuerimus armati, calcemus super aspidem et basiliscum in CHRISTO IESU, cui est gloria cum Deo patre & spiritu sancto, in secula saeculorum. Constantinus Magnus Imperator, aduersus Maxentium, urbis Romae Tyrannum, bellum gesturus, cum anxius & multa de imminentis belli necessitate cogitans, iter ageret, & ad caelum saepius oculos eleuaret, atque diuinum hinc sibi precaretur auxilium. Videt per soporem, ad Orientis partem in caelo signum crucis igneo fulgore rutilare: cumque tanto uisu fuisset exterritus, ac nouo perturbaretur aspectu, astare sibi uidet Angelos dicentes. Constantine *εὐ τοῦ οὐρανοῦ* In hoc uince: Fertur & ipsum CHRISTVM apparuisse ei, & signum monstrasse crucis, ac praecipisse, ut figuram similem faceret, & hoc in praelijs auxilium haberet quo uictoriae iura conquireret. Eusebius item Pamphili, iurando ipso Imperatore dicente, audiuisse se refert, quia circa Meridiem declinante iam sole, crucis signum ex lumine factum, & scripturam consertam ei dicentem. In hoc uince, uidisset ipse, & milites qui cum eo tunc essent: pergente namque eo cum exercitu per iter, Hoc, inquit, ei miraculum est ostensum, dumque cogitaret quid esset, nox superuenit, & dormienti CHRISTVS apparuit, cum signo quod uidit in caelo, iussitque ut fieret eius signi figuratio, quae foret auxilium

Trip. li. 1. c. 4.
Euse. li. 9. c. 9.
Eutrop. lib. 11.

Gesta Cōstanti. Magni in apparitione crucis.

lium in congregationibus praeliorum. Tum uero laetus hoc signo, ac de uictoria certus redditus ac securus, signum crucis, quod in caelo uiderat, in sua fronte designat. Deinde in militaria quoque uexilla transformat, ac Labarum (quem dicunt) ex auro & lapidibus preciosis in speciem Dominicae crucis exaprat, & ita armisque uexillisque religionis instructus, aduersum impiorum arma proficiscitur: Erat autem Labarum signum bellicum, inter alia preciosius, quod Imperatorem praecederet, & adorari id a militibus moris esset. Vnde & Constantinus huiusmodi signum (quod erat nobilissimum decus Imperij Roma.) in signum crucis mutauit, quod deinde semper proponebatur ante ordines uniuersos, quod maxime laborantibus aciebus in praelijs adesse praecipiebat. Idem quoque Constantinus, in dextera sua manu signum nihilominus crucis ex auro fabricatum habuisse perhibetur, & in hoc signo, ut Angeli praedixerant, gloriosam de Tyranno uictoriam obtinuit: & ingressus Romam, cum Senatus Populusq; Roma. ob honorem triumphum, imagines illi crexisset, iussit in dextera uexillum Dominicae crucis depingi & subter adscribi, Quia in hoc signo singulari, quod est uerae uirtutis insigne, urbem Romam Senatūque & Populum Roma. iugo Tyrannicae dominationis ereptum, pristinae libertati nobilitatiq; restituit, authores sunt Eusebius & Eutropius. Sed & solidorum imaginibus hoc signum iussit inscribi semperq; figurari, Vt in Tripartita scribit Sozomenus: idq; imagines eius hoc schemate decoratas testari dicit. Quin etiam creditum est, aduersus morbos, praestigias, & incantationes, hoc signum saepe operi tulisse salutarem. Epiphanius tradit, quandam mulierem Christianam mirae pulchritudinis, inter Iudaeos uersantem, cum praestigiatores quidam in adolescentem quendam, & in nomen mulieris incantationes & eurationes uarias fecissent, ut hijs studijs mulierem in adolescentis amorem deuincire possent, omnem incantationum ac praestigiarum uim, per signaculum crucis, quod se muniuerat, fregisse. Idem de IOSEPHO quodam Iudaeo narrat, cum saepe a Domino in somnis admonitus fuisset, ut crederet, tandem etiam promissum illi a Domino fuisset, in certitudinem fidei, si quod signum operari uellet, id se facturum, si crederet & inuocaret, huiusmodi uisionem ad hunc modum esse expertum. Erat quidam insanus in Tyberide ciuitate, qui nudus per urbem circumibat, & cum saepe uestis indueretur, ipse eam dilaniabat. IOSEPHVS igitur hunc intro assumit, & praeculis foribus, acceptaque aqua in manu, eaque crucis signaculo signata, insanum hominem resperit, ac dixit. In nomine IESU Nazaraei crucifixi, egredere Daemone nium ab ipso & sanus fiat: homo uero magno clamore aedito humum prolapsus, & multa spuma ab ore emissa lancinatus,

Pro labaro uexillum crucis receptum est.

Imagines crucis in Triumphis et in Solidis pecunie numis.

Sozomenus in tripartita, lib. 1. c. 10.

Virtus Crucis contra incantationes.

Epiph. lib. 1. c. 2. tra heres. To. a

Expulsio demonum per signum crucis

ad multum tempus immotus permanfit. Iosephus itaq; putabat hominē mortuū esse, ille uero post tempus perfricta facie surrexit, & cōspicatus suam nuditatem seipsum occultauit, & manus pudendis præ tendit, non amplius sustinens propriam nuditatem uidere. Itaq; amiculo ex his quæ erant apud Iosephum indutus, ad statum prudentiæ ac modestiæ deuenit, ipsiq; uiro ac Deo magnas gratias egit, gnarus quod per ipsum sibi salus contigisset, & uirum per urbem prædicabat. Idem Iosephus, postea ad fidem conuersus, ac sacro fonte baptif matis regeneratus, uenit ad comitatum Constantini Imperatoris, a quo dignitatis quoque in regno honorem accepit: Sed & id impetra uit, ut mandato Regio in ciuitatibus & uicis Iudæorum, Christo Ec clesias edificare posset, Hoc igitur Principis beneficio adiutus, cum tē

Vi crucis uim perdid erunt incantatio nes Iudæ orū in Tyberia de.

plum in Tyberia de iam quidam coeptum, sed nec dum tamen perfe ctum, ipse in honorem Christi perficere & absoluere instituit: & caminos quosdam extra urbem, ad præparandam calcem & aliam materiam facere iussit, Iudæi incantationibus quibusdam ignem li gare ac dispergere aggressi sunt: cessabat itaq; ignis, & impositis etiā lignis non operabatur. Quæ res cum Iosepho nunciata esset, commo tus extra urbem currit, ac uase aquæ accepto coram omnibus: magna uoce crucis signaculum proprio suo digito uasi imposuit, & inuoca to nomine Iesu sic dixit: In nomine Iesu Nazaræi, quem crucifixerunt patres mei, & omnium horum circumstantiū, fiat uirtus in hac aqua, ad reprobationē omnis incantationis ac magiæ, quam hij fecerunt: et ad efficaciam potentiæ ignis, ad perficiendā domum Domini: & sic accepit aquam in manum, & de aqua singulos fornaces resperfit, & dissoluta sunt incantamenta, & ignis coram omnibus emerfit. Hæc omnia Epiphanius (cuius autoritate Augustinus quoq; nō raro uti tur) refert, se (illo eodem Iosepho recitante) ab eodem audiuisse.

De ciuit. Dei lib. 22. c. 8.

Quin & ipse Augustinus tale miraculum de sancta cruce narrat. In Carthagine (inquit) Innocentia Religiosissima focmina, de Prima rijs ipsius ciuitatis, in mammilla Cancrum habebat: rem (sicut medici dicunt) nullis medicamentis sanabilem. Aut ergo præcidi solet, & à corpore separari membrum ubi nascitur, aut ut aliquanto homo di utius uiuat (nam inde mortem quantumlibet tardius affuturam, secū dum Hippocratis ferunt sententiam) omnis est omittenda curatio. Hoc illa a perito medico, & suæ domui familiarissimo, acceperat, & ad solum Deum se orando cōuerterat, Admonetur in somnis appro pinquante Pascha, ut in parte foeminarū obseruanti ad baptisterium, quæcunq; illi baptizata primitus occurrisset, eundem locum, signo Christi signaret: fecit, & confestim sanitas secuta est. Medicus sane qui ei dixerat, ut nihil curationis adhiberet, si paulo diutius uellet ui uere, cum inspexisset eam postea, & sanissimā comperisset, quam pri us habere illud malum tali inspectione cognouerat: Quæsiuit ab ea uehementer quid adhibuisset curationis, cupiens (quantum intelligi datur)

datur) nosce medicamentum, quo Hippocratis definitio uinceretur. Cumque ab ea, quid factum esset, audisset, uoce uelut contemnens & uultu, ita ut illa metueret, ne aliquod contumeliosum uerbum proferret in Christum, religiosa urbanitate respondisse fertur, Puta bam, inquit, magnum aliquid te mihi fuisse dicturam, Atque illa iam exhorrescente, mox addidit. Quid grande fecit Christus, sanare Cancrum, qui Quadriduam mortuum suscitauit? Item, Ioan nes Chryostomus, aduersus gentes, Crucis honorem ita defendit.

Ioan. Chry. in demo. st. aduer sus gentes.

Mira sane (inquit) conuersio, ut crux quæ olim mortem intulit, & eandem maledictam, hodie operetur tam animæ quam corporis sa lutem: & quæ olim ignominiosa fuit, hodie sit gloriosa. Siquidem apud Iudæos inter alias pœnas, atrocissima simul & ignominiosissima olim fuit crucis: quippe apud quos crux, lignum fuit mortis maledi ctæ, mortis omnium defamatissimæ. Hoc enim solum mortis genus maledictioni erat obnoxium, ut exempli gratia quid dicam, Qui olim peccabant, comburebantur, lapidabantur, et alijs modis uitam fi niebant, at in supplicijs tantum: Crucifixus autem, & in ligno suspen sus, non solum hoc ferebat, ut graue aliquod supplicium, cui ad iudica tus erat, sed et ut maledictum quoddam: Nam maledictus omnis di

Deut. 21

ctur, qui pendet in ligno. Quam pœnam etiam in bellis in Iudæos exercebant, qui maxima eos ignominia afficere uoluerunt. Qua & Ale xander ille Hircani filius: Illius, qui post Quadringentos & Octogin ta annos et menses tres, ex quo de captiuitate Babylonica populus Iu dæorum liberatus fuerat, primus sibi Diadema imposuit, post fratrem Aristobolum regnum obtinens, in Iudæos sibi aduersantes, usus esse dicitur. Siquidē potentissimis eorum in ciuitate Bethonis captis, O ctogentos ex ipsis crucifigi præcepit, propter quod a Iudæis Crucis

Joseph. de antiq. lib. 13. c. 19

Crucis Ig nominiā in gloriam cō uersa.

cida uocatus est, ut scribit Iosephus. Veruntamē hæc ignominia ita ho die sublata est, ut iam hoc maledictum, hoc abominabile, hoc extre mi supplicij symbolum, Crux, diadematis & coronis clarior factū sit. Neq; enim sic regia corona ornatur caput ut Cruce, quæ in omni cultu dignior, & quam omnes prius abhorrebant, eius figuram tan topere quærunt. Sunt licet toribus multa tormentorum genera, ligna, lora, ungues, plūbum: quibus torquent corpora, & membra dilace rant & distrahunt: & quisnam uellet hæc in domum suam inferret? quis uellet manu contingere? uel quis uellet ad carnifices, dum hæc agunt, propius accedere, ut uideat? An non plures ita abominantur, ut neq; aspectum, neq; tactum sustineant: aliqui nauseant: & inauspi catum censent, proculque fugiunt & oculis auersantur. Tale quippi am utique et crux olim erat, atq; illis multo grauior, ut supra memi ni. Nam non mortis tantum, sed & maledictæ mortis symbolum e rat. Vnde ergo, dic mihi, omnibus tantum eius studium & cura? quod ita desiderata cunctis, & omnibus desiderabilior? Ipsum ergo hoc lignum, in quo positum sanctum corpus Domini et crucifixum:

Crucis ho nor ex cor pore Chris ti

quære

quare nam habere totus orbis ita contendit? ut qui paruum quidam ex illo habent: hoc auro includant, tam uiri quam mulieres, ut ceruicibus suis aptent: hinc ualde honestati, magnifici, muniti & protecti, licet condemnationis fuerit lignum. Sed qui omnia operatur & praeprarat, qui orbem terrarum a peccato tanto transfert, & terram caelum facit, etiam rem hanc, licet contemptam: et omnibus mortibus turpiorem, supra caelos eleuauit. Haec igitur omnia praeuidens Propheta dicebat: Et erit requies eius honor.

Esa. 11

De ritu uenerandarum reliquiarum.
Caput VI.

Vnde dicuntur reliquiae.



Reliquiae a relinquendo dictae sunt, quia a Christo & sanctis, post eorum a nobis discessum, relictae sunt: eorum uel participatione, uel usu, uel contactu, sanctae atque uenerabiles: ut crux, clauus, spina, sepulchrum, caro, ossa, cineres, uestes & similia. In reliquijs igitur

Origo reliquiarum antiquissima.

Quatuor spectant, origo, usus, translatio, ueneratio. Origo, reliquiarum custodiendarum, quemadmodum sepulturam, antiquissima est. Nam et in uniuersum semper gentes eam curam et officium defunctis exhibuerunt: immo id iuris quoque publici esse putauerunt, ut essent sepulture, quibus eorum corpora, ne insepulta iacerent, mandarent: Ita id quoque humanitatis & religionis esse existimauerunt, ut iam consumptis corporum carnibus, ossa & cineres, ne semel sepulta denuo dispergerentur, uenerabiliter custodirent. Maxime autem sanctorum DEI hominum, quorum reliquijs ipsum etiam locum, in quo continentur, sanctificari: tum ipsis etiam a DEO uirtutem aliquam & gratiam imprimi & donari credebant. Sic Patres Veteris Testamenti ipsi sibi uiui sepulturas elegerunt, quemadmodum de multis Patriarchis, & eorum uxoribus infra (in capite de ritibus sepulturarum) ex sanctis scripturis probatur.

Genes. 35

Quin & Iacob & Rachelis sepulturae tantum sanctitatis ex reliquijs eorum contraxerunt, ut in Ephrata, quae alio nomine Bethlehem appellatur, ubi Iacob uxorem suam Rachel sepeliuit, CHRISTVS nasci uoluerit. In terra autem Chanaan, in qua (etiamsi aliquantulum a Caluarie loco distat, ut infra dicitur) Iacob iuxta patres suos sepultus fuit, idem crucifigi: & ita utrumque locum passionis & sanguine suo uoluerit consecrare. Cuius rei tale mysterium assignat AVGVSTINVS, quod scilicet cadauera Patriarcharum, quibus peccata mortuorum significantur, in ea terra conuenerit sepeliri, in qua peccata morte CHRISTI debebant expiari. Siquidem illud de sepultura Iacob explicans, moriturus Iacob filio suo Ioseph dicit, Non sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, & c. De huiusmodi sacramento ad hunc modum scribit.

Aug. li. 1. qu.

de morte caluarie ubi sepelitur.

Genes. 47

bit sanctus pater. Quid sibi autem uelit a tanto uiro, tam sollicita corporis commendatio, ut non in Aegypto sepeliatur, sed in terra Chanaan iuxta patres suos: mirum uideatur & quasi absurdum, nec conueniens tantae excellentiae mentis Prophetae, si hoc ex consuetudine hominum metiamur. Si autem in his omnibus sacramenta quaerantur, maioris admirationis gaudium ipsi qui inuenerit orietur. Cadaueribus quippe mortuorum, peccata significari in lege, non dubium est: cum iubentur homines, post eorum contrectationem, siue qualencumque contactum, tanquam ab immunditia purificari. Et hinc illa sententia ducta est, Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius? Sic & qui ieiunat super peccata sua, & iterum ambulans haec eadem facit. Sepultura ergo mortuorum, remissionem significat peccatorum, eo pertinens quod dictum est, Beati quorum remissa sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Vbi ergo sepelienda erant hoc significantia cadauera Patriarcharum, nisi in ea terra ubi crucifixus est, cuius sanguine facta est remissio peccatorum? Mortibus enim Patriarcharum, peccata hominum figurata sunt. Dicunt autem ab eo loco, Quod Abrahamum uocatur, ubi sunt ista corpora, abesse locum ubi crucifixus est Dominus, fere triginta millibus, ut etiam numerus significare intelligatur, qui in baptismo apparuit fere triginta annorum. Idem mysterium praefert sepulchrum Adae, de quo ita scribit beatus Ambrosius, Ipse autem crucifixus locus, uel in medio ut conspicuus omnibus, uel supra Adae (ut Hebraei disputant) sepulturam, congruebat: Quippe, ut ibi uitae nostrae primitiae locarentur, ubi fuerant mortis exordia. Et iterum, de anima angelica loquens, quae est Ecclesiae filia, Hanc, inquit, suscepit in Golgotha Christus, ubi Adae sepulchrum, ut illum mortuum in sua cruce resuscitaret. Vbi ergo in Adam mors omnium, ibi in Christo omniuum resurrectio. Et Augustinus de eadem re. Audite, inquit, aliud sacramentum, Fratres charissimi. Hieronymus Presbyter scripsit, se ab antiquis & senioribus Iudaicis certissime cognouisse, quod alibi immolatus sit Isaac, ubi postea Christus crucifixus est: denique ab eo loco unde beatus Abraam iussus est proficisci: tertio die ad locum, ubi Christus crucifixus est, peruenit. Etiam hoc antiquorum relatione refertur, quod & Adam, primus homo in ipso loco, ubi crux fixa est, fuerit aliquando sepultus: & ideo Caluarie locum dictum esse, quia caput humani generis ibi dicitur esse sepultum, & uere Fratres, non incongrue creditur, Quia ibi erectus sit medicus, ubi iacebat aegrotus: Et dignum erat, ut ubi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret diuina misericordia: & sanguis ille preciosus etiam corporaliter puluerem antiqui peccatoris, dum dignatur stillando contingere, redemisse credatur. Sic cadauer hominis proiectum in sepulchrum Helisaei, quam primum tetigit ossa Prophetae, reuixit homo, & stetit super pedes suos, nimirum propter uirtutem

Ecl. 3.4

Psalm. 34

lib. 10. super Lucam. c. 23

Serm. 27 de tempore. de immolatione Isaac.

4. Reg. 13

Eusebius lib. 3. cap. 25. *Eusebius lib. 3. cap. 25.* cutem impressam a Deo oisibus sancti uiri. Traditur & in nouo Testamento Ioannes Euangelista, iuxta altare sepulchri fossam elegisse in Ephelo, ex quo tempore deinde Sancti patres sanctorum corpora, uel reliquias martyrum, sub altari Dei, uel ante altare locare conueuerunt. De diligentia autem & pietate Christi fidelium, in colligendis conseruandisque sanctorum martyrum reliquijs, quaedam supra ex historijs retulimus, Hic unum addere libet, saepe diuina reuelatione reliquias sanctorum, a pijs hominibus & inuestigatas fuisse & inuentas, Sic Abacue & Micheae Prophetarum corpora, reuelatione diuina ostensa sunt, ut Sozomenus in Tripartita testatur. *Trip. cap. 49 lib. 9. Trip. lib. 6. c. 11* Sic Eusebij, Nectarij, & Zenonis, fratrum & martyrum ossa, quae forte inter cadauera camelorum & asinorum, Paganorum opera, permixta fuerant: quaedam mulier Christiana diuino praecepto per noctem ea colligens, & in urnam ea recondens, Zenonorum consobrina seruanda contradidit. Deus enim per uisionem mulieri reuelauit hunc uirum: Ei nanque erat ignotus, & nuper habita persecutione celabatur. *Lib. 22. de ciuit. Dei cap. 9.* Sic Beatus Ambrosius & Augustinus, sanctorum Gerialij & Prothasij: & Augustinus S. Stephani reliquias, Deo reuelante inuentas esse commemorant. De capite loannis Baptistae, talis quaedam historia narratur, in tractatu de reuelatione capitis Ioannis Baptistae, qui inter opera Cypriani, sed illius tamen nomini falso inscriptus, circumfertur, Historia sic habet. Igitur accedente Paschali festiuitate, decollatus est beatus Ioannes Baptista, imperante nequissimo Herode, qui dari salanti puellae caput eius iussit: & multo post decollationem eius, accedente illo anno, quo constructa est Ecclesia in nomine eius, & ossa eius ibidem collocata a Theophilo Pontifice, iubente Theodosio Principe, in honore eius consecrata est, Quarto Kalendarum Septembris: Sollemnitas nanque eius mirifice est consecrata in dedicando. Caput autem illius, tunc temporis repositum adhuc erat in loco, quo illud in abscondito uxor Herodis deposuerat, nemine sciente, postquam a filia in disco suscepit. Si quis omnia plenius uoluerit scire, Chronica Marcelli Principis legat, & ibi reperiet duos Monachos, ab Oriente Hierusalem uenisse causa orationis, tempore Martiani Imperatoris, quibus Monachis in uisione Angelica dictum est: Ite ad palatium Herodis, qui quondam hic fuit perfidus Princeps: introeuntes, perspicite diligenter, & ubi fumum e terra ascendentem uideritis, fodientes ibi, caput IOANNIS Baptistae incunctanter inuenietis: Et ita fecerunt, & cum magno honore clanculum secum Hierosolymam deportauerunt: & non multo post a latronibus raptum est, qui mittentes in quodam specu: ibi dimiserunt, donec idem Ioannes, Christo auxiliante, cuidam uiro religioso, nomine Marcello, Sacerdotique, qui in eodem specu morabatur ut Eremita, reuelauit dicens, Accipe

Accipe caput meum, quod in hoc specu depositum est a latronibus, & defer illud Iuranno Episcopo, qui nunc praest Alexandriae ciuitatis post Theophilum, Deo charum, ubi reliquiae corporis mei requiescunt: Et sic fecit Marcellus Christo annuente. In eadem igitur solennitate collectiones reliquiarum illius, & translationis & Ecclesiae consecrationis, allatum est caput Ioannis baptistae, ad ciuitatem Alexandriae, a Marcello Presbytero, & datum Iuranno Episcopo, quarto Kalendas Septembris, & Iurannus suscepit illud, collocans mirabiliter in eodem loco perpetuo custodiendum. Vnus reliquiarum est, ut in Ecclesijs & altaribus consecrandis & dedicandis inferantur. Naaman ab Helisaeo mundatus lepra, onus duorum burdonum de terra, in qua mundatus fuerat, a Propheta petijt, ut super eam altare in domo sua construeret, & relicta idolatria soli domino immolaret, cui Propheta non restitit: Sed dixit, Vade in pace. Simili exemplo Augustinus narrat, Hesperium quendam Tribunitium uirum, super terram sanctam, quam ab amico de Hierosolymis, ubi Christus sepultus, & tertia die resurrexit, allatam acceperat, se & collega suo Maximino, Synicensi Episcopo, permittentibus, Ecclesiam aedificasse, ut ibi Christiani, ad celebranda ea, quae Dei sunt, congregari possent. Sic Constantinus Magnus, Petro Apostolorum Principi, Romae in Vaticano: & in uia Hostiensis, Apostolo Paulo, Basilicas aedificauit: et eorundem Apostolorum corpora in iisdem splendidè ac mirifice collocauit. Idem Imperator, in atrio Sofferiano, sub titulo S. crucis in Hierusalem, Ecclesiam aedificari iussit, ubi & sanctae crucis partem aliquam reposit. Similiter Basilicam S. Laurentij extra muros aedificari fecit, & in ea corpus sancti Martyris collocauit: quin et gradus extruxit, quibus ascensus et descensus his daretur, qui ad uisendum beati Laurentij corpus accederent. Sic Theodosius Imperator, caput Ioannis baptistae, Quod prius quidem inuentum a Monachis Macedonianis, deinde in uicium Coslari a Valente Imperatore allatum, uirgo sacra custodierat, magna & pulcherrima Deo aedificata Ecclesia in eadem recondidit. Zenonem item Episcopus eodem regnante Theodosio, fabricata Basilica & constructo altari: Eusebij, Nectarij, & Zenonis martyrum ossa, in eodem collocauit. Sic multa alia per diuersas orbis partes templa & altaria, aliorum quoque Sanctorum illatis reliquijs, tum aedificata tum dedicata, atque consecrata esse noscuntur. Vnde & in Concilio Carthagenensi Quinto, constitutum est, ut altaria, quae passim per agros aut uias, tanquam memoriae Martyrum constituuntur: in quibus nullum corpus aut reliquiae Martyrum conditae probantur, ab Episcopis, qui iisdem locis praesunt, euertantur. Translatio reliquiarum non temere, nec sine iusta & legitima causa, fieri debet, quod & in Moguntiaco Concilio constitutum est, Sic enim habet Canon. Deinceps uero corpora sanctorum de loco ad locum, nullus praesumat transferre, sine Consilio Principis

4. Reg. 5.

Lib. 22. de ciuit. Dei. 8. 3.

Trip. lib. 9. c. 43.

c. 14.

Ne temere transferantur Reliquiae c. 56.

Principis uel Episcopi, uel sanctæ Synodi licentia, maxime si diuina cooperante potentia, harum uirtute miracula aliqua in locis, eorum præsentia consecratis, ædi conspiciantur. Ipsa siquidem miracula plane indicant, locum in quo fiunt, ueram esse Deo gratam reliquiarum sedem: neque deurbari debent, immo sæpè etiam se auelli non patiuntur. Quod Gregorius Papa ad Constantiam Augustam scribens, petentem sibi caput sancti Pauli, aut aliud quid de corpore eius transnitti, his uerbis testatur. Dum, inquit, illa mihi desiderarem imperari, de quibus facillimam obedientiam exhibens, uestram erga me amplius potuisssem gratiam prouocare, maior me molestia tenuit, quod illa præcipitis, quæ facere nec possum nec audeo. Nam corpora sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, tantis in Ecclesijs suis circumporantur miraculis atque terroribus, ut neque ad adorandum sine magno illuc timore possit accedi: denique dum beata recordationis prædecessor meus, quia argentum, quod supra sacratissimum corpus beati Petri Apostoli erat, longe tamen ab eodem corpore, ferè quindecim pedum spacio, mutare uoluit: Signum ei non parui terroris apparuit, sed et ego aliquid similiter ad sacratissimū corpus, sancti Pauli Apostoli meliorare uolui, & quia necesse erat, ut iuxta sepulchrum huiusmodi effodi altius debuisset: præpositus loci ipsius ossa aliqua, non quidem eidem sepulchro coniuncta reperit, quæ quoniam leuare præsumpsit, atque in alio loco transponere, apparentibus quibusdam tristibus signis, subita morte defunctus est. Præter hæc autem sanctæ memoriæ prædecessor meus, idem ad corpus sancti Laurentij Martyris quædam meliorare desiderans, dum nescitur ubi uenerabile corpus ipsius esset collocatum: effoditur exquirendo, et subito ipsius sepulchrum ignoranter apertum est, & hi qui præsentibus erant atque laborabant, Monachi & Mansionarij, qui corpus eiusdem Martyris uiderunt, quod quidem minime tangere præsumpserunt, omnes intra decem dies defuncti sunt: Ita ut nullus uitæ superesse potuisset, qui sanctum & iustum corpus illius uiderat. Et paulo post. De corporibus uero Apostolorum quid ego dicturus sum: dum constat quia eo tempore quo hæc Catacumbæ passi sunt, ex Oriente fideles uenerunt, qui eorum corpora sicut ciuium repeterent, quæ ducta usque ad secundum urbis miliarium, in loco qui dicitur Catacumbas, collocata sunt, Sed dum ea exinde leuare omnis multitudo eorum conueniens niteretur, ita eos uis tonitruum atque fulguris nimio metu terruit atque disperdit, ut talia denuo nullatenus attentare præsumerent. Tunc autem exeuntes Romani, eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, leuauerunt, & in locis quibus nunc sunt condita posuerunt. Idem ferè accidit in translatione capituli S. Ioannis Baptistæ, quod cum a Valente Constantinopolim deportari iussum, uehiculo impositum, usque ad locum qui uocatur Panthichium ductum fuisset, nequaquam potuit trahi uehiculum, licet multis plagis

Lib. 3. registri c. 30.

Miracula & terrores circa Corpora Apostolorum Petri et Pauli.

Miraculum terribile circa Corpus S. Laurentij.

Corpora Petri et Pauli hæc Catacumbas translatæ.

Vide Epistola. 1. Cornelij Papæ. Et latinam in Cornelio. Trip. lib. 9. c. 41.

plagis iumenta affligerentur. Quod cum nouum uideretur uniuersis, & ipsi etiam Imperatori, sacrum hoc caput recondiderunt in uico appellato Cosilai: Quemadmodum & supra dictum est. Illo ergo tempore, aut Deo aut ipso Propheta monente, in hunc locum usque perductum est. Causæ transferendarum reliquiarum hæc ferè sunt, reuelatio, necessitas, pietas. Propter reuelationem caput Ioannis Baptistæ, primum a Monachis duobus a loco, ubi ab uxore Herodis reconditum fuerat, Hierosolymam: deinde a Marcello Sacerdote Alexandriam, postremo a Felice una cum reliquijs Trium Innocentium puerorum, in Galliam translatum est. Propter necessitatem transferuntur reliquæ sanctorum, ueluti si bello inminente, ne ab hostibus uel diripiantur uel iniuriam aliquam patiantur, in tutum aliquem locum reponuntur. Quomodo ossa Ioannis Baptistæ iniuria Paganorum a monumento eiecta, atque per planiciem campi dissipata, primum quidem a Monachis quibusdam recollecta Hierosolymam: Deinde a Iosepho Monacho Alexandriam, Athanasio custodienda transmissa feruntur. Sic beati Augustini corpus, tempore quo Vandali prædabundi Africam uastabant, ab Hippone in Sardiniam translatum est, & a Sardinia postea diligentia Luitprandi Longobardorum Regis idem corpus Papiam delatum est, & magno cum honore reconditum, ut scribit Platina. Sed & Propter difficultatem locorum, & malorum societatem (Quas & ipsas sub necessitate comprehendimus) loca sanctorum transmutantur, ac propter easdem causas & Episcopales sedes mutari possunt, ut Gregorius Ioanni Episcopo Bellitrano scripsit. Propter pietatem transferuntur reliquæ, ueluti cum ad propagandam sanctorum memoriam, in honorem ipsorum diuersis in locis Ecclesiæ & altaria diuersa ædificata: illatisque eorum reliquijs dedicantur atque consecrantur. Aut cum apud infideles detentæ & profanatae reliquæ, ad sacrum fidei cultum & usum destinantur. Sic reliquias sancti Dionysij Episcopi & confessoris, qui apud Cappadociam pro fide Catholica damnatus exilio, ibi quieuit, Sanctus Basilius Mediolanum transtulit, quas & diuus Ambrosius digno cum honore condidit, Ut Beda scribit, Sic Agricole et Vitalis corpora, inter Iudæorum sepulturas recondita, effossa, & de tam prophano loco in sacram ædem præsentibus Episcopis translata sunt, ut refert diuus Ambrosius. Eodem procul dubio animo Constantinus Imperator sanctas reliquias Andreae, Lucae & Timothei, Constantinopolim transtulit, Sic Arcadius Augustus, ossa beati Samuelis de Iudæa transtulit in Thraciam, ut diuus Hieronymus testatur. Est & discordia patronorum causa, propter quam reliquæ transferri possunt, ut in Concilio Triburiensi constitutum est. Veneratio reliquiarum partim in eo consistit, quod debito cum honore & reuerentia, eas leuamus, excipimus, & recondimus: partim in eo, quod eas adoramus. In primo genere honorantur reliquæ.

Supra eo. lib. c. 1.

Tres causæ Translationis Reliquiarum. I. Reuelatio.

II. Necessitas.

Corp. S. Aug. bis translatum.

Plat. in Gre. 3. c. tribus. de consec. dist. 1. c. temporis 7. q. 1.

III. Pietas.

Hic Dionysius Mediolanensis fuit Episcopus. De quo Ambrosius in Epistolis lib. 5. in oratione post Epistolam 32.

Ambro. in exhortatione ad uirgines.

Hiero. lib. contra Vigilant. c. 1. c. 2. de iure patro. c. si plures. 16.

q. 7. Quomodo uenerantur Reliquiæ.

H ij honorantur reliquæ.

honorantur reliquiae, cum preciosis linteaminibus, & capsis aureis & argenteis inclusae custodiuntur. Ad quod genus pertinet, quod *Cornel. Episto* Cornelius Papa de leuatione corporum beatorum Apostolorum *la. 1.* Corpora Petri & Pauli scribit, Quapropter, inquit, rogo uos nobis congratulari, quia rogatu cuiusdam deuorae foeminae, atq; nobilissimae marro- *Petri et Pauli* *li leuata de* nae Lucinae, leuata sunt corpora Apostolorum Petri & Pauli de Catacumbis. Et primo quidem beati Pauli corpus leuatum, silentio positum est in praedio praedictae matronae, in uia Ostiensi, ad latus ubi decollatus est. Postea uero beati Apostolorum Principis Petri accepimus corpus, et condecenter posuimus illud iuxta locum, ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum Episcoporum, in templo Apollinis in monte aureo, in Vaticano pallati Neroniani, tertio Kalendaru Iuliarum die, orantes Deum & dominum nostrum Iesum Christum, ut intercedentibus suis sanctis Apostolis, maculas uestrorum purget peccatorum, & in sua uos conseruet uoluntate diebus uitae uestrae, & in fructu boni operis uos perfeuerabiles reddat. Eundem honorem Constantinus Imperator corporibus beatorum Apostolorum Petri & Pauli impendit, ut quibus non solum magnifica templa aedificauit & dedicauit, sed etiam in loculis ea undiq; bene ornatis collocauit. Seniores Galliae in cinere & cilicio nudis plantis incedentes, obuiam euntes, qui caput sancti Ioannis afferbant, proni in terram adorabant quoad usq; famuli Dei ad locum, ubi iacebat, cum sanctis reliquijs pertingerent. Adoratio accipienda est (ut alias de adoratione imago- *Duplex ad* *oratio, La-* *ria & Du-* *lia.* *1. Timo. 1.* *Ro. 2.* *Exod. 20.* *Deus ipse* *reliquias* *sanctorum* *honorat.* *Psal. 112.* *Lib. 10. Episto-* *larum, Episto-* *la. 85.* *Causae ho-* *norandi* *Martyres.* *ginum diximus) saluatio & amplexus, cum uehementi amore, Deum adoramus & creaturam, sed differenter. Nam adoratio Dei Latria est, creaturae Dulia: Sicut & Deum & creaturam adoramus, sed alia & alia ratione: De Deo dicitur. Soli Deo honor & gloria, quod de Latria accipimus: De creatura dictum est. Gloria & honor, et pax omni operanti bonum, Item, Honora patrem tuum & matrem tuam, Quod de Dulia accipiendum est. Et hoc modo adoramus & honoramus reliquias sanctorum, quia & sanctos Dei ueneramur, quorum sunt reliquiae. Sanctos Dei honoramus, quia & ipsi Deo grati sunt & accepti, et apud ipsum pro nobis intercessores: Immo & sanctos & reliquias eorum ueneramur, quia & a Deo eos honorari credimus, qui et sanctorum reliquias reuelat, ut similiter ab hominibus honorentur, iuxta illud, Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in caelo & in terra. Respicit humilia Deus (ut inquit Ambrosius) qui latentes sub ignobili cespite, reliquias sanctorum Martyrum suae Ecclesiae reuelat, quorum anima in caelo, corpus in terra: Suscitans a terra inopem & de stercore erigens pauperem, ut collocentur cum principibus populi sui, ut pulchre docet Augustinus. Honoramus, inquit, beatos Martyres principes fidei, intercessores mundi, praecones regni, conciuus angelorum, haeredes quidem Dei, cohæredes autem*

autem Christi. Quod si hoc dicas mihi, quid honoras in carne iam resoluta de hac uita, de qua iam nulla est cura, Recordare quod ueritas loquitur per Prophetam dicens, Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius, & iterum, Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, Et iterum, Iustorum animae in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiae. De quibus rursus scriptum est, Iusti autem in perpetuum uiuent, & apud Dominum est merces eorum, Et iterum, Dominus custodit omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur, et sequitur. Cur ergo non honorarent corpus illud fideles, quod reuerentur etiam daemones, quod aliquando affligerunt in supplicio, sed modo glorificant in sepulchro? Illud etiam ad uenerationem reliquiarum pertinet, ut archis & linteaminibus inuoluantur, nec omnium contactui exponantur. Quod si enim in ueteri testamento gladius Goliad Philistaei inuolutus fuit pallio, post Ephod, et archa testimonij uelo inuoluta gestabatur, uelamine item pelliū hyacinthinarū operiebatur: & mensa propositionis pallio hyacinthino inuoluebatur &c. nec alijs ista quam filijs Aaron inuoluere licebat: filijs autem Caath, quibus haec omnia portare incumbere, non tangere, Immo ne uideretur quidem, licebat: Quanto minus reliquias sanctas Christianis tangere licebit: propter quod Gregorius Papa Primus, in Romanis uel totius Occidentis partibus, omnino intolerabile & sacrilegiū esse scribit, si sanctorum corpora tangere quisquam uoluerit.

De Abusibus rerum sacrarum, Caput VII.



Abusus rerum Dominicarum & sacrarum sunt, quod in templis prophana negotia geruntur, quos & patres ueterum Conciliorum correxerunt, Sicut Africanum Conciliū ab Imperatoribus petendum statuit, ut quae contra praeccepta diuina, contiuia multis in locis exercerentur, quae ab errore gentili contracta essent, prohiberentur. Item Antisiodorensis, Non licet in Ecclesia choros saecularium, uel puellarum cantica exercere, nec conuiuia in Ecclesia preparare: quia scriptum est, Domus mea, domus orationis uocabitur. Item Elibertinum, Cereos per diem placuit in coemeterio non accendi, in quibus enim sanctorum spiritus non sunt: Idem, Placuit prohiberi, ne foeminae in coemeterio peruiolent, eo quod saepe obtentu orationis scelera latenter committant. Alios quosdam abusus, qui fiunt in Ecclesia, corrigit Gregorius Papa Decimus: Cuius constitutionem, quoniam sancta est, omnibus modis & renouari, & ab omnibus Christi fidelibus fideliter custodiri oportebit. Habet autem Canon Gregorianus hoc modo. Decet domum domini sanctitudo, decet ut cuius in pace factus est locus: eius cultus sit cum debita ueneratione pacificus. Sit itaque ad Ecclesias humilis & deuotus ingressus, sit in eis quiesca conuersatio, deo grata, Inspicientibus

Rom. 8.

Psal. 115.

Psal. 138.

Sap. 3.

Sap. 5.

Psal. 33.

Reliquiae reuerenter asseruandae sunt.

1. Reg. 21.

Num. 4.

Lib. 3. registri

c. 30.

Abusus, qui fiunt in locis sacris.

c. 17.

Esai. 56.

c. 34.

c. 35.

c. 2. de Immu. Eccles. lib. 6.

Math. 1.

Phil. 3.

Supra. c. de re-
bus sacris non
prophanandis.

Num. 4.

tibus placida: quæ considerantes non solum instruat, sed & reficiat. Conuenientes, ibidem nomen illud, quod est super omne nomen, à quo aliud sub cælo non est datum hominibus, in quo saluos fieri credentes oporteat: nomen uidelicet Iesu Christi, qui saluum faciet populum suum à peccatis eorum, exhibitione reuerentiæ specialis attolant. Et quod generaliter scribitur, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, singuli singulariter in seipsis implentes, præcipue dum aguntur Missarum sacra mysteria, gloriosum illud nomen, quicumque recolunt, flectant genua cordis sui, quod uel capitis inclinatione testentur. Attendantur in locis eisdem, intentis præcordijs sacra solennia: de uotis orationibus insistatur. Reliqua huius Canonis supra sunt recitata. Olim abusus erat, altaria sine reliquijs constitui, et in locis, in quibus non erant reliquiæ, memorias sanctorum celebrari. Quem abusum Carthaginense Quintum, emendauit tali decreto. Item, Placuit, ut altaria, quæ passim per agros aut uias, tanquam memoriæ Martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ Martyrum conditæ probantur, ab Episcopis, qui in eisdem locis præsent (si fieri potest) euertantur: Si autem hoc, propter tumultus populares non sinitur, plebes admoncantur, ne illa loca frequentent: ut qui rectè sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur. Qua de re latius dictum est supra. Alius abusus fuit, quod reliquiæ colebantur, quæ non erant reliquiæ, Qui & nostris temporibus fuit, sed eò tandem redundauit, ut propter adulterinas reliquias, iam etiam ueræ reliquiæ omnes ex a quo contemnantur. Hunc abusum olim Concilium Carthaginense per Imperatores corrigendum decreuit, Cuius talis Canon extat. Placuit, ab Imperatoribus gloriosissimis peti, ut reliquiæ non solum in simulachris, sed in quibuscunque locis, uel lucis uel arboribus, omni modo delectantur. Item Epauense Concilium. Sanctorum reliquiæ in oratorijs uillaribus non ponantur, nisi forsitan Clericus cuiuscunque parochiæ, in cuius Ecclesia esse contingat, qui sacris cineribus psallendi frequentia famuletur. In Concilio Bracarense Tertio, tanquam abusus reprehenditur, quod quidam Episcopi, in solennitatibus Martyrum ad Ecclesiam progressuri, reliquias collo suo imponunt, ut maioris fastus apud homines gloria intumescant: et quasi ipsi sint reliquiarum Arca. Leuitæ Albulas induti eos deportent. Quem abusum eiusdem Concilij patres corrigentes. Quæ, inquit, detestanda præsumptio arrogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie simulata uanitas sola præualeat, si modum suum uniuscuiusque ordinis reuerentiæ non agnoscat: Et ideo antiqua in hac parte & solennis consuetudo seruabitur, ut in festis quibusque diebus Arcam Domini cum reliquijs non Episcopi, sed Leuitæ, in humeris gestent. Quibus & in ueteri lege idem impostum nouimus esse præceptum. Quod si & Episcopus reliquias per se deportare elegerit, non ipse à Diaconibus in sella uehatur, sed potius pedestri,

pedestri, eo una cum populis progressionem præcedente, ad conuenticula sanctarum Ecclesiarum, sanctæ Dei reliquiæ per eundem Episcopum portabuntur. Iam uero, qui hæc instituta faciendo adimplere distulerit, quamdiu in officio fuerit, à sacrificando cessabit. Est item abusus in uestibus, quod uestes sacræ, usu prophano polluantur. Hic abusus in Concilio Aruernensi emendatus est. Canon sic habet. Obseruandum, ne pallis uel ministerijs diuinis, defunctorum corpuscula obuoluantur. Item, de opertorio Dominici corporis, seu palla altaribus, nunquam sacerdotis corpus, dum ad tumulum uehitur, obtegatur, quia sacro uelamine usus + suis reddito: Dum honorantur corpora, + non suis, altaria polluantur. Item, ne ad nuptiarum ornatum ministeria diuina præstentur, ne dum improborum contactu, pompaque sæcularis luxuriæ polluantur, ad officium sacri mysterij uideantur indigna. Alius abusus, quod clerici in habitu prophano diuina celebrant, qui abusus olim à Bracarensi Concilio correctus est, Placuit, inquit, ut lectores in Ecclesia, in habitu sæculari ornati, non psallant: neque gradus gentili ritu dimittant. Idem abusus, quoniam nostris quoque temporibus ab hæreticis reuocatus est, Quorum conuenticulorum ministros, sacra (si modo sacra sunt, ac non potius sacrilegia, quæ ab hæreticis peraguntur) passim in habitu prophano celebrare uidemus: merito & salutari constitutione corrigendus erit. Eiusdem uere generis sunt abusus, Quod sacra uasa Domini in prophanos usus conuertuntur, & à prophanis attrectantur: De quibus intelligendum est, quod Agathense constituit, Non oportet in sacros ministros licentiam habere in secretarium (quod Græci Diaconicon appellant) ingredi, & contingere uasa Dominica. Item in capitulis Græcarum Synodorum, Non liceat cuilibet ministro tangere (nisi Subdiacono aut Acolyto) in secretario uasa Dominica. Sic Bracarense Tertium, Laicos communionem priuat, Clericos ab officio deponit, qui uasa Domini in proprios usus assumunt, epulasque sibi in eis commendandas assumunt. Scio & multos alios abusus esse, præsertim particularium Ecclesiarum, quos procul dubio singularum prouinciarum Episcopi, in Concilio emendandos singillatim proponerent: Nos paucos aliquos, quos ueterum Synodorum patres correxerunt, enumerare uoluimus, ut et ueterum consuetudinem in emendandis abusibus: & ex his, in alijs quoque eandem corrigendi rationem esse, intelligamus.

H iij

D. Bruni

92
**D. BRUNI DE CAE-
REMONIIS, LIBER QVARTVS.**

DE CAEREMONIIS LOCORVM SACRO-
rum ac Religioforum,
Caput I.



Abent & loca religionem suam, ut templa, oratoria, altaria, cœmiteria, habitationes sanctorum, à quibus & ipsis multæ Cæremoniæ sumuntur. In Cæremonijs locorum tria spectantur, Aedificatio, & consecratio, cultus & adoratio. Ac uetustissimum quidem ritum esse in Ecclesia, ut in honore Dei & sanctorum,

templa & oratoria construuntur, altaria erigantur, & cœmiteria & se-

Lib. 3. c. 1. et 2.

Loca sancta uel ex consecratione uel ex contactu sanctorum.

Oratoria Domus orationis. 3. Reg. 8. 2. Paralip. 6. et 7.

Cur in uno potius quàm in alio loco miracula fiunt.

pulchra aedificentur, satis (ut opinor) supra demonstratum est: Quin & quæ ad consecrationem & benedictionem locorum pertinent, non indiligenter explicauimus. Illud tantum hic adijcimus, quædam ab Episcopis consecrari atq; benedici, alia etiam sine benedictione, aut sacra precatione honorabilia esse, ut quæ sanctificationem ab his, qui ea incoluerunt, acceperunt, ut sepulchrum dominicum, præsepe domini, aliæq; loca sancta, quæ dominus uel uisitauit uel inhabitauit. Ad cultum locorum referuntur, sacrificia, orationes, aliæq; diuina officia, quæ non alijs in locis quam ijs, quæ in honore Dei uel sanctorum consecrata sunt, peraguntur, de quibus supra non nihil dictum est. Et de oratione quidem satis diuinæ literæ testantur: conuenire ut hæ ipsæ in templis & oratorijs fiant, unde & domus orationis & oratoria appellata sunt. In ijs siquidem locis, preces nostræ, & gratiores Deo sunt, & citius exaudiuntur. Salomon aedificato templo orat, ut quicumq; in ipso orauerit exaudiatur, de tabernaculo domini, id est, de cœlis. Cuius petitioni dominus annuens, Audiui, inquit, orationem tuam, & elegi locum istum mihi in locum sacrificij: si clausero cælum & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustæ ut deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meum: conuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à uijs suis pessimis: & ego exaudiam de cœlo, & propitijs ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Oculi quoq; mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco isto orauerit. Elegi enim & sanctificauit locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Similiter in nouo testamento uidemus, non solum orantium uota citius in uho loco, quàm in alio exaudiri: sed etiam miracula quædam ædi ad sanctorum intercessiones in uno loco, & nō in alio.

De qua

De qua re Augustinus certior fieri cupiens, ex duobus qui forte de crimine quodam erant suspecti, uter eorum reus esset, ad hunc modum scribit. Elegi, inquit, aliquid medium, ut certo placito se ambo con-

Aug. Epistola 137.

stringerent, ad locum sanctum se profecturos, ubi terribiora opera Dei non sanam cuiusq; conscientiam multo facilius aperirent, & ad confessionem uel pœna uel timore compellerent: Vbiq; quidem Deus est, & nullo continetur uel includitur loco, qui condidit omnia,

Iob. 4.

& eum à ueris adoratoribus in spiritu & ueritate oportet adorari: ut in occulto exaudiens, in occulto etiam iustificet & coronet. Veruntamen ad ista, quæ hominibus uisibiliter nota sunt, quis potest eius consilium perscrutari: quare in alijs locis hæc miracula fiant, in alijs non fiant: Multis enim notissima est sanctitas loci, ubi beati Felixis Nolensis corpus conditum est, quo uolui ut pergerent, quia inde nobis facilius fideliusq; scribi potest, quicquid in eorum aliquo diuinitus fuerit propalatum. Nam & nos nouimus, Mediolani apud memoriam

Fur compulsus in loco sancto confiteri furtum.

sanctorum, ubi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur, furem quendam, qui ad eum locum uenerat, ut falsum iurando deciperet, compulsus fuisse confiteri furtum: & quod abstulerat reddere. Nunquid non & Aphrica sanctorum martyrum corporibus plena est: & tamen nusquam hic scimus talia fieri. Sic enim, quod Apostolus dicit,

1. Corinth. 12.

Non omnes sancti habent dona curationum, nec omnes habent diuinationem spirituum: Ita nec in omnibus memorijs sanctorum ista fieri uoluit ille, qui diuidit propria unicuiq; prout uult. Illud tamen admonemur à glorioso martyre Cypriano, ut quando in unum cum fratribus in templo conuenimus, & sacrificia diuina orationesq; celebramus, uerecundiæ & disciplinæ memores simus. Nec

Cypr. in sermone Sexto de oratione dominica.

palsim uentilemus preces nostras inconditis uocibus: nec petitionem commendandam modestè Deo, tumultuosa loquacitate iactemus, Quia Deus non uocis sed cordis auditor est, nec admonendus est clamoribus qui cogitationes uidet, prouocante Domino & dicente, Quid cogitatis nequam in cordibus uestris: Et alio loco, Et scient omnes Ecclesie, quia ego sum scrutator renis & cordis, Quod Anna in Primo Regnorum libro, Ecclesie typum portans, custodiuit & seruauit, quæ Dominum non clamosa petitione: sed tacitè & modestè intra ipsas pectoris latebras precabatur.

Lucæ. 5.

Apoç. 2.

1. Reg. 1.

Loquebatur prece occulta, sed manifesta fide: loquebatur non uoce, sed corde, quia sic sciebat Deum audire: & impetrauit efficaciter quod petijt, quia fideliter postulauit: Declarat scriptura diuina quæ dicit, Loquebatur in corde suo, & labia eius mouebantur, & uox eius non audiebatur, & exaudiuit eam Deus. Item

Psal. 4.

legimus in Psalmis, Dicite in cordibus & in stratis uestris, & transpungimini. Per Hieremiam quoq; hæc eadem spiritus sanctus suggerit & docet, dicens, In sensu autem tibi debet adorari

Hiere. 29. adorari Deus. Adorans autem, fratres dilectissimi, nec illud ignoret, quemadmodum in templo cum Phariseo et Publicanus orauerit, non alleuatis impudenter ad caelum oculis, nec manibus insolenter erectis, pectus suum pulsans, & peccata intus inclusa contestans, diuinæ misericordiae implorabat auxilium: Et cum sibi Phariseus placeret, sanctificari hic magis meruit, qui sic orauit, qui spem salutis, non in fiducia innocentiae suae posuit, cum innocens nemo sit: sed peccata confessus humiliter orauit, & exaudiuit orantem, qui humilibus ignoscit. Quae Dominus in Euangelio suo ponit & dicit.

Lucæ. 18. Homines duo ascenderunt in templum adorare, unus Phariseus, & alter Publicanus. Phariseus cum stetisset, talia apud se precabatur. Deus, gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines iniusti, raptores, adulteri, quomodo & Publicanus iste: ieiunio bis in sabato, decimas de omnibus quaecumque possideo. Publicanus autem de longinquo stabat, & neque oculos uolebat ad caelum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus magis in domum suam, quam ille Phariseus. Ex quibus quidem uerbis colligimus, humilitatem in oratione quantumlibet coram hominibus in templo facta exigendam, non propriam gloriam esse quaerendam. Quod & Christus admonet dicens. Et cum oratis, non eritis sicut hypocritae, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum, stantes orare, ut uideantur ab hominibus, Amen dico uobis, receperunt mercedem suam: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Quo loco Christus in cubiculo, clauso ostio orare iubet, non quod in cubiculo tantum & non etiam in templo orandum sit: alioqui quomodo orationem Publicani, qui & ipse in templo orauit, commendaret? sed quod intra cubiculum cordis mente, non uoce tantum, orantes exaudiantur. Beatus Gregorius hunc locum ita interpretatur, Vt clauso ostio in cubiculo petere dicatur, qui tacente ore, in conspectu supernae pietatis fundit affectum mentis, & uox in abscondito audiatur, cum per sancta desideria silenter clamatur: Vnde recte quoque per Psalmum dicitur: Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, praeparationem cordis eorum audiuit auristua. Quin & sanctorum Conciliorum decretis sancitum est, ut Christi fideles certis diebus, nec priuata oratoria & cubacula uisitent, nec priuatos conuentus agant: sed in maioribus Ecclesijs conueniant. Sic enim in Concilio Caesaraugustano diffinitum est. Nec Quadragesimae diebus fideles ab Ecclesijs desint: nec habitent in latibulis cubiculorum & montium, qui in suspicionibus perseverant, sed exemplum & praecipuum custodiant sacerdotum: Et ad alienas uillas agendorum conuentuum causa non conueniant.

Qualis Hy pocritarū oratio. Matth. 6.

Orare in cubiculo ostio clauso.

Grego. lib. 22. moralium. c. 18.

Psal. 9.

Publici ad orandum conuentus diebus festis. c. 3.

Ab uni-

Ab uniuersis Episcopis dictum est, anathema sit, qui hoc commiserit. Item Vicefimo & primo die, id est, à 16. Kalendas Ianuarij, usque in diem Epiphaniae, qui est octauo idus Ianuarij, continuis diebus nulli liceat de Ecclesia se absentare, neclatere in domibus, nec secedere ad uillam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad Ecclesiam: quod qui non obseruauerit, de suspectis anathema sit in perpetuum: Ab uniuersis Episcopis dictum est, Anathema sit. Item Aurelianense Primum, Nulli ciuium Paschae, Natalis Domini, uel Quadragesimae solennia, in uilla liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse. Item Aurelianense Quartum, Quisquis de prioribus ciuibus, Pascha extra ciuitatem tenere uoluerit, sciat sibi à cuncta Synodo esse prohibitum: sed principales festiuitates sub praesentia Episcopi teneant, Vbi sanctum decet tenere conuentum: Tamen si aliquis certa necessitate astringatur, ut hoc implere non possit, ab Episcopo postulet commeatum: Quod si hoc postulare despexerit, et eundem locum idem in festiuitate praesentibus tenere uoluerit, suspendatur. Item Agathense, Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus est ordinariusque conuentus, oratorium in agro habere uoluerit: reliquis festiuitatibus, ut ibi Missas teneat, propter fatigationem familiae, iusta ordinatione permittimus: Pascha uero, Natali domini, Ascensione domini, Pentecoste, & Natali sancti Ioannis Baptistae, & si qui maximi dies in festiuitatibus habentur, non nisi in ciuitatibus aut in parochijs teneant. Clerici uero si qui in festiuitatibus, quas supradiximus, in oratorijs, nisi iubente aut permittente Episcopo, Missas facere aut tenere uoluerint, à Communiōe repellantur. Neque uero unum templum est, in quo diuinum cultum peragimus. Iudaeis olim unum tantum templum Salomonis, locus adorationi celebris erat. Quod mulier Samaritana reprehendens, simul atque à Domino doceri cupiens, ubi & quomodo uera adoratio fieri deberet, Patres (inquit) nostri, in monte hoc adorauerunt, & uos dicitis quia Hierosolymis est locus, ubi oportet adorare: Nimirum significans, non tantum Hierosolymis locum esse, in quo oportet adorare, sed etiam montem Samariae, locum ad orandum esse idoneum, ut in quo Iacob erecto altari, alijque Patres fortissimum Deum Israel inuocassent. Christiani uero non unum in uno loco templum habent, ad diuinum cultum destinatum, sed ut adoratio sit per uniuersum orbem: ita nullo non loco, ubi modò Christi nomen celebre est, templa esse possunt, in honore eius & sanctorum dedicata, in quibus & Deus adoretur, & sanctorum memoria cultus & ueneratio celebretur. De qua re Christus mulierem, quam dixi Samaritanam, instruens, Mulier, inquit, crede mihi, quia uenient dies, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem: Non quidem prohibens quoniam

c. 4.

c. 27.

c. 3.

c. 21.

Præcipuae per annum festiuitates.

Christianis non unicū ut Iudaeis, sed multa sunt tēpla. Ioh. 4.

quonia in templo Salomonis & in monte, Deus adorari possit. Alio-
 qui quomodo eiecisset ementes & uendentes de templo, ea tantu ratione,
 quod hec domus orationis esset; sed illud innuens, non solum in mon-
 te Samariæ & Hierosolymis, sed etiam ubiq; terrarum a solis ortu
 usq; ad occasum, Dei nomen magnum & horribile in gentibus futu-
 rum, Immo & destructo templo Salomonis, quando scilicet lapis su-
 per lapidem non relinquetur, qui non destruat, nihilominus ueram
 Dei adorationem futuram: non quod nullum templum sit futurum,
 in quo adoratio fiat, sed quia adoratio non in uno loco & templo, sed
 in multis locis et templis per uniuersum orbem celebrabitur. Veram
 autem adorationem, non a loco tantum metitur, sed ab ipso præcipue
 qui adoratur, & ab adorantis intentione. Sed uenit, inquit, hora, &
 nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ue-
 ritate. Nam et pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus,
 & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Tonus
 hic locus de adoratione, quæ est cultus Patriæ, accipitur: & patrem
 in spiritu adoramus, quando spiritum adoptionis accipimus, in quo
 clamamus Abba pater: In ueritate adoramus, quando in ueritate, id
 est, in filio (qui dicit, Ego sum ueritas) manentes, patrem inuocamus.
 Veri ergo adoratores, adorabunt unum Deum patrem, & filium, &
 spiritum sanctum. Adorationem locis sanctis, quemadmodum &
 reliquijs & Imaginibus præstamus, eam uidelicet, quæ est salutatio, &
 ex uehementi amore amplexus & honoratio. Nam & loca propter
 Christi & sanctorum eius habitationem & conuersationem sanctifi-
 cata merito amplectimur atq; ueneramur. De quo honore ita scribit
 Leo Papa Primus, ad Iuuenalem Hierosolymitanum Episcopum.
 Quamuis enim nulli sacerdotu liceat nescire, quod prædicat, Quonia
 qui ignorat ignorabitur: inexcusabilior tamẽ est omnibus imperitis,
 quilibet Hierosolymis habitans Christianus: qui ad cognoscendam
 uirtutem Euangelij, non solum paginarum eloquijs, sed ipsorum lo-
 corum testimonijs eruditur. Et quod alibi non licet non credi, ibi non
 potest non uideri, Quid laborat intellectus, ubi est magister aspectus?
 Et cur lecta uel audita sunt dubia, ubi se & uisui & tactui tot humanæ
 salutis ingerunt sacramenta? Quasi ad singulos quosq; cunctantes,
 Dominus adhuc uoce corporea utatur, & dicat. Quid turbati estis, &
 quare cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas, et
 pedes meos, quia ipse ego sum. Palpate & uidete, quia spiritus ossa &
 carnem non habet, sicut me uidetis habere. Vtere ergo (frater charis-
 sime) inuictissimis Catholicæ fidei documentis, & Euangelistarum
 prædicationem sanctorum locorum, in quibus degis, testificatione de-
 fende. Apud te est Bethlehem, in qua salutifer Dauidicæ uirginis
 partus illuxit, quem obuolutum pannis inter angustias diuersorij præ-
 sepe suscepit. Apud te est declarata ab angelis, adorata a Magis, &
 per

1. ob. 2.

Psal. 118.
Malach. 1.
Matth. 24.

Vera ado-
ratio in spi-
ritu & ueri-
tate.

1. ob. 4.

Rom. 8.
1. ob. 14.

1. ob. Epif. 70.

Locus san-
ctus adiu-
uat fidem
et cognitio-
nem.

1. Corinth. 14.

Luc. 24.

Loca in qui-
bus Domi-
nus in ter-
ris uersatus
est.

per multorum infantium mortes, ab Herode quaesita saluatoris infan-
 tia. Apud te est, ubi pueritia eius adoleuit, ubi adolescentia maturauit:
 & per omnia incrementa corporea, in uirum perfectum ueri hominis
 natura profecit: non sine cibo esuritionis, non sine somno quietis, non
 sine fletu miserationis, nec sine pauore formidinis: Vnus enim atq;
 idem est, qui & in Dei forma operatus est miracula magnæ uirtutis:
 & in forma serui subiit sauitiam passionis. Hoc tibi ipsa crux indefinen-
 ter loquitur, hoc lapis clamat sepulchri, in quo Dominus humana con-
 ditione iacuit, & de quo diuina potentia resurrexit. Et cum ad mon-
 tem oliueti, locum ascensionis ueneraturus aecedis, nonne illa uox an-
 gelica in tuo resultat auditu, qua eleuationem domini stupentibus, di-
 citur, Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui as-
 sumptus est a uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum
 euntem in cœlum.

Actorum. 1.

De Origine & religione sepulcrarum, deq;
Cæremonijs earum restaurandis.

Caput II.



Cœmeterium institutum est, ut sit locus in quo Christi
 fidelium defunctorum corpora sepulta quiescant. Vn-
 de & nomen habet, siquidem κοιμητήριον a sopiendo,
 dormiendo, uel quiescendo dictum est. Cœmeterium
 igitur locus est, Ecclesiasticæ sepulturæ destinatus.
 Veteres religiosum hunc locum esse dicebant. Religio-
 sum enim uocabant locum, quem unusquisq; sua uoluntate faciebat,
 dum mortuum inferret in locum suum, aut quod principale est mor-
 tui, id est, caput eius, cuius imago sit unde cognoscimur: Sicut sacrum
 locum appellabant, qui ritè esset a pontifice Deo consecratus: & fan-
 ctum, quod piaculum esset, cum a quoquã uiolari. Purum autem dice-
 bant, qui neq; sacer, neq; sanctus, neq; religiosus esset, sed ab omnibus
 huiusmodi nominibus uacaret. In sepulcris multa spectantur, nomen,
 origo, religio, ritus, officium sepeliendi, sumptus & utilitas. Nonnã
 rerum sepulchralium hæc ferè sunt, sepultura, sepulchrum, Sarcopha-
 gus, monumentum, munimentum, bustum, pyra, tumba, feretrum, fu-
 nus, exequiæ, & similia. Sepulchrum est, ubi corpus mortui, ossa uel ho-
 minis condita sunt. Vrna uerò, in qua ossa reconduntur, ossaria appel-
 latur. Arcula, in qua corpus conditur, σαρκοφάγος dicitur, quasi carnẽ
 uorans, uel carniuorũ. Vnde Serapim ex sententia Varronis, dictum
 putat Augustinus, Qui cum Rex esset Argiuorum, Apis dictus fuit.
 Is enim nauibus transuectus in Ægyptum, cum ibi mortuus fuisset,
 factus est omnium Ægyptiorum Deus: non quidem in ui-
 ta, sed post mortem: quia non uiuum, sed mortuum dæmum ipsum ue-
 nerari coeperunt: Vnde & Serapis appellatus est, ab arca uidelicet, in
 qua

Cœmeteriũ
i. dormito-
rium.

alias Cimi-
terium.

L. cũ in diuers.
ff. de relig. &
sumpt. fun. §.
religios.

Inst. de rerum
diuis. §. sacra
& §. sancte.
L. 2. ff. de reli.
& sumpt. fune.

Nomina se-
pulchralia.

L. si sepulchra.
ff. de sepulch.
uiol.

Sarcopha-
gus.

Aug. de Cini-
tate Dei li. 18.
c. 5.

Serapis.

qua positus & sepultus fuit, Est enim *σολος, μνημα, θάνα*, monumentum, *arca, locus, conditorium, quasi Sorosapis uel Sorapis: deinde una*
de vel. & sum. **litera** (ut fieri affollet) mutata, Serapis. Sarcophagus itaq; dicitur, quasi *de vel. & sum.*
finc. **carne**m consumens, alias *σαρκοφάγος* appellatur. Monumentum est, quod *L. 2. ff. eo. tit.*
memoriae gratia existat, ut Vlpiano placet, Vel (ut Florētinus definit) *Monimen-*
Monimen- Monumentum generaliter res est, memoriae causa in posterum proditum & Mu- *ta:* In qua si corpus uel reliquiae inferantur, sicut sepulchrum: si uero nihil *nimentum*
nimentum eorum inferatur, erit monumentum, memoriae causa factum, quod *differunt.* **Græci** *μνηματῶν* appellant. Augustinus Monumentum dictum putat, *L. monumentū*
eo quod moneat memorem, id est, admoneat. Propter quod & græci *ff. de relig. &*
ff. de relig. & *μνηματῶν* uocant, quod nos memoriam seu monumentum appellamus, *sumpt. fune.*
Ang. lib. de cu- quoniam lingua eorum memoria ipsa qua meminimus, *μνημα* dicitur, *ra pro mortuis*
gerenda. c. 4. Monumentum autē sepulchri id esse, diuus Adrianus rescripsit, quod *L. fin. §. mu-*
L. fin. §. mu- monumentum sit. Habet et aliās appellationes sepulchrum. Nam et Bustum *nimentum. ff.*
eo tit. dicitur, a consuetudine combustorum corporum deducto uocabulo. *Bustum.*
Bustum. Nam Bustū proprie dicit locus, in quo mortuus cōbustus ac sepultus *fuit. Sic dictū, quasi beneustū. Vbi uerō combustus quis tantūmodo,*
Tumba. alibi uerō sepultus, is locus ab urēdo ustrina uocatur. Sed modo Busta, *sepulchra uocatur, testis Sex. Pompo. Festus: Apud Ciceronē Tumba*
Lib. 2. de uerbo- uocat, a Græcis sumptio uocabulo, apud quos *τῦμβος* locū sub terra ca- *rum ueter. si-*
gnificatione. uatū significat, & pro sepulchro accipitur, unde *τῦμβος* capularis se- *Lib. 2. de legib.*
Lib. 2. de legib. nex, qui uicinus est Tumbæ. Strues autē lignorū ad cremanda cada- *Rogus.*
Rogus. uera, Rogus dicebatur, quod in eo dii Manes rogarētur. Eadē impo- *Pyra.*
Pyra. sitis corporibus, & igne adhibito, Pyra uocabatur *απὸ τοῦ πυρός* hoc est *ab igne. Funus, dicitur seu sepeliur cadauer, seu pompa exequiarum.*
Funus. Feretrum, capulus quo mortuus effertur, uel ubi lectus mortui fertur, *Feretrum.*
Feretrum. ut inquit Varro, Græci *φερέτρον* appellant. Verg. *Li. 4. de ling.*
Li. 4. de ling. *lat.* *Pars ingenti subicre feretro.*
Li. 11. Aeneid. *Item, Pheretro Pallanta reposito.*
Exequiæ. *Procubuit super, atq; hæret lachrimansq; gemensq.*
Exequiæ, celebratio funeris, dum funus effertur: Quæ & iusta fune- *ria*
ria appellantur, id est, sacrificia quæ mortuis impenduntur, & fune- *randi solennitas. Titus Lilius, Nec cœlestes modo Cæremonias, sed*
randi solennitas. iusta quoq; funebria, placandosq; Manes, ut idem pontifex edoceret. *Iusta mortuo facere, funerandi officium implere. Quod Iureconsultis*
Iusta mortuo facere, funerandi officium implere. Quod Iureconsultis *quoq; familiare est, et alio uerbo parentare, et funerare, & sepulturam*
quoq; familiare est, et alio uerbo parentare, et funerare, & sepulturam *facere. Vlpianus Iureconsultus, Solent testari liberi, qui necessarij ex-*
facere. Vlpianus Iureconsultus, Solent testari liberi, qui necessarij ex- *istūt, nō animo hæredis se gerere quæ gerūt, sed pietatis aut custodiae*
istūt, nō animo hæredis se gerere quæ gerūt, sed pietatis aut custodiae *causa, aut pro suo, ut puta, patrē sepeliuit, uel iusta ei fecit. Idem, In ius*
causa, aut pro suo, ut puta, patrē sepeliuit, uel iusta ei fecit. Idem, In ius *uocari nō debet qui uxorem ducit: aut ea quæ nubit, nec iudicem dū de*
uocari nō debet qui uxorem ducit: aut ea quæ nubit, nec iudicem dū de *re cognoscit, nec eū qui apud Prætorē causam agit: neq; funus ducen-*
re cognoscit, nec eū qui apud Prætorē causam agit: neq; funus ducen- *tem familiare, iustaque mortuo facientē. Idem, Quis enim sine pietatis*
tem familiare, iustaque mortuo facientē. Idem, Quis enim sine pietatis *intentione*

intentione alienum cadauer funerat? Idem, Solent necessarij testa- *ri, se pietatis gratia facere sepulturam. Origo sepulturæ uetustis-*
ri, se pietatis gratia facere sepulturam. Origo sepulturæ uetustis- *lima est. Quidam ab Abraham ductam esse putant, ut qui primus du-*
lima est. Quidam ab Abraham ductam esse putant, ut qui primus du- *plicem speluncam pro sepultura ab Ephron filio Seor, in ciuitate Ar-*
plicem speluncam pro sepultura ab Ephron filio Seor, in ciuitate Ar- *beæ siue Ebron, Quadringentis siclis argenti probatæ monete publi-*
beæ siue Ebron, Quadringentis siclis argenti probatæ monete publi- *cæ emerit, & in eadem uxorem suam Saram sepeliuerit. Verum ante*
cæ emerit, & in eadem uxorem suam Saram sepeliuerit. Verum ante *Abraham ipsi quoq; filij Heth, a quibus Abraham speluncā cmit, sepe-*
Abraham ipsi quoq; filij Heth, a quibus Abraham speluncā cmit, sepe- *liendi ius habuerunt, ut ex eorū responso, quod Abraham, pro uxore*
liendi ius habuerunt, ut ex eorū responso, quod Abraham, pro uxore *sua sepulturā poscenti, dederūt, facile cognosci potest: Sic enim respon-*
sua sepulturā poscenti, dederūt, facile cognosci potest: Sic enim respon- *dent. Audi nos domine, Princeps Deies apud nos, in electis sepul-*
dent. Audi nos domine, Princeps Deies apud nos, in electis sepul- *chris nostris sepeli mortuū tuū. Ego uero usum sepulturariū, a primo*
chris nostris sepeli mortuū tuū. Ego uero usum sepulturariū, a primo *statim hominū ortu, & propter peccatū contracta mortalitate descen-*
statim hominū ortu, & propter peccatū contracta mortalitate descen- *dille: ac iure gentiū et naturali æque apud omnes gentes receptum esse*
dille: ac iure gentiū et naturali æque apud omnes gentes receptum esse *censeo: apud quas sepulurarum cura, pars etiam religionis fuit. Natu-*
censeo: apud quas sepulurarum cura, pars etiam religionis fuit. Natu- *raliter ergo conditio mortalitatis humanæ exigit, ut quemadmodū sta-*
raliter ergo conditio mortalitatis humanæ exigit, ut quemadmodū sta- *tuū est omnibus hominibus semel mori: ita omnibus ab omnibus ea*
tuū est omnibus hominibus semel mori: ita omnibus ab omnibus ea *exhibeatur pietas, humanitas, & misericordia: ut iam defunctorū cor-*
exhibeatur pietas, humanitas, & misericordia: ut iam defunctorū cor- *pora honestè tradant sepulturæ. Vnde et ad publicā utilitatē omnes*
pora honestè tradant sepulturæ. Vnde et ad publicā utilitatē omnes *semper gentes pertinere putauerunt, ne defunctorū corpora insepulta*
semper gentes pertinere putauerunt, ne defunctorū corpora insepulta *iacerent. Quin et probro datū est, si defuncti alicuius corpus in flumen*
iacerent. Quin et probro datū est, si defuncti alicuius corpus in flumen *proijceretur, aut bestijs obijceretur, aut alioqui sepultura priuaretur.*
proijceretur, aut bestijs obijceretur, aut alioqui sepultura priuaretur. *Vnde & in testamentis, si quis hæredem tali conditione scripserit, si re-*
Vnde & in testamentis, si quis hæredem tali conditione scripserit, si re- *liquias eius in mare proijciat, ea conditio tanquam humanitati contra-*
liquias eius in mare proijciat, ea conditio tanquam humanitati contra- *ria refutatur: nec hæres, si conditioni non pareat, ab hæreditate ex-*
ria refutatur: nec hæres, si conditioni non pareat, ab hæreditate ex- *pellitur: Quia magis laudandus est, si reliquias testatoris, nō in mare*
pellitur: Quia magis laudandus est, si reliquias testatoris, nō in mare *secundum ipsius uoluntatem abiecerit, sed in memoriam humanæ con-*
secundum ipsius uoluntatem abiecerit, sed in memoriam humanæ con- *ditionis sepulturæ tradiderit. Non igitur ab Abraham, sed a primis*
ditionis sepulturæ tradiderit. Non igitur ab Abraham, sed a primis *statim parentibus nostris Adam & Eua, usus sepulturæ coepit, qui et ip-*
statim parentibus nostris Adam & Eua, usus sepulturæ coepit, qui et ip- *sium mortui sunt: immo mortem in mundum induxerunt, ita & sepulti*
sium mortui sunt: immo mortem in mundum induxerunt, ita & sepulti *sunt: Post quos & Patriarchæ, et deinceps omnes homines, iure gen-*
sunt: Post quos & Patriarchæ, et deinceps omnes homines, iure gen- *tium et naturali, sepulurarum tum ius tum usum receperunt. De Adam*
tium et naturali, sepulurarum tum ius tum usum receperunt. De Adam *et Patriarchis, atq; uxoribus eorum, ita scribit Hieronymus, Ebron di-*
et Patriarchis, atq; uxoribus eorum, ita scribit Hieronymus, Ebron di- *citur esse ciuitas trium uirorum, quia in ea sepulti sunt tres Patriarchæ,*
citur esse ciuitas trium uirorum, quia in ea sepulti sunt tres Patriarchæ, *in spelunca duplici, cum tribus uxoribus suis, id est, Abraham & Sara,*
in spelunca duplici, cum tribus uxoribus suis, id est, Abraham & Sara, *Isaac & Rebecca, Jacob & Lia: præter ipsum, Adam & Euam uxorem*
Isaac & Rebecca, Jacob & Lia: præter ipsum, Adam & Euam uxorem *suam. Sic Ioseph moriens in Ægypto rogauit fratres suos, ut tempo-*
suam. Sic Ioseph moriens in Ægypto rogauit fratres suos, ut tempo- *re uisitationis suæ, ossa sua secum deferrent, & in sepulchro patrū suo-*
re uisitationis suæ, ossa sua secum deferrent, & in sepulchro patrū suo- *riæ collocarēt. Religio in sepuluris, ad pontifices & sacerdotes spe-*
riæ collocarēt. Religio in sepuluris, ad pontifices & sacerdotes spe- *ctat. Horum enim est, omnia, quæ ad religionem pertinent, curare.*
ctat. Horum enim est, omnia, quæ ad religionem pertinent, curare. *In religione sepulurarū duo cōsiderantur, loci initiatio, et funeratio.*
In religione sepulurarū duo cōsiderantur, loci initiatio, et funeratio. *Primū igitur locus sepulturæ destinandus, ab Episcopo benedicetur:*
Primū igitur locus sepulturæ destinandus, ab Episcopo benedicetur: *neq; enim sola corporis illatio, sed ipsa potius pontificis benedictio lo-*
neq; enim sola corporis illatio, sed ipsa potius pontificis benedictio lo- *cum religiosum & sacrum facit. Sunt tamen qui illatione corporis,*
cum religiosum & sacrum facit. Sunt tamen qui illatione corporis, *ita locum sepul-*

L. *atq; quis. §.*
sed interdum et
§. pleriq; filij.
ff. de relig. &
sumpt. fun.
 Origo se-
 pulturæ.
 Gen. 23.

Ufus sepul-
 turarum de
 iure gentiū
 est apud
 omnes ab
 initio.
 Hebræ. 9.

Non debēt
 hominum
 corpora in
 sepultra re-
 linqui.
 L. *quidam. ff.*
de conditiona-
bus institui.

Spelunca du-
 plex, Triū-
 um sepul-
 turarum Pa-
 triarcharum.
 c. *Ebron. 13.*
 q. 2.
 Gen. 50.

Locus se-
 pulturæ Epi-
 scopi bene-
 dictione cō-
 secrandus
 est.
 c. *abolenda, de*
 sepul.

Inft. de rerum diuif. §. relig.

Sepultura in publicis non in priuatis locis fieri debet.

Concil. Trib. c. 17.

Polyandri- um, id est, Coemiteri- um.

e. Fratemitate de feptuluris.

Quo priua- ta in coe- miterijs fuit feptulura.

L. in tantu §. facre Inft. de rerum diuif.

L. i. ff. de ope. publi.

Arg. l. i. §. ufu fructum. ff. de relig.

Sepultura uendere non licet.

Eecl. 7. et 4. o. c. in Ecclefiasti- co. 13. q. 2.

Archid. in c. precipi. 2. q. 1. c. aurum 12. q. 2. c. hoc ius por- rectum. ibidem

Qui ab Ec- clefiastica feptulura excludendi funt.

e. sane. 24. q. 2.

Nonnulli etiam post mortem ex- comunicati cantur.

ita locum affici & religione obligari putent, ut distrahi non possit; & eo casu etiam num leges ciuiles de non distrahendis religiosis locis uigorem suum retinere, Quod Ioanni Fabro placet. Ego uero eas leges hodie, secundum Canones ita interpretandas esse puto, Ut non prius locus religiosus, & a commercio hominum exemptus sit, quam benedictione aut consecratione pontificali initiatus fuerit, quod & consuetudine generali confirmatur. Illud quoque nostra obseruatur religione, ut sepulturæ non quidem priuatae, priuatis in locis: sed pu- blicæ & communes in publicis locis, pro omnibus in uno loco degen- tibus constituantur, Quæ nos Coemiteria appellamus. Veteres etiam πολυανδριον uocarunt, locum uidelicet ubi sunt multa sepulchra, siue in quo multorum corpora sepeliuntur. Quo fit, ut ultima etiam uoluntas eius, qui sepulturam in priuato loco elegit, tanquam religioni contra- ria, respuatur. Ibi enim corpora Christianorum sepeliri debent, ubi frequentius celebrantur diuina officia. Nihil tamen prohibet, quin priuatas etiam sepulturas familiae sibi in coemiterijs eligere possint, & ueluti proprias sibi uendicare, non quidem ut earum domini sint. Nam in nullius bonis sunt, sed ut usum carum habeant, & inuitis ipsis, nemo in eas alienum corpus inferre possit. Sicut nec rector Ecclesiae, sepulchrum unius eo inuito alteri dare potest, ut Bartholo uidetur. Quod quidem Laicis non proprio iure datur, sed indulgentia ponti- ficis permittitur. Ius enim sepulturarum ad Ecclesiam & eis admini- stratorem pontificem pertinet, sed catenus tamen, ut ne precium pro sepultura accipiant pontifices. In Ecclesiastico namque scriptum est, Mortuo non prohibeas gratiam, sciens quoniam omnes moriemur. Item, Omnia quæ de terra orta sunt, in terram conuertentur. Quid ter- ra terram uendis? Memento quod terra es, & in terram conuerteris, qui de terra sumeris. Et alibi de homine dictum est, Terram teris, ter- ram geris, in terram conuerteris, qui de terra sumeris. Quanquam ne- cessitate exigente, etiam extranei in familiaribus sepulchris tumulari possint: Sicut & uasa sacra, in necessitate uendi & distrahi possunt. Præterea illud ad religionem sepulturarum pertinet, ut in coemiterijs non alij quam religioni Christianæ initiati, & qui in uera fide & poenitentes decedunt, sepeliantur. Vnde a sepultura Ecclesiastica ex- cluduntur omnes infideles, pueri necdum baptizati, hæretici, excom- municati, & qui in manifesto peccato, de quo non agunt poeniten- tiam, decedunt: ueluti qui sibi ipsis consciscunt mortem, qui furti, ra- pinæ, aut criminis usurarum, damnati fuerint, de quo satisfacere noluerint. Nam hij a communione fidelium excludendi fuerunt. At quibus in uita non communicamus, ipsidem nec post mortem com- municare debemus, ut inquit Leo Papa. Sed & quidam post mor- tem etiam anathematizantur, quibus & ipsis Ecclesiastica sepul- tura, omniscum alius Ecclesiasticus honor denegatur. Ut qui facul- tates

tates suas hæreticis relinquunt. Item, Qui post mortem deprehendun- tur fuisse hæretici, Ut Quinta Synodus statuit: Et ab Augustino scrip- tum, & usu quoque Ecclesiae sæpe confirmatum est. Extat & eius rei Canon Aphricani Concilij, ad hunc modum, Item constitutum est, ut si quis Episcopus, hæredes extraneos a consanguinitate sua, uel hæreticos etiam consanguineos, aut Paganos, Ecclesiae prætulerit, sal- tem post mortem anathema ei dicatur, atque eius nomen inter Dei sa- cerdotes nullo modo recitetur. Et Leo ille Magnus, Papa Primus, ad Anatholium Constantinopolitanum Episcopum. De nominibus, inquit, Dioscori, Iuuenalis & Eustathij ad sacrum altare non recitandis, dilectionem tuam hoc decet custodire, quod nostri ibidem constitui faciendum esse dixerint: quodque honorandæ S. Flauiani memoriae non repugnet, & a gratia tua Christianæ plebis animos non auertat. Nam iniquum nimis est atque incongruum, eos, qui innocentes et Catho- licos sua persecutione uexarunt, sanctorum nominibus sine discretionem misceri. Sicut & contra æquum est, ut Catholici, qui in uita ab hæreticis condemnati, ab Ecclesijs suis eiekti, & Ecclesiastica sepultura uel inter sanctos memoriae honore destituti sunt, restituatur. Ad quem modum olim Ioannis Chrysostomi ossa, qui expulsus Constantinopoli, in Cu- manis in exilio mortuus fuerat, post aliquot annos Constantinopolim referuntur, et cum magno honore ab Imperatore reconduntur. Sic et Leonis, Flauiani, Euphemij, Macedonij, Pauli, Ioannis, aliorumque san- ctorum patrum nomina: qui ab hæreticis eo honore destituti fuerant, sacris Diphticis restituti sunt. Erant autem apud ueteres Diphtica, co- dices sacri, in quibus Episcoporum Catholicorum nomina per ordinem conscribebantur, & memoria sancta conseruabantur. At quum enim esse putabant, ut Episcopi, qui iniuste ab hæreticis expulsi, & in exilio mortui fuissent, iuste & Canonice etiam post mortem reuocarentur: & prædecessorum Episcoporum Catalogo, in domino ibidem quiescen- tium (in irritum reuocatis ijs, quæ contra eos attentata essent) locarentur: ipsorumque uocabula in sacris Diphticis ponerentur. Illud tamen a pa- tribus Concilij Moguntiaci constitutum est, ut intra Ecclesias nullus mor- tuus sepeliatur, nisi Episcopi aut Abbates, aut digni Presbyteri, uel fide- les Laici: Alij igitur in atrio, aut in porticu, aut in exedris Ecclesiae sepe- liantur. Ad eundem modum de eadem re definiuerunt patres Concilij Triburiensis, Secundum statuta, inquit, sanctorum patrum, et experimeta miraculorum, prohibemus & præcipimus, ut deinceps nullus Laicus in Ecclesia sepeliatur. Quidam mirabilis Doctor definitioni nostræ consen- tiens, inquit. Nemo enim in Ecclesia sepeliatur, nisi forte talis sit persona sacerdotis, aut cuiuslibet iusti hominis, qui per uitæ meritum, talem ui- uendo suo corpori defuncto locum acquisiuit. Corpora antiquitus in Ec- clesia sepulta, nequaquam proijciantur, sed pauimento desuper facto, nullo tumulorum uestigio apparente, Ecclesiae reuerentia conseruetur: Vbi

c. 48.

Epistola. 38. Ne ad alta- re reciten- tur nomina hæreticorum

Ut restitu- tur nomina Catholicorum, quos hæretici cie- cerunt. Hist. Trip. lib. 10. c. 18.

Sacra Diphtica quid sunt? Chalced. Con- cil act. 14. Quinte syno- di act. 1.

Quos lice- at sepelire intra Eccle- sias.

c. 52. c. percipiendū 13. q. 2. c. 17.

uerò hoc per multitudinem cadauerum difficile sit facere, locus ille cœmiterium & polyandrium habeatur, ablato inde altari, & constituto ubi religiose sacrificium Deo ualeat offerri. Sed & nocuisse saepe mortuis existimant S. patres, si intra Ecclesiam sepeliantur: De quare ita Augustinus, Quibus peccata dimissa non sunt, a sacris locis post mortem adiuuari non possunt: quia quos peccata grauiora deprimunt, si in sacris locis se sepeliri faciunt, restat, ut de sua præsumptione iudicentur: quia eos sacra loca non liberant, sed de culpa terneritatis accusant. Concilium Triburiense, tale miraculum ex miraculis Gregorij refert, memoria dignum, & huic rei congruum. In Genuensi Ecclesia, quidam Valentius nomine, Mediolanensis Ecclesie defensor, defunctus est, cuius corpus in Ecclesia B. Martyris Syri sepultum est: nocte autem media in eadem Ecclesia factæ sunt uoces, ac si quis uiolenter ex ea repelleretur, ac traheretur foras: ad quas nimirum uoces concurrere custodes, & uidere duos quosdam terribilissimos spiritus, qui eiusdem Valentij pedes cum ligatura constrinxerant, & cum ab Ecclesia clamantem ac nimium uociferantem, foras trahebant: qui exterriti, ad sua strata reuersi sunt. Mane autem facto aperientes sepulchrum, ubi idem Valentius positus fuerat, eius corpus non inuenerunt: Cumq; extra Ecclesiam quaereretur, ubi proiectum esset, inuenerunt hoc in sepulchro alio positum, ligatis adhuc pedibus, sicut de Ecclesia fuerat abstractum. S. Synodus dixit, Mirares & multis expauescenda: Ideoq; per futura temporum curricula ab omnibus obseruanda. Cum autem grauiora peccata non deprimunt, tunc prodest mortuis si in Ecclesia sepeliantur, ut ait Gregorius: Quia coru proximi, quoties ad ea sacra loca ueniunt, suorumq; sepulturâ aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. Nam quos peccata grauiora deprimunt, ad maiorem cumulum damnationis potius, quam ad solutionem eorum corpora in Ecclesijs ponuntur. Similiter qui apud memorias Martyrū aut in alios sepeliuntur, illud etiam commodi accipiunt, ut eorum patrocinio adiuuentur, ut Aug. scribit. Præterea illud etiam ad religionem sepultura-rū pertinet, quod loca, quæ semel per consecrationem uel benedictionem pontificis, sepulturis destinata sunt: neq; distrahi, neq; in alios usus de relig. inst. de empt. & conuerti possunt. Generaliter enim constitutum est, ne loca sacra, uel religiosa, uel publica, ueluti forū, Basilica, sepulchrum, distrahantur. Specialiter autem Senatusconsulto cautum est, ne usus sepulchrorum per mutationibus polluantur, id est, ne sepulchrum, alterius conuersationis uel publicæ, uel graue crimen est. L. 1. C. de sepul. uiol. L. sepulchr. ff. de sepul. uiola. l. pergit. C. eo.

c. quib. 13. q. 2. Non expe dit malis, se peliri intra Ecclesias.

c. 17. Greg. in Dialo gis lib. 4. c. 53. alias Valē tinus.

Bonīs pro dest sepeliri in Ecclesijs.

c. cum grauiora peccata non deprimunt, tunc prodest mortuis si in Ecclesia sepeliantur.

L. 2. et l. locū de relig. inst. de empt. & conuerti possunt.

L. si quis ff. de relig. Violare sepulchra, alterius conuersationis uel publicæ, uel graue crimen est.

L. 1. C. de sepul. uiol. L. sepulchr. ff. de sepul. uiola. l. pergit. C. eo.

publica pertinet: Item proximum sacrilegio habetur. Rei igitur sepulchrorū uiolatorū, si corpora ipsa extraxerint, uel ossa eruerint, humilio-ris quidem fortunæ, summo supplicio afficiuntur: Honestiores in insu-lam deportantur, alios autē relegantur, aut in metallū damnantur. Si autem cadauera spoliauerint, siquidē armati id egerint, capite plectun-tur: si sine armis, usq; ad pœnam metalli proceditur. Sed & pecuniaria actio, tam ciuilis quam criminalis, in reū uiolati sepulchri datur. Ciuilis quidem, si nemo sit ad quem sepulchrum pertineat, siue agere nolit, cuiuscq; agere uolenti, Centum aureorū. Si quis autem in eo sepulchro habitauerit, ædificiumue aliud quam quod sepulchri causa factum sit habuerit, in eū si quis agere eo nomine uolet, ducētorū aureorū iudiciū datur. Criminalis uero in eū datur, decem pondo auri, quæ fisco infe-runtur. Iudices quoq; locorū, qui huiusmodi crimen uindicare neglex-erint, uiginti librarum auri pœna multantur. Hodie etiam sacrilegij pœna plectuntur. Neq; enim sacrilegio proximum tantum crimē, sed uerū sacrilegiū perpetrāt sepulchrorū uiolatores. Nam loca sepulchris destinata, non solū religiosa, sed etiam sacra sunt: Quippe à pontifici-bus ritē consecrata. Vnde & eorum uiolatores rectē sacrilegi appellan-tur, & sacrilegiorum pœnā sustinebunt, quæ est ut capite plectantur, bestijs subijciantur, deportentur, aut in metallum denuer: habita uide licet ratione qualitatis personæ, conditionis rei, temporis, ætatis, & sexus, Stephanus Papa inter infames quoq; numerat sepulchrorum uiolatores. Est et præsidis prouinciæ officiū, ne corpora aut ossa mor-tuorū detineantur aut uexentur: neue prohibeantur, quo minus uia pu-blica transferantur, aut quo minus sepeliantur: In quam rem Edictū de mortuo inferendo proditū est. Prætor enim edicit, ne qui in loco aliquo sepulchrū ædificandi, et inferendi mortuū, ius habet, ædificare & inferre prohibeatur: neue ei quod minus ædificet & inferat, ius fiat. Prohiberi autem inferre uidetur, siue in locū inferre prohibeatur, siue in itinere arceatur. Ædificare autem uidetur prohibere, qui prohibet eam materiā conuehi, quæ ædificio necessaria sit: Similiter qui operi necessarios uenire prohibuerit. Atq; huius Edicti optima ratio est. Nā religionis interest, monumenta extrui & exornari, & corpora defun-ctorū sepeliri. Cæterum quæ de translatione corporum dicta sunt, de ijs corporibus accipienda sunt, quæ inferenda, nō quæ iam illata et per-petuae sepulturæ tradita sunt. Nam quæ non perpetuæ sepulturæ tradi-ta sunt, ea nihil uetat transferri. Quo casu locus etiam, in quem deposi-ta fuerūt, prophanus manet, ut Paulo Iureconsulto placuit. Si quis eo animo, inquit, corpus intulerit, quod cogitaret inde alio postea trans-ferre, magisq; temporis gratia deponere, quam quod ibi sepeliret mor-tuū, & quasi æternā sedē dare destinauerit, manebit locus prophanus: Idē Diocletianus et Maximianus Imperatores cōstituerūt. Quæ uero perpetuæ sepulturæ tradita sunt, inquietari non debent, nec de uno loco

L. si ff. de se-pulchr. uiola. Pœna in uiolatores sepulchro-rum consti-tuta.

L. 3. Quidam ff. de sepul. uiol. L. 3. in princi. ff. eo.

L. qui sepul-chra. C. de sepulchr. uiola.

L. si quis ff. de sepulchr. uiola. L. si quis ff. de sepulchr. uiola.

L. si quis ff. de sepulchr. uiola. L. si quis ff. de sepulchr. uiola.

L. si quis ff. de sepulchr. uiola. L. si quis ff. de sepulchr. uiola.

L. si quis ff. de sepulchr. uiola. L. si quis ff. de sepulchr. uiola.

L. si quis ff. de sepulchr. uiola. L. si quis ff. de sepulchr. uiola.

Attende

An trans-ferre liceat corpora se-pulta.

L. si quis ff. de relig. et sumpt. L. si nec dū C. de relig. et sumpt.

loco in alium transferri: Quod & diui fratres Edicto admonuerunt, ne scilicet iustæ sepulturæ traditum, id est, terra conditum, corpus inquietetur. Videtur autem terra conditum, etsi in arcula conditum hoc animo sit, non ut alibi transferatur: sed arculam ipsam, si res exigat, in locum commodiorē licet transferre, non est denegandum. De eadem re ita Diodetianus & Maximianus Principes constituerunt. Nemo, inquit, humanum corpus ad alium locum, sine Augusti assensibus, in alium locum transferat. Quo loco mirabitur fortasse quispiam, multi etiā deridebunt expositionē Accursij, qui assensus Augusti, consensum & auctoritatem Papæ interpretatur: quæ expositio etsi in se sit uera, tamen non conuenit uerbis constitutionis: ut quæ ab Imperatoribus facta est, qui non solum ipsa Papæ auctoritatē agnouerunt, sed ipsos etiam sanctissimos pontifices crudelissimè persequuti sunt. Siquidem Diodetianus Marcellinum pontificem primū induxit, ut dijs thurificaret: deinde autem cum penitentia ductum, quin suo etiam ipsius iudicio condemnatum, eundem respuisse intellexisset, ipsum simul cum sanctissimis uiris, Claudio, et Cy-

C. de relig. et sumpt. fu. L. nemo. Accursius ignarus Historiarum.

rino, & Antonino, pro fide Christi ultimo supplicio affecti. Dixi autē Accursij expositionem in se uerā esse, quia ad pontificū auctoritatem non in nos pertinet, corpora mortuorum de uno loco sacro in alium transferre, omnes Episcopos collatum esse intelligitur: Veluti quod alibi dicitur, hæredes ad monumentum faciendum, principali uel pontificali auctoritate compellendos. Item, in effusione ossium uel corporis, in alienum locum illatorum, expectandum iustum

pontificalem. Item si imperfectum monumentum sit, in quo reliquæ hominis condite sunt, pontifices explorandos esse, quatenus salua religione mederi possit. Hæc omnis auctoritas in Episcopos nostros hodie collata est: Sicut & alia omnia, quæ ad religionem pertinet, ad officium Episcoporum nostrorum, ita etiam diuis Imperatoribus constituentibus, pertinent. Atque ex his intelligimus, corpora & ossa mortuorum, sine auctoritate et consensu Episcoporum, a sepulchris suis erui non posse: nec de uno loco in alium transferri. Quam tamen auctoritatem ita intelligimus, ut non interponatur sine causa. Nec enim mortuorum ossa sine auctoritate Episcopi transferri de uno loco in alium debent, quod & Antoninus Imperator constituit. Si, inquit, uisum fuerit, ut si tui continguntur, uel alia iusta & necessaria causa interuenit, æstimatione rectoris prouinciæ, transferre eas in alium locum poteris. Quo loco cognitionem præsidis parè ratione in Episcopum transferimus: tota enim hæc res ad religionem pertinet. Addendum uidetur hoc loco, quod Socrates in Tripartita scribit, Olim uidelicet seditionem in populo ortam fuisse, quia Macedonius Arrianus, inuita magna parte populi, arcam, in qua continebantur ossa Constantini Magni, de domo in qua erat, in Ecclesiam transtulcrat. Quam rem indignè tulit

L. ossa. ff. de religio. L. si. ff. de mortuo infer. L. nulli lice. c. de Ep. et cler. L. c. de relig. et sumpt. funer. Li. 5. Tri. c. 3. Seditio, propter translata Constantini Magni ossa.

tulit Constantius Imperator, tamen ipse quoque Arrianus erat: tum quod in ea seditione multi occubuerant, tum quia Macedonius corpus patris eius, absque ipsius consilio, transferre præsumperat.

De Ritibus funerandi & Lugendi mortuos, Caput III.



Veneratio, quæ & parentatio, partes habet, Exequias & iustitiam. Exequiæ officium funebre sunt, quod in funere exequimur, & (ut Cicero uocat) celebritas supremi diei, partim a sacerdotibus, partim ab amicis præstatur. Curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, amicorum magis solatium sunt, quam mortuorum subsidium. Ac pompa quidem funeris, nihil refert quibus ritibus fiat, modo honestis, moderatis, & non insolentibus. Honesti et moderati sunt, ueluti si funus, clero, cognatis, & plebe comitantibus, psalmos uel simile aliquid modulante clero: cæteris postremum humanitatis officium & honorem defuncto præstantibus, ac exequias eius cohortantibus deducatur. Veteres, orationes etiam funebres, et laudationes defunctorum adhibebant. Plutarchus, hunc morem a Publicola inditum scribit, qui collegæ sui funere, magno cum apparatu factio, funebrem quoque orationem de eius laudibus dixit: quod ad hoc gratum iucundumque Romanis fuit, ut inde consuetudo manserit: ut qui strenuè pugnando obiisset, ab Optimatibus laudaretur. Quidam illam Græcorum etiam orationibus funebribus uetustiorē esse putant. Alij autem, Solonem huius rei auctorē esse scribunt. Duodecim tabularum talis lex est, Honoratorum uirorum laudes in concione memorant, easque etiam ad cantum ad Tibicinē prosequantur. Sic Iulius Cæsar a M. Antonio: Augustus, pro cæde diui Iulij a Tyberio, et pro rostris ueteribus a Druso Tyberij filio laudatus, aliorumque Principum & honoratorum uirorum laudes, aliorum funebribus orationibus celebratae sunt. Atheniensibus mos fuit, sepultis huiusmodi laudes apud epulas celebrare, sed non alias tamen quam ueras: Nam mentiri nephas habebat, ut Cicero scribit. Acta etiam more celebrandi laudes defunctorum funebribus orationibus, nostra etiam custodit religio, ut orationes Gregorij Nazianzeni, quas in funere Basilij Magni, fratris sui Cæsarij, & sororis suæ Gorgoniæ, habuit: et aliorum etiam sanctorum patrum, in aliorum exequijs, habite orationes planè demonstrant. Sed & in funeribus ditiorum, largitiones elemosinarum in pauperes fieri consueuerunt, quod & ipsum ad honestum modum exequiarum pertinet. Insolentes & immoderati ritus sunt: Veluti si cibis et potus in monumenta ferantur, quod olim Græci fecerunt, addentes insolentiores insuper quosdam clamores. Vbi enim corpora defunctorum erant posita, accedebant et clamabant, nomina proferentes sepulcorum mortuorum, Resurge (dicentes) tu, comede & bibe, ut Epiphanius

Funeratio nis Duæ partes sunt, Exequiæ et Luctus. Cic. in oratione pro Milone. Pompa funeris honestis fiat ritibus. Orationum funebrium origo. Plutarch. in Publicola. Collega huius fuit luntus Brutus, primus Consul. Laudationes defunctorum in publico habitæ. Orationes funebres Greg. Nazianze. Funerum immoderatus ritus.

Epiph. in Ser-
mone Ancora.
Ritus Cru-
deles.
Herod. in Mel-
pome.
Lib. 2. c. 1. Ve-
rum quid.
Ritus pij.
Lib. 5. c. 32.
Exequiarū
Dies septi-
mus ac Tri-
cesimus.
Ambro. Episto-
larum. lib. 5.
Gen. 50.
Deutro. 34.
Ponendus
luctui mo-
dus.
Quid Les-
sus.
Cicero libro 3.
de legib.
Quid Næ-
nia.
Quid Thre-
ni.
Oda. 1. libri se-
cundi.
Thraces.
Val. lib. 2. c. 1.
De immor-
taliitate ani-
marum.
Cic. lib. 1. Tra-
cul. Quest.
Quid
mors.

Epiphanius tradit. Crudeles etiam sunt ritus funerum, qui uictimis
& litationibus non solum pecudum, sed etiam hominū sunt: quæ por-
tenta magis quam ritus appellaueris. Quales apud Herodotum Scy-
tharū in funeribus Regum fuisse narrantur, apud quos, Reges nō ali-
ter quam Quinquaginta ingenuis ministris Regis strangulatis sepe-
liuntur: Ac simile quid de Indicis mulieribus scribit Valerius Maxi-
mus, quæ se flammis maritorum inhiunt. Oblationes autē & oratio-
nes sacerdotū, charoz eleemosynæ, & ieiunia cognatorz: hæc etiā ani-
mabus defunctorum prosunt, ut supra dictū est. Verustissimus quoq;
ritus est, ut uigiliæ ad sepulchra celebrentur, ut Theoderitus in Tripar-
tita testatur. Sed & Septimus & Tricesimus dies, in officijs defuncto-
rū, obseruari in Ecclesia consueuerunt. De qua re ita scribit Ambrosius,
in libro de obitu Theodosij: Quia alij, inquit, Tertium diem, alij Tri-
cesimum, alij Septimū, alij Quadragesimū obseruare consueuerunt in
officijs mortuorū, quid doceat lectio cōsyderemus. Defuncto, inquit,
Iacob, præcepit Ioseph pueris suis sepultoribus, ut sepelirent eū: & sepe-
licunt sepultores Israel, & compleuerunt 40. dies (sic enim dinumera-
bantur dies sepulturæ) & luxit eum Septem diebus. Hæc er go sequen-
da solennitas est, quam præscribit lectio. Sic etiam in Deutronomio
scriptum est. Quia planxerunt filij Israel Moysen 30. dies, & consumi-
mati sunt dies luctus. Vtracq; ergo obseruatio habet auctoritatem, qua
necessarium pietatis impletur officiū. Luctum in funere ut abhiberent
gentes, ipsa humanæ naturæ cōditiōe uidentur esse moræ: Naturale
liquidem est, ut eorū amissione dolcamus, quorum præsentia in uita
nobis iucunda fuit. Verū ea res apud multos modū excessit, unde et lu-
ctui in funeribus modus positus est. Mulieres (inquit lex 12. tabula-
rum) genas ne radunt, neue Lessum funeris ergo habento. Lælius,
Lessum, lugubrem eijurationem interpretat: Quod & Cicero confir-
mat, ea ratione quod idem a Solone statuatur. Et ad hunc modū can-
tus lugubris in funeribus permittus fuit, cui nomen Næniæ. Est enim
Nænia (authore Porphirione) lugubre carmen, quod in mortuos cā-
tatur, Cuius inuentor primus extitit Symonides, ex insula Cæa, Poeta
Lyricus, qui threnos, id est, planctus, lamentationesq; optime scripsit,
de quo Horatius,
Cæa retractis munera Næniæ etc.
Alij, omnē luctū in funeribus auferendū putarūt, ut Thraces, qui nata-
les hominū flebiliter, exequias cum hilaritate celebrarunt, ut scribit Va-
lerius. Cæterū qui ex gentilibus moderatum luctum admiserunt, im-
mortalitate animarū crediderunt, ut certe Plato, Cicero, & pleriq; alij
crediderunt. Quin & Cicero Cæremonias sepulchrorum ex eo dedu-
ctas esse putat, quod humanis mentibus inhæreant: Mortē non interi-
tum esse omnia tollentē atq; delentem, sed quandā quasi migrationem
cōmutationemq; uitæ: Ideo mortuos uel omnino nihil, uel moderatē
lugendos

lugēdos esse putat, qd hāc uitā eos in aliā et beatorē cōmutari existima-
uerint. Qui autē animos una cū corporib. interire putarūt (in qua sentē-
tia Plinius etiā fuit) ideo luctū a funere remouerūt, qd mortuos miseria
hō uitæ liberatos esse diceret. Ideoq; naturalē omnium animalū, uitę dul-
cedinē remouēdā, Quia multa, et facere et pati turpit cogeret, Quin et
cōiuita, cātę, saltatiōes, et alia id genę lēgitie signa, adhibuerūt. Nra autē
uera et Catholica religio, oēs uanitates et lēgitie signa in funerib. dete-
stat. Luctū autē, ppter spē futurę resurrectiōis nō in totū qdē remouet,
sed ita moderat, ut amicorū nos p̄sentia orbatos esse, humanitus dolea-
mus: sed nihilominus tamē firmā spem ad meliorē uitā resurrectiōis re-
tineamus. Arelatēse Cōcilij Tertiū, in titulo de his, qui uanitates in excu-
bijs exercuerint, ita statuit. Laici qui excubias funeris obseruāt, cū timo-
re, terrore, et reuerētia hoc faciāt: nullus ibi diabolica carmina p̄sumat
cātare, nec ioca nec saltatiōes facere, quę Pagani docētē Diabolo adin-
uenerūt. Quis, n. nesciat Diabolicū esse, et nō solū a religioe Christiana
alienū: sed etiā humanę naturę esse cōtrariū, ibi sarrari, cātare, inebriari,
et cachinnis ora dissolui: & omni pietate & affectu charitatis postposi-
to, quasi de fraterna morte exultare: ubi luctus et plāctus flebilibus uoci-
bus debuerit resonare, pro amissioe chari fratris: Patres siquidē ueteris
et noui testamēti, mortes sanctorū uirorū legim⁹, multis in locis cū flentu
deplorasse: in nullo autē loco de illis, qui a sæculo discesserant, exultasse.
Nā et Iacob Patriarcha tota fleuit Ægyptus, Septuaginta diebus: Et Io-
seph et fratres eius, cū patrē deferrerēt in terrā Chanaan ad sepeliēdū, ce-
lebrātes exequias ad arcem † Azael, quæ sita est trās Iordanē, planctū
magno atq; uehemētī impleuerūt septē dies: tātus autē fuit planctus, ut
locus inde nomē acceperit, dictus ab incolis Plāctus Ægypti. Et de B.
Stephano legimus, qd sepelierūt, seu curauerūt eū uiri timorati, & fece-
rūt planctū magnū super eū. Et ideo talis inepta lætitia, et pestifera cā-
tica, ex auctoritate interdicienda sunt. Si quis autē cātare desiderat, Ky-
rieleison cātet: si autē aliter, omnino raceat: si autē tacere nō uult, in cra-
stino a Presbytero taliter coherceat ut alij timeāt. Hactenus de lætitia
in exequijs remouēda, et moderato in his planctu seruādo. De immo-
derato autē planctu Toletanū Tertiū ita definiuit. Qui diuina uocatiōe
ab hac uita recedūt, cū Psalmis tantūmodo et psallētū uocibus debere
ad sepulchra deferrī. Nā funebre carmē, qd uulgo defūctis cātari solet,
uel in pectoribus se, aut proximos, aut familias cedere, omnino phibe-
mus. Sufficit autē qd in spe resurrectiōis, Christianorū corporib. famu-
latus diuinorū impediit cātorū: Prohibet, n. nos Apostolus sanctus lu-
gere defūctos, dicēs, De dormiētib. aut nolo uos cōtristari, sicut et cęte
ri, qui spē nō habēt, Et Dñs nō fleuit Lazarū mortuū, sed ad uitę hō plo-
rauit ærūnas resuscitādū. Si, n. potest hoc Epūs oēs Christiāos phibe-
re, agere nō morēt: a religiosis tātū aliter omnino nō debere fieri cēle-
m⁹. Sic, n. Christianorū per omnē mūdū humani oportet corpora de-
functorum.
De Ritibus

Pli. lib. 7. c. 55.

Moderat-
tus apud
Christia-
nos Lucius

Contra in-
epta in su-
neribus
gaudia.

Gen. 50.

alias † Ad
ad seu
Achad aut
Azad.
Act. 8.

Immodera-
tus plāctus

1. Thes. 4.
Ioh. 11.

Corpora
humī con-
dere mos
est antiquis-
simus.
Cic. lib. 2. de le-
gibus.

Gen. 50.

Xenoph. li. 8.
de pedia Cyri.

Corpus
reddere ter-
ra.

Sepulchrū,
Numæ Re-
gis Ro.
Cic. lib. 2. de
legi. Plin. li. 7.
c. 55.

Anio flu.

Barbarorū
diuersi ri-
tus circa fu-
nera.

Lib. 4. c. 12.
Lib. 2. de bello
Goth.

Erulorum
immanis ri-
tus in fenestras
suos.



Itus sepulcrarum apud diuersas gentes uarij fuerunt. Antiquissimum sepulcræ genus est (sicut Cicero tradit) ut defunctorū corpora humi condantur. Quam consuetudinem & Syri et Ægyptij obseruarunt. Illud etiam ad ritum sepulcræ adijcentes, ut corpora non aliter quam myrrha, aloë, cedro, melle, sale, cera, bitumine & resina, odoribus & unguentis delibuta, sepelirent. Quomodo & Ioseph mortuus, conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto, ut sacra tradit historia. Et Cyrus Rex Persarum, apud Xenophontem, moriturus iam, ac sepulcrum sibi eligens. Meum (inquit) corpus, o mihi charissimi filij, cum moriar, nec in auro condite, nec in argento, nec in alia re prorsus ulla: sed illud terræ redite quam primū. Quid enim hacre beatius, quam terræ misceri, quæ pulchre omnia bona & gignit & nutrit? Ego uero & alijs me humanum præstiti, & nunc iucundè mihi uideor eius rei particeps fieri, quæ benefica est in homines. Eodem genere sepulcræ Græci & Romani, ab ortu urbis usi sunt. Nam & Numæ Pompilij Regis corpus, eodem ritu eo sepulchro, quod procul ad fontis aras conditum, & post multa sæcula, a Cn. Terentio inuentum fuit. Postea Cornelius Sylla, prius & Patricijs Cornelijs, igne uoluit cremari: timens, ne corpori suo ea iniuria inferretur, quam ipse prius reliquijs Marij intulerat: Nam illius corpus & eruta ossa subuerterat, & in Anienē miserat. Inde originem duxit consuetudo, ut corpora defunctorum non terræ mandarentur, sed igne cremarentur: nihilominus tamen eo obseruato, ut etiā in cremanda corpora gleba terræ iniiceretur, unde & humata dicebantur: nec locus ubi crematū corpus erat, prius religiosus esse dicebatur, quam in ipsum deiecta esset gleba. Sed hæc consuetudo cremandi corpora, deinde Antoninorū temporibus desijt, restituto demū more maiorū, ut corpora in terra sepelirent: Et hoc ritu etiam in religione nostra utimur. Mitto iam multos alios, & uarios uariarū gentiū ritus: quibus in sepeliendis corporibus usi sunt, horrendos sanè & abominabiles. Quales ferè sunt, quod gentes quædā, defunctorū corpora uultu ribus: Quædā, canibus dilanianda, obiecerunt: Aliæ, in mare, paludes, et flumina, proiecerunt: Apud alias, fenestras uiui de rupibus in mare salierunt, ut de Hyperboreis scribit Plinius: Alij, uiuos incensis rogis, flammis, iniecerunt, Procopius, de Erulorū sepultura, mirū simul & horrendū ritū narrat. Senescētibus suis, inquit, et morbo affectis, uita frui apud hos immanis ritus in fenestras siue infirma corporis ualetudine caperetur, protinus cogebatur a propinquis efflagitare, se ut quanto citius ex humanis delerent, tum illi lignorum

lignorū in altitudinem strue ingenti cōgesta, desuperq; ut in summo fastigio impositum hominem morti iam destinatum, Erulorū quempiam mittūt, ut pugione cōficiat, sed sanguinis illi propinquitate penitus alienum: Non enim fas erat, propinquus aliquis & necessarius ut hunc interficeret. Vbi uero qui hominem illum occidit, ad eos descendit, mortuo illi cognatione iuncti, ab infimo ad summum culmē Pyra incensa: ubi flamma demum resedit, collecta è Rogo iam ossa sub terram ocuis cōdunt. Erulo itaq; uiro defuncto, necesse erat, ut uel uxor ipsa, quæ uirtutis existimationem aliquam fuisset ad id tempus adeptā, uel sibi gloriam relinquere in posterum uellet, laqueo dura consuetudine. Vxor is E. ruli defuncti apud uiri sepulchrum non longè post, uitam finiret: Ei uero, quæ nō ita se gessisset, relinquebatur de cætero ignominia nota, odijq; in uiri propinquos conuincebatur. Hæc & multa alia huius generis portenta, a lege naturæ & humanæ conditionis abhorrentia & aliena, abominanda magis sunt, quam pro ritibus referenda. Mitiora autem sunt, quod Megareses mortuos ad Orientem conuertunt: Athenienses, uersus Occidentem. Atheniensium singuli singula sepulchra habet: apud Megareses, tres aut quatuor unā sepeliuntur, ut Plutarchus in Solone tradit. Quod alij mortuos in flumen præcipitant, alij circumfuso uitro domi seruant, alij in fictilibus alueolis, eos circa tēplū defodiūt, ut de Meroidis scribit Strabo. Quos M. Varro Pythagorico modo, defunctos ait, in Myrti & oleæ, atq; nigrae Populi folijs, conditos fuisse ac sepultos, ut Plinius scribit. Nos de ijs tantum ritibus agimus, qui a iure gentium & naturali descendunt, nec a religione nostra abhorrent. Quibus Romani maxime usi sunt: Inter quos eum tantum religio nostra amplectitur, quo ante omnes Patriarchæ usi sunt: nempe ut defunctorum corpora in terra sepeliantur. Sunt & alij ritus olim à Romanis obseruati, apud quos primum in more fuit, ut in domibus, quas singuli incolebant, defunctorum corpora sepelirentur, a quo & lares domesticos colendi apud eos consuetudo descendit. Deinde lege XII. tabularum sancitū Lex XII. tabularū ueat cadauera in urbe sepelirentur. Hominem mortuum, inquit uel in urbe ne sepelito, neue urito. Qua lege & urendi corpora ritus sublati sunt, ut non qui uritur, sed qui humatur, sepultus esse dicatur. Atq; hæc lex postea ab Imperatoribus confirmata fuit. Nam diuus Adrianus rescripsit, & pœnam statuit Quadragenta aureorum in eos, qui in ciuitate sepulchrum faciunt, quam & fisco inferri iussit. Quam legem ueluti renouantes Diocetianus & Maximianus, Mortuorum, inquit, reliquias, ne sanctum municipiorū eius polluat, intra ciuitatem conditi iam pridem uetitum est. Sed nec priuatis in publico loco sepulchra ædificare apud Romanos licuit. Statuit enim collegium Pontificum, locum publicum non posse priuata religione obligari. Verū Senatus, ijs qui optime de Repub. meriti fuissent

Vxor is E. ruli defuncti apud uiri sepulchrum non longè post, uitam finiret: Ei uero, quæ nō ita se gessisset, relinquebatur de cætero ignominia nota, odijq; in uiri propinquos conuincebatur.

Varij ritus circa mortuos sepeliendos.

Strabo libro. 7. Geograph.

Plin. lib. 35. c. 12.

Lex XII. tabularū ueat cadauera in urbe sepelirentur.

ra in urbe sepeliri.

l. 3. ff. de sepul. uiola.

l. mortuorū. C. de uel. et sumpt. funer.

K fuissent

Sepulchrū fuisse in publico etiam loco, sepulchra ædificanda decreuit. Quale
 Sulpitij in beneficium in Ser. Sulpitium conferendū esse, Cicero sua sit. Et cum,
 campo Esquilino. inquit, Seruius Sulpitius, Q. F. Lemonius Rufus, ita de Repub. me
 quillino. ritus sit, ut his ornamentis decorari debeat: Senatū censere atq; e
 Cic philip. 9 Repub. existimare, Ædiles Curules Edictum, quod de funeribus ha
 beant, Ser. Sulpitij, Q. F. Lemonij Rufi, funeri mittere. Vtique lo
 cum sepulchro in Campo Esquilino, C. Panfa Consul: seu quo in
 loco uidetur, pedes 30. quaque uersus designet, quo Seruius Sulpiti
 us inferatur, Quod sepulchrum ipsius liberorum posterorumq; eius
 sit uti, quod optimo iure sepulchrum publice datum est Priuati igi
 tur apud Romanos in agris quisq; suis, aut in fundo suburbano seu
 in locis priuatis, auito & patrio solo, ex Senatusconsulto Cn. Duilio Consule, defun
 ctorum corpora sepelire consueuerunt, & in quem quisq; locum
 corpus inferbat, is religione obligatus, religiosus efficiebatur.

Quod longè ante etiam patres ueteris testamenti obseruarunt. Nam
 & Abraham agrum emit, & in eo tanquam suo fundo locum consti
 tuit. Iosue sepultus est in finibus possessionis suæ. Samuel sepultus est
 in domo sua Ramatha. Nec permillum erat in alienum fundum cor
 pus inferre, nec illatum religiosum locum efficiebat: Sed & qui intul
 erat, aut tollere id, quod intulerat, aut loci precium præstare cogeba
 tur. Sic igitur priuatorum, priuata quoq; sepulchra fuerunt Sed in
 ter hæc quædam etiam pro tota familia constituta, quæ familiaria ap
 pellantur: sicut & familiare funus Vlpianus appellat. Sunt autem fa
 miliaria sepulchra, ut Gaius definit, quæ quis sibi familiaris suæ con
 stituit. Hæreditaria autem, quæ quis sibi hæredibusque suis constitu
 it: uel quæ pater familias iure hæreditario acquisiuit. De familiaribus
 sepulchris ita constitutum est legibus Romanis, In utroq; sepulchro,
 tam familiari quam hæreditario, hæredibus cæterisque successoribus,
 qualescunq; fuerint, licet sepelire, & mortuū inferre: etiãsi ex minima
 parte hæredes ex testamento, uel ab intestato sint, licet non consenti
 ant alij. Liberis autem, cuiuscunq; sexus uel gradus, etiam filijs fami
 lias & emancipatis idem ius concessum est, siue extiterint hæredes si
 ue se abstineant. Exhæredatis autem, nisi specialiter testator iusto
 odio commotus eos uetuerit, humanitatis gratia tantū sepeliri, non
 etiam alios præter suam posteritatem inferre licet. Liberti autem, nec
 sepeliri, nec alios inferre poterunt, nisi hæredes extiterint patrono:

Qui natus habent ad familiaria sepulchra
 L. si sepulchrū
 sed est. c. de
 rel. et sumpt.
 L. ius familia
 rium eo, tit.
 Quamuis quidam inscripserūt, monumentum sibi libertisq; suis fe
 cisset: & ita Papinianus respondet, & sepissimè idem constitutum est.
 Alexander Seuerus Imperator Licinio rescripsit. Scire debes si fami
 liare fuerit ius sepulchri, ad omnes hæredes pertinere, nec diuisione ad
 unum heredem redigi posse. Item Philippus Imperator. Ius familiarium
 sepulchrorum ad affines seu proximos cognatos: ad heredem autem
 institutos minime pertinet. Item Diocle. & Max. Augusti. Ius se
 pulchri

pulchri tam hereditarij quam familiaris, ad extraneos etiam heredes:
 familiaris autem ad familiam, etiam si nullus ex ea hæres sit, non etiã
 ad alium quenquam, qui hæres non est, pertinere potest.
 Eodem quoq; iure familiarium sepulchrorum ante Romanos usi sunt
 Patriarchæ & eorum posteritas: Nam & ipsi sepulchra pro se &
 posteritate sua constituerunt. Sic in duplici spelunca, quam Abra
 ham pro sepultura emit, sepulti fuerunt Abraham & Isaac: & Iacob
 cum appropinquare cerneret diem mortis suæ, uocauit filium suum
 Ioseph, & dixit ad eum. Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone ma
 num tuam sub fœmore meo, & facies mihi misericordiam & uerita
 tem, ut non sepelias me in Ægypto: sed dormiam cum patribus me
 is, et auferas me de terra hac, condasq; in sepulchro maiorum meorū.
 Et moriturus iam idem filijs suis præcepit. Sepelite, inquit, me cum
 patribus meis in spelunca duplici, quam emit Abraham in possessi
 onem sepulchri. Sic Ioseph moriens in Ægypto, rogauit fratres su
 os, ut tempore uisitationis suæ, ossa, quæ mortuo eo in Ægypto in lo
 culo condita sunt, secum hinc asportarent: quæ & mortuo eo filij Isra
 el, ipsius præcepto parentes, sepelierunt in parte agri, quem emerat Ia
 cob, a filijs Emor, patris Sichem, centum nouellis ouibus, qui fuit in
 possessione filijs Ioseph. Ita multos alios in historia sacra legimus, in
 sepulchro patrum suorū fuisse sepultos. Sed et uxores Patriarcharū
 sepulchrum iuxta maritos habuerunt. Nam & Sara, & Rebecca, &
 Lia, in duplici spelunca cum tribus Patriarchis, Abraham, Isaac & Ia
 cob, sepultæ fuerunt. Sic Thobias de sepultura facienda, non solum
 sibi sed etiam uxori suæ, ad hunc modum filium alloquitur. Audi, fili
 mi, uerba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum construe.
 Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli, & hono
 rem habeas matri tuæ omnibus diebus uitæ eius: Memor enim esse
 debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in utero suo: cum
 autem & ipsa compleuerit tempus uitæ suæ, sepelias eam circa me.
 Sic Iudith, postquam in domo uiri sui annos ceterum quinque mansit,
 defuncta est, & sepulta cum uiro suo in Bethulia. Atq; omnia hæc,
 quæ de familiaribus sepulchris dicta sunt, nostra quoq; recepit reli
 gio. Nam & apud nos familiaris sibi sepulturas constituunt, in quibus
 & mariti uxores sepulturarum suarum participes faciunt: Quem ri
 tum & S. patres approbarunt. De eo enim ita Hieronymus, Quos
 (inquit) coniungit unum coniugium, coniungat unum sepulchrum,
 quia una caro sunt: Et, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Itē
 Augu. Vnâqueq; mulier sequatur uirū suū, siue in uita, siue in morte:
 & si plures maritos habuerit, ultimū sequitur sicut & ultimū domici
 liū sortitur. Non tamen coguntur filij & uxores, parentum & mari
 torum sepulturas eligere: Nam & multos legimus, non in parentum
 maiorumq; suorum sepulchris fuisse sepultos. Nec enim in duplici
 K ij spelun

Familia
sepulchr
um Patriar
charum

Genes. 47

Genes. 49

Genes. 50

Iosue. 24

Gen. 23. et 49

Tobie. 4

Iudith. 16

e. Ebron.

13. quest. 2

Matth. 19

1. filij S. uidua

ff. ad municip.

Gl. in c. Ebron

spelunca, sepultura Abraham, Ismael & Madai, & alios quos de Ce-
thura genuit Abraham: nec Esau in sepulchro Isaac, nec filij Iacob

Gen. 35 in sepulchro eius sepulti leguntur: Sic nec Rachel in Ebron, sed iux-
ta Bethlehem tumultata traditur. Porro officium sepeliendi
mortuos in ueteri testamento, primum ad filios, fratres & agnatio-
nem pertinuit: Sic Ioseph patrem suum Iacob, Thobiam omnis cog-
natio eius: Samsonem fratres eius, Iudam Machabegum Ionathas &

Gen. 50 Simon fratres: Et Simon oisa Ionathae fratris, multique alij agnatos
suos sepeliuerunt. Iure autem Romanorum primum sepeliendi
officium ad eum pertinet, quem decedens elegit, si ei aliquid eo nomine
relictum sit: tunc enim si non paruerit uoluntati defuncti, repellitur:

Thob. 14 sin uero nihil relictum ei sit, nulla erit huius rei poena: Sin autem de
hac re defunctus non cauit, nec ulli delegatum id munus est, scriptos
haeredes ea res contingit: si nemo scriptus est, legitimos uel cognatos
quosque, suo ordine quo succedunt. In his autem omnibus primum
uoluntas eius qui decepsit spectanda est, ut cui sepeliendi munus com-

Thob. 14 missum est, id omnibus modis exequatur. Liberum est enim unicuique sibi
eligere dum adhuc uiuit, sepulturam eligere, nec ad sepulturam maiorum suorum
astringitur. Honestum tamen est, ut qui eligit, ordinem seruet. De quo il-

Gen. 35 lud Concilij Triburiensis accipiendum est. Vbi quicunque, inquit, facultas
rerum & opportunitas temporum suppetit, sepulturae morientium
apud Ecclesiam, ubi sedes est Episcopi, celebrari debent. Si autem hoc
propter itineris longinquitatem aut adiacentem alicuius importuni-
tatis difficultatem, impossibile uideatur: expectet eum terra sepulturae
suae, quo Canonorum aut Monachorum, siue Sanctimonialium
congregatio sancta communiter degit: Vt eorum orationibus iudici suo
commendatus occurrat, & remissionem delictorum, quam meritis
non obtinet, illorum intercessionibus percipiat. Quod si & hoc inep-
tum & difficile estimetur, ubi decimam persoluebat uiuus, sepeliatur
mortuus: Nisi causa honesta defunctum mouerit etiam aliam sepul-
turam eligere, quo casu uoluntas eius nihilominus exequenda erit.

Qui uero intestatus decesserit, nulla electa sepultura, in sepulchro
maiorum suorum sepelietur. Sin uero sepulchro proprio careat, tum a parochiali Ecclesia sepulturam habebit. Parochialem
Ecclesiam uoco eam, in qua habet domicilium suum, etiam si
alibi habeat habitationem, & in qua consueuit coelesti pabulo refici,
diuina audire, & Ecclesiastica sacramenta recipere: & si in pluribus
Ecclesijs domicilium habeat, plures illae Ecclesiae illi parochiales
erunt. Caeterum in his casibus, in quibus quis extra Ecclesiam pa-

rochiale sepelitur, nihilominus Canonica portio parochiali Ecclesiae
praestabitur, Canonica portio est certa pars eorum, quae defunctus
pro anima sua uel sepultura reliquerit. Item oblationum, cereorum,
& aliorum quae cum funere apportantur, quam partem quota esse
debeat,

Acronica
de sepult.
c. placuit. 13.
q. 2. Gl. in c.
ubi dicitur. 13. q. 2.
c. 1. de se. c. 15.
qui eo. tit. li. 6.
c. in nostra c.
ex parte de se-
pult.
c. 2. de sepult.
lib. 6.
Panor. in d. c.
in nostra Gl. in
d. adum de se-
pult.
c. certificari
de sepult.

debeat, uniuscuiusque loci consuetudo intepretatur. Quod si
defunctus nihil de sepultura sua cauerit, nec ex testamento, uel
ab intestato haeredes reliquerit: tum communis fors humane conditio-
nis exigit, ut uiui in mortuos etiam extraneos humanitatem, pietatem,
& misericordiam exercent. Quod & gentiles fecerunt, ut eorum leges
funerariae plane indicant. Quibus inter caetera cauetur, Vt si quis
humanitatis officium gerens, pietate uel misericordia ductus sepelie-
rit aliquem, ne insepultus iaceret, ei sumptus funeris esse restituendos.
Si uero totum hoc officij misericordiae, uel pietati, uel affectioni tri-
buerit, de suo eum sumptus eos fecisse uideri. Maxime uero ad hunc
modum Catholicos in Catholicos, pios et misericordes esse oportet:
Vt qui agnatos non habent, eos Ecclesiasticae sepulturae tradant, pro-
pter quam & iustam a Deo mercedem expectant. In quo genere
commendatur Tobiae pietas, quod filios Israel (quos Sennacherib
usque ad mortem persequebatur) mortuos & afflictos consolatus fue-
rit, esurientes aluerit, nudis uestimenta praebuerit, & mortuis atque oc-
cisis sepulturam etiam medijs noctibus sollicitus exhibuerit. Propter
quod & ab Angelo audire meruit. Manifesto, inquit, uobis ueritatem,
& non abscondam a uobis occultum sermonem: quando ora-
bas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & dereliquebas prandium
tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepe-
liebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino: & quia acceptus es
ras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te, & nunc misit me domi-
nus, ut curarem te, & Saram uxorem filij tui a Demonio liberarem:
Ego enim sum Raphael Angelus, unus ex septem qui astamus ante
Dominum.

De sumptibus funerum. Caput. V.

Actenus de officio sepeliendi dictum est: Sequitur, ut
de sumptibus funerum quoque dicamus. Videtur autem
sumptus funeris causa facti, sine quibus funus duci non
potuit, ut quae impensa sunt in illatione mortui. Item,
quae in locum erogata fuerint, in quem mortuus in-
fertur. Item, Si quid ad corpus custodiendum, uel etiam commen-
dandum, ungendum &c. factum sit. Similiter quae in ipsa parentatio-
ne & exequijs, in extructione & oratione sepulchri, statuarum, &
similium rerum impensa sunt: Cuiusmodi sunt, cerei, candelae, oblatio-
nes. Iure igitur ciuili constitutum est, ut si funeris causa sumptus facti
sunt, eius recuperandi nomine in eum, ad quem ea res pertinet, iudici
um detur, quae Funeraria actio appellatur. Quod ius summa ratione
nititur: Iustum est enim ut qui funeravit, consequatur id quod impendit.

Sumptus autem nondum facti, sed faciendi, de facultatibus eius, accipiendi sunt
qui funeratus est, impendendi sunt: quos magistratus decernere debent.

*L. at si quis
ff. de interd.
ff. de relig. &
sump. fu.*

*Pietas To-
bie.*

Tobie. 1. 2.

Tobie. 12.

*Diuerfi
sumptus fu-
nerum.*

*L. si quis. ff. de
relig. & sumpt.*

*d. l. si quis
Vnde accipi-*

*endi sunt
sumptus fu-
nerum*

bet pro facultatibus uel dignitate defuncti. Siquidem pecunia in hæreditate sit, ex pecunia: si non sit, distrahentur ea quæ tempore peritura sunt, quorumque retentio onerat hæreditatem: si minus, si quid auri argentique fuerit, distrahi iubebitur, uel à debitoribus (si fieri possit) exigetur. Si colonus uel inquilinus sit, ex inuectis & illatis erit funerandum. Sed & si Legata ab eo relicta sint, qui est funerandus, ad ea quoque manus mittentur. Sanctius est enim de

d. l. si quis G. Prætor ait ff. de relig. l. at si quis G. hæc actio ff. de relig. l. Legata tua C. de reli.

suo testatorem funerari, quam aliquos Legata consequi. Arbitrandi autem erunt sumptus pro facultatibus uel dignitate defuncti, Vnde nec testatoris uoluntas sequenda est, si res egrediat ius tam sumptuum rationem: debet enim pro modo facultatum sumptus fieri. Cæterum quibus, & in quos, actio funeraria competat, quaestio est, quæ longiorem disputationem requirit: nostrum consilium est, ea tantum, quæ ad sumptuum rationem pertinent, hoc loco utcunque indicare potius quam explicare. Iam & leges quibus immoderati sumptus funerum remoueri iubentur, ad magnificentiam quoque sepulchrorum minuendam pertinere uidentur. Apud Ægypti

Alexander ab Alexandro li. 6. Genialium dierum c. 14.

os tria sepulchrorum genera fuerunt, unum præcipuum & maximi sumptus, quod argenti talento taxabatur, Medium minarum 20, Humile uero, ex leui materia parua impensa. Æthiopum monumenta, clariora quidem ex auro: tenuiora ex argento facta fuerunt: Inopes autem apud eos, sicilia tantum sepulchra habuerunt. Inter omnia

Mausoleum Excelentissimum sepulchrum fuit Pli. lib. 36. c. 5.

autem totius orbis monumenta magnificentissimum, & non materia tantum sed etiam arte preciosissimum fuit, Quod ab uxore Artemisia Mausolo Carie Regi, factum & Mausoleum appellatum est: de quo ita scribit Plinius, Mausoleum, ut esset inter septem miracula, duos maxime artifices fecere. Patet ab Austro & Septentrione Sexagenos ternos pedes: Breuius à frontibus: toto circuitu, pedes Quadringentos undecim: attollitur in altitudinem uiginti quinque cubitis, cingitur columnis Triginta sex: ab Oriente celauit Scopas, à Septentrione Briax, à Meridie Timotheus, ab Occasu Leocares. Priusquam perageretur, Regina Artemisia, quæ mariti memoriam id opus extrui iusserat, obiit: non tamen recesserunt, nisi absoluto iam, id gloriæ ipsorum artisque monumentum iudicantes. A magnificentia huius sepulchri, natum est proverbium, ut rem magnificam & sumptuosam significare uolentes, dicant

Caricium sepulchrum Mausoleum Aug. Cæsar. In Campo Martio Strabo lib. 5.

καρικὸν ταφῆς. Ad huius monumenti imitationem Octauianus Augustus Romæ in Campo Martio, quod is locus amenissimus esset, simul & religiosissimus haberetur, monumentum construxit, quod & ipsum Mausoleum appellauit: De quo Strabo ita scribit. Commemoratione, inquit, dignissimum est, quod Mausoleum appellent, in excelsis fundatum collibus, lapide niueo, & perpetuæ uiriditatis arboribus coopertum, in summum usque uerticem, ad flumina

nis ripam exaggeratum, in summo autem positum est Cæsaris Augusti simulachrum, ex ære fabricatum. Sub aggere ipso sunt eius loculi & cognatorum & necessariorum, à tergo uero lucus est mirifica, continens ambulacra: In medio autem campi spatium, sui busti extat ambitus: & hic ipse niueo perfectus lapide, ferreos in circuitu cancellos habens, & plantatas interius per se ferens populos. Huius Mausolei Suetonius etiam meminit. Reliquias, inquit, legerunt primores Equestris ordinis, tunicati & discincti, pedibusque nudis, ac in Mausoleo condiderunt: Id opus inter Flamineam uiam, ripamque Tyberis, Sexto suo consulatu extruxerat, circumiectasque sylvas, & ambulationes, in usum populi tunc iam publicarat. Tradunt etiam Constantinum Magnum, Mausoleum in honorem matris erexisse, & eandem sepulchro Porphyretico inclusisse. Alterum sepulchrum spectabile in urbe, fuit Hadriani Cæsaris, de quo ita scribit Procopius. Adriani Romanorum quondam Imperatoris sepulchrum, extra portam Aureliam extat, et ad lapidis iactum à mœnibus procul extructum, spectatu proculdubio dignum. Pariolanque ex lapide ædificatum est, saxa quadrata illi inuicem nexa, alia nulla intermixta materia, & quaternis partitum pari dimensione lateribus: eam porrectis in altitudinem, ut iactus ex angulo lapidis alterum ferè pertingat: altitudine tamen hæc urbis mœnia superant. Statuæ quoque, ex eodem pario marmore, uirorum equorumque mirro artificio factæ, desuper insident. Sepulchrum id, prisca homines illi, cum uelut moles & arcis in speciem urbi impositum uideretur, brachijs duobus à mœnibus ipsis ad sepulchrum id usque porrectis in ædificatisque, complexi sic sunt: ut murorum sit perinde pars quædam effectum: Apparet nanque altissimæ id turri persimile, & ea è regione imminet portæ. Leonardus Aretinus scribit, in medio huius quadrati rotundam molem insurgere, excelsa quidem altitudine: Latitudine uero tanta, ut in suprema eius parte area sit, cuius Diameter uix iactu lapidis transigatur. At hæc Regia sepulchra fortasse modum non habent. Sed præter hæc alia quoque Romæ, & apud alias gentes, tam magnitudine quam artificio admiranda monumenta fuerunt. Quorum etiam nunc quædam uestigia conspiciuntur: quæ quoniam plus iusto sumptuosa uisa sunt, occasionem præstiterunt sumptibus sepulchralibus modum finiendi. Cicero apud Athenienses, Demetrium Regem narrat legem sanxisse, ne quis sepulchrum faceret operosius, quam quod decem homines efficerent triduo: necque id opere tectorio licebat ornari, nec de mortui laude, nisi in publicis sepulturis: nec ab alio, nisi qui publice ad eam rem constitutus esset, dici licebat. Idem sepulchris nouis finiuit modum. Nam super terræ tumulum non luit quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiore.

Sueto. in Octa uio Augst. Ca sare

Lib. 1. de bello Gothorum Sepulchrum Adri. Imp. quod nunc Castrum Angeli Romæ dicitur

Lib. 1. de bello Italico aduersum Gothos

Lex Demetrii Regis Lib. 2. de legib.

Lex Platō Plato de sepulchris hæc præcipit, ut idem Cicero refert. Vetat ex animis de faciēdo sepulchro culto, eoque qui coli possit, ullam partem sumi sepulchro. Sed quæ natura agri tantummodo efficere possit, ut mortuorum corpora sine detrimento uiuorum recipiat, ea potissimum ut compleatur. Quæ autem terra fruges ferre, & ut mater cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat, neue uiuis neue mortuis. Extrui autem uetat sepulchrū altius, quàm quod Quinq; diebus absoluerint: Nec è lapide excitari plus, nec imponi, quàm quod laudem mortui capiat incisam, ne plus Quatuor Heroicis uersibus, quos Longos appellat

Probabilis Ennius. Mihi in sepulchris ædificandis Germanorum consuetudo placet: qui sepulchris suis neq; columnas apponunt, neq; pyramides erigunt: sed qui locupletiores sunt, tumulo lapidem aliquem quadrangularem, defuncti arma et nominis inscriptionē habentem, inuoluunt. Eorum uero qui pontificia dignitate aut nobilitate sanguinis clari sunt, statuas lapideas in ipsis templorum, aut eorumdem atriorum parietibus applumbant, cum inscriptionibus nominum: additis etiā nonnunq; Epitaphijs, uitam & laudes defuncti continentibus.

De utilitate sepulcrarum. Caput VI.

Ethnicorū opinio



Utilitatem sepulcrarū, partim ab anima, partim à corpore eius qui sepelitur, partim à pietate eorum qui sepeliunt, æstimamus. Ac primum quidem Ethnicorum opinio fuit, a sepultura corporum utilitatem etiam in Manes defunctorum redundare, Quod apud Poëtam Sybilla ad Æneam his carminibus innuit:

*Anchisa generate, Deū certissima Proles,
Cocytū stagna alta uides, Stygiamq; paludem,
Hæc omnis, quam cernis, inops inhumataq; turba est.
Portitor ille Charon, hinc quos uehit unda, sepulti.
Nec ripas datur horrendas nec rauca fluentes
Transportare prius quàm sedibus ossa querunt.
Centum errant annos uolitantq; hæc littora circum
Tum demum admissi stagna exoptata reuisunt.*

Nimirum significans, quemadmodum insepulti à nauigando atq; transeundo, Inferni anime prohibentur: Ita sepultos ex sepultura id cōmodi consequi, ut mox paludes Infernales tranare possint. Quo loco Poëta, multorum quoq; Manes Æneam uidisse fingit, illo uide licet mortis honore sepultura carentes ac rogantes, ut ipsius opera illam, ut morte quietem, sepulturam, consequi possent. Sed fabulosa sunt hæc & Poëtica, & religioni nostræ contraria. Neq; enim uitæ futuræ (ad quam unam respicere debet Christianus) & resurrectionis corporibus obest quacuncq; iniuria, in hac uita Corporibus illata, Quantumlibet etiam uel submersis fluminibus, uel à bestijs consum-

Aug. li. 21. ca. 12. de Cui. Det

ptis, uel quocuncq; modo iacentibus, insepultis, dicente ueritate: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Quod si enim ante mortem damnum corpori illatum non nocet animæ: Quomodo post mortem anima ex iniuria corpori illata damnum aliquod accipere potest, maxime cum post mortem nullus amplius corpori insit sensus, unde anima à consequenda eterna uita retrahi possit: Multa itaq; Christianorū corpora terra non texit: sed nullū eorū quicq; à celo & à terra separauit, Quā totā implet præsentia sui, qui nouit unde resuscitet quod creauit: Dicit quidē in Plal. Posuerūt mortalia seruatorum escam uolatilib. cæli, carnes Sanctorū tuorum bestijs terre. Effuderunt sanguinē eorum sicut aquā in circuitu Hierusalē, & non erat qui sepeliret. Sed hæc omnia magis ad exaggerandā crudelitatem eorū qui ista fecerunt, nō ad eorum infœlicitatem, qui ista perpessi sunt, pertinet. Quāuis enim hæc in conspectu hominum & dura et dira uideantur: sed, Preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Itaque quod ad animam attinet, nihil ipsa utilitatis ex sepultura capit. Siquidem sepulture non animarum, sed corporum receptacula sunt. Animarum autem superiora esse habitacula scripturæ testimonijs probatur. Sic enim in Hædræ libris legimus. Quia cum uenerit Iudicij dies, reddet terra defunctorum corpora, & puluis reddet eas, quæ in tumulis requiescunt, reliquias mortuorū. Et habitacula (inquit) reddent animas, quæ his commendatæ sunt, & reuelabitur altissimus, super sedem Iudicij. Hæc sunt habitationes, de quib. dicit Dominus: Multas mansiones esse apud patrem suū, quas suis, pergens ad patrem, discipulis præpararet. Deinde nulla ad corpus eius qui sepelitur, ex sepultura redit utilitas. Nihil enim corporū deperibit utcuncq; laceratorū & cōsumptorum: & ne capilli quidem capitis, qui iam omnes numerati sunt. Legimus enim in Ecclesiastica historia Eusebij, Martyrū corpora in Gallia canibus, exposita, canūq; reliquias atq; ossa mortuorū, usq; ad extremā consumptionē ignibus concremata, eosdemq; cineres fluuio Rhodano, ne quid ad memoriam qualemcuncq; relinqueret, inspersos. Quod non ob aliud credendum est diuinitus fuisse permissum, nisi ut discerent Christiani, in consuetudo Christi, dum contemnūt hanc uitam, multo magis contēnere sepulturā: & nihil dubitare, etiā neglecta corpora, eadem tamen integra in extremo iudicio esse resurrectionis. Neq; enim credendū est, ut si quod ingenti sæuitia de corporibus Martyrum factū est, eis quicq; noceret, quo minus beate requiescerent eorū uictoriosissimi spiritus, id Deū fuisse permissurum. Itaq; re ipsa iam declaratum est, non ideo dixisse Dominū: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, & postea nō habēt quid faciāt: ut non esset pmissurus eos aliquid facere, de suorū corporib. mortuorū: sed ideo ut testaret, si quid facturi essēt, id nullū corporib. iā sensu carentibus, dānū afferre uel eorū foelicitatē imminuere posset.

Lib. de cura pro mortuis gerēda. c. 2. Math. 10.

Animabus non nocet carentia sepulture Psalmo. 78.

Ambr. in lib. de bono mortis cap. 10. 4. Hædræ. 7.

1. eam. 14. Neq; corporib. nocet carentia sepulture Math. 10. Euseb. lib. 5. c. 3.

Lucæ. 11.

Ad quid prodest sepulchrum mortuo corporis sepultura, quia per ipsam sepulti memoria (de qua oēs uiuētes solliciti esse solemus) inter mortua corporū seles cōseruatur. Quę tñ utilitas ex effectu magis q̄ re ipsa æstimāda est: siquidē ex illō humani cordis affectu, quo nemo unq̄ carnē suā odio habet, descendit, ut uiuentes etiā corporū nostrorū post mortē curā haberi, & sepulturę solēnitates custodiri uelimus. Quapropter pœna etiā loco habetur, sepultura post mortē priuari, ut quā hōies etiā post mortem corporib. suis illatā formidantes, à malo deterrentur: quod & Roma. legibus sæpe cautū reperitur, Quales sunt, ut parentes in calamitatib. deserentes, insepulti abijciantur: ut causas mortis in Senatu nō reddentes, insepulti abijciantur: ut homicidę insepulti abijciant. Quo pertinet et illud, quod Cicero pro Milone loquēs, Publij Clodij cadauer infœlicius esse dicit, qđ honore illo, et consueta funeris pōpa caruerit. Sed et Deus Prophete qui deceptus ab alio Propheta, & reductus in domū eius, contra præceptū Dñi, cum eo panē comederat et uinū biberat, minatur, quod nō inferretur cadauer eius leo occidit in sepulchrū patrū eius. Sic. n. habet scriptura, Hęc dicit Dñs, qm̄ inobediens fuisti ori Dñi, & non custodisti mandatū, quod præcepit tibi Dñs Deus tuus: et reuersus es et comedisti panē, et bibisti aquā in loco, in quo præcepit tibi, ne comederes panē, neq; biberes aquā, nō inferret cadauer tuū in sepulchrum patrū tuorū. Sic et sacri Canones uario Ecclesiastica sepultura in pœnam cōstituitur. *2. Corin.* Oēs enim astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; secundū ea, quę per corpus gessit, siue bonū siue malū) sed ut eo genere pœnę, cæteri etiā, qui affectu humani cordis ducti, nunq̄ carnē suā odio habēt, deterriti, in officio Christianę pietatis retineant. Quę ad modū et Deus hęc pœnā cōminatus Prophete, qui nō cōtumacia sua spreuerat mandatū eius, sed aliena decipiente fallacia, obedire se credit, quādo nō obediuit: et si permisit, ut leo ipsū in uia occideret, & cadauer eius in itinere proijceret: nō tñ permisit ut cadauer eius læderetur, quod à leone ipso qui occiderat non solū non fuit laceratū: sed etiā donec is, qui eū reducerat ueniret, custoditū. Quo mirabili signo *2. Cor. 11* apparet, hominē Dei, cōcercitū potius temporaliter usq; ad mortē, q̄ punitū esse post mortē. De qua re Apostolus, cū propter quosdā offensas commemorasset infirmitates, mortēq; multorū. Si enim nos ipsos (inquit) iudicemus, à Dño nō iudicemur. Cū iudicamur autē à Dño, corripimur ne cū hoc mundo damnemur. Iam et illud magne pœnę speciē habet, q̄ quibusdā gentib. in more fuit, ut facinorosorū corpora nō quidē in totū sepultura priuarēt, sed reciso capite reliqui corporis truncū sepelirent: Ea nimirū ratione, ut scribit Ambr. quod iustum

3. Reg. 13
Pœna Pro
phete, quę
leo occidit

Quare pri
uatio Eccle
siastica se
pultura in
pœnam cō
stituitur.

2. Corin.

3. Reg. 13

2. Cor. 11

Ambr. in Psal.
118. Sermo, 20

iustum sit, ut q̄ turpi uel scelesto reatu beluine oblcœnitatis illuuiē, uel bestialis immanitatis horrore cōmississe detecti sunt: tanq̄ hi qui pposito humanę moderatiōis exciderint, formā quoq; humanę cōditio nis iubeant exuere, et qui sapientię nō potuerunt tenere rationē, etiā post mortē sapiētię arce (qđ est caput) fraudati, sine decore suo sepe liant. Nō negauerim tñ, memoriā defunctorū, quā ex sepulturis eorū retinemus, ad hoc utilē eē, ut ex loco sepulturę admoniti, recolamus eos ibi positos esse, qđ in corpore uiuerēt, nobis chari fuerūt, et ob id nūc etiā digni, ut eos deo et sanctis orādo cōmedemus. Neq; cū dubiū est, etiā mortuos orationib. quę pro his ad deū fundunt, tū sanctorū apud Deū intercessionib. adiuuari: Quod nō solū sanctorū scripturarū autoritate cōprobat, sed etiā uniuersę Ecclesię consuetudine cōfirmat, Quę huiusmodi orationes, quas etiā omnib. in Christiana et Catholica societate defunctis, etiā tacitis nominib. quorūq; sub generali cōmemoratione faciendas, suscepit: ut quib. ad ista defunt patres, aut filij, aut quicumq; cognati, uel amici, ab una illa eis exhibeantur, quam dixi, cōmuni matre Ecclesia: in cuius precib. quę per sacerdotē Dño Deo ad eius altare funduntur, suū quoq; locū habet commendatio mortuorū, ut inquit August. Vnde nec contēnenda mihi uidetur ueterū Christi fidelium consuetudo, quę & eiusdē August. tēporibus uiguit, qui defunctis illud quoq; prodesse crediderunt, si apud sancti alicuius memoriā eorum corpora sepelirentur: Quod hoc modo non solum sepulchrorū contemplatione, defunctorū memoriā retinerēt: sed etiam eorū animas sanctis, apud quorū memoriā eorū corpora sepulta essent, tanq̄ Patronis apud Dñm adiuuandas commendaret. Cū enim animus recolit, ubi sepulchrum sit charissimū corpus, & occurrit locus nomine alicuius sancti uenerabilis, eidē sancto animam dilectam cōmendat recordantis & precantis affectus, qui cū defunctis à fidelibus charissimis exhibetur: eū prodesse dubiū nō est ijs, qui cum in corpore uiuerent, talia sibi post hanc uitam prodesse meruerūt. Atq; ex his omnib. liquido iam cognoscimus, siue animam defuncti spectemus, siue corpus, parū ad ipsum utilitatis ex sepultura redire. Et inter omnia id unū esse præcipuū, q̄ amici ex loci contemplatione memoriā defuncti recolentes, ipsius animā Deo et sanctis orando magis cōmendare excitantur. Cetera omnia .i. curatio funeris, cōditio sepulturę, pompa exequiarū, magis uiuorū solatia sunt q̄ subsidia mortuorū. Proinde maiorē utilitatē ex sepultura capiunt uiuentes, q̄ mortui. Primū enim si ex ijs reb. solatiū capere solemus, quę aliquando amicorum fuerunt, maxime, quarum usus ipsis aliquantofuit familiarior (cuiusmodi sunt uestes, anuli, & si quid est eiusdem generis) ut ea tanquā monumenta aliqua & memorias amicorū custodiamus: Quanto chariora nobis sunt, et maiori solatio ipsorū reliquię corporū, quę utiq; familiaris & cōiunctius q̄ quę

August. de ciu
ra pro mortua
is c. 4

Sanctorū
intercessio
pro anima
bus defun
ctorum.

Quę ergo
utilitas ex
sepultura
prouenit.

Maiores ui
uentium q̄
defunctorū
utilitas ex sepul
tura.

libet

libet indumēta gestamus: Hęc enim nō ad ornamentū, uel adiutorii quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturā hōis pertinent. Deinde magnū est etiā prēmii pietatis & misericordię, quā & ipsam pietatē appellare solemus. Nā & si pietas proprie Dei cultus sit (quam Græci *εὐσεβεία* uocant) tū hęc eadē non solum erga parētes officiose haberi solet: sed etiā more uulgi in operibus misericordię erga proximū frequentatur. Quod ideo fit (ut August. scribit) quia hoc fieri precipue Deus mandat, eaq; sibi pro sacrificijs uel prę sacrificijs place re testatur. Magnū, inquā, est prēmii pietatis et misericordię, dño dicente: Beati misericordes, qm̄ misericordiā consequentur. Misericordiā, inquā, sine qua beatus esse potest nemo, Quis enim cū dño stabit in iudicio? Quod Propheta declinās orat: Exaudi me in tua iustitia, et ne intres in iudiciū cum seruo tuo, qm̄ nō iustificabitur in conspectu tuo om̄is uiuens. At pietatē hanc & misericordiā, nō solum in uiuos, sed etiā in mortuos exercemus, dum eorum corpora sepelimus. Sic antiquorum iustorum funera, officiosa pietate curata sunt, et exequiā celebratę, & sepultura prouisa: ipsiq; cum uiuerent, de sepeliendis, uel etiā transferēdis suis corporib. filijs mandauerunt. Sic a Rege Dauid benedicunt, qui Saulis & Ionathę osibus aridis, sepulture misericordiā pręstiterunt. Sic Tobias sepeliendo mortuos, Deum pręmeruisse teste angelo, cōmendatur. Hoc illi quotidianum fuit opus, & magnum quidem. Nam si uiuentes operire nudos pręcipit Dominus quanto magis debemus operire defunctorum corpora? Si uel antes ad longiora deducere solemus, quanto magis in illam ęternam domū profectos unde iam nō reuertentur? Ego, inquit Iob, super oēm infirmū fleui. Quis infirmior defuncto, de quo dicit scriptura alibi. Super mortuū plora. Ecclesiastes autē ait: Cor sapientiū, in domo luctus: Cor autē stultorū in domo epularū. Nihil hoc officio pręstātius: ei cōferre q̄ tibi iam nō posset reddere, uindicare a uolatilib. uindicare a bestijs consortē naturę, ferę hanc humanitatē defunctis corporib. detulisse produntur, hōies denegabunt: Ipse quoq; dñs, tertio die resurrecturus, religiosę mulieris bonū opus prędicat, prędicandūq; cōmendat, q̄ unguentū preciosum super mēbra eius effuderit, atq; hoc ad sepeliendū eū fecerit. Et laudabiliter cōmemorantur in Euangelio qui corpus eius de cruce acceptū diligēter atq; honorifice tegendū sepeliendumq; curarunt. Hęc de sepulturis fusius aliquanto tractare uolui, ut intelligamus, non solū q̄ iusto et decēti ordine ritus sepulturarum, quos hactenus obseruauit Ecclesia, cū natura & uera religio ne consentiant: sed etiā quantū naturę & religioni nostrę aduersent. Quancq; adeo bellū atrox cū natura et religione gerāt, q̄ hos ipsos tā cōtra sepulturas & oblatiōes prophanos quoslibet usus conuertunt: ac ita destructis, et prophanatis defunctis, fidelium sepulturis, defunctorum corpora nullo his funerali officio & honore exhibito, in locis prophanis defodiunt. Quin & sacris eos oblatiōibus & fidelium orationibus & eleemosynis defraudant, eosq; non secus ac si uita eorum cum sonitu perijisset, relinquunt: nullam eorum amplius memoriā agentes. Aduersus horum igitur furorē & impietatem, restauranda demum erunt cōmīteria, ac renouandi ritus Ecclesiasticę sepulture, ut & in sacris locis defunctorum corpora sepeliantur: Funera & exequię, debitīs officijs & honoribus cohonestentur: Oblationes, uigilię, orationes, aliq; diuina officia, pro defunctis peragantur. Deniq; quantum fieri potest, ossa fidelium, sicubi dispersa sunt, maxime uero sanctorum reliquię, recolligantur: & debita cum reuerentia & honore in Ecclesijs recondantur.

D. BRVNI DE CAEREMONIIS, LIBER QUINTVS.

DE CAEREMONIIS ORATIONVM, IN GENERE.

Caput I.



Ratio duobus modis cōsyderatur, Vno, ut cultus, Alte Quādo est oratio ut cultus? ro, ut ritus, Primum enim orando Deum colimus: Immo recte oramus, cum spiritum interioris cultus diuini, id est, fidei, spei, & charitatis habemus. In hoc siquidem in Deum credentes, & spem erectam & firmam in promissiones eius ponentes, & charitate in ipsum ardescētes: & sic pia mente in Deum ascendentes, clamamus, Abba pater. Ipse quoq; Dominus in oratione, spiritum interioris cultus exigit. Petite, inquit, & dabitur uobis: Omnis enim qui petit accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. Quis ex uobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? aut si petierit ouum, nunquid porriget illi Scorpionem? Cum ergo uos, cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester cœlestis, de cœlo dabit spiritum bonum perentibus se? Quo loco Dominus spiritum fidei, spei, & charitatis intelligit, ut alibi Augustinus interpretatur. Fides quippe significatur in pisce, uel propter aquam baptismi, uel quod in huius sæculi fluctibus integra est: Cui contrarius est ille serpens, qui, ut non creditur Deo, uenenosa fraude persuasit, Spes in ouo, quia uita pulli nondum est, sed futura est: nec tam uidetur, sed adhuc speratur, Spes enim quæ uidetur, non est spes: Cui contrarius est Scorpius, quoniam qui sperat æternam uitam, quæ retrō sunt obliuiscitur. Et in anteriora se extendit, cui noxiū est retrospicere. Scorpius autem, ex ea parte cauetur, quia uenenatam & aculeatam caudam retrorsum habet. Charitas in pane, maior enim horum charitas, & in cibis utiq; uincit

Restauranda est pietas maiorū in officijs pro fidelibus defunctis.

Quādo est oratio ut cultus?

Ro. 8.

Luce. 11.

Aug. Epistola. 121.

Fides in pisce, Spes in ouo, Charitas in pane mystice designatur.

Gene. 3.

Ro. 8.

Phil. 3.

1. Corin. 13.

caetera panis utilitas: cui contrarius est lapis, quoniam dura corda re-
 Ri ut oran spuunt charitatem. Quin & oratio ipsa quatenus cultus est, suos ha-
 di. bet ritus: Veluti quod genibus flexis, manibus expansis, nudo capite,
 corpore nunc erecto, nunc in terram prostrato, uultu ad sidera subla-
 3. Reg. 8. to oramus. Ad quem modum Salomon perfecto iam & absoluto tem-
 plo Deum orauit. Item, quod submissa uoce & uelut meditando, so-
 nora uoce & cantando oratur. Item, certæ orationes à certis perso-
 nis, & certis temporibus fiunt. Eiusdem generis est, quod uersus
 Orientem oramus. Sicut & altaria uersus Orientē eriguntur: Quem
 sus Oriens ritum sine scripto sola consuetudo confirmauit, ut inquit Augustinus:
 tem. Pia sanè & optima intentione & significatione, nimirum ut cum nos
 c. Ecclesiasti. orare cogitemus, qui in Sole posuit tabernaculum suum: ipse uerus ille
 11. dist. sol iustitiæ, & ad cuius benedictionem Solem præuenire oportet, sicut
 Aliam signifi- cationem uide scriptum est. Quoniam oportet præuenire Solem ad benedictionem
 apud eundem tuam, & ad ortum lucis te adorare. Non, ut quidam Christianos tem-
 de sermone pore Tertulliani calumniabantur, quod Persas imitati, Solem ut deū
 Domini in mō adorarent, ut ipse Tertullianus in Apologetico aduersus gentes, testa-
 1. lib. 2. tur. Basilius Magnus, huius rei huiusmodi causam affert. Hanc, inquit,
 Psal. 19. ob causam, omnes spectamus ad Orientem cum precamur, paucita-
 Sap. 16. men nouimus, quod id facientes antiquam quarimus patriam, uideli-
 Tertu. in Apo. cet Paradisum, quā conseruit Deus in Eden ad Orientem. Elxai hæ-
 c. 16. reticus Osenis coniunctus, temporibus Traiani Principis, negabat
 De Spir. sanct. orandū esse ad Orientem: asserens faciē ad Hierosolyma conuertendā
 c. 27. ex omnibus partibus. Ita ut hij qui in Oriente sunt, in Occasum Hie-
 Epiph. lib. i. rosolymis intēdant: Qui uerò in Occidente, in Orientē: iisdem qui in
 To. 1. Meridiē, in Septentrionem: qui in Septentrione in Meridiē, ut undi-
 quæq; facies ex composito Hierosolymis intenta sit. Sed & alij ritus
 Orare flex oratiōis, nō sine sacri alicuius mysterij significatione, uel instituti sunt,
 is genibus. uel recepti, Genibus siquidē flexis orare, est humilitatem orando osten-
 dere. Genua enim confessionem humilitatis significant, ut in oratione
 2. Paral. in fi. Manassæ, Et nunc flecto genua cordis mei, Et in Psalmo, Genua mea
 Psal. 108. infirmata sunt à ieiunio. Et hoc ritu, patres etiā ueteris testamenti ora-
 2. Paralip. 29. runt. Ezechias Rex incuruatus adorauit, et eo iubente, Leuitæ incurua-
 2. Paralip. 6. to genu adorauerunt. Et Salomon, flexis genibus & palmis in cælum
 leuatis, orauit, Domine Deus Israel, nō est similis tui, &c. Eodem per-
 tinet, quod Propheta dicit, Curuabo genu Deo excelsio. Sed & Chri-
 Mich. 6. stus genibus positus orauit. Et Paulus Apostolus, Flecto, inquit, genua
 Luc. 22. ad patrem. Et Stephanus oraturus pro persecutoribus suis, positus ge-
 Philip. 3. nibus clamauit, Domine ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt
 Act. 7. quid faciunt. Et Petrus resuscitaturus Dorcam, iam mortuam, po-
 nens genua orauit, & conuersus ad corpus dixit, Tabitha, surge.
 Orare nu- do capite. Suspicientes & expansis manibus oramus, quia innocuis: capite nudo,
 Ter. in Apol. quia non erubescimus. Nudo capite orare uiros iussit Apostolus,
 ad gent. c. 30. Omnis

Omnis uir orans, inquit, aut prophetans tecto capite, dehonestat ca-
 put suum: & uir non debet uelare caput suum, cum sit gloria & imago
 Dei. Stantes oramus omnibus diebus Dominicis, & per omnes
 dies Paschæ, usq; ad Quinquagesimam, quia hoc ritu, gaudium Resur-
 rectionis Dominicæ celebramus. De quo ita Nicænum constituit.
 Quoniam sunt quidam in die Dominica genua flectentes, & in die-
 bus Pentecostes. Vnde statutum est à sancta Synodo, quoniam con-
 sona & conueniens per omnes Ecclesias custodienda consuetudo est,
 ut stantes ad orationem Domino uota reddamus. Et Carthaginense
 sextum, Quoniam sunt quidam, qui die Dominico flectunt genua, &
 in diebus Pentecostes, placuit de hoc sanctæ & magnæ Synodo, cun-
 ctos in omnibus locis consonanter & consentienter, stantes Deum
 orare debere. Et in capitulis Græcarum Synodorum, Similiter (quia
 quod ab Apostolis traditum est) Canon tenet antiquus, placuit, ut per
 omnes dies Paschæ usq; ad Quinquagesimam, non prosternant se in
 oratione humilitatis: Sed recto uultu ad Dominū fungantur oratio-
 nis officio, quia in his diebus gaudium Resurrectionis Dominicæ ce-
 lebramus. Basilius aliam rationem assignat. In prima Sabbati, in-
 quit, erecti perfcimus: Sed rationem non omnes nouimus. Non enim
 solum, quod ueluti simul cum Christo resuscitati, quæ sursum sunt que-
 rere debeamus, in die Resurrectionis, data nobis gratiæ stando pre-
 cantes, nosmetipsos commonefacimus: Sed quod is dies uideatur ali-
 quo modo imago uenturi sæculi. Eoq; cum sit principium dierum,
 non primus à Moyse, sed unus appellatus est, Factum est, inquit, ue-
 sperè & mane dies unus, tanquam qui sæpe recurat: Vt unus sit idem
 & octauus, unum illum ac singularem uerum octauum, cuius Psalmi-
 sta alicubi in Psalmis meminit: per se significans, diem inquam, post
 horum temporum statum, nunquam finendum, ac uesperæ nescium,
 nec successori cedentem, hoc est, æternitatem, quæ nec finem habet,
 nec senium nouit. Necessarium igitur, in hoc die Ecclesia suos alumnos
 docet stantes absoluerè preces suas, ut assidua commonitione uitæ illi-
 us nunquam defuturæ, non negligamus ad eam migrationem parare
 uaticum: Quin & totum tempus usq; ad Pentecosten, admonitio est
 Resurrectionis, quam in illo sæculo expectamus. Nam unus ille &
 primus dies, septies multiplicatus, septem sacræ Pentecostes hebdomo-
 das absoluit, à primo enim incipiens, in principium desinit, per similes
 qui in medio intercidunt dies, quinquages evoluit. Vnde & æterni-
 tatem similitudine refert, dum uelut in motu circulari ab iisdem orsus
 signis in eadem desinit. In quo corporis erecto habitu, precari potius
 nos Ecclesiæ ritus docuerunt: nimirum per euidentem commonitio-
 nem, quasi transferentes mentem nostram à præsentibus ad futura.
 Insuper & quoties genua flectimus, & rursus erigimur, ipso facto ostē-
 dimus, quod ob peccatū in terrā delapsi sumus, et per humanitatē eius,
 L ij qui

1. Corinth. 11.

Orare stan- do, certis temporibus. Aug. Epist. 119. c. 20.

c. 20.

c. 58.

In lib. de Spir. sancto. c. 27.

Dies Resur- rectionis Christi, est dies Unus et Octauus

Stantes oramus dicitur de Resurrectionis dñi.

Dies Do- minica eter- nitatis est symbolum

In Epistola ad Germaniam & Burgundie Episcopos c. 1. qui creauit nos, in cœlum reuocati sumus. Illud etiam obiter hic adnotandū uidetur, quod Anastasius Papa, successor Siricij, constituit, ut Euangelium à stantibus non sedentibus audiatur. Dum, inquit, sancta Euangelia in Ecclesia recitantur, sacerdotes & ceteri omnes presentes, non sedentes sed uenerabiliter curui, in conspectu sancti Euangelij stantes, Dominica uerba intentè audiant, & fideliter adorent. Rursus quædam orationes per silentium, quædam per uocis expressio nem fiunt, quibus interior meditatio cordis, & eius apud Deum manifestatio significatur: ac altero quidem modo Deum colimus interne; altero, exteriori ritu cultum internum exprimimus, & nosmet ad colendum Deum excitamus. Vnde dictum est, Postulationes uestræ innotescant apud Deum, non quod Deum de his certificemus: Sed ut nobis innotescant apud Deum, uel quod angelis innotescant, qui sunt apud Deum, ut quodam modo eas offerant Deo. Quomodo Angelus ad Tobiam dixit, Cum oraretis, ego obtuli orationem uestram in conspectu claritatis Dei. Non ergo inanes & uani sunt ritus Ecclesiæ, quæ quædam orationes in silentio facit: quædam ut exaudiri possent, aliæ in silentio. Cuiusmodi à Sacerdote in sacrificio Missæ, alijsq; diuinis officijs multæ sunt. Quin etiam alios fideles hoc ritu orandi, in ipsa oblatione, olim usos fuisse, Canon Laodicensis Concilij declarat, in hunc modum diffiniens. Quod oporteat seorsum primum post alloquutiones Episcoporum super Catechumenos celebrari: & postquam Catechumeni egressi fuerint, super eos qui sunt in pœnitentia, precem fieri: his etiam accedentibus ad manum Sacerdotis & discedentibus, tres orationes fieri fidelium, Ita ut prima quidem sub silentio, secunda uerò & tertia per exclamationes solitas expleantur, & ita demum pacem sibi inuicem dabunt. Et posteaquam dederit Episcopus Presbyteris osculum pacis, tunc Laici sibi tribuent, & ita sancta celebrabitur oblatio. Iam uerò & uerba orationis ritus sunt. Vera enim precatio eleuatio est, & excitatio cordis in Deum: Siue (ut Basilijus Magnus diffinit) est boni petitio à p̄s mentibus ad Deum facta. Petitionem autem non uerbis tantum diffinimus: non enim putamus Deum uerbo rum admonitione indigere, sed ea quæ utilia sunt, satis uel nobis non petentibus, uidere. Vnde oratio non in syllabis perficienda est, sed in animæ magis electione ac uoluntate. Verbis igitur orationis, ut cor nostrum in Deum eleuatum & excitatum significemus: Immo uerbis orationis nosmetipsos admonemus, in id quod desideramus intendere. Vnde Apostolus sine intermissione nos orare iubet: Id est, sine intermissione uitam æternam ab illo, quæ eam dare potest, desiderare. Rursus uerò, quod dominus præcipit, ne orantes multum loquamur, non quidem assiduitatem orationis prohibet (Nam & de ipso scriptum est, quod pernoctarit in orando, & quod prolixius orauerit) sed ne labijs tantum oremus, & multa uerba sine intentione & desiderio cordis,

Cultus Internus & Externus.

Colof. 4.

Tob. 12.

Orationes, aliæ sono ræ, aliæ in silentio.

Concil. Laod. c. 19.

Basilijus in sermone in martyrem Iulittam.

Orare sine intermissione.

1. Theff. 5. Matth. 6.

Luce. 6. et 22.

cordis, & spiritu fidei, spei, et charitatis profundamus. Sed nec oratio ipsa Dominica uerbo tenus tantum prolata oratio est, ut cuius uerba in hoc nobis à Domino tradita sunt & præscripta, ut hæc ipsa in memoria retinentes, res etiam ipsas à Deo petendas memoriæ commendemus, Neq; enim id orando agimus, ut uerbis quod uolumus impetremus: Sed ut uerbis potius ostendamus nos in uera fide, spe & charitate, res ipsas, quas uerba significant, desiderare. Vnde & si easdē res alijs uerbis petamus, tamen nihil aliud, quam quod in ipsa oratione Dominica positum est, oramus. Paria itaq; sunt, si quis exempli gratia dicat, Clarificare in omnibus gentibus, sicut clarificatus es in nobis, ut Prophetæ tui fideles inueniantur: Et si dicat, Sanctificetur nomen tuum, Similiter idem significat illud, Deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus: Et illud, Adueniat regnum tuum. Item illud, Itinera mea dirige secundum uerbum tuum, & ne dominetur mei omnis iniquitas: Et illud, Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Item paria sunt, si quis dicat, Paupertatem & diuitias ne dederis mihi: Et, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Item si quis dicat, Memento Domine David, et omnis mansuetudinis eius, Item, Domine si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala: Et si dicat, Dimitte nobis debita nostra. Item eandem significationem habent, Aufer à me cōcupiscentias uentris & desiderium concubitus, ne apprehendat me: Et illud, Ne nos inducas in tentationem. Item, Erue me de inimicis meis Deus, & ab insurgentibus super me libera me: Et illud, Libera nos à malo. Et si per omnia precationum genera discurremus, nihil usquam inuenietur (ut inquit Augustinus) quod non ista Dominica contineat & concludat Oratio. Vnde liberum est, alijs atq; alijs uerbis, eadem tamen in orando dicere, sed non esse debet liberum alia dicere. Deinde oratio ritus est, quando sacrificio et sacramentis alijsq; diuinis officijs adhibetur: Quales sunt orationes in sacrificio Missæ, in administratione Baptismi, Eucharistiæ, Pœnitentiæ, Ordinis, Confirmationis, Vnctionis &c. In dedicationibus item, & consecrationibus Ecclesiarum & altarium, benedictionibus cœmteriorū, uestiū, & uasorū sacrorū, salis, aquæ, & similibus. De orationibus sacrificij Missæ illud Apostoli accipiendū est, ad Timotheum scribentis. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones. Quæ uerba beatus Augustinus diligenter discutiens, et ueram eorum interpretationem inuestigans, tandem uerum eorundem intellectū ab usu Ecclesiæ sumptū, ad orationes sacrificij coaptat. Aliqua etiam, inquit, singulorū istorū proprietas inquirenda est. Sed ad eam liquidò peruenire difficile est: sed eligo in his uerbis hoc intelligere, quod omnis uel penè omnis frequentat Ecclesia: ut obsecrationes accipiamus dictas, Obsecratio quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud quod nes-

Oratio Dominica in Prophetis, alijs uerbis in eadem sententiam exprimitur

Eccle. 36.

psal. 79.

psal. 118.

Prouerb. 30.

psal. 131.

psal. 7.

Ezech. 23.

psal. 58.

Aug. Epist. 121.

Quando oratio est ut ritus?

Orationes in Missa.

1. Timo. 2.

Aug. Epist. 50.

Orationes. est in Domini mensa incipiat benedici. Orationes, cum benedicuntur et sanctificatur, & ad distribuendum conuincitur, quam totam ferè petitionem omnis Ecclesia, Dominica oratione concludit. Interpellationes autè siue postulationes fiunt, cum populus benedicuntur: tunc enim Antistites uelut aduocati, susceptos suos per manus impositionem misericordissimæ offerunt potestati: Quibus peractis & participatis tanto sacramento, gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiam uerbis ultimam commendauit Apostolus. Quod autem addit Apostolus: Pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate, hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, Eò pertinet, ut etiam pro infidelibus & inimicis oretur in sacrificio, ut & ipsi ad agnitionem ueritatis ueniant, & tandem nobiscum in bona conuersatione, & unius Dei omnipotentis cultu, & participatione corporis & sanguinis Christi uiuentes: simul omnes quietam & tranquillam uitam agamus. Quamquam scio Tertullianum huius rei aliam causam afferre: Sed an uerani, nescio. Est et alia, inquit, maior necessitas nobis orandi pro Imperatoribus, etiã pro omni statu Imperij, rebusq; Romanis, quod uim maximam uniuerso orbi imminentem, ipsamq; clausulam sæculi acerbitates horrendas comminantem, Romani Imperij comiteu scimus retardari. Itaq; nolumus experiri, & dum precamur differri, Romanæ diuturnitati fauimus.

In Apolog. ad
ar. gentes
c. 32.

c. 4.

Orationes
in Missa.
c. 11.

2. Corinth. 5.

Coloss. 1.
Rom. 9.

Illud quoq; Valense Concilium diffiniuit, ut nomen domini Papæ, quicumq; sedi Apostolicæ præfuerit, in Ecclesijs recitetur. Præterea de his obsecrationibus Cælestinus Papa Episcopis Galliæ ad hunc modum scribit. Obsecrationum quoq; sacerdotalium sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradita in toto mundo, atq; in omni Catholica Ecclesia uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium Præsules, mandata sibi met legatione fungantur, apud diuinam clementiam, humani generis agunt causam, & tota secum congemiscente Ecclesia postulant & precantur: Ut infidelibus donetur fides, ut Idolatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, ut Iudæis ablato cordis uelamine, lux ueritatis appareat, ut hæretici Catholicæ fidei perceptione respiscant, ut schismatici spiritum rediuuæ charitatis accipiant, ut lapsis pœnitentiæ remedium conferatur, ut deniq; Catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis, cœlestis aula misericordiæ reseretur. Hæc autem non persunt, quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum, transfert in regnum filij claritatis suæ: ut ex uasis iræ faciat uasa misericordiæ. Quod adeo totum diuini operis esse sentitur, ut hæc efficienti Deo gratiarum

semper actio laudisq; confessio, pro illuminatione talium uel correctione, referatur. Sunt præterea & aliæ orationes, quæ sacrificio tam à sacerdote quam à fidelibus adhibentur: Quales sunt quæ fiunt pro Catholica Ecclesia, pro pontifice, pro Presbyteratu, pro ministris uerbi Dei, pro nauigantibus, pro iter agentibus, pro ægrotantibus & laborantibus, pro purificatione animarum & corporum, pro profectu uitæ fidei & intelligentiæ spiritualis, pro frugibus terræ: alijsq; uite necessarijs subsidijs, pro pace, pro remissione peccatorum, pro auertenda à nobis ira & uindicta Dei, &c. Ad eandem etiam rationem referuntur Litanias. Nam & in ipsis eadem ferè quæ in sacrificio Deum rogamus, unde & nomen habet, Est enim *Λιτανεία* siue *Λιτή* supplicatio siue rogatio à *Λιτανέω* rogo, Inter *Λιτανείας* autem & *ἑξομολογήσεις* hoc inter est, quod Exomologeles pro sola peccatorum confessione agantur, Litanias uero, quæ indicantur propter rogandum Deum & impetrandum in aliquo misericordiam eius. Est autem duplex Litanias, Maior & minor, Maior, à Gregorio Magno instituta dicitur, tempore quo maxima pestis in urbe & tota Italia grassata est, qua homines repentina & subitanea morte rapiebantur, De qua ipse in sermone, quem ea de re ad populum habuit, Ecce, inquit, cuncta plebs cœlestis iræ mucrone percussa, & repentina singuli cæde uastantur, nec languor mortem præuenit: sed languoris moras (ut cernitis) mors præcurrit, percussus quisq; ante rapitur, quam ad lamenta pœnitentiæ conuertatur. Pensate ergo qualis ad conspectum districti iudicis peruenit, cui non uacat flere quod fecit: Habitatores quippe non ex parte subtrahuntur, sed pariter corruunt, domus uacua relinquuntur: filiorum funera parentes aspiciunt; & sui eos ad interitum hæredes præcedunt. Hæc Litanias facta fuit toto clero & populo congregato, & ad rogandum Deum conuerso, quam sanctissimus pontifex septiformem appellauit, quod in septem partes hominum, conuentu & ordine distributo, peracta fuerit. Proinde, inquit, fratres charissimi, contrito corde & correctis operibus, crastino die primo diluculo ad septiformem Litaniam, iuxta distributionem inferius designatam, deuota mente cum lachrymis ueniamus: Nullus uestrum ad terrena opera in agris exeat, nullus quodlibet negotium agere præsumat, quatenus ad sanctæ genitricis Domini Ecclesiam conuenientes. Qui simul omnes peccauimus, simul omnes mala quæ fecimus deploremus: Ut districtus iudex, dum culpas nostras punire considerat, ipse à sententia propositæ damnationis parcat: Litanias clericorum exeat ab Ecclesia beati Ioannis baptistæ: Litanias uirorum, ab Ecclesia beati Martyris Marcelli: Litanias monachorum, ab Ecclesia Martyrum Ioannis & Pauli: Litanias ancillarum Dei, ab Ecclesia beatorum Martyrum Cosmæ & Damiani: Litanias foeminarum coniugarum, ab Ecclesia beati protomartyris Stephani: Litanias uiduarum, ab Ecclesia Martyris

Pro diuersis necessitatibus nostris oratur in Missa.

Litanias maior à S. Grego. instituta.

Lib. ii. registri c. 2.

Mors subitanea.

Cur dicta est Litanias septiformis.

L iij Vitalis

D. BRVNI DE CEREMONIIS.

128. **Vitalis, Litanía pauperum & infantium,** ab Ecclesia martyris **Ceciliæ,** Minor Litanía quotannis ante Ascensionem domini celebratur, de qua Aurelianense Concilium ita diffiniuit. Rogationes, id est, Litanías ante Ascensionem domini placuit celebrari, ita ut præmissum tri-
 duanum ieiunium, in dominicæ Ascensionis solennitate soluatur. Per quod triduum serui & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs uniuersa conueniat, Quo triduo omnes abstineant, & Quadragesimalibus cibis utantur. His Litanijs hæcenus usa est Catholica & Apostolica Ecclesia per uniuersum orbem, non solū stans illis Rogationū diebus: sed quibuscumq; etiam alijs temporibus ad rogandum Deum, ut non solum à peccatorum nexu: sed etiam à tribulationibus, afflictionibus & calamitatibus, tam præsentibus quàm futuris: id est, à fame et annonæ caritate, à bellis, seditionibus, & tumultibus: hæc sibus et schismatibus, à pestilentijs et ægriudinibus, à subitanea et improuisa morte, & perpetua ira Dei, & pœnis, alijsq; id genus malis nos liberet. De qua re Liberius Papa tale decretum fecit, Si (inquit) euenerit fames, inæqualitas aeris, pestilentia, uel talis qualiscumq; tribulatio, statim le-
 iunijs, eleemosynis & obsecrationibus Domini misericordia depre-
 tur. Quin & Baptismus, Pœnitentia, Ordo, Confirmatio, Vnctio, & alia sacramenta, suas orationes habent, quibus ad hæc usq; tempo-
 ra, Catholica semper per uniuersum orbem usa fuit Ecclesia. Verū hæc nostra tempestate, hic orandi & rogandi ritus, tam in sacrificio & sa-
 cramentis, quàm in alijs officijs Ecclesiasticis, astutia diaboli, per orga-
 na sua, hæreticos, ita sublati est, ut in multis etiam prouincijs nostris Missæ, Sacramentorum, & Litanie nomen incognitum sit, Quin & processiones & rogationes ipsæ, tanquam inutile commentū aliquod & hypocrisis clericorum, derideantur. Propter quod & Dei ira quo-
 tidie magis magisque in nos exacerbatur, quod uarij iam tumultus: bel-
 la, locustæ, aliæq; calamitates terræ, fames, omnis generis morbi: Im-
 mo, noua & incognita morborum genera, & infinitæ aliæ tribulatio-
 nes & afflictiones, quibus atterimur, demonstrant, Et tamen in his malis non solum non conuertimur ad dominum, sed usq; in peccatis obdurati perseveramus, & interim cum male fecerimus lætamur, & exultamus in rebus pessimis. Quid igitur mirum si tantis peccatis no-
 stris, Dei in nos ira excitata, tot malis obruimur? Quin illud magis dolendum est, quod his ipsis moniti, de peccatis pœnitentiam non agimus, nec Deum ut iram suam à nobis auertat rogamus: non igno-
 rantes si id non fecerimus, quæ, quantæ, & quàm horrendæ in nos uenturæ sint maledictiones, Nempe omnes quas Deus his, qui audi-
 re noluerunt uocem Domini Dei sui, ut custodiant & faciant omnia mandata eius comminatur. Has ut effugiamus, non alio nomine im-
 petramus, quàm si restituti denuo in Ecclesia Litanijs, humili ac con-
 trito corde ad Deum conuersi, ipsum ut hæc omnia à nobis misericor-
 diter

Litania Minor fit tri-
bus diebus
rogationū.
c. 29.

Pro diuer-
sis causis
Deprecati-
ones.

In Codice sede
librorum,
lib. 3. c. 9.
Orationū
deus imple
uoluit in
nouis sectis

Causæ affli-
ctionum et
iræ diuinæ.

Proverb. 2.

Deut. 28.

diter auertat, precamur. Rogandus est igitur Deus, qui & rogan-
 tes exaudiet: sed ita demum, si ad pœnitentiæ lamenta confugerimus, si
 præuenerimus faciem eius in confessione: & si leuauerimus (ut in-
 quit Propheta) corda nostra, cum manibus ad Deum, Id est, si oratio-
 nis nostræ studium cum merito bonæ operationis erexerimus, in ip-
 sius uerbo confisi, qui dicit, Nolo mortem peccatoris, sed ut conuerta-
 tur & uiuat. Item, Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, &
 magnificabis me, Est autem assidue inuocandus, & importunis etiam
 fletibus insistendum. Nam quæ hominibus ingrata solet esse im-
 portunitas, Iudici ueritatis placet, quia pius & misericors
 Deus: à se uult ueniam precibus exigi, qui quan-
 tum meremur non uult irasci.

De Cantu Ecclesiastico,
Caput II.



Am uero & ipsa enunciatione, ritus orationis uariantur: Quippe orationes, quædam in silentio fiunt, quæ-
 dam uoce, ut exaudiri possint. Priuatas orationes ex-
 pediat in silentio fieri, ne alter alterius orationem oran-
 do perturbet: quo nomine laudatur Anna mater Sa-
 muelis, de qua scriptura ait. Porro Anna loquebatur
 in corde suo, tantumq; labia illius mouebantur, & uox penitus non
 audiebatur. Quod si in abscondito fiant (sed his tamen ipsis alijs etiam
 ad orandum & laudandum Deum excitentur) tum nihil prohibet eas
 etiam uoce fieri, eaq; alta & sonora: Huiusmodi fuit oratio Prophete
 dicentis, Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Et
 Christus, Lazarum resuscitaturus eleuatis sursum oculis, dixit, Pater,
 gratias ago tibi quoniam audisti me: Ego autem sciebam quia semper
 me audis: sed propter populum qui circumstat dixi, ut credant, quia tu
 me misisti: & hæc cum dixisset, uoce magna clamauit, Lazare, ueni fo-
 ras. Sic & in cruce uoce magna clamauit, dicens, Heli Heli lamazaba-
 thani, hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me. Idem
 de Christo confirmat Paulus, qui inquit, In diebus carnis suæ, preces
 supplicationesq; ad illum qui possit eum saluum facere à morte, cum
 clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reueren-
 tia. Publicas orationes sic oportet fieri, ut orantes se inuicem & au-
 dire possint, & alter alterius orationem ad orandum & laudandum
 Deum excitare: Ac de tali oratione illud Prophete intelligendum est,
 Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo.
 In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur,
 Magnificate Dominū mecum, et exaltemus nomē eius in idipsum. Rursus
 inter orationes, quæ expressa uoce fiunt, quædā etiam certis modulibus
 & can-

Quomo-
do auertit
tur ira Dei
ab afflictis.
Thre. 3.
Ezech. 18.
Psal. 49.

In silentio
fieri oratio-
nes priuatas.
1. Reg. 1.
de hac materia
Thomas 2. 2.
p. 1. q. 2.

Orare alta
uoce etiam
priuatim li-
cet.
Psal. 119.
Iob. 11.

Matth. 27.

Hebræ. 5.

Orationes
publicas al-
ta uoce fie-
ri.
Psal. 33.

Orationes
quædā sub
certis mo-
dulibus can-
tandi.

Vitalis, Litanía pauperum & infantium, ab Ecclesia martyris Cæcilie.
Minor Litanía quotannis ante Ascensionem domini celebratur, de qua Aurelianense Concilium ita diffiniuit. Rogationes, id est, Litanias ante Ascensionem domini placuit celebrari, ita ut præmissum triduanum ieiunium, in dominicæ Ascensionis solennitate soluat. Per quod triduum serui & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs uniuersa conueniat, Quo triduo omnes abstineant, & Quadragesimalibus cibis utantur. His Litanis hætenus usa est Catholica & Apostolica Ecclesia per uniuersum orbem, non solū stas illis Rogationū diebus: sed quibuscunq; etiam alijs temporibus ad rogandum Deum, ut non solum a peccatorum nexu: sed etiam a tribulationibus, afflictionibus & calamitatibus, tam præsentibus quam futuris: id est, a fame et annonæ caritate, a bellis, seditionibus, a subitanea et improuisa morte, & perpetua ira Dei, & pœnis, alijsq; id genus malis nos liberet. De qua re Liberius Papa tale decretum fecit, Si (inquit) euenerit fames, inæqualitas aeris, pestilentia, uel talis qualiscunq; tribulatio, statim ieiunij, elemosynis & obsecrationibus Domini misericordia deprecetur. Quin & Baptismus, Pœnitentia, Ordo, Confirmatio, Vinctio, & alia sacramenta, suas orationes habent, quibus ad hæc usq; tempora, Catholica semper per uniuersum orbem usa fuit Ecclesia. Verū hæc nostra tempestate, hic orandi & rogandi ritus, tam in sacrificio & sacramentis, quam in alijs officijs Ecclesiasticis, astutia diaboli, per organa sua, hæreticos, ita sublatus est, ut in multis etiam prouincijs nostris Missæ, Sacramentorum, & Litanie nomen incognitum sit, Quin & processiones & rogationes ipsæ, tanquam inutile commentū aliquod & hypocrisis clericorum, derideantur. Propter quod & Dei ira quotidie magis magisque in nos exacerbatur, quod uarij iam tumultus: belia, locustæ, aliæq; calamitates terræ, fames, omnis generis morbi: Immo, noua & incognita morborum genera, & infinitæ aliæ tribulationes & afflictiones, quibus aterimur, demonstrant, Et tamen in his malis non solum non conuertimur ad dominum, sed usq; in peccatis obdurati perseveramus, & interim cum male fecerimus lætamur, & exultamus in rebus pessimis. Quid igitur mirum si tantis peccatis nostris, Dei in nos ira excitata, tot malis obruimur? Quin illud magis dolendum est, quod his ipsis moniti, de peccatis pœnitentiam non agimus, nec Deum ut iram suam a nobis auertat rogamus: non ignorantes si id non fecerimus, quæ, quantæ, & quam horrendæ in nos uenturæ sint maledictiones, Nempe omnes quas Deus his, qui audire noluerunt uocem Domini Dei sui, ut custodiant & faciant omnia mandata eius comminatur. Has ut effugiamus, non alio nomine impetramus, quam si restituti denuo in Ecclesia Litanis, humili ac contrito corde ad Deum conuersi, ipsum ut hæc omnia a nobis misericorditer

Litania Minor fit triduo diebus Rogationū.

Pro diuersis causis Deprecationes.

In Codice sede non librorum.

Oratio nūc uetus imple aboliti in nouis seclis

Causæ afflictionum et itæ diuinæ.


Proverb. 2.

Deut. 28.

diter auertat, precamur. Rogandus est igitur Deus, qui & rogantes exaudiet: sed ita demum, si ad pœnitentiæ lamenta confugerimus, si præuenerimus faciem eius in confessione: & si leuauerimus (ut inquit Propheta) corda nostra, cum manibus ad Deum, Id est, si orationis nostræ studium cum merito bonæ operationis erexerimus, in ipsius uerbo confisi, qui dicit, Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Item, Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & magnificabis me, Est autem assidue inuocandus, & importunis etiam fletibus insistendum. Nam quæ hominibus ingrata solet esse importunitas, Iudici ueritatis placet, quia pius & misericors Deus: a se uult ueniam precibus exigi, qui quantum meremur non uult irasci.

Quomodo auertitur ira Dei ab afflictis. Thre. 3. Ezech. 18. Psal. 49.

De Cantu Ecclesiastico, Caput II.



Am uero & ipsa enunciatione, ritus orationis uariantur: Quippe orationes, quædam in silentio fiunt, quædam uoce, ut exaudiri possint. Priuatas orationes expedit in silentio fieri, ne alter alterius orationem orando perturbet: quo nomine laudatur Anna mater Samuelis, de qua scriptura ait, Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia illius mouebantur, & uox penitus non audiebatur. Quod si in abscondito fiant (sed his tamen ipsis alijs etiam ad orandum & laudandum Deum excitentur) tum nihil prohibet eas etiam uoce fieri, eaq; alta & sonora: Huiusmodi fuit oratio Prophetæ dicentis, Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Et Christus, Lazarum resuscitaturus eleuatis sursum oculis, dixit, Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me: Ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter populum qui circumstat dixi, ut credant, quia tu me misisti: & hæc cum dixisset, uoce magna clamauit, Lazare, ueni foras. Sic & in cruce uoce magna clamauit, dicens, Heli Heli lamazabani, hoc est, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me. Idem de Christo confirmat Paulus, qui inquit, In diebus carnis suæ, preces supplicationesq; ad illum qui possit eum saluum facere a morte, cum clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Publicas orationes sic oportet fieri, ut orantes se inuicem & audire possint, & alter alterius orationem ad orandum & laudandum Deum excitare: Ac de tali oratione illud Prophetæ intelligendum est, Benedicam Domino in omni tempore, semper laus eius in ore meo. In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur. Magnificate Dominū meū, et exaltemus nomē eius in idipsum. Rursus inter orationes, quæ expressa uoce fiunt, quædam etiam certis modulis & cantandi,

In silentio de hac oratione fieri oratio priuata. Thomas 2. 2. q. 1. 2.

Orare alta uoce etiam priuatim licet. Psal. 119. Iob. 11.

Matth. 27. Hebra. 5.

Orationes publicas alta uoce fieri. Psal. 33. Orationes quædam sub certis modulis cantandi.

& cantionibus perficiunt: Quiritus uetustissimus est, ut qui nō solum patribus ueteris testamenti, sed etiam in nouo testamento ipsis Apostolis in usu fuisse legitur. Quem & sancta scriptura, multis subinde modis approbat & confirmat. In ueteri testamento laudarunt Deum in canticis, in hymnis, in psalterio, in cithara, in decachordo, in organo, in tympano, in choro, in tuba, in Cymbalis, in iubilatione: Cantate Domino canticum nouum (inquit Psalmus) quoniam mirabilia fecit. Item, Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Item, Date nomini eius magnificentiam, & confitemini illi in uoce labiorum uestrorum, & in canticis labiorum & citharis. Similiter Dominus ad Moysen dixit. Nunc itaq; scribite uobis canticum istud, & docete filios Israel, ut memoriter teneant & ore decantent: & sit mihi carmen istud pro testamento inter filios Israel. Salomon postquam domum Dei ædificauit, & hymnos cecinit Domino, simul & orauit, ut qui in templo orarent exaudirentur, Audi, inquit, hymnum & orationem, quam seruus tuus coram te orat hodie. Et Iudith, liberato populo ab Holofernis tyrannide, Hymnum, inquit, cantemus Domino, hymnum nouum cantemus Deo nostro. Et in Psalmo, Te decet hymnus Deus in Sion, & uotum tibi reddetur in Hierusalem. Item, Introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis, confitemini illi. Dauid reducens Arcam Domini de domo Obededom in ciuitatem Dauid, percussit in organis armigatis, & saltauit totis uiribus ante Dominum.

Psal. 97.

Psal. 68.

Ezech. 39.

Deut. 31.

1. Reg. 8.

Iudith. 16.

Psal. 64.

Psal. 99.

2. Reg. 6.

Musica Instrumenta
Dauid.
Ioseph. lib. 7.
Iud. antiq.

Cithara.
Nabulum.
Cymbalū.
2. Paralip. 5.

Hymni in nouo testamento.

De canticis Dauid ita scribit Iosephus. Expeditus itaq; Dauid a periculis, cum pace iam altissima frueretur, cantica in Deum, hymnosque uario metro composuit: alios quidem trimetros, alios autem quinquemetros, diuersaq; conficiens organa: docuit, ut Leuitæ secundum ea hymnos edicerent, per Sabbatorum diem, aliaq; festiuitates. Organorum species autem huiusmodi est, canora quidem cithara decem chordis coaptata: hæc plestro percussitur, Nabulum uero duodecim sonos habens, digitis tangitur. Erant enim & Cymbala ærea & grandia & lata, Sic introducta Arca a Salomone in domum Domini, & illatis simul uasis & donarijs, Leuitæ & Cantores uestiti bysinijs, Cymbalis, & Psalterijs, & Citharis concrebant: stantes ad Orientaleni plagam altaris, & cum eis cantores Centum uiginti, canentes tubis: Igitur cunctis pariter & tubis, & uoce, & Cymbalis et organis, et diuersi generis musicorum concinentibus, & uocem in sublime tollentibus, longe sonitus audiebatur. Hjs alijsque multis similibus exemplis planè ostenditur, patres ueteris testamenti non solum uoce: sed etiam cantu, alijsq; modulationibus musicis, laudes celebrasse diuinas. In nouo testamento de hymnis & Psalmis canendis, ipsius quoq; Domini & Apostolorū documenta, exempla & præcepta habemus utilia, ut beatus Augustinus testatur.

testatur. Quod & Toleranum Concilium confirmat his uerbis. De hymnis etiam canendis, & saluatoris et Apostolorum habemus exemplum. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Matthæo Euangelista attestante: Et hymno dicto, exierunt in montem oliueti. Et Paulus Apostolus ad Ephesios scripsit, dicens, Implentini spiritu sancto, loquentes uobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus. Philo Iudæus, qui temporibus Claudij Imperatoris Romanum uenit, & Petrū Apostolum uidit, et eius colloquijs adhæsit, uerbum Dei prædicantis, de Christianis eius temporis, inter alia sic scribit, ut Eusebius testatur. Est autem, inquit, in singulis locis consecrata orationis domus, quæ appellatur. Σεμνίον, uel μοναστήριον. Σεμνίον autem in nostra lingua significare potest honestorū conuenticulū: In quo secedentes, inquit, honestæ & castæ uitæ mysteria celebrant, nihil illuc profusum, quod ad cibū potumq; pertinet, inferentes: uel ad reliqua humani corporis ministeria, sed legis tantum libros & uolumina Prophetarum, hymnos quoq; in Deum, ceteraq; his similia. In quorum disciplinis atq; exercitijs instituti, ad perfectam beatamq; uitam studijs iugibus coalescunt. Et post pauca. Itaq; nō solum subtilius intelligunt hymnos ueterum, sed et ipsi faciunt nouos in Deum, omnibus eos & metris & sonis honesta satis et suauis compage modulantes. Idem præterea Plinius Secundus confirmat. Sic enim ad Traianum Imperatorem de Christianis scribit. Affirmabant autem hanc fuisse summam uel culpæ suæ uel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem conuenire, carmenq; Christo quasi Deo dicere secum inuicem. His testimonijs altero Iudæi, altero Echnici, quid clarius esse potest: quibus sanè probatur, etiam Apostolorum temporibus canendi ritum ab Ecclesia fuisse receptum & usitatum. Sunt autem uaria genera cantuum in Ecclesia. Nam alij ex scripturis sanctis deprompti sunt: cuiusmodi sunt Psalmi, Euangelia, Epistolæ Pauli, Lectiones Prophetarum, Canticum trium puerorum, Simeonis, Zachariæ, aliaq; eius generis cantica: Et quædam ex Psalmis desumptæ cantiones, ut Antiphonæ, Responsoria: Alij humano studio compositi sunt, ut hymni Ambrosij, Sedulij, Prosperij, Prudentij: & qui ex historijs & gestis sanctorum Martyrum concinnati sunt, De quibus Concilium Toleranum in hunc modum diffinit. Et quia, inquit, a nonnullis hymni humano studio, in laudem Dei atque Apostolorum & Martyrum triumphos, compositi esse noscuntur: sicut hij quos beatissimi doctores, Hilarius atq; Ambrosius ædiderunt: quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum Canonum, uel Apostolica traditione non existunt. Respuant ergo & illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico priuatoque officio, in fine omnium Psalmorum dicimus, Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui sancto, in secula seculorum, Amen.

Con. 4. Tolet. c. 12.

Matth. 26.

Eph. 5.

Euseb. lib. 2. c. 16. & c. 17. Semnium, domus orationis.

Epistola incipit. Solenne. lib. 10.

Cantuum diuersa genera in Ecclesia.

Tolet. 4. c. 12.

Nara

Luce. 2. Nam & ille hymnus, quem nato in carnem Christo angeli cecinerunt, Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, Reliquæque, quæ ibi sequuntur, Ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in Ecclesijs canendi sunt, quia in sanctarum scripturarum libris non inueniuntur. Componuntur Missæ, siue preces uel orationes, siue commendationes, seu manus impositiones: Ex quibus si nulla decantentur in Ecclesia, uacant officia omnia Ecclesiastica. Admonet hoc fieri, atque adhortatur Timotheum Apostolus, dicens, *1. Timo. 2.* Obsecro ergo primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & pro omnibus qui in sublimitate sunt. Sicut ergo orationes, ita & hymnos in laudem Dei compositos, nullus nostri ulterius improbet. Hæc ibi.

Hymni Hæreticorum Cæterum hæc omnia de his hymnis & psalmis accipienda sunt, qui ab Ecclesia recepti & approbati sunt. Nam ab indoctis compositi, & uulgares psalmi omnibus modis repudiandi sunt, ut in Concilio Laodicensi, & in Græcis Synodis constitutum est. Sed nec hæreticorum hymni, psalmi, aliaue cantica recipienda sunt. Non solum enim prophanium, sed etiam omnibus modis execrandum est, quicquid eorum studio adinuenitur. Quoties ipsi factis conuenticulis, hymnos, psalmos, antiphonas, aut alia cantica, ex suis dogmatibus composita, decantare præsumperint: Catholicorum erit, huiusmodi cantica inter turbare: & (si fieri potest) in totum suppressere & suffocare. Sic Arriani, cum Constantinopoli Sabbato atque Dominica, intra portas & porticus congregati, hymnos & antiphonas ex Arriano dogmate compositas decantarent, idque crebro quasi ad uituperationem Orthodoxorum facerent: Tum Ioannes Episcopus Constantinopolitanus metuens, ne simplices huiusmodi cantibus traherentur, instituit suum populum, ut & ipsi nocturnis occuparentur hymnis: ut & illorum obscuraretur opus, & fidelium professio firmaretur. Et si autem ea contentio in seditionem tandem exarserit, tamen ad hoc utilis fuit, quod Catholicorum hymni clariores facti, præualuerunt. Arrianorum autem ritus, & si in ea seditione quibusdam ex populo utriusque partis extinctis, ab Imperatore prohibiti, & penitus deleti fuerunt.

Quomodo differunt inter se Hymni & Psalmi. Porro inter hymnos & Psalmos hoc interest, ut ait Hieronymus, quod hymnis laudem Deo canimus, ipsius fortitudinem & maiestatem, & mirabilia opera, & diuina in nos collata beneficia laudantes: Quales sunt Psalmi, quibus uel præponitur, uel postponitur Alleluia. Psalmis autem, quid faciendum, quid omittendum sit, decantamus. Sed in canendo hic ritus tempore Apostolorum obseruatus fuit, ut unus ex omnibus surgens in medio, Psalmum honestis modulis concineret, utque præcinenti unum uersiculum omnis multitudo responderet, ut apud Eusebium testatur Philo. Deinde duo chori in Ecclesia instituti sunt, qui per uices alternas psallunt, ad imitationem uidelicet & similitu-

Luce. 2.

1. Timo. 2.

Hymni Hæreticorum non sunt recipiendi.

Laod. c. ult. Synod. græc. c. 68.

Socr. in trip. lib. 10. c. 8.

Quomodo differunt inter se Hymni & Psalmi.

Histo. Eccles. 17. lib. 2.

& similitudinem duorum Seraphim: quorum alter ad alterum clamat, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth: Plena est omnis terra gloria eius. Qua uoce olim non solum in sacrificio Missæ, sed etiam in omnibus alijs diuinis officijs usa fuit Ecclesia. De ea nancque sic in Concilio Valensi constitutum est. In omnibus Missis siue matutinis, siue in Quadragesimalibus, siue in illis quæ pro defunctorum commemorationibus sunt, semper Sanctus, sanctus, sanctus, eo ordine, quo ad Missas publicas dici debet: quia tam dulcis & desiderabilis uox est, si die noctuque possit dici, fastidium non poterit generare. Item Theoderitus scribit, temporibus Constantij Imperatoris, Flavianum & Diodorum, eo tempore aduersus Arrianos multum pro Catholicis dogmatibus laborantes, primos psallentium choros in duas partes diuisisse, & ex successione Dauidicam melodiam cantare docuisse: Idque in Antiochia primum fieri coepisse, & dispersum ad terminos totius orbis peruenisse: Similiter & in singulis choris uni ex ipsis hoc munus datum fuit, ut quod canendum erat, prior ordiretur, reliqui succinerent: Quæ consuetudo tempore Basilij Magni fuit, atque hodie etiam in Ecclesia durat. His quoque temporibus ritus in Ecclesia Orientali coepit, ut in fine psalmorum adiungatur uersus, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, &c. Quem ritum deinde Damascus, ita consulente beato Hieronymo, in Ecclesia Romana recepit, & in omnibus alijs Ecclesijs seruandum præcepit. De qua re Hieronymus ad Damascum hoc modo, Precatur (inquit) cliens tuus, ut uox ista psallentium, in Sede tua Romana die noctuque canatur: & in fine Psalmi cuiuslibet, siue matutinis, uel uespertinis horis, coniungi præcipiat Apostolatus tui ordo, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, Sicut erat in principio, & nunc, & semper, et in sæcula sæculorum, Amen. Istud carmen laudis omni Psalmo coniungi præcipiat, ut fides 315. Episcoporum Nicæni Concilij in uestro ore pari consortio declaretur. Vbi autem Deus & homo honorabili uoce cantatur, Alleluia semper cum omnibus Psalmis affigatur, ut in omni loco communiter respondeat, nocturnis temporibus. In Ecclesia, à sancta Resurrectione usque ad sanctam Pentecosten, finiatur. Inter dierum uero spacia Quinquagesimæ, propter nouitatem sancti Paschæ, ut uox ista laudis canatur in Aleph, quod prologus græcè, latinè præfatio dicitur. Hunc uersum cum in psalmodijs Orthodoxi apud Antiochiam canerent integrum: Arriani uero quædam uerba in eo mutarent, canentes, Gloria patri in filio: magna inter eos discordia orta est, ut Zozomenus in Tripartita narrat. Alij filium & spiritum sanctum unam personam asserentes, sic legerunt hunc uersum, Gloria patri & filio spiritui sancto, omittentes postremam coniunctionem, & Contra quorum errorem & abusum ita diffinit Vigilus Papa. Illud autem nouelli indicamus esse erroris, quod cum in fine Psalmorum ab omnibus

Hymnus Duorum Seraphim, Esate. 6.

Valens. secunda di. c. 4.

Lib. 5. c. 32. Psallentium Chori in duas partes diuisi.

Basil. in Epistola ad clericos Ecclesie Neoces. Versus iste, Gloria patri etc. in fine Psalmorum, unde habet ortum.

Discordia de hoc uersu, Gloria patri. Lib. 4. c. 35.

In Epistola ad Euerium Episcopum, c. 2.

nibus Catholicis ex more dicatur, Gloria patri, et filio, et spiritui sancto: Aliqui (sicut indicas) subducta una syllaba, perfectum conantur minuere uocabulum Trinitatis, dicendo, Gloria patri, et filio spiritui sancto. Quamuis ergo ipsa nos ratio euidenter doceat, quia subducta una syllaba, personam filij et spiritus sancti unam quodammodo esse designetur: tamen ad errorem talium conuincendum sufficit, quod Dominus Iesus Christus designans in inuocatione Trinitatis credentium, debere baptisma celebrari, dixit, Ite, docete omnes gentes baptizantes eos, In nomine patris, et filij, et spiritus sancti. Sed cum æqualibus distinctionibus patrem, et filium, et spiritum sanctum iusserit nominari, constat illos omnino à doctrina Dominica deuiare, qui aliquid huic confessioni uoluerunt derogare. Concilium Toletanum, ad hunc uersum addit uerbum Honor, ad hunc modum, In fine psalmorum, inquit, non sicut à quibusdam huc usq; gloria pari, sed gloria et honor dicatur, Dauid Propheta dicente, Afferte domino gloriam et honorem, Et Ioannes in Apocalypsi audiuit uocem celestis exercitus dicentem, Gloria et honor Deo nostro in throno sedenti: Ac per hæc duo sic oportet in terris dici, sicut in cœlis resonant, Concilium Agathense diffiniuit, quod in conuentu fidelium nequaquam Psalmos continuare: sed per interuallum, id est, per psalmos singulos recenseri debeant. Antiphona idem est, quod uox reciproca, Cantus uidelicet qui reciprocatur, qualis est introitus Missæ: et uersus, qui ante Psalmos et post psalmos canitur, huius initium tale fuit, Ignatius Antiochiæ Syriæ Tertius post Apostolum Petrum Episcopus, qui etiam cum ipsis uixerat Apostolis, uidit angelorum uisionem, quo per Antiphonas, Sanctæ Trinitati dicerent hymnos: Isque modum uisionis Antiochenæ tradidisse probatur Ecclesiæ, et ex hoc ad cunctas transiit Ecclesias, Author Socrates in Tripartita. Alleluia hebraica dictio est, et in latinum uersa, sonat, Laudate dominum, Ia enim est de decem nominibus Dei, quæ apud Hebræos habentur. Est autem Alleluia cantus lætitiæ, quem Ecclesia in festiuitate Paschatis ac Dominicis diebus frequentat, ad significandum gaudium nostrum, quod ex Resurrectione Domini concipimus, Et significat actionem nostram futuram non esse: nisi laudare Deum, Sicut scriptum est. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.

Matth. ult.

c. 14. Toleta. Quart.

Psal. 28.

Apoc. 5.

c. 59. Vide. c. 30.

Quid Antiphona. Trip. lib. 10. c. 9.

Quid Alleluia. Euch. Episcopus Lug. li. 2. instr. c. 2.

Psal. 83.

Ne cante tur Alleluia in diebus Quadragesimæ. c. 10.

Rectè igitur Concilium Toletanum Quartum diffinit, Alleluia non esse in diebus mœroris, id est, Quadragesimali tempore, canendum, Cognouimus, inquit, quosdam sacerdotes, qui in Quadragesimæ diebus, Alleluia decantant, præterquam in ultima hebdomada Paschæ: Quod deinceps fieri interdiximus, statuentes, ut in omnibus prædictis Quadragesimalibus diebus, quia tempus non est gaudij, sed mœroris, Alleluia non decantetur. Tunc enim opus est, fletibus et Ieiunijs insistere, corpus cilicio et cinere induere, animum mœroribus deijcere,

bus deijcere; gaudiū in tristitiam uertere, quousque ueniet tempus Resurrectionis Christi, quando oportet Alleluia iam in lætitia canere, & mœrorē in gaudiū commutare: Hoc enim Ecclesiæ uniuersalis confessio in cunctis terrarum partibus roborauit. Sunt & alia multa cantica in Ecclesia, sed quæ non est locus hic omnia enumerare: Hæc tantum exempli gratia afferre uoluimus, ut ex his intelligamus, reliquos etiam cantus non temere receptos esse. Simul atq; ut omnibus notum fiat, quàm insaniant hæretici, qui hac nostra tempestate Ecclesias passim hoc ritu canendi destituunt, dicentes, Cantores Ecclesiarum nostrarum esse sacerdotes Baal, quibus cum clamore orantibus Helias Propheta dixit, Clamate uoce maiore, Deus enim uester forsan cum filio loquitur: aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur. Si clamor in cantu, & uocis exaltatio sacerdotes Baal facit, non uideo, cur non eadem ratione, Cantores à Dauid & à Salomone institutos, tubis, cymbalis, organis & uoce, in sublime sublata concinentes, sacerdotes Baal appellent. Postremo illud etiam addendum est, patres in ueteri testamento non sine diuinorum mysteriorum significatione Deum, uarijs generibus instrumentorū musicorū coluisse. Quod & ex ipsa significatione uerborum facile intelligi potest: Exēpli causa, Psalteriū opera bona significat, ut in illo Psalmo, Psalterium iucundum cum cithara. Cithara, est pectus deuotum, in quo tanquam nerui sunt uirtutes, hoc est, spiritualia bona, ut in Psalmo, Exurge psalterium cum cithara, id est, opera cum fide: uel de ipso Domino, Resurrectio carnis cum uirtute. Decachordum, præcepta decem, uel geminati quinque sensus hominis exterioris cum interiore, in Psalmo, In decachordo, Psalterio, cū cantico et cithara, Organum, homo, uel ille qui est assumptus à Domino, In Psalmo, Laudate eum in chordis & organo. Tympanum, attenuatum corpus cum ieiunio: Chorus, concordia, In Psalmo, Laudate eum in tympano & choro. Tuba, uocis exaltatio in prædicatione diuina, ut in illo Propheta, Exalta ut tuba uocem tuam, Cymbala, labia dominum confitentia, uel dilectio Dei & proximi, In Psalmo, Laudate eum in Cymbalis bene sonantibus, Iubilatio, clamor spirituali feruore expressior, In Psalmis, Laudate eum in Cymbalis iubilationis.

Hæreticorum furor contra Ecclesiæ Cantus. 3. Reg. 12.

Mysteria diuina per Musica instrumenta significantur.

Psal. 80. Quid Cithara mystice.

Psal. 107. Quid Decachordū.

Psal. 91. Psal. 150. Quid Tympanum.

Quid Tuba. Esai. 58. Quid Cymbala. Psal. 150.

M ij De his,

De his, quibus animus ad orandum praepratur, Caput III.

Fides, spes, et Charitas praeprant ad orandū. Ecclē. 18.



Portet autem eos qui preces ad Deum fundunt, primum omnium ad orandum etiam esse praepratos. Ante orationem (inquit Sapiens) praepra animam, & noli esse homo quasi qui tentat Deum. Inter ea autem quibus anima ad orandum praepratur, praecipua sunt, fides, spes, charitas. Fides siquidem intellectum illuminat, & cor purificat, ut & Dei maiestatem uidere, & promissionibus eius credere, rursus infirmitatem & indigentiam nostrā cognoscere possimus: & quod Deus infirmis mederi, et indigentibus subuenire et possit et uelit. Spes, orantis animum ita confirmat, ut prorsus non dubitet quā Deus promisit, ea etiam a Deo se accepturum: sed et ita animum afficit, ut nequē petat, nequē speret alia, quā quae sunt bona, et uoluntati Dei non aduersa. Sola autem uita beata et aeterna, absolute orari et sperari potest. Tunc autem uitam beatam petimus, cum oramus, ut simus in populo Dei, atque ad eum contemplandum, et cum eo sine fine uiuendum peruenire possimus, luxa illud. Beatus populus, cuius est dominus Deus eius. Quisquis enim hanc uitam a Domino petit et requirit, certus et securus petit; nec timet si forte obstit, cum acceperit. Haec est enim sola et uera beata uita, ut contemblemur Domini delectationem in aeternū, immortales atque incorruptibiles corpore et spiritu: Propter hanc uitam caetera requiruntur, et non indecenter petuntur: Istam quisquis habuerit, omnia quae uult habebit, nec aliquid ibi uelle est, qui nec habere poterit quod non decebit. Ibi quippe est fons uitae, quem sitire nunc oportet in oratione, quamdiu in spe uiuimus: et quod speramus nondum uidemus, in protectione alarum eius: ante quem est omne desiderium nostrum, ut in ebriemur ab ubertate domus eius, et torrente uoluptatis eius potemur: Quoniam apud Deum est fons uitae, et in lumine eius uidebimus lumen: quando satiabitur in bonis desiderium nostrum, et nihil erit ultra, quod gemendo quaeramus: sed quod gaudento teneamus. Hanc igitur beatam uitam oramus et speramus, sed quam non uidemus, nam spe salui facti sumus: spes autem quae uidetur, non est spes, nam quod uidet quis: quid sperat: Si autem, quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus: Similiter autem spiritus adiuuat infirmitatem nostram. In reliquis uero locum habet, quod Paulus Apostolus ad Romanos scribit. Quid enim oremus sicut oportet, nescimus: Cuiusmodi sunt molestiae & tribulationes temporales, quae quoniam prodesse & nocere possunt: Si oremus, ut ab his omnibus liberemur, quid oremus, sicut oportet, nescimus. Sed & hoc deuotionis debemus Domino Deo nostro, ut si ea non abstulerit, non ideo nos ab eo

Effectus fidei.

Effectus spei. Ro 4.

Petere uitam beatā. Psal. 143. Vide Aug. Epistola. 121. quae est ad Probam.

Fons uitae. Psal. 35.

Spe salui sumus. Ro. 8.

Quid oremus sicut oportet, nescimus.

ab eo negligi existimemus: sed potius pia patientia malorū, bona speremus ampliora. Apostolus Paulus ter Dominum rogauit, ut stimulum carnis angelum Sathanā, qui eum colaphizabat, ab eo auferret: sed nesciuit sicut oportet quid oraret, nequē enim impetrauit quod orauit, quā potius quod non expediret, ab ipso etiam Domino auditit dicente, Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Propter quod & hanc deuotionem Deo exhibuit, ut non solum non existimaret se negligi a Domino, quia angelus Sathanā stimulus carnis ab eo non discedebat: sed etiam gloriatus est in infirmitatibus suis, ut inhabitaret in eo uirtus Christi, sibi quē ipsi placuit in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus. Saepē etiam in persecutionibus Dominus Deus quod petunt concedit iratus. Sic Israelitis in impatientia Regem petentibus, Regem dedit secundum cor eorum, non secundum cor suum. Sic diabolo petenti permisit, ut famulum suum Iob tentaret. Sic & rogantes immundos spiritus exaudiuit, ut in multos suos legio demonum immitteretur. Non igitur magni pendamus si impatienter aliquid petentes exauditi fuerimus, quod impetratum plus noceat quam profit: Nec rursus de misericordia erga nos Dei desperabimus, si non impetrauerimus: quod non impetratum uel tumorem superbiae sanet, uel patientiam nostram exerceat, denique quod uirtutem nostram in infirmitate confirmat: Nam in omnibus his, quid oremus, sicut oportet, nescimus. Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: qui autem scrutatur corda scit quid desiderat spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis. Quod sic accipiendum est, non quod spiritus ipse interpellat pro sanctis, indigentis enim est interpellare: nullius autem rei indigens est spiritus, sed quod interpellare sanctos facit, sicut in simili dicitur. Tentauit uos Dominus Deus uester, ut sciat si diligatis eum, hoc est, ut scire uos faciat, Interpellare itaque sanctos facit gemitibus inenarrabilibus, inspirans eis desiderium rei etiam adhuc incognitae, & tantae quidem quam per patientiam expectamus. Interpellare facit, qui nobis interpellandi & gemendi affectum inspirat, secundum illud Euangelij, Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis, Sed & qui in infirmitatibus, necessitatibus, & angustijs nostris, postulandi nobis affectum tribuit: idem etiam infirmitatem nostram adiuuat, & uirtutem nostram in infirmitate corroborat. Charitas orationem inflammat, & mentem in Deum pio & pleno affectu assurgere facit. Haec duplex est, Dei & proximi. Charitatem Dei in nobis accendit inenarrabilis bonitas eius, qua nos ad similitudinem suam fecit: lapsos in peccatum redemit, & in filios & cohaeredes regni sui adoptauit. Propter hanc bonitatem in eo delectamur: ipsum ex toto corde nostro, ex tota mente nostra, ex tota anima nostra, & ex totis uiribus nostris diligimus. Huic cohaeret charitas proximi, quam in nobis

Exemplū in Paulo. 2. Corin. 12.

Deus alio quando ira exauditi. 1. Reg. 8. Iob 1. & 2. Lucē. 8.

Quo spiritus postulat aut interpellat pro nobis. Rom. 8.

Deut. 13.

Matth. 10.

Effectus Charitatis erga Deū.

Deut. 6. Matth. 22. Erga proximum.

excitat eiusdem naturæ participatio, idem ortus, idem interitus, eadem habitatio, mundus: unus & idem omnium Deus, unus Christus, unus Spiritus, una fides, unum baptisma, communio in uno corpore, cuius caput est Christus. Oportet igitur orantem ita diligere Deum, ut tota mente in ipsum rapiatur: illud Psalmi subinde meditans. *Gustate & uidete, quoniam suavis est Dominus, beatus uir qui sperat in eo.* Item illud, *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Proximum autem ita diliget, ut si quid in eum peccauit, id ei remittat, & omne uenenum inuidiæ & detractionis euomat & abijciat: exemplo quorundam serpentum, qui bibituri, priusquam ad fontem ueniant & bibant, omne uenenum euomunt. Sic & deprecator, serpentem imitatus (iuxta illud Christi. *Estote prudentes sicut serpentes*) omne uenenum iræ amarum euomere debet: & remittere conseruis suis, ut & sibi à Domino remittantur peccata sua: *Dicitum est enim, Dimittite, & dimittetur uobis: date, & dabitur uobis.* His igitur tribus uirtutibus muniti & præparati, securè ad orandum Deum accedere possunt, id est, qui spiritum habent fidei, spei, & charitatis: Spiritum, inquam, qui interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: Spiritum qui adiuuat infirmitatem nostram, spiritum quem accepimus, non in timore seruitutis, sed adoptionis filiorum, in quo clamamus, *Abba pater:* Siue quem Deus ita misit in corda nostra clamantem, *Abba pater.* Sicut ergo nemo rectè sapit, rectè intelligit, rectè consilio ac fortitudine præualet: nemo scienter pius est, uel pie uiuens, nemo timore casto Deum timet, nisi acceperit spiritum sapientiæ & intellectus: consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis, & timoris Dei: nec habet quisquam uirtutem ueram, charitatem synceram, continentiam religiosam, nisi per spiritum uirtutis & continentiæ. Ita sine spiritu fidei non est rectè quispiam credentis, nec sine spiritu orationis illo, qui pro nobis interpellat gemitibus inenarrabilibus, quicquid à Deo fidem cordibus nostris infundit, ut promissionibus diuinis credamus, ad spem erigit, ut quod petimus cum fiducia expectemus, nec de promissione uerace Dei ullo modo dubitemus: ad charitatem tam Dei quam proximi inflammati, ut puro corde & conscientia amanter præcando in Deo delectemur.

Qui sunt qui orant inaniter? *Solæ siquidem uirtutes istæ, fides, spes, & charitas, ad Deum perduunt orantem, id est, credentem, sperantem & desiderantem. Ac proinde inaniter orant, qui uel promissionibus Dei non credunt, uel quod petunt impetraturos se non sperant: aut non sancta, non iusta, non Deo placita petunt: aut per hypocrisim orant, tantum ut uideantur coram hominibus: interim in peccatis obstinati, uenditi & traditi in peccatum: Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis, ac de illis omnibus dicitur: *Petitis & non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiscentijs uestris insumatis.* Item, *Spes**

Ephes. 4.

Orans quo modo diligere debet.

Psal. 33. Psal. 36.

Aug. Epistola 111.

Matth. 10.

Lucæ. 6.

Spiritus fidei, spei & charitatis.

Ro. 8.

Aug. Epistola 105.

Esaiæ. 11.

Spiritus Orationis.

Qui sunt qui orant inaniter? Matth. 6.

Proverb. 2. Iacob. 4.

Spes impiorum peribit. Item, Spes hypocritæ peribit, & sicut tela araneorum fiducia eius. Item illud Prophetæ, *Cum multiplicaueritis orationem non exaudiam, manus enim uestræ sanguine plenæ sunt.* Item, *Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumes pro eis laudem & orationem: & non obsistas mihi, quia non exaudiam te.* Item, *Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, & non audiam eos.* Item, *Noli orare pro populo isto in bonum, cum ieiunauerint non exaudiam preces eorum &c.*

De Abusibus Clericorum in Cantu et cultu diuino. Caput IIII.



Alus certe abusus in Laicis est, Dei cultum negligentibus, sed perniciosior multo est in Clericis: quorum multi hac tempestate diuina officia, non solum negligenter peragunt, sed prorsus etiam deserunt, præsertim in Ecclesijs Cathedralibus & Collegiatis. In quibus Canonici quidam paucis aliquot mensibus residetes, eo ipso etiam tempore quo resident, uel raro Ecclesiam ingrediuntur: non solum suis negocijs uacantes, sed turpibus etiam rebus operantur: uel ingressi, diuinorum spectatores magis sunt quam actores. Interim maxime attentis, non quo officijs suis defungantur, sed quo fructibus præbendarum suarum, et quotidianis distributionibus perfruantur. Contra hunc abusum Concilium Aurel. Primum, ita statuit Clerici, qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium Episcopi, Ecclesiasticam suscipiant disciplinam, Item Carthaginense Quartum, Clericus, qui absque corpusculi sui inæqualitate, uigilijs deest, stipendijs priuatus, excommunicetur. Item, Clericum intertentationes ab officio suo declinantem uel negligentius agentem, ab officio remouendum, Bonifacius Papa Octauus statuit, ut distributiones quotidianæ non nisi Clericis, qui officijs in ipsis Ecclesijs affuerint, tribuantur: Qui uero aliter de distributionibus receperint, nisi quos iusta & rationalis causa, uel euidens Ecclesiæ utilitas excusauerit, rerum receptorum dominium minimè acquirant. Sane hæc decreta hunc abusum, etiam grauium pœnarum irrogatione, tollendum esse declarant: Verum non satis exprimunt, qua pœna quæ negligentia sit emendanda. Nam hodie ferè uidemus, eos etiam, qui certis tantum, sed paucis tamen anni diebus Ecclesiam ingrediuntur, diligentes tamen uideri & haberi uelle. Alij, tempore celebrationis diuinorum, Ecclesias uix à limine salutantes, mox abeunt, et ad prophana diuertuntur, qui & iidem ab omni negligentia immunes esse uolunt, omnes ex æquo lucris magis quam diuinis officijs intenti. Proinde declarandum eris

de clericis non residentibus

69

1.

Abusus & negligentia Canoniorum.

c. 30.

c. 49.

ibidem. c. 56.

C. de cle. non resid. lib. 6.

et sic in iuste possidet

Vt abrogentur per Concilium iniqua Canoniconum statuta. dum erit in Concilio, quæ negligentia, quibus pœnis sint coercendæ. Et in primis cauendum, ut Ecclesiarum consuetudines & statuta, quæ negligentia Clericorum patrocinantur, abrogentur: Qualia sunt de præbendis liberis, ut uel certis anni temporibus, uel perpetuo absentibus, de earum fructibus participant, ut unus eodem tempore diuersarum præbendarum in diuersis Ecclesijs fructus lucrifacere, siue (ut uocant) promereri possit, & si qua sunt huius generis similia. Alius

II. Ne quis cum armis ad diuina ingrediat. quod quidam tempore diuinorum officiorum Ecclesiam armati ingrediunt, quæ Conciliū Arelatense tertium correxit: Sacrificia, inquit, matutina Missarum siue uespertinarum, ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum usum, expectat. Quod qui fecerit in sacerdotis potestate constitat, qualiter eius districtione debeat castigari. Illud etiam in celebratione diuinorum officiorum uelut abusus reprehenditur, quod

III. Ut tollatur ineptæ aut nimis prolixæ compositiones. quædam rudius etiam quam oportet composita, quædam nimis prolixæ sunt, ut quæ tædium magis prolixitate generent, quam decenti compositione deuotionem in cordibus fidelium excitent. Quibus accedit, quod ea etiam, quæ recte composita sunt: partim propter ineptiam ministrorum, non recte leguntur aut cantantur, immo nec prolata intelliguntur: Partim immoderato magis strepitu uocis & clamore, quam pia in Deum animi deuotione & affectu proferuntur.

Emendatio huius abusus.

Qui abusus ita emendabitur, si reiectis omnibus, quæ uel ab Idiotis, & prophanis magis quam sacris scripturis composita, uel ab hæreticis deprauato uero scripturarum sensu, in cantu & lectionibus Ecclesiasticis obtrusa sunt (quorum hodie multa in Ecclesijs audiuntur) ea quæ ex sanctis scripturis composita, recta à sanctis patribus approbata, sibi aut abiecta aut neglecta fuerint, reuocentur: & si qua in lectionibus, deuotioni tam legentium quam audientium contraria, prolixitas reperiatur, ea reseruato nihilominus legitimo sacrorum ordine amputetur: statuaturque, ut omnia ita proferantur, ut & qui legunt & qui audiunt, quæ proferuntur, distincte intelligant, eoque moderamine uocis utantur, ut Deo magis piuum melos concinere, audientiumque animos ad pietatem excitare, quam amatorium aliquod aut

Vt Canonici libri legantur in Ecclesijs. Laod. c. 59. In cap. grecarum Synodorum c. 68. Ephe. 5.

III. Ut corde & affectu deuote cantetur. bellicum, aut uenatorium, aut Theatricum personare, auribusque magis quam animis deseruire uideantur. De qua re ueterum quoque aliqua exempla extant, quibus declaratur, & olim tales fuisse abusus, & his ipsis patres quoque mederi uoluisse. Non oportet (inquit Canon Laodicensis Concilij) ab Idiotis, Psalmos compositos & uulgares in Ecclesijs dici: neque libros, qui sunt extra Canonem legere, nisi solos Canonicos ueteris & noui testamenti, Quod & in capitulis graecarum Synodorum constitutum reperitur. Item Hieronymus in Epistola ad Ephesios, Cantantes & psallentes in cordibus uestris Domino. Audiant hæc adolescentuli, audiant hijs, quibus in Ecclesia est psallendi

psallendi officium: Deo non uoce, sed corde cantandum. Nec in Tragediarum modum guttur & fauces medicamine liniendæ sunt, ut in Ecclesia, Theatrales moduli audiantur & Cantica. Adeo autem cor & animi affectus in legendo & cantando spectatur, ut Augustinus magis tolerandos esse putet, Idiotas barbarè: sed deuotè tamen profertentes, quam doctos congruè & apto sono: sed nullo tamen pio affectu, modulantes: quanquam utrunque & illorum torporem & horum ruditatem corrigendam esse existimet. Sedulo, inquit, monebantur scholastici, ut humilitate induti Christiana, discant non contemnere quos cognouerint, morum uitia magis quam uerborum deuotare: sed cordi casto linguam exercitatam nec conferre audeant, quæ etiã præferre consueuerunt. Hic maxime utile est, nosse, ita esse præponendas uerbis sententias, ut præponitur animus corpori. Ex quo fit, ut ita malle debeant ueriores, quam disertiores audire sermones: Sicut malle debent prudentiores, quam formosiores habere amicos: nouerint enim non esse uoces ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt, si aliquos Antistites & ministros Ecclesiæ forte animaduertent, uel cum Barbarissimis & Solocissimis Deum inuocare: uel eadem uerba, quæ pronunciant, non intelligere, perturbateque distinguere: Non quia ista minime corrigenda sint, ut populus ad id quod planè intelligit dicat, Amen: sed quia pie toleranda sunt ab eis qui didicerunt, ut sono in foro, sic uoto in Ecclesia benedici. Itaque forensis illa forte Bona dictio, nunquam tamen Benedictio dici potest.

Deuotus Idiotæ Doctis inde uotis præferendi sunt.

Aug. in lib. de Catechizandis rudib. c. 20. Sedulo. 38. dist.

Ne irideatur in Ecclesijs in doctiores Antistites.

De Humilitate in oratione, pœnitentia, & luctu, & ritibus eorum, Caput V.



Piritus orationis humilitatem tribuit, nam quibus fidem, spem, & charitatem dat, ijs simul etiam largitur, ut non solum promissionibus Dei credant, & illis fiducialiter inhæreant: sed etiam ut indigentiam & infirmitatem suam agnoscant, nec eam ab alio quam à Deo leuari posse credant. Inde humilitas nascitur, quæ & ipsa animum ad orationem præparat: iuxta illud Psalmi, Deus in orationem humilium respicit, & non spernit precem eorum. Et iterum in Psalmo, Iuxta est Dominus his, qui tribulati sunt corde: & humiles spiritu saluabit. Item in Esaia, Super quem respiciam, nisi super humilem & contritum spiritu, & tementem sermones meos? Humilitatem comitatur pœnitentia, pœnitentiã luctus: Ad utranque hortatur Iudith sacerdotes & populum. Sed quia, inquit, patiens est Dominus, in hoc ipso pœnitentiamus, & indulgentiam eius fufis lachrymis postulemus.

Humilitas orationem adiuuat.

Psal. 101.

Psal. 33.

Esaie. 66.

Iudith. 8.

- postulemus, Et paulo post. Et ideo humiliemus ei animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruentes illi dicamus, flentes domino, ut secundum uoluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam: ut sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam denotstra humilitate gloriemur. Humilitatis, pœnitentiæ, & luctus causæ, ritus & signa sunt, Ieiunium, cuius in capite, scissa uestimenta, cilicium, faccus, lachrymæ, prostratio in terram, barba rasa, caluitium. Quibus ritibus patres ueteris testamenti, crebro in orationibus pœnitentiæ & luctu: interdum uno separatim, interdum multis: interdum omnibus coniunctim usi sunt in oratione. Quomodo Sara, cum opprobrium ancillæ patris sui audisset, tribus diebus & tribus noctibus non manducauit, neq; bibit: sed in oratione persistens, cum lachrymis deprecata est Deum, ut ab ipso improperio liberaret eam. Sic Bethuliam obfidente Holiferne, clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna: & humiliauerunt animas suas in ieiunijs & orationibus, ipsi & mulieres eorum: & induerunt se sacerdotes cilicij, infantes prostrauerunt contra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio, & clamauerunt ad Dominum Deum Israel: Et clamauerunt unanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & uxores eorum in diuisionem, et ciuitates eorum in exterminium, & sancta eorum in pollutionem, & fieret in opprobrium gentibus. Item filij Israel, ut uiderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua, unanimes orantes, ut Deus Israel misericordiam suam ostenderet, super populum suum: lidem facto fletu, et ululatu magno, in Ecclesia, & per multas horas una uoce orarunt, clamauerunt dicentes, Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus: Tu qui pius es, miserere nostri, & in tuo flagello uindica iniquitates nostras, & noli tradere consitentes te populo qui ignorat te, ut non dicant inter gentes, Vbi est Deus eorum. Hester quoq; Regina confugit ad Dominum, pauens periculum quod imminebat. Cumq; deposuit uestes Regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro unguentis uarijs, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiunijs: omniaq; loca, in quibus antea lætari consueuerat, crinium laceratione compleuit, & deprecabatur Dominum Deum Israel, dicens, Domine mi, qui Rex noster es &c.
- I.** Daniel de oratione sua. Ego Daniel, inquit, posui faciem meam ad Dominum meum, rogare & deprecari in ieiunijs, sacco & cinere, & orauit Dominum Deum meum, et confessus sum, et dixi, Obsecro Domine Deus magne & terribilis &c. Neemias, audita afflictione Iudæorum in Hierusalem, sedit & fleuit, & iuxit diebus multis, & ieiunauit, et orauit ante faciem Dei cœli. Quæso Domine Deus cœli fortis &c. In pœnitentiâ. Achab pœnitentiâ agens, pro admissio homicidio Naboth, scidit uestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam: ieiunauit que,

- que, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Item Iob, Saccum conserui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Item, Ago pœnitentiâ in fauilla & cinere. Item Psaltes, Cinerem meum tanq; panem meum manducabam, & potum meum cum fletu miscuebam. Niniuitæ, cum audissent à Iona imminere subuersionem urbis futuram, crediderunt in Domino, & prædicauerunt ieiunium, & uestiti sunt faccis, à maiore usq; ad minorem: & peruenit uerbum ad Regem Niniuæ, & surrexit de solio suo, & abiicit uestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, & clamauit & dixit, In Niniuæ, ex ore Regis & principum eius dicens, homines & iumenta, & boues, & pecora, non gustent quicquam: nec pascantur, & aquam non bibant, & operiantur faccis homines & iumenta: & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur uir à uia sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum: Quis scit si conuertatur & ignoscatur Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Et uidit Deus opera eorum, etc. Item Hieremias in Threnis, Sederunt in terra, conticuerunt senes filiarum Sion, consperferunt cinere capita sua, accincti sunt cilicij. Item Christus apud Matthæum et Lucam, Væ tibi Corazaim, uæ tibi Betsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio et cinere pœnitentiâ egissent. In luctu, Iacob uestibus scisis, indutus est cilicio, iugens filium suum multo tempore. Et in Psalmo, Operui in ieiunio animam meam, et factum est in opprobrium mihi, et posui uestimentum meum cilicium, factus sum illis in parabolam. Mardocheus, cum audisset caluniam Aman aduersus Iudæos concinnatam, scidit uestimenta sua, et indutus est sacco, spargens cinerem capiti: et in platea mediæ ciuitatis uoce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, et hoc eiulatu usq; ad fores palatii gradiens. Dauid, Abner mortuo, dixit ad Iob et ad omnem populum, qui erat cum eo, Scindite uestimenta uestra, et accingimini faccis, et plangite ante exequias Abner. Idem Dauid, cum Dominus percussisset paruulum, quem pepererat ei uxor Vriæ, deprecatus est dominum pro paruulo, et ieiunauit Dauid ieiunio, et ingressus seorsum iacuit super terram. Idem Dauid, cū audisset Saul ab Amalechite interfectum, apprehendens uestimenta sua scidit: omnesq; uiri qui erant cum eo, et planxerunt, et fleuerunt, et ieiunauerunt usq; ad uesperam, super Saul et super Ionatham filium eius, etc. Sed et Prophætæ, quoties ad orandum Deum, et ad agendam pœnitentiâ, et lugendum hortantur: simul etiâ ritus, quibus ea peraguntur exprimunt, ut Esaias, Ascendit domus et Dibon ad excelsa in planctum super Naboth et Medaboth: Moab ululabit, in cunctis capitibus eius caluitium, et omnis barba radetur: in triuijs eius accincti sunt sacco, super tecta eius et in plateis eius ululatus descendit in fletum. Et accingent se cilicij (inquit Prophætæ Ezechiel) et operiet eos formido, et in omni facie confusio, et in uniuersis

VIII.

Iob. 16.

Iob. 4.2.

IX.

Psal. 101.

X.

Ione. 3.

XI.

Thren. 2.

XII.

Matth. 11.

Luc. 10.

XIII.

De Luctu.

Gene. 37.

XIII.

Psal. 68.

XV.

Hester. 4.

XVI.

2. Reg. 3.

XVII.

2. Reg. 11.

XVIII.

2. Reg. 1.

XIX.

Esaie. 15.

XX.

Ezechiels. 7.

XXI uniuersis capitibus eorum caluicium. Item Hieremias, Omne caput caluicium, & omnis barba rasa erit, in cunctis manibus colligatio; & super omne dorsum caluicium, & super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis planctus. Item, Tribulatio apprahedit nos, dolores ut parturientem, nolite exire in agros, & in uineam ne ambuletis; quoniam gladius inimici pauor in circuitu: filia populi mei accingere cilicio, & aspergere cinere. Item Iohel, Accingite uos & plangite sacerdotes, ululate ministri altaris: Ingreddimini, cubate in sacco ministri Dei mei. Item Amos Propheta, Inducam super omnem dorsum uestrum saccum, & super omne caput caluicium, Nonnunquam etiam Propheta iram Dei, per poenitentiam placandam, huiusmodi rituum uocabulis prænunciant: ut Ezechiel de fletu & ruina Tyri, Nautæ & uniuersi gubernatores maris, in terra stabunt, et eiulabunt super te uoce magna, & clamabunt amarè, & superiacient puluerè capitibus suis, & cinere conspergètur, & radent super te caluiciu, & accingentur cilicijs, et plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo, & assument super te carmen lugubre, & plangent te, etc.

De Ieiunio & Eleemosyna & eorum Cæremonijs, Caput VI.

Oratione adiuuant Ieiunium & Eleemosyna.


Psal. 34.

1. Ioh. 3.

Act. 10.

Oratio superborum nihil ualet.

Ieiuniu hypocritarum.



Inter ea autem, quæ orationem adiuuant, præcipua sunt, Ieiunium, & corporis a uoluptibus carnalis concupiscentiæ refrenatio, & eleemosyna. Ieiunium quidem, quia ad humilitatem nos præparat, iuxta illud, Ego cum mihi molesti essent inducbar cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam. Eleemosyna, quæ si quis habens substantiã huius mundi, et uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo: Et quomodo misericordiam Dei implorabit, qui misericordiam denegat fratri: Contra uerò, qui misericordiam exercens in fratrem, eleemosynã facit: eius oratio ascendit ad Deum. Quemadmodum angelus ad Cornelium Centurionem dixit. Corneli, inquit, orationes tuæ et eleemosynæ tuæ, ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Qua ratione et angelus apud Tobiam et ieiunium, et eleemosynam commendat, Bona est, inquit, oratio cū ieiunio & eleemosyna, magis quàm thesaurus auri reconditi. Proinde, ut oratio superborum nihil apud Deum ualet, neque enim superbi ab initio placuerunt ei: sed humilium et mansuetorum semper ei placuit deprecatio, ut ait Iudith: Sic nec ieiunium, nisi ab humili corde procedet, nihil ad orationem confert. Vnde et hypocritarum ieiunium condemnat Christus, quia a superbia magis et appetitu uanæ gloriæ, quàm ab humilitate proficiscitur. Cum autem ieiunatis, inquit, nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes, qui exterminant facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes, Amen

Amen dico uobis, quia receperunt mercedem suam: Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uideare hominibus ieiunare: Sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Similiter & eleemosyna, quæ ab hypocritis & superbia procedit, nihil ad orationem conducit. Quod idem & Christi uerbis confirmatur, Attendite, inquit, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in cælis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt, in synagogis & in uicis, ut honorificentur ab hominibus, Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui uidet in abscondito, reddet tibi. Sed nec oratio ualet apud Deum, quantumlibet ieiunio & eleemosyna adiudum præparato animo, nisi eadem ipsa ex corde procedat humili. Oratio humiliantis se (inquit Sapiens) nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur. Proinde & hypocritism & superbiã, etiam in ipsa oratione, reprobatur Christus. Et cum oratis, inquit, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & angulis platearum stantes orare, ut uideantur ab hominibus, Amen dico uobis, receperunt mercedem suam: tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Apte igitur tria hæc, ieiunium, eleemosynam, & orationem, coniunxit Dominus: Illa duo, ut animu orantis ad humilitatem præparent: Orationem autem ipsam, ut à mente humili procedens, accepta fiat in conspectu Dei. Quod & Esaias Propheta confirmat his uerbis. Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi: Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui contracti sunt liberos, & omne onus dirumpe: Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuam, Quando uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis et dicet, Ecce adsum, quia misericors sum Dominus Deus tuus. In ieiunio igitur sex spectantur: quid sit, quæ sit eius origo, moderatio cibi & potus, abstinentia, delectus ciborum, & tempus abstinentiæ. Ieiunium ergo ita diffinire possumus, ut sit abstinentia, qua à cibo & potu, refrenandi corporis, ac illicitarum uoluptatum cohibendarum gratia, temperamus: ut ad facienda opera Spiritus promptiores alacrioresq; ad declinanda uero opera carnis, fortiores constantioresq; reddamur. Ieiunium siquidem ob id institutum est, ut hoc ipso carnis petulantia dormetur. Nam subtracto ad tempus cibo et potu, non solum corporis uires, sed ipsæ etiam turpes uoluptates lassescunt, quo tum animus ad humilitatem & reliquas uirtutes, tum ad ea perficienda, quæ spiritus

Vide Ambr. in lib. de Hel. et ieiunio. cap. 10

Eleemosyna hypocritarum.

Oratio superborum inanis.

Matth. 6

Esai. 58 Verum & Deo placitum Ieiunium.

Quid ieiunium.

N ritus

In praefati- ritus sunt, promptior et alacrior reddatur. Vnde recte canit Ecclesia,
one Missae Qui ieiunijs uitia comprimis, mentē eleuas, uirtutem largiris & pre
Quadrage mia, per Christum Dominum nostrum. Proinde abstinentia eos
fimalis. rum, qui cum a cibo & potu temperant, interim auaritiā student, ac
ieiunū ex illicitis uoluptatibus operam dant, minime ieiunium dici debet. Qua
auaritiā, in lis est (exempli gratia) abstinentia diuitis.
hil ualet.

Ambr. in lib.
de Nabut, c. 4.
Hora li. 1. Ser.
Saty. 1.

Quem tuuat immensum argenti pondus & auri

Furtim defossa tumidum deponere terra,

Quod si comminuat uilem redigatur ad assem.

Aut cuius, Milla frumenti contriuerat area centum.

Qui ne quid de aere, aut cōdito frumentorū aceruo, diminuāt, horū
Ieiunium rea concludit: & ne pane quidē, qui ad pellendā famē sufficiat, uescit:
uenantium Quiq; adeo (Quod Amb, de quodā diuite auaro scribit) Si ouū ap
Ambr. Ser. 33 ponatur, conqueritur, q; pullus sit occisus. Sic et inutile, et inane est ieiunium, Immo ieiunū ne id quidē dici debet eius, qui primo diluculo non ad Ecclesiam uigilat, non beatorum martyrum loca sancta requirit: sed surgēs congregat seruos, disponit retia, canes producit, saltus syluāsq; perlustrat, & tōta die uenationibus inuolatur: nunc clamorem immoderatum effert, nunc silentium latenter indicit: lae

Peruersum tus, si quid ceperit: iratus, si id, quod non habebat, amiserit: Et tanto
& reprobū studio gerit, quasi ideo ieiunium indictum fuerit ut uenetur. His ex
ieiunium. emplis, quorum alterum ad auaritiā, alterum ad luxuriā pertinet, docemur: minime ieiunium esse aut uocari debere, eorum qui ieiunant non ut Deo atq; orationibus uacent, sed ut tota die genio & uoluntati suae indulgeant, & ociosi ac liberi proprias exercent uoluptates: Et si qui huiusmodi est, uespere ac declināte iam sole, manducet: & tardius, & modicis uescatur, non tamen Domino ieiunasse uideri potest, Non enim uidetur, uoluntatem suam exercens, fecisse Domini uoluntatem. Hāc enim uoluntas est Domini, ut ieiunemus a cibis pariter & a peccatis: Qui autem ieiunant, & peccant, lucrum quidem escaurum uidentur fecisse, non salutis: & parcendo copijs reple

Esai. 58 pleffe cellarium, non mentem saginasse uirtutibus. De quorum ieiunio Propheta ex persona Domini: Vt quid mihi ieiunastis? non tale ieiunium elegi, dicit Dominus. Recte igitur ieiunamus, si simul & a cibo, & a peccato abstineamus. Si quid autem aliud praeter mandatum Dei fecerimus, quamuis abstineamus, non ieiunamus. Origo ieiunij non noua est, sed cum ipso statim mundo coepit: Immo, primus usus mundi, a ieiunio coepit, quando lux clara respanduit. Secundus dies in ieiunio, quando caeli factum est firmamentū. Tertio die, pabulum terrae germinauit, natura obsequium praebuit: ieiunium tamen caelestis disciplina seruauit. Quarto die, luminaria facta sunt solis & lunae, & adhuc ieiunium. Quinto die, produxerunt aquae reptilia animalium,

Esai. 58

Ambr. de Heretia et ieiunio, c. 4. Ieiunium ab initio mundi.

marum & uolatilia uolantia super terram, secundum firmamentum caeli: & uidit Deus quia bona sunt, & benedixit eis, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete aquas, quae sunt in mari: & uolatilia multiplicentur super terrā, & adhuc ieiunium: Deniq; benedixit ea. Scriptum est, Et dixit: Crescite: & non dixit, edite & manducate. Sex die bestiae sunt creatae, & cum bestijs orta edendi potestas est, & usus escaurum. Vbi cibus coepit, ibi finis factus est mundi: ubi coepit sua incrementa nescire, ibi coeperunt diuina circa eum opera ferriari. Quo indicio declaratum est, quod per cibos mundus haberet imminui, per quos desijt augeri. Nemo delictum sciebat, nemo poenā timebat, nemo nouerat timorem. Plantauit Dñs Paradisum, ad gratiam beatorum, posuit ibi hominem operari, & custodire eum. Et ut sciamus nō esse nouum ieiunium, primam illic legem constituit de ieiunio. Sciebat em̄, quod per efcā culpa haberet intrare: intrauerat prima poena, de ieiunij praearicatione, dicente mandato Dei: De ligno, quod est scientiae boni & mali, non comedetis: qua die autem manducaueritis ex eo, morte moriemini. Eousq; autem nemo praearicari nouerat, ut adhuc orta non esset, quae prima est praearicatio. Indictum ieiunium: abstinentiae lex a Domino Deo, praearicatio legis a diabolo: culpa per cibum, latebra post cibū. Cognitio infirmitatis in cibo, uirtus firmitatis in ieiunio. Deniq; quandiu interdictis abstinuere, nesciebant esse se nudos: posteaq; manducauerunt de interdicta arbore nudatos esse se cognouerunt. Merito ergo mulier, ubi culpae agnouit autorem, interrogata respondit: Serpens persuasit mihi & manducaui. Serpens, gulae persuadet: Dñs, ieiunare discernit. Deniq; ipse ait, ieiunate & orate, ne intretis in tentationem. Itaq; gula de Paradiso regnantem expulit: abstinentia ad Paradisum reuocauit errantem.

His omnibus consentit, quod de eadem re scribit Basilus, & alibi confirmat Augustinus. Vetus quidem munus est, inquit, ieiunium, nunquam senescens seu tabescens, sed continuo uigens florensque. Putas me uetustate ieiunij, ex lege sumere? & lege antiquius est, idque, si me parumper audieris, scies. Noli existimare diem propiciationis apud Israel septimi mensis, die decima consecratum esse ieiunij principium. Historias paululum percurrere, uetustum ipsius uestigia initium. Patrum thesaurus est: quicquid uetustate excellit, uenerabile est: ieiunij canicem diligenter uenerare, homini primo coeuum est, in Paradiso prius institutum. Mandatum prius Adam accepit: De ligno scientiae boni & mali, ne comedatis. Hoc autem, Ne comedatis, ieiunij simul et abstinentiae lex est. Et paulo post, Sancti omnes, ueluti haereditatem quandam, ex patribus acceptum ieiunium ita seruauerunt, ut pater filio per manus traderet: unde & ad nos usque, ista ieiunij possessio conseruata est. Non erat in Paradiso terrestri uinum, non animalium sacrificia, non carniū usus: post diluuium & uinum

Esca sexta die mundi concessa e.

Præuaricatio ieiunij in paradiso

al. 4 Vigilatē. Matth. 26

Basil. in serm. de ieiunio. August. lib. 1. contra Iulianū. Vetus ieiunij ante legem. Leui. 23

Ufus uini post diluuiū coepit

reperitū est, & dictum, ut olere, uescimini quibuslibet: posteaq̄ desijse perfectio, tunc admixta sunt delitiæ. Noe exemplum gerit sobrietatis, qui uini usum ignorauit, nondum enim uenerat in uitam mortaliū, nec in usū & consuetudine habebatur. Cum igitur neq̄ uidisset antea, neq̄ bibisset uinū Noe, ipsius nocumento læsus, imprudenter cecidit. Plantauit enim (inquit scriptura) Noe uineam, & bibit de fructu eius, & inebriatus est: non quod uini potator esset, sed quod experientiam uini non habens, ignorauerat bibendi illius mensuram. Sic itaq̄ uini usus post Paradisum inuentus est, ex quo sane apparet, ieiunij & abstinentiæ decus antiquissimum esse. Hæc Basilius. In ieiunio igitur spectantur, moderatio cibi & potus, abstinentia, delectus ciborū, et tēpus abstinentiæ. Abstinentia cibi moderata esse debet, ut et corpus nō lasciuiat, et tñ ad opera spū itus nō reddatur inutile. Nō mediocriter errant (inquit Hiero.) qui bono magno præferunt mediocriter bonū: nōne rationabiliter hō dignitatē amittit, q̄ uel ieiunij charitati, uel uigilias præfert sensus integritati, ut propter abstinentiā immoderatā, atq̄ indiscretā Psalmorū uel officiorū decārationē, aut amentię aut tristitię notā incurrat. Et post pauca. Audiant itaq̄, qui ea quæ necessaria sunt corpori subtrahunt: illud q̄d per Prophetā Dñs loquitur. Ego Dñs odio habens rapinā holocaustorū. De rapina uero holocaustū offert, qui tēporalia bonorū siue ciborū nimia egestate, uel manducandi et somni penuria, corpus suū immoderate affligit.

Genes. 9

Ut abstinentia sit moderata. c. nō mediocriter de cons. dist. 5

Esai. 61

Rom 13

Gal. 5

Ut sit cibus sufficiens, non abundans neq̄ deficiens.

Heluonū uita breuis & inualida

1. Tim. 5

Quale fuit noster stomachū tuū, & frequētes tuas infirmitates. Abstinentiā ei & potus ita moderati sunt S. Patres, ut ieiunij imperatis siue indiētis, Semel tantū in die cibus sumat, nec ante tñ q̄ sacris peractis, & uespertinis officijs cōpletis, Sic em̄ in Concilio Cabilonensi, ea de re

diffinitū est. Solent plures, qui se ieiunare putant in Quadragesima, mox ut signum audierint ad horam nonā, comedere, qui nullatenus ieiunare credēdi sunt, si ante manducauerint quam uespertinum celebretur officium. Concurrentū est enim ad Missas, & auditis Missarum solennib. & uespertinis officijs & largitis elemosynis, ad cibum accedendū est: si uero aliquis necessitate constrictus fuerit, ut ad Missam uenire non ualeat, æstimata uespertina hora, completa oratione sua ieiunium soluat. Augustinus narrat suo tempore uulgatissimū fuisse, quotidie semel sub noctem reficere corpus, qm̄ & multos fuisse affirmat, qui continuū triduū, & amplius, sine cibo & potu uixerint. Iam et delectū quendā ciborum, ueteres in ieiunio seruauerūt. Primū enim, ut a primis humani generis parentib. ordiamur. Adam & Eua in ipsa Paradiiso arborū fructibus aliti sunt: Eiecti quoq̄, non nisi pomis, olere, & frugibus uescebantur, & aquæ frigidæ potu. Carniū uero & uini usum, homines usq̄ ad diluuij tempora ignorarunt, id est, post duo milia et Ducentos Quadraginta duos annos, q̄ mundus cōditus est, iuxta Septuaginta duorū interpretū computationē. Posterioribus deinde temporib. alij quoq̄ multi hōes uilissimo cibo et potu aliti et sustentati fuerunt. Daniel, Ananias, Azarias, Mizacl, cū Babylonij captiui essent, contempta Regis mensa, habitiores et rubicundiores apparuerūt cæteris, qui uino, Regijsq̄ & delicatiorib. epulis nutriti erant: quib. a Deo scientiā datā legimus, & disciplinā in omni libro et sapientiā: Danieli autē, omniū uisionum et somniorū scientiā. Deniq̄ omne uerbū sapientię et intellectus, quod sciscitatus est ab eis Rex, inuenit in eis decuplū super cūctos Ariolos & Magos, qui erāt in uniuerso regno eius: Alibi Daniel ipse inqt, Panē desiderabilē non comedi, & caro & uinū non introierunt in os meū: Sed hic interim uisiones uidet, cum angelo loquitur, futura discit. Filij Ionadab semper abstemiū fuerunt, patris præceptis obsequentes: propinantib. em̄ calices et Scyphos uino plenos responderūt, Non bibemus uinū, quia Ionadab filius Rechab, pater noster, præcepit nobis, dicens, Non bibetis uinum uos & filij uestri in sempiternū. Quamobrē & a Dño audire merentur, Non deficiet uir de stirpe Ionadab filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. Salomon sapientiore se fore crederet, si abstemius uiueret. Et cogitauit, inquit, in corde meo, abstrahere a uino carnē meam, ut animū meū transferrem ad sapiētiā, deuitareq̄ stultitiā, donec uiderē quid esset utile filijs hominū. Aaron et sacerdotibus in Leuitico dicit, Vinū, et omne quod inebriare potest, nō bibetis tu & filij tui, quando intrabitis tabernaculū testimoniū, ne moriamini, ut habeatis scientiā discernēdi inter sanctū et prophanū: inter pollutū et mundū, doceatisq̄ filios Israhel om̄ia legitima mea, que locutus sum ad eos per manū Moysi. Illis etiā qui ex uoto Dño consecrabantur, quos Nazaræos uocabant, præceptū erat, ne uinū gustarent,

lib. de morib. Eccl. Cath. 2. 33
 Exempla delectus ciborum in uet. testam.
 I.
 II.
 III.
 Daniel. 1.
 IIII.
 Daniel. 10
 V.
 Hiero. 35
 VI.
 Ecclesi. 2
 VII.
 Leuitici. 10
 VIII.
 Numero. 6

N iij rent,

Exempla delectus ciborum in nouo testamento. In nouo testamento, Iohanni baptiste in deserto locuste & mel Syluestre cibum fuit, uinum & siceram non gustauit. Iacobum fratrem domini, qui cognomento Iustus appellatus est, tradunt, uinum & siceram non bibisse, carnem nullam comedisse. Similiter Petro, post Ascensionem domini, panem cum oliuis, raro cum olusculis cibum fuisse.

I. Sic et Antonium, Eliam, Appolloniu, Theonem, Timotheum, aliosque multos Anachoritas & Heremitas legimus, pane, olusculis, & arborum fructibus, & aqua sustentatos esse: et a coctis omnino abstinentes, qui & cocto uelci luxuriam putauerunt esse, ut Hieronymus ad Eustochium scribens testatur. Idem, Pauli primi Heremite uitam describens, Iesum & angelos eius testatur, in ea Heremi parte, que iuxta Syriam Saracenis iungitur, uidisse se monachos, quorum unus per annos XXX. clausus hordeaceo pane & lutulenta aqua uixit: alter in cisterna ueteri, quam gentili sermone Syri Cubam uocant, quinque caricis sustentabatur. Paulus autem (ut idem Hieronymus refert) a Sexagimo decimo etatis sue anno, usque ad Sexagesimum, palmæ fructibus uixit: deinde usque ad Centesimum decimum tertium, quo terris relictis ad caelum migravit, dimidium panis fragmentum, quotidie coruo alite deferente acceptauit. In aduentu autem Antonij integer allatus deo dante, quantum utriusque satis esset, qui cum comedissent, ad fontem accedentes, prono ore manibus concauis aquam hauriendo, sicut leuarunt. Idem, Hilarionem Abbatem tradit, Quintodecimo usque ad Vigesimo aetatis annu, Quindecim caricas post solis occasum comedisse: Triennio deinde, dimidium lentis aqua maceratae sextarium: ac deinde totidem annis, panem cum sale & aqua, & totidem alijs uirgultorū radices, herbasque syluestres crudas: deinde annis Nouem hordeacei panis, uncias sex: & coctum modice olus absque oleo, postea debilitate corporis compulsus, olei parum addidisse, usque ad tertium & Sexagesimum uite annum: Inde usque ad Octogesimum pane abstinuisse, sed sorbitu uinculis usum, de farina et olerum cominuto factis, potu ciboque uix uncias sex appendentibus. Ceterum nunquam ante solis occasum quicquam gustasse. Possent huius generis multa alia exempla proferre, sed satis est his indicasse tantum, in nouo etiam testamento multos hunc ritum seruasse, ut non solum temperatissime uiuerent: sed per totius etiam uitae cursum, a uino, carnibus, pane, multisque alijs cibis, etiam uulgaribus, ne dum deliciaribus, prorsus abstinerent: Quanto magis indictis ieiuniorum temporibus. delectus in cibis seruandus est, & a carnibus, alijsque cibis, qui corpus ad libidinem inflammant, abstinentium: Qui ritus uniuersalis quoque Catholicae Ecclesiae consuetudine confirmatus est: Ac ideo de ieiunio Quadragesimae ita scribit Augustinus. Ieiunium, inquit, Quadragesimae, per totum orbem terrarum, quotannis omni studio celebratur in conuentu Catholico, Hanc qui rite obseruat, necesse est, ut abstineat a car-

Matth. 3.
I.
II.
III.
III.

Anachorita & Heremita.

V.
Hieron. in uita Pauli Heremite.

VI.
Idem in uita Hilarionis.

In ieiunijs obseruandus est mos antiquus in delectu ciborum.

Contra Fals. Manich. lib. 30

ant a carnibus. Et Gregorius, Par autem est, inquit, ut nos, qui his diebus a carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque, que Semetipsum trahunt originem carnis, ieiunemus: a lacte uidelicet & caseo, & ouis, Et post pauca. Ceterum, piscium esus ita Christiano relinquitur, ut hoc eius infirmitati solatiu, non luxuriae pariat incrementum. Denique qui a carne abstinent, nequaquam sumptuosiora marinarum beluarum conuiuia praeparant: Vinum quoque ita bibere permittatur, ut ebrietatem omnino fugiamus: alioqui restat, ut omnia quae corporibus libent, similiter faciamus. Nec me fugit, Apostolorum temporibus Christianos a carnibus non solum ad domandam corporis petulantiam: sed etiam alijs ex causis abstinuisse. Quod alias, cum de consuetudinibus Ecclesiae ageremus, fusius explicauimus. Illud hic addimus, quod Vigilius Papa, Euthero Episcopo rescribit: Manichaeos, quos & Priscillianistae sequuti sunt, ab esu carniū abstinuissent, sed execrationis potius quam deuotionis animo: quia carnem immundam esse crediderunt, & carniū contagione alios etiam cibos fieri pollutos. Quae errorum sancti patres cum suis autoribus anathematizarunt, quia de his omnibus, quae ad humanum uictum misericordia Dei contulit, nihil Catholicis esse iudicatur immundum. Sic enim Titus doctor Genitium, Paulus monet Apostolus, dicens: Omnia munda mundis, continentur autem & infidelibus, nihil est mundum: sed polluta sunt eorum mens & conscientia: Deum confitentur se nosse, factis autem negant, abominabiles & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. Similiter & alio in loco ad Timotheum: In nouissimis, inquit, temporibus, discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, & cauteriatam suam habentium conscientiam: prohibentium nubere, & abstinere a cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatem: Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reprehendendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Haec igitur sequentium patrum uenerabilium constituta, specialiter eos censuerunt esse damnandos, qui cum carnibus abstinerent, ea quoque credebant esse uitanda, quae carnibus fuisse uidebantur admixta. Nam & ipse Dominus noster Iesus Christus ita premonuit, dicens: Non quod intrat in os co inquinat hominem, sed quae procedunt de ore: haec sunt, quae co inquinant hominem. Quapropter nec abstinentiam Deo placitam reprobamus: nec eos, qui execrantur Domini creaturam, recipimus in nostra societate. De eadem re ita diffinit Concilium Bracaraense. Primum. Placuit, ut quicumque in clero cibo carniū non utuntur, pro amputanda suspitione Priscillianae heresim, uel olera cocta cum carnibus, tantum prae gustare cogantur. Quod si contempserint, secundum quod de talibus. S. Patres antiqui statuerunt: Necesse est pro suspitione heresim huius, hos excommunicatos ab officio omni modo remoueri. Item in capitulis Gregorianorum Synodorum: Si quis non pro abstinentia, sed pro execratione

In epist. ad August. Anglorum Episcopi. c. de nig. 4. dist.

Cur Manichei ab esu carniū abstinerunt.

Tit. 1

1. Tim. 4

Reprobatio abstinentie hereticorum a carnibus. Matth. 15

6. 32

6. 39

N iij escarum

escarum abstinet, placuit sancto Concilio, ut prægustet: & sic, si uult abstinere, abstinere: si autem spernit, ita ut olera cocta cum car-

ribus non gustet, iste non obediens, nec suspensionem hæresis a se res mouens, deponatur de ordine Clericatus. Ex his sanctis scripturis & Patrum decretis intelligimus, abstinentiam ab esu carniū eam tantum prohibitam esse, quæ sit execrationis animo: non eam, quæ sit

refrenandæ concupiscentiæ carnalis causa. Hodie hæretici omnem Error here refrenandæ concupiscentiæ carnalis causa. Hodie hæretici omnem

in uniuersum ciborum delectum, & abstinentiam tollere & scripturas, quibus illa (quam dixi) execratio ciborum damnatur, eo tor-

que conantur, ut his ipsis etiam abstinentia, qua carnalis libido refrenatur, prohibeatur. Sunt & multa alia, quæ ad ritus ieiuniorum

pertinent, cuius generis sunt, quæ Liberius Papa constituit. In dies

bus, inquit, ieiuniorum nullæ lites, nullæ contentiones debent esse: sed in Dei laudibus & opere necessario persistendum. Eos enim, qui contentiones & lites Quadragesimæ tempore faciunt, & qui debita a debitoribus exigunt, Dominus per Prophetam arguit, dicens: Ecce in diebus ieiunij uestri, inuenitur uoluntas uestra, & omnes debitores uestros repetitis: ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Item, abstinentum est in his sacratissimis Quadragesimæ diebus a coniugibus, & castè & piè uiuendum, ut sanctificato corde & corpore isti dies transigantur, donec perueniatur ad diem sanctum Paschæ: quia penè nihil ualet ieiunium, quod coniugali opere polluitur: & quod orationes, uigiliæ, & elemosynæ non commendant.

De utilitatibus ieiunij & elemosynæ. Cap. VII.



Vnt autem multæ & insignes, quæ a Sanctis patribus commemorantur, ieiuniorum utilitates: quarum aliquas hoc loco recensere libet. Ac primum quidem ieiunium ad Deum ducit. Quo gradu & Moyses in montem ascendit. Neque enim aliter ausus esset, uerticem fumum emittentem adire atque in ca-

ligine uersari, nisi ieiunio munitus: Per ieiunium, mandata Dei digito in tabulis conscripta, suscepit. Item, super montem ieiunium legis latae Conciliator erat: inferius uero gula, ad Idolatriam populum deduxit, ac contaminauit: Sedit (inquit) populus, manducare & bibere, & surrexit ludere: Quadragesima dierum laborem ac per-

seuerantiam, Dei seruo continuo ieiunante ac orante, una tantum populi ebrietas, cassam irritamque reddidit. Quas enim tabulas, Dei digito conscriptas, ieiunium accepit, has ebrietas contudit: Propheta sanctissimo indignum existimante, uinolentum populum ex Deo legem accipere oportere. Vno enim temporis momento ob gulam populus ille, per maxima prodigia Dei cultum edocta, in

Ægypti

Basilii in sermone 2. de ieiunio.

Ieiunium Moyli ebrietas populi.

Exodo, 32

Ægyptiã Idolatriã turpissime ruit. Ex quo si utrūq; simul conferas, uidere licet, quod ieiunium ad Deum ducat, delitiæ uero salutem perdant. Sic & Heliam ieiunium magnæ uisionis spectatorem reddidit. Quadragesima nancq; dierum ieiunio animam purgans, in spelunca Horeb, meruit (quam

tum fas est homini) Deum uidere. Deinde, per ieiunia curantur uulnera peccatorum. Per abstinentiam siquidē uoluptas carnis extinguitur: & tunc ad Dominum, & eius futura promissa tota mens purior facienda festinat, cum nulla crapula, nulla cibi ac potus facietate crassatur. Vnde

& saluator in Euangelio dixit: Attendite itaq; uobis, ne grauentur corda uestra, in crapula & ebrietate, & cogitationibus sæcularibus, & superueniat in uos dies illa repentina: tanquam laqueus enim super

ueniet uniuerso mundo, & nemo effugiet. Per ieiunia igitur caro non frustra, subiicitur animæ nostræ, & sicut ancilla famulatur dominæ suæ: Non igitur permittendum est, ut ancilla increpsetur, ne contemnat dominam suam, sed omnibus iussis eius & obsequijs mancipetur. Sicut enim equis frena sunt imponenda, ita corpora nostra ieiunijs, uigilijs, & orationibus sunt infrenanda. Nam quemadmodum aurigæ, si frena laxauerint, per præcipitia ducuntur: ita & anima nostra, cum ipso corpore, si ei frenum non imposuerimus, ad inferni præcipitia delabitur. Imponendum est igitur carni frenum ieiunij. Escæ enim nimia, non solum animas, sed etiam corpora nostra plurimum lædunt, & ad infirmitatem perducunt. Solet enim per nimiam ciborum auaritiam, & poculi intemperantiam frangi stomachi fortitudo: nec non & abundantia sanguinis per Choleram, & plurimam ægriudines escarum largitate contingunt. Sicut enim animæ & corpori sunt ista contraria, ita medela est utriusq; ieiunij temperantia. Habet & illam utilitatem ieiunium, quæ & ipsa ad euitationem peccatorum pertinet, ut dum etiã a licitis abstinemus, magis ac magis admonemur, illicita uitare. Qui enim nos abstinemus a carnibus, quibus alijs diebus, uti licet: Qui nos abstinemus a uino, quod moderati uti licet: Admonemur, ut a peccatis abstinemus, quæ nunquam licent: Vnde & ieiunium nullum utile est, nisi quo simul ut a cibo & potu, ita & a peccatis abstinemus. Quid enim prodest pallidum esse ieiunij, si odio & inuidia liuescas? Quid prodest uinum non bibere, & iracundiæ ueneno inebriari? Quid prodest castigare corpus inedia, et mentem exercere nequitia? Quid prodest a carnibus abstinere ad edendum creatis, et malignis obreftationibus fraterna membra lacerare? Quid prodest si abstinemus ab his, quæ aliquando licent, & faciamus ea quæ nunquam licent? Tertio, per ieiunia, sancti Deo ita coniunguntur, et conciliantur, ut in uirtute eius prodigiosa etiã miracula faciant. Sic sterilitatem matris Sampson, uini abstinentia fecundauit, & parientem facit sterilem: Quoniam, iuxta præceptum Domini, uinum non bibit. Sic Annam non manducantem exaudiuit Dominus, & infœcunditatem eius soluerunt ieiunia, quæ genuit Samuelem. Ex ore Heliae ieiunium

1. Reg. 19

August. de tempore.

Fugienda

per ieiunium

um crapula

la.

Lucæ 21

August. in lib. de salutarib. document. c. 35. & 36.

Caro subij

ciuntur ani-

mæ per ieiunium &

frenatur.

Ieiunium cor

porib. quo

que pro-

dest.

Per ieiunium

um illicita

uitantur.

Attende

Miracula

per ieiunium

Ambr. in lib. de Helia, & ieiunio. c. 6. & 7.

Basilii in sermone 2. de ieiunio.

Indicum 19

1. Reg. 19

no uox 1. Reg. 19

154

D. BRUNI DE CAEREMONIIS

no uox exiens, cælum populo peccanti tribus annis & sex mensibus clausit, ut eorum cor durum, durantiq; ceruicem molliret, maluit se ipsum quoque tali calamitate condemnare. Quamobrem, inquit, uiuit Dñs, si aqua erit super terram, nisi per os meū, induxitq; per fa-

4 Reg. 4.

Dicebant enim mors est in olla iur Dei.

Math. 17 Aug. Ser. 65, de tempore

Vitata per ieiunū per icula.

Ambr. in lib. de Helia, & ieiunio. c. 9. In dieb. 8. 9. 10. & 11.

Hester. 4

Ambr. lib. 10 epist. 83

Basilus in sermo. 2. De ieiunio.

Ambr. in li. de Helia. & ieiunio. c. 7

Dan. 3

Naphtha bitumē, quod facite ignē re, uelut aerē tenuissimū roscidūq; calcātes, in tā uasto igni respirabāt, concipit.

rigeretur. Helisæus Propheta, cum filios aleret Prophetarum agrestibus oleribus, ex modica farina, hospitalitatis beneficentiam adimpleuit, ita ut propter adiunctam oleribus Coloquintidam agrestem, de morte periclitaturi fuerint: Qui gustaturi erant, nisi abstinentiæ Prophetice munere, ueneni uires euacuatę & extinctę fuissent. Et in Euāgelio cū quidā demone plenus, Dño fuisset oblatu, quem Apostoli curare nequuerāt, interrogantes audiūt à Domino: Istius modi genus non posse eijci nisi orationib. & ieiunijs. Magna sanē ieiuniorū uirtus, ut id facere ieiunia ualeant, quod Apostoli facere non potuerunt. Quarto, per ieiunia maxima pericula euitātur. Nam sepe ieiunios, gloriosas aduersus hostes tuos uictorias obrinuisse: & à maximis periculis liberatos fuisse legimus. Bibebant uinū in ebrietate potētes, qui Holoferni Principi militię, Regis Alsyriicū se tradere gestiebant: Sed non bibebat fœmina Iudith, ieiunās omnib. diebus uidiuitatis suę, præter festorum dierum solennitates: his armis processit, & omnem Alsyriorum circumuenit exercitū. Sobrijs uigore consilijs abstulit Holofernis caput, seruauit pudicitia, uictoria reportauit. Hęc enim succincta ieiunio, in castris se protēdebat alienis, ille uino sepultus iacebat, ut ictum uulneris sentire non posset. Itaq; uinū mulieris ieiunū, innumeros strauit exercitus ebriorum. Hester quoq; pulchrior facta est ieiunio: Dominus enim gratiam sobrię mentis auget: omne genus suum, totum populum Iudæorum à persecutionis acerbitate liberauit, ita ut regem sibi faceret esse subiectum: non libidinis ardore flammatum, sed cœlesti misericordie conuersum: ita ut & pœna retorqueretur in impium, & honor sacris redderetur altaribus. Itaq; illa quę triduo ieiunauit continuo, & corpus suum aqua lauit, plus placuit, & uindictam retulit. Aman autem, dum se Regalia iactat conuiuio, inter ipsa uina pœnam suę ebrietatis exoluit. Sic patres nostri, cum mare transirent pedibus: aquam, non uinum bibebant. Tres pueri Hebræorum, cum iam furerent fornacis incendia, ut ultra quadraginta cubitos, flamma per circuitū funderetur, consumēs plurimos q̄s repererat Chaldæorū, quia Naphtha, pice, et stuppa atq; sarmento, alimenta ignibus ministrabant. In hęc igitur incendia, & feruentissimam camini flammam ingressi ieiuni pueri, in medijs ignibus nō solum non sunt absumpti, sed etiā incolumes conseruati fuerunt: siquidem discusso ardore flammarum, in medio fornacis tepore, ignē re, uelut aerē tenuissimū roscidūq; calcātes, in tā uasto igni respirabāt, nec unum ex capillis quidē amiserunt: tantum eis præstitit, in ieiunijs

educatos

educatos fuisse. Daniel uir desideriorum, panem tribus hebdomadis minime comedens, nec aquā bibens, etiam leones ieiunare docuit, in lacum descendēs: Velut enim ex lapide aut ferro, ut alia duriore materia factus esset, dentes in eum minime figere potuerunt leones. Ieiunium enim corpus illius, instar ferri candentis in aqua tincti obduratum, & leonibus inuictum reddidit, os enim contra sanctum non aperuerunt: Ieiunium extinxit uim ignis, obdurauit ora leonum. Legimus & in Prophetis, cum Niniuæ ciuitati subuersio diuinitus immineret, & iuxta sententiam Dei destruendi illam tempus ingrueret: consistentes in ea, aliud non habuisse praesidium, nisi ut abiectis crapulosis epulis, ieiunia continuata susciperent, & diuitiarum ambitione seposita, humilitate se paupertatis induerent: scilicet, ut remedium exinde perciperent, unde his perditio contingebat. Hoc est, ut iram diuinitatis, quā luxuriando prouocauerant, abstinendo lenirent: et offensam, quam in eos superbia contraxerat, humilitas mitigaret. Sed & in nouo testamento, hęc semper Christianorum consuetudo fuit, ut, res arduas acturi, aut in periculis constituti, non nisi ieiunijs præparati & muniti, à Deo fœlices successus, & periculorum uel liberationem uel mitigationem postularent. Sic Petrum narrat Romæ, cū die Dominico, cū Simone esset certaturus, propter magnę tentationis periculum, cum eiusdem urbis Ecclesia, pridie ieiunasse. Quamquam Augustinus, de ieiunio sabbati disputans, scribat, hanc sententiam plerisq; Romanis dubiam uideri. Vnde et sancta mater Ecclesia Letanijs maioribus, tempore famis, pestilentię, bellorum, aliorumq; periculorum instituendis, ieiunia præmittit, à toto populo celebranda: Sicut & tota ciuitas Niniuitarum, dominū oratura, prius ieiunauit. Non solum enim tum senes, iuuenes, infantes: sed etiam pedes legimus ieiunasse. Sic & nos temporum angustias sustinentes, omnes pariter ieiunare debemus, et misericordiam Dei ciborū abstinentia implorare. Quinto ieiunium ipsis etiam conuiujs dat gratiam. Dulciores enim post famem epulę sunt, quę assiduitate fastidio sunt, & diurna continuatione uilescunt. Condimentum cibi ieiunium est: quanto auidior appetētia, tanto esca iucundior. Cōmendat sitis poculum, nescit uinum quærere: Venus quicquid hauserit transmittit ad facietatē, nō ad iudiciū nari suspendit. Vsu etiam preciosa degenerat: Quorū autem difficilis possessio, eorū grata perfunctio. Ipse sol post noctē gratior, ipsa lux post tenebras splendidiore: et post uigilias sopor dulcior: ipsa salus post egritudinis tormenta iucundior. Ab ipso mundi conditore didicimus, sæpe diuersitatib. cumulari gratiam. Patrocinator ergo & conuiuio fames, ut gratior fiat mensa ieiunis. Sexto, ieiuniorū orationem in cælum defert, uelut ala quædam ei coniuncta, & ad superiora tendens. Vnde iusti ac Prophetę nostri, quando à Deo aliquid impetrare uolebant, ieiunio se humiliabant, dicente

Dauid

Dan. 9. & 14

Amb. Ser. 40 de ieiunijs Niniuitarum.

Contra iminentia pericula Christianorū ieiunia.

Aug. Ser. 40 & epistola 86

Ambr. in lib. de Helia & ieiunio c. 9. Basil. in Ser. 2. de ieiunio.

lego 4 Verum licet exemplaria habeat Verus.

Ieiunium preces nostras in cælum defert.

Psalm. 34 Daud: In ieiunio humiliabam animam meam. Sane hæc sunt præcipuæ ieiuniorum utilitates, præter quas, alia quædam ieiunij Encomia, passim apud sanctos patres reperiuntur. Quibus & ipsis quædam prædictarum, quædam etiam non dictæ utilitates exprimuntur. Cuiusmodi sunt illa Ambrosij: Quid est (inquit) ieiunium nisi substantia & imago cælestis, refectio animæ, cibus mentis: ieiunium uita est angelorum, ieiunium culpæ mors, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum castitatis. Et illa itē Basilij: Ieiunium, inquit, domorum augmentum, sanitatis mater, iuuentutis pedagogus, ornamentum senioribus, iter facientibus optimum uaticum, cohabitantibus securus cõtubernalis. In matrimonio insidias uir nõ metuit, uxorem uidens ieiunantem: Vxor item, uirum idem facientem animaduertens, Zelotypa nunq̃ erit. Eleemosynæ autē ea utilitas est, ut per eam adiuuetur ieiunium. Tria enim hæc, oratio, ieiunium, & eleemosyna ita coniuncta sunt, ut raro inter se discreta profint. Quod illud Tobij significat: Bona est, inquit, oratio cum ieiunio & eleemosyna. Vt accepta ergo possit esse oratio, consortium uult secum habere ieiunij. Et quia nihil horum sine pietate firmum est, adiecit. Et eleemosyna cum iustitia, ut eleemosyna, seruata iustitia, commendat orationem cum ieiunio. Sic & orationem, & ieiunium Cornelij misericordia commendauit. Ipse enim abundans opibus seu copijs ieiunabat: sed & non habentes ut illorum saturitas ieiunium eius faceret acceptabile. Proinde ieiunia nostra ut plena sint & suffarta, misericordie pinguedine saginentur, Demus esurientibus prandium nostrum. Nec sufficiunt sola ieiunia ad sananda uulnera peccatorum, nisi medicamento eleemosynæ recreentur. Ieiunium ergo nostrum nos castiget, sed lætificet alios, & ita fructuosæ erunt angustia nostræ, si alijs latitudinem præstent. Sic ieiunemus, ut in alijs prandisse nos gaudeamus: hilarem enim datorem diligit Deus. Nam manducante paupere de bonis nostris, prandet Christus, qui se esurire in paupere testatur. Sed & ieiunio præfertur eleemosyna: siquidem eleemosyna sine ieiunio ualet, ieiunium autem sine eleemosyna nõ ualet. Vnde qui ieiunare non potest, si pauperi eleemosynam largiatur, ualet etiam sine ieiunio eleemosyna. At si quis ieiunet, sed eleemosynam tamen pauperi non præstet, inutiliter ieiunat: nec eius sine eleemosyna acceptum erit apud Deum ieiunium. Ac proinde excusatur, qui cum ieiunare nõ possit, eleemosynam dat pauperi: Qui uero ieiunat, sed pauperi non dat eleemosynam, minime excusatur: nisi ita pauper sit, ut non habeat, unde largiatur. Quam̃ ægre huiusmodi excusatio recipiatur, cum etiam pro calice aquæ frigide, mercedē se Dominus redidit promiserit. Et nemo ita pauper est, quin aliquando panem habeat quo uescatur, At de hoc etiam ipso pane eleemosynam dare iubetur. Hoc est ieiuniū, inquit Dñs per Prophetā, quod elegi: Fran-

ge esurien-

Attende

Ambro. in lib. de Helia & ieiunio. c. 3. Præconia ieiunij.

Basil. in Ser. 2. de ieiunio.

Eleemosynarum utilitas.

Tobie 12.

August. in q. ex utroq; mixtim q. 121.

Acto, 10

August. Ser. 66 de tempore.

2. Corinth. 9

Matth. 25

August. Ser. 62 de tempore.

Eleemosyna præfertur ieiunio

Matth. 10

Esaiæ 58

ge esurienti panem tuum, Non dixit ut integrum daret, cum fortè pauper ille alium non haberet, sed frange, inquit, id est: etiamsi tanta paupertate pressus sis, ut non habeas nisi unum panem, tamen frange, & ex ipso pauperi tribue.

De abusibus Ieiuniorum & eleemosynarum,
Caput VIII.



Am uero omnes quos diximus, & si qui sunt alij his similes, ieiuniorum & abstinentiæ ritus, his nostris temporibus à multis non solum negliguntur, sed etiam ceu superstitiosa quædam hominum commenta deridentur. Quidam aliquando (si Superis placet) religiosiores, pulchrè sibi ieiunare uidentur, si tantum indictis ieiuniorum diebus à carnibus abstineant, etiamsi interim toto die se multitudinè, diuersitate, & uarietate aliorum ciborum ac saporum, uarijs odoribus fumantibus patinis, ita infartiant: & uentrem usque ad instomachationem onerant, ut quod comederunt retinere non possint, & quod turpiter ingererunt, turpius eijciant. Xenophon in Pœdia Cyri scribit, legem apud Persas fuisse, neque spucere, neq; mucum facere: non quia parcerent corporum humori, sed quoniam uellent per labores ac sudorem reddere corpora solidiora: suo autem tempore non spucere quidem, neq; emungi adhuc perdurasse, sed labori eos nunquam studuisse. Similiter antea Persis legitimum fuisse, comedere semel, quo toto die uterentur, & circa res gendas & circa labores: sua uero tempestate semel cibum capere, adhuc permansisse, sed uesci incipientes: quemadmodum qui summo mane prandent ad illorum usque tempus comedisse atque potasse, qui extremo uespere cubant. Præterea legitimum his fuisse, ne urcei importarentur in symposia, ut qui potarent, si moderatius potarent, minus corporibus ac mentibus prosternerentur: sua uero tempestate, quod urcei non importentur adhuc permansisse: tantum autem eos bibisse, ut pro importandis urceis, ipsi exportarentur, quoniam nequirent amplius erecti egredi. Sic & hij nostri, in speciem quidem ieiunant, nam & à carnibus abstinent, nonnunquam etiam sacris peractis, circa meridiem comedunt, quod ex consuetudine & ex lege Ecclesiastica etiam hodie, sed apud paucos tamen, perdurat: Quod autē præcipuū in ieiunio est, id in totum negligunt: nimirum moderationem cibi & potus. Verè igitur ieiunant, non qui à carnibus tantum abstinent, sed qui alijs cibis etiam moderatè uescuntur: Immo nec prodest, biduo uel triduo transmissio, uacuum portare uentrem, si post pariter obstruatur: sed singulos etiam dies absq; ciborum luxuria eos transigere oportet. Sed audiamus iam ab usum ieiuniorum, qui temporibus Augustini fuit, ci quem paulò ante notauimus haud dissimilem, qui & nostris temporibus, apud

Voracitas in male ieiunantibus.

Lib. de pœdia Cyri. 8. Sobrietas Persarum.

Nõ importare urceos ad symposia.

Ieiunare in speciem.

c. non dico. c. sunt tibi. de consecr. dist. 5.

O

Ieiunatores delicati.

bus, apud eos etiam, qui boni Catholici uideri uolunt, perdurat, cui et alium de cleemosyna annectit. Porro huiusmodi abusum ad hunc modum narrat, & emendandum consulit Augustinus. Sunt quidam obseruatores Quadragesimæ, delitiosi potius quam religiosi, exquirentes nouas suauitates magis quam ueteres concupiscentias castigantes, qui preciosis copiosisq; apparatus fructuum diuersorum, quorumlibet uarietates & sapores superare contendunt. Vasa in quibus coctæ sunt carnes tanquam immunda formidant, & in carne sua, uentris & gutturis luxuriam non formidant, Ieiunant non ut solitam temperando minuant edacitatem, sed ut immoderatam differendo augeant auiditatem. Nam ubi tempus reficiendi aduenerit, optimis mensis tanquam pecora præsepibus irruunt, uentre scq; distendunt artificiosis & peregrinis condimentorum diuersitatibus: Tantum capiunt manducando, quantum digerere non sufficiunt ieiunando. Sunt

Qui ieiunã do delicias in cibo & potu quarunt.

etiam qui uinum ita non bibunt, ut aliorum expressionem pomorum, aliosq; sibi liquores non salutis causa, sed iucunditatis exquirant, tanquam non sit Quadragesima piæ humiliationis obseruatio, sed nouæ uoluptatis occasio. Quanto enim honestius esset, ut qui propter infirmitatem stomachi, aquam potare non poterat, uino usitato & modico sustentaretur? Quid autem absurdius, quam tempore quo carcerius est castiganda, tantam suauitatem carni procurare, ut ipsa fauorem concupiscentiæ nollit Quadragesimam præterire? Quid inconuenientius, quam diebus humilitatis, quando parum uictus omnibus imitandum est, ita uiuere, ut si toto tempore sic uiuatur, uix possint uictum patrimonium sustinere: Cauete ista, dilectissimi, cogitate, quod

Post concupiscentias tuas nõ eas Eccl. 18.

scriptum est, Post concupiscentias tuas non eas. Quod saluberrimum præceptum, si omni tempore obseruandum est, quanto amplius his diebus, quando ita turpe est, si cupiditas nostra ad inusitatas relaxetur illecebras, ut merito culpetur, qui non restrinxerit usitatas? Præcipue sane pauperum mementote, ut quod uobis parcius uiuendo subtrahitis, in cœlesti thesauro reponatis. Accipiat esuriens Christus, quod ieiunans minus accepit Christianus: Castigatio uolentis, fiat sustentatio non habentis: Copiosæ uoluntatis inopia, fiat necessaria inopis: Copiosa sit etiam in animo placabili & humili, misericors ignoscendi facilitas: Petat ueniam qui fecit iniuriam: Det ueniam, qui accepit iniuriam, ut non possideamur à Sathana, cuius triumphus est dissensio Christianorum. Et hæc enim magni lucri eleemosyna est, debitum relaxare conseruo, ut tibi relaxetur à Domino. Vtrunq; opus bonum cœlestis magister, discipulis commendauit, dicens: Dimitte, & dimittetur uobis: Date, & dabitur uobis. Mementote serui illius, cui omne debitum dominus eius, quod donauerat, repleauit, quia conseruo sibi debenti centum denarios misericordiam non rependit, quam de talentorum decem milibus quæ debebat accepit.

Ignoscere proximo eleemosyna est. Luc. 6. Matth. 18.

accepit. In hoc genere operis boni, nulla est excusatio, ubi sola uoluntas tota facultas est. Potest quisquæ dicere: Ne stomachus doleat, ieiunare non possum. Potest etiam dicere: Volo dare pauperi, sed unde, non habeo: aut tantum habeo, ut timeam egere, si dederò. Quamquam & in his operibus excusationes pleriq; sibi homines falsas faciunt, quas ueras nõ inueniunt: Veruntamen quis equidem dicat, Ideo non ignoui ueniam petenti, quia me ualetudo impediuit, aut quia manus qua porrigerem non fuit: Dimitte ut dimittatur tibi: Cordis hoc opus est, nullum uel carnis suæ membrum in adiutorium animæ assumitur, ut hoc impleat, quod rogitur. Voluntate agitur, uoluntate perficitur. Fac securus, nihil in corpore dolabis, nihil in domo minus habebis.

Nulla est excusatio, si denegatur ueniam petenti sibi ignosci.

D. BRVNI DE CÆREMONIIS, LIBER SEXTVS.

DE CÆREMONIIS A TEMPORE DVCTIS, Caput I.



Vnt et certa tempora, quibus diuinus cultus peragitur: à quibus & ipsis, certi Ecclesiæ ritus ducuntur: Cuiusmodi sunt, quod non in nocte sed in die, & à ieiuniis offertur & communicatur, una tantum sancta nocte Natiuitatis Domini excepta, in qua singuli Presbyteri tres Missas celebrant.

De sacrificio igitur peragendo, ita constituit Aurelianense Tertium. De Missarum celebritate in præcipuis duntaxat solennitatibus, id obseruare debemus, ut hora tertia Missarum celebratio, in Dei nomine inchoetur, quod facilius inter horas competentes, ipso officio expedito, sacerdotes possint ad uespertina officia, id est, in uespertino tempore conuenire: quia sacerdotem uespertinis officijs ad Ecclesiam talibus præcipue diebus, nec decet deesse, nec conuenit. Item, Thelesphorus Papa ad omnes Episcopos scribens: Nocte, inquit, sancta Natiuitatis Domini Saluatoris, Missas celebrent Presbyteri, & hymnum angelicum in his solenniter decantent, quoniam & eadem nocte ab Angelo Pastoribus nunciatus est, Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum & dicentium: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Reliquis enim temporibus Missarum celebrationes ante horam diei tertiam, minime sunt celebrandæ: quia & eadem hora Dominus crucifixus est: & super Apostolos spiritus sanctus descendisse legitur. De communione Concilium Carthaginense Tertium constituit, ut Sacramenta altaris, non nisi à ieiuniis hominibus celebrentur, excepto uno die anniuersario, quo cœna Domini celebratur.

Vt Missa hora tertia celebratur. c. 14.

De tribus Missis in festo Natiuitatis Christi. Luc. 2.

Marc. 15. Act. 2. De tempore communionis. c. 29.

celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, siue Episcoporum, siue cæterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt iam pransi inueniantur. Sed obijciat fortasse quispiam, Dominum ipsum non manè nec ieiunum, sed post cœnam obtulisse, & discipulis Eucharistiam dedisse. Sic enim legitur in Evangelio: Similiter & calicem accepit, postquàm cœnauit dicens: Hic calix &c. Item, Cum autem illi manducarent, accepit Iesus panem & benedixit. Item, Cum serò factum esset, recumbebat cum Duodecim, & manducantibus eis dixit: Quoniam unus ex uobis me tradet; & post tradidit Sacramentum &c. Ex quibus uerbis planè intelligitur, Christum non manè sed serò obtulisse: & Eucharistiam discipulis non ieiunis, sed iam resectis dedisse. Seruandum est autem quod Dominus instituit, non mutandum, alioqui incurreremus in obiurgationem Domini, in Psalmo dicentis: Ad quid + exponis iustificationes meas, & assumis testimonium meum per os tuum? tu autem odisti disciplinam, & abieisti sermones meos retrò. Exponere enim iustificationes & testamentum Domini, & non hoc idem facere, quod fecit Dominus, quid aliud est, quàm sermones eius abijcere, et disciplinam Dominicam contemnere? Equidem fateor eos, qui uerba Domini captantes, ea contra sensum, quem spiritus sanctus flagitat, exponunt: nõ furari uerba & facta Domini, sed furari: & præcepta Domini corrumpere atq; adulterare, iuxta illud, quod apud Hieremiam Prophetam scriptum est: Quid est, inquit, paleis ad triticum? propter hoc, Ecce ego ad Prophetas, dicit Dominus: qui furantur uerba mea, unusquisque à proximo suo: & seducunt populum meum in mendacijs suis, & in erroribus suis. At nullum est hic diuinum præceptum, quod Ecclesia corrumpat aut adulteret. Nam quod ad oblationem attinet, ita respondet beatissimus Cyprianus: Christum, inquit, offerre oportebat circa uesperam diei, ut hora ipsa Sacrificij ostenderet occasum & uesperam mundi, sicut in Exodo scriptum est: Et occident illum omne uulgus Synagogæ filiorum Israhel ad uesperam. Et iterum in Psalmis: Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Nos autem resurrectionem Domini celebramus: Et quia passionis eius mentionem in sacrificijs omnibus facimus (passio est enim Domini Sacrificium, quod offerimus) nihil aliud quàm quod ille fecit, facere debemus. Scriptura enim dicit: Quotiescunque enim ederitis panem istum, & calicem istum biberitis, mortem Domini annuntiabitis, quoad usq; ueniat &c. De communionem autem ita respondet Augustinus, quod Christus calicem discipulis dedit post cœnam: Cœnam appellare potuit, quod iam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent. Apostolus itaque dixit: Conuenientibus ergo uobis in unum, non est Dominicam cœnam manducare &c. Hanc ipsam acceptationem Eucharistiæ Dominicam uocans, sed nec

quia

quia Apostoli in cœna Domini Eucharistiam resecti acceperunt, non iusta est Ecclesie traditio, ut iam non resecti sed ieiuni accipiamus. Ex hoc enim placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti Sacramenti, in os Christiani, prius Dominicum corpus intraret, quàm exteri cibi. Nam ideo per uniuersum orbem mos iste seruator: nequè enim, quia post cibos dedit Dominus, propterea pransi, aut cœnati, fratres ad illud sacramentum accipiendum, conuenire debent: aut sicut faciebant, quos Apostolus arguit & emendat, mensis suis ista miscere. Nanquè saluator, quò uehementius commendaret mysterij illius altitudinem, ultimum hoc uoluit insigere cordibus & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat: Et ideo non præcepit, quò de incepto ordine sumeretur, ut Apostolis, per quos dispositurus Ecclesias erat, seruaret hunc locum. Nam si hoc ille mouisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo quòd eum morem nemo uariasset. Cum uerò ait Apostolus, de hoc sacramento loquens: Propter quod fratres, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate: Si quis esurit, domi manducet, ut non ad iudicium conueniatis: Statim subtextuit. Cætera autem, cum uenero, ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat, ut in Epistola totum illum agendi ordinem insinuaret, quem uniuersa per orbem seruat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diuersitate uariatur, Hæc Augustinus. Ad idem genus refertur, uaria de tempore Communionis corporis Christi Patrum sententia, & Ecclesie obseruatio: alijs Quotidianam, alijs eam quæ singulis diebus Dominicis fieret, alijs quæ certis mensibus: alijs, quæ singulis annis celebraretur, Communionem uel necessariam uel utilem esse existimantibus. Beatus Augustinus eam rem pro deuotione eorum qui communicant, moderatur. Ac primum quidem illud orationis Dominicæ explicans, de Quotidiana Communionem sic scribit. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? Quemadmodum nunc Græci in Oriente facere consueuerunt. Accipe quotidie quod quotidie tibi prodest: sic uiue ut quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere: Quomodo sanctus Iob quotidie pro filijs suis offerebat sacrificium, ne forte aliquid uel in corde uel in sermone peccassent. Ergo tu audis, quod quotiescunque offertur sacrificium, mors Domini, resurrectio Domini, eleuatio Domini, significatur, & remissio peccatorum: & panem istum nostrum uitæ Quotidianum non assumis? Qui uulnus habet, medicinam requirit: uulnus est, quia sub peccato sumus: medicina, est cœleste & uenerabile Sacramentum &c. De ea autem quæ fit singulis mensibus ad hunc modum scribit: Quotidie, inquit, Eucharistiæ Communionem percipere, nec laudo nec reprehendo: omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo & hortor, si mens tamè sine affectu peccandi sit. Nam habentem adhuc uoluntatē

O in

peccandi,

1. Corinth. ii.

Quotidia-
na Com-
munionem.Aug. de uerbis
Domini in Eu-
gelium secun-
dum Lucã Ser-
mone. 28.
Iob. 1.De consecra-
tione. 2. c. Quo-
tidie.Aug. de Ecce-
lesiasticis dog-
matibus. c. 53.

peccandi, grauari magis dico Eucharistiae perceptione quam purifica-
 ri, Et ideo quamuis quis peccato mordeatur, si peccandi non habeat de
 cetero uoluntatem, & communicaturus satisfaciatur lachrymis & ora-
 tionibus: & confidens de Domini miseratione, qui peccata pie Con-
 fessione donare consuevit, accedat ad Eucharistiam intrepidus & secu-
 rus. Sed hoc de illo dico, quem Capitalia & mortalia peccata non gra-
 uant, Nam quem mortalia crimina post Baptismum commissa pre-
 munt, horror prius publica poenitentia satisfacere, & ita Sacerdotis iu-
 dicio reconciliatum communioni sociari, si uult non ad Iudicium &
 condemnationem sui Eucharistiam percipere. Optimum sane hoc &
 saluberrimum consilium sancti Patris, quod & homines suo etiam tem-
 pore sequutos esse testatur. Quippe alios scribit, suo tempore quoti-
 die Eucharistiam accepisse: quosdam certos elegisse dies, eos uidelicet,
 quibus purius continentiusque uiuerent, quo ad tantum Sacramen-
 tum digni accederent, illius memores, quod Apostolus dicit: Qui enim
 manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, Et utrorun-
 que sane studium probat Augustinus, Si pia & bona intentione fiat,
 & ita unusquisque faciat, ut secundum fidem suam pie credit esse fa-
 ciendum, Neutrum enim exhonore corpus & sanguinem Domi-
 ni, si saluberrimum Sacramentum certatim honorare contendunt,
 exemplo Zachari & Centurionis: quorum alter gaudens in domum
 suscepit Dominum: alter dixit, Non sum dignus ut intres sub tectum
 meum: ambo saluatorem honorantes, aduerso & quasi contrario mo-
 do: ambo peccatis miseris: ambo misericordiam consequuti. Affert
 et aliam similitudinem: Vallet etiam, inquit, ad hanc similitudinem, quod
 in primo populo, unicuique Manna secundum propriam uoluntatem
 in ore sapiebat: Sic in ore cuiusque Christiani, Sacramentum illud quo-
 modo sumatur, aestimandum. Nam & ille honorando non audet
 quotidie sumere, & ille honorando non audet illo die praetermittere.
 Contemptum solum non uult cibus ille, sicut Manna fastidium: Inde
 enim Apostolus indignè dicit acceptum ab eis, qui non discernebat a
 cibus caeteris ueneratione singulari debita. Continuo quippe, cum
 dixisset: Iudicium sibi manducat & bibit: addidit, ut diceret, non diu-
 dicans corpus Domini, &c. quod satis toto illo loco in Epistola ad
 Corinthios prima, si diligenter attendatur, apparet. Haec sanctus ille
 Pater. Nec ad quotidianam Communionem cogit nos id, quod Do-
 mino iubente oramus, Panem nostrum Quotidianum da nobis ho-
 die. Nam & si ea pars precatationis Dominicae etiam ad Eucharistiam
 referatur, ut panem illum supersubstantialem in uenerabili sacrosanctè
 Eucharistiae sacramento, uelatum nobis dari petamus: tamen non
 ideo Quotidianus dicitur, quod quotidie a nobis accipiendus sit, sed
 quia ita nobis uiuendum est, ut eum quotidie accipere mereamur.
 Caeterum in hacre Ecclesia hunc modum instituit, ut certis quibusdam
 temporibus

Epistola. 118.

1. Corinth. 11.

Vide de Confes-
 cra. dist. 2. c.
 Quotidie.
 Lucae 19.
 Matth. 8.

Exod. 16.

Cyprianus in
 Oratione Do-
 minica.
 Augustinus de
 Sermone Do-
 mini in monte.
 lib. 2.

temporibus, ad communionem omnes Christiani ex aequo obligen-
 tur: reliquis uero temporibus, unicuique liberum sit, secundum fidem
 & deuotionem suam, uel communicare, uel a communione abstinere.
 De qua re ita Fabianus Papa: Et si non frequentius, saltem in
 anno ter homines communicent, nisi forte quis in maioribus quibus-
 libet criminibus impediatur: In Pascha uidelicet, & Pentecoste, & Na-
 tali Domini. Item Concilium Agathense. Saeculares, qui in Natali Do-
 mini, Pascha, & Pentecoste; non communicauerint, Catholici non
 credantur, nec inter Catholicos habeantur. Hodie ex praeepto Eccle-
 siae, semel in anno communicandum est. Canon sic habet: Omnis
 utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, om-
 nia sua solus peccata, saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio
 sacerdoti: & iniuncta sibi poenitentia, proprijs uiribus studeat ad im-
 plere, suscipiens reuerenter ad minus in Pascha Eucharistiae Sacra-
 mentum: nisi forte de proprii sacerdotis consilio, ob aliquam rationa-
 bilem causam, ad tempus ab huiusmodi perceptione duxerit abstin-
 dum: Alioqui & uiuens, ab ingressu Ecclesiae arceatur: et moriens, Chri-
 stiana careat sepultura. De his autem qui nunquam communicant
 ita diffiniuit Toleta, Concilium, Hi qui intrant Ecclesiam Dei, et depreh-
 dentur nunquam communicare, admoneantur: quod si non commu-
 nicant, ad poenitentiam accedant: si communicant, non semper absti-
 neant: si non fecerint, abstineant. Sed et grauioribus delictis obnoxij,
 propter quae communionem fidelium uel priuari possunt, uel priuari possunt,
 olim non prius ad communionem admittentur, quam Ecclesiae per poeniten-
 tiam publicam fuissent reconciliati. In quam sententiam dicit Augusti-
 nus, Si tanta est plaga peccati atque impetus morbi, ut medicamenta ta-
 lia differenda sint, auctoritate Antistitis debet quisque ab altario re-
 moueri, ad agenda poenitentiam, & eadem auctoritate reconciliari.
 Hoc est enim indignè accipere, si eo tempore accipiat, quo agere debet
 poenitentiam, non ut arbitrio suo cum libet, uel auferat se communi-
 onem, uel reddat. Ad eundem modum Cyprianus arguit eos, qui ad com-
 munionem admittunt eos, qui necdum iusto tempore poenitentiam
 egerunt, & secundum disciplinae ordinem ad Exomologesim uenerunt, et per
 manus impositionem Episcopi et cleri ius communicationis acceperunt: Cum
 scriptum sit, Qui ederit panem, aut biberit calicem Domini indigne, reus erit cor-
 poris et sanguinis Domini. De tempore uero poenitentiae ita diffiniuit Inno-
 centius Papa Primus. De poenitentibus uero, qui, siue ex grauioribus co-
 mmissis, siue ex leuioribus poenitentiam egerunt, si nulla interueniat aegritudo,
 Quinta feria ante Pascha eis remittendum, Romanae Ecclesiae consuetudo
 demonstrat. Ceterum, de potestate estimando delictorum, sacerdotis est iudica-
 re, ut attendant ad confessionem poenitentis, et ad fletus atque lachrymas corri-
 getis, ac tum iubere dimitti, cum uiderit congruam satisfactionem. Sane, si quis
 in aegritudinem inciderit, atque usque ad desperationem deuenerit, ei est
 ante

Tria festa
 Principalia
 c. 18.

Ad minus
 semel in an-
 no commu-
 nicare
 oportet.
 c. omnis utri-
 usque de poen. et
 remissio.

De abstine-
 tibus a com-
 munionem.
 De con. dist. 2.
 hi qui,

Epistola 118.

Lib. 3. Epist.
 Epistola. 14.

1. Corinth. 11.

In Epistola ad
 Decentium Epif-
 copum Lugua-
 binum.

ante tempus Paschæ relaxandū, ne de sæculo absq̃ communionē discēdat. Item Soter Papa. In cœna Domini à quibusdam perceptio Eucharistię negligitur, quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis his quibus pro grauib; criminibus inhibitiū est) percipiēda sit, Ecclesiasticus usus demonstrat. Cum etiā pœnitentes eadem die, ad percipiendū corporis et sanguinis Domini sacramentū, recōciliantur, Baptismatis olim duo erant tempora legitima, Pascha et Pentecoste, quibus ad fidem conuenientibus, baptismatis ministrabantur sacramenta, ut Leo Papa testatur. Pascha, quia illo tempore in morte crucifixi & in resurrectione ex mortuis, potentia baptismatis nouam creaturam condit ex ueteri, ut in renascentibus & mors Christi operetur & uita, dicente beato Apostolo Paulo, An ignoratis, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis, per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & Resurrectionis erimus &c. Ex qua doctrina apparet, regenerandis spiritu filijs hominum, & in Dei filios adoptandis, illum diem esse, & illud tempus electum: in quo per similitudinem formamq; ministerij, ea quærantur membris, quæ in ipso capite sunt gesta, congruere. Pentecoste, quia ea solennitas de Paschalis festi pendet articulo, & cum ad alios dies alia festa pertineant, hæc semper ad eum diem, qui Resurrectione Domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum: ut hij quos à die Paschæ aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas interclusit: inuitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderij sui effectum dono spiritus sancti consequantur. Quod & exemplo beati Petri Apostoli comprobatur, qui in die Pentecostes, quo omnem credentium numerum promissus spiritus sancti repleuit aduentus: trium milium populum sua prædicatione conuersum, Lauacro baptismatis consecrauit. Idem in Concilio Romano sub Syluestro celebrato diffinitur his uerbis, Baptismum enim prædicantes, date omnibus infirmis: sanis autem, sicut ueritas commonet, in Pascha & Pentecoste. Syricius Papa tanquam abusum arguit, quod suo tempore alij Natalijs Christi, Epiphaniæ, Apostolorum et Martyrum temporibus baptizabantur: simul etiam statuit, ut necessitate exigente, infantibus & adultis desiderantibus, quolibet tempore baptisma conferatur. Sequitur (inquit) de diuersis baptizandorum temporibus, prout unicuiq; libitum fuerit, improbabilis & emendanda confusio, quæ à nostris Confacerdotibus (quod commoti dicimus) nō ratione autoritatis alicuius, sed sola temeritate præsumitur ac liberè Natalijs Christi, seu Apparitionis: necnon & Apostolorum seu Martyrum festiuitatibus, innumeræ (ut asseris) plebes baptismi mysterium consequantur.

Antiquus Duo erant tempora ad baptizandum constituta. Epist. 4. c. 3. Pascha. Ro. 6.

Pentecoste

Act. 2.

c. 12.

Epist. 1. c. 2. Antiqua cōsuetudo baptizandi certis anni diebus.

quantur. Cum hoc sibi priuilegium, et apud nos, & apud omnes Ecclesias, Dominicum specialiter cum Pentecoste sua Pascha defendat: quibus solis per annum diebus ad fidem confluentibus, generalia baptismatis conuenit tradi sacramēta, his duntaxat electis, qui ante Quadraginta (uel eo amplius) dies nomen dederint, & exorcismis, quotidianisq; orationibus, atq; ieiunijs fuerint expiati: quantum Apostolica illa expleatur præceptio, ut expurgato fermento ueteri, noua incipiat esse cōspersio. Sicut sacrā ergo Paschalē reuerentiam in nullo dicimus esse minuentam: ita infantibus qui nondum loqui potuerint per ætatem, uel his, quibus in qualibet necessitate opus fuerit, sacri unda baptismati omni uolumus celeritate succurri: ne ad nostrarū tendat perniciem animarum, si negato desiderantibus fonte salutari, exiens unus quisq; de sæculo, & regnum perdat ad uitam, Quicunq; etiam discrimen naufragij, hostilitatis incursum, obsidionis ambiguū, uel cuiuslibet corporalis ægritudinis desperationem inciderunt, & sibi unico credulitatis auxilio poposcerint subueniri, eodem quo poscunt momento temporum, expetita regenerationis præmia consequantur. Idem confirmat Victor Papa. Eodem, inquit, tempore (de Paschate loquitur) baptismus celebrandus est Catholicis, sed tamen si necesse fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem uenientes, quocunq; loco uel momento, ubicunq; euenierit, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus: tantum Christianæ confessione credulitatis clarificata baptizentur. De tempore ordinationis sacerdotum & Leuitarum, ita Leo Papa primus. Quod ergo, inquit, à patribus nostris propensiore cura nouimus esse seruatum, à uobis quoq; uolumus custodiri, ut nō passim diebus omnibus sacerdotalis uel Leuitica ordinatio celebretur, sed post diem Sabbati eiusq; noctis, quæ in prima Sabbati lucefcit, exordia delegentur: hoc est, sub lege diuini officij substituuntur, in quibus his qui consecrandi sunt, ieiunis & à ieiunantibus benedictio conferatur. Quod eiusdem obseruantia erit, si manè ipso Dominico die continuato Sabbati ieiunio celebretur, à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem Resurrectionis (sicut etiam in Pascha Domini declaratur) pertinere non dubium est. Nam præter autoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica nouimus uenire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat. Quod cum Apostoli, Paulum & Barnabam, ex præcepto spiritus sancti, ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus: ut intelligamus quanta & dantium & accipiendum deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter uideatur impletum. Idem in alio loco. Non sibi constare status sui nouerit firmitatem, qui non die Sabbati uesperè quod lucefcit in primam Sabbati, uel ipso Dominico die fuerit ordinatus: Solum enim maiores nostri Resurrectionis Domini diem honore

1. Corinth. 5.

In Epistola ad Asia Episcopos.

Quibus t. poribus. Ordinis sacramenti conferri de beat. Leo Epist. 79.

Act. 13.

Epistola. 87.

In Epistola ad Episcopos per Lucaniam & Brutios & Scylliam &c. c. 13. dist. 17. c. fi. De tempore Nuptiarum. c. 52. e. non licet 33. q. 4.

honore dignum iudicauere, ut sacerdotes qui sumuntur, hoc die potissimum tribuantur. Item Gelasius Papa, ordinationes etiam Presbyterorum et Diaconorum, nisi certis temporibus & diebus exerceri non debent, id est, Quarti mensis ieiunio, septimi & decimi: sed & quadragesimalis initij, ac mediana Quadragesimæ die Sabbati ieiunio, circa uesperam nouerint celebrandas. De tempore celebrandarum nuptiarum Laodicense constituit, non oportere in Quadragesima aut nuptias uel quælibet natalitia celebrare. Item, ex Concilio Martini Papæ, Non licet in Quadragesima natales martyrum celebrare, sed tantum in Sabbato & Dominica, pro commemoratiõe eorum, oblationes offerre: Sed nec natalitia nec nuptias liceat in Quadragesima celebrare.

De Horis canonicis, alijsq; temporibus orationum, Caput II.

Adorare in spiritu et ueritate. Iob. 4.



Vo sunt genera orationum, Quædam intra cordis latebras fit in spiritu & ueritate, iuxta illud quod Dominus ad mulierem Samaritanam dicit, Mulier crede mihi, quia ueniet hora, quando neq; in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrem: uos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: sed uenit

hora & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum: Spiritus est Deus, & eos qui adorant, oportet eum in spiritu & ueritate adorare. Nimirum his uerbis innuens, ueram orationem non in solis uerbis consistere: sed à puro corde proficisci, & Deum ab orantibus nobis cor requirere. Quod & orans Dauid, precatur, ut oratio sua apud Deum efficax fiat, Cor mundum (inquit) crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Sic orant, qui pia cordis excitatione in fide, sp̄e & charitate Deum pulsant: Immo qui, quicquid faciunt, ad gloriam Dei faciunt: memores eius quod Apostolus Paulus monet, dicens, Siue ergo manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Item omnia quæcunq; facitis in uerbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum. Et ad hunc sensum accipiendum est, quod Paulus alibi dicit, Sine intermissione orate. Nam sine intermissione orare dicitur, qui omnia quæ facit, in gloriam Dei facit. Item, Quod Dominus dicit, Oportet semper orare, & nunquam deficere. Audiamus de hac re pulchrè Basilium Magnum, Quemadmodum, inquit, sine intermissione orare oporteat, si audire parati estis, pro uirili parte mea sermonem faciam. Oratio, est boni petitio à pijs mentibus ad Deum facta: Petitionem autem non uerbis tantum diffinimus, non enim Deum putamus uerborum admonitione indigere, sed

Orare mudo corde. Psal. 50.

1. Corinth. 10. Col. 3.

Orare sine intermissione.

Lucæ. 18.

In sermone in Martyrem Iulianum.

gere, sed ea quæ utilia sunt facis uel nobis non petentibus uidere. Quid igitur est quod dicimus, Oportet nos orationem non syllabis perficere, sed in animæ magis electione ac uoluntate: tum actione secundum uirtutem in omni uita perseverante, uim orationis implere: Siue enim editis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sedens ad mensam, ora: panem accipiens, danti gratias habe: uino corporis debilitatem sustentans, reminiscere eius, qui donum hoc dedit, ad cordis letitiam, & infirmitatis humanæ consolationem: Præterijt usus ciborum, memoria præbentis tibi cibos non prætereat: induens tunicam, gratias age illi qui dedit: pallium tibi obuoluis, auge in te dilectionem Dei, qui per brumam & æstatem necessaria nobis operimenta parit, uitamq; nobis conseruat, simulq; nostram obtegit fœditatem: Desinit dies, gratias ei habe, qui solem nobis tribuit operum ministrum, ignem quoq; & lunam per noctem, & multa alia uitæ necessaria suppeditat. Nox uero adueniens alias tibi occasiones ac materias orandi ministrabit: quando in cælum respexeris, quando astrorum pulchritudines contempleris, uisibilem Domino supplicat: Deum omnium conditorem & artificem adora, qui in sapientia cuncta creauit: Quando item uideris omnium animalium naturam somno occupatam, rursus eum adora, qui nos inuitos etiam per somnum, a laboribus continuis liberat, & parua requie rursus ad agendi uirtutem reducit. Nox igitur non sit, quasi fors quædam propria & peculiaris, toto somno dedicata: neq; cõmittas, ut per somni insensibilitatem uitæ tibi medium sit inutile: Sed noctis diducas tempus, in somnum & orationem. Ipsi tibi somni quoq; pietatis meditationes, exercitationesq; fiant. Solent enim imaginationes illæ, quæ dormientibus accidunt, plerunq; curas nostras quotidianas referre: qualia autem uitæ nostræ sunt studia, talia nobis necesse est et somnia fieri. Sic itaq; sine intermissione orabis, non uerbis tantum preces effundens: sed per omnem uitam & actionem te Deo coniungens, & uita tua non sit aliud, quam continua quædam oratio. Hæc Basilius. Sunt tamen qui hunc locum Apostoli, Sine intermissione orate: & alium Christi, Oportet semper orare, etiam de oratione uocali intelligant, ut sine intermissione orare dicantur, qui nullam diem sine oratione intermittant: Quod Augustinus dixit. Beda hunc locum, qui est apud Lucam dupliciter interpretat: de horis Canonicis, & quolibet opere iusti. Quis autem (inquit) potest semper orare, & sine defectu, & sine intermissione precibus insistere, ut ne alimentum sumendi aut dormiendi tempus habeat: Aut igitur dicendum est, eum semper orare, & sine defectu uel intermissione, qui horis Canonicis iuxta ritum Ecclesiasticæ traditionis, psalmodijs, precibus continuis, dominum rogare & laudare non desistit. Et hoc est quod Psalmista dicebat, Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Aut certe omnia quæ iustus

Coloss. 3.

Diuersæ oc casiones orã di.

Orandum etiã nocte.

Nox in somnum et orationem diducenda

1. Thess. 5. Lucæ. 18.

Aug. in lib. de heres. c. 57.

Beda super Lucam.

Semper orare quis dicitur.

psal. 33.

Hyperbole. iustus secundum Deum gerit & dicit, id orationem esse reputandum. Hæc Beda. Alij ^{ὁ δὲ} dictum esse putant. Oportet semper orare, ad exaggerandam rem, & significandum orationis studium assiduum esse debere, si perpetuum esse non possit. Qui tropi & figuræ & aliæ scripturæ sunt familiares, ut Augustinus docet. Quædam orationes certa uerborum forma peraguntur. Qualis est oratio Dominica, psalmi, sanctorum cantica, hymni, & similes, quæ & ipsæ in spiritu fiunt & ueritate: sed non solum cordis meditatione, sed etiam exteriori ritu. Et hæc quidem non semper & sine intermissione fiunt (nisi dicamus semper & sine intermissione fieri, quod quotidie fit, et certis diei horis, ut paulo ante dictum est) sed statis horis & per certa intervalia perficiuntur. Hic ritus certis horis orandi, in ueteri & nouo testamento obseruatus fuit. Daniel ingressus est domum suam, & fenestris apertis in cœnaculo contra Hierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturq; coram Deo suo, sicut & ante facere consueuerat. Et in Actis Apostolorum legitur, Petrus & Ioannes ascendebant in templum, ad horam orationis nonam. Item, Petrus ascendit in superiora, ut oraret circa horam sextam. Hic uidemus certas horas, orationi in ueteri & nouo testamento fuisse destinatas. Videlicet tertiam, sextam, & nonam. De quo ritu ita scribit Cyprianus. In orationibus, inquit, inuenimus obseruasse cum Daniele tres pueros, in fide fortes, & in captiuitate uictores: horam tertiam, sextam, nonam: sacramento scilicet Trinitatis, quæ in nouissimis temporibus manifestari habebat. Nam & prima hora in tertiam ueniens, consummatum numerum Trinitatis ostendit: Itemq; ad sextam quarta procedens, declarat alteram Trinitatem, & quando à septima nona completur, per ternas horas perfecta Trinitas numeratur. Quæ horarum spacia iam pridem spiritaliter determinantes, adoratores Dei, statutis & legitimis temporibus seruiebant: & manifesta postmodum res est, sacramentum olim fuisse, quod ante sic iusti precabantur. Nam super discipulos hora Tertia descendit spiritus sanctus, qui gratiam Dominicæ repromissionis impleuit. Item, Petrus hora Sexta in tectum superius ascendens, signo pariter & uoce Dei monentis instructus est, ut omnes ad gratiam salutis admitteret, cum de emundandis gentilibus ante dubitaret. Et Dominus hora Sexta crucifixus, ad Nonam peccata nostra sanguine suo abluit: & ut redimere & uiuificare nos posset, tunc uictoriam suam passione perfecit. Hæc Cyprianus. His horis alias quoq; adiunxit Ecclesia, Matutinas, Primam, Vesperas, & ab Ecclesia Completorium: quas & ipsas à sanctis hominibus ueteris & noui testamenti obseruatas, & ab Apostolis ipsis ad nos traductas esse, negare non possumus. De qua re iterum audiamus Cyprianum, ita dicentem. Sed nobis, fratres dilectissimi, præter horas antiquitus obseruatas, orandi nunc & spacium & sacramenta creuerunt. Nam & mane orandum

orandum est, ut Resurrectio Domini matutina oratione celebretur. Quod olim spiritus sanctus designabat in Psalmis, dicens, Rex meus & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine mane, & exaudies uocem meam, mane assistem tibi & contemplantor te. Et iterum per Prophetam loquitur dominus. Diluculo uigilabunt ad me dicentes. Eamus & reuertamur ad Dominum Deum nostrum. Recedente item sole, ac die cessante, necessario rursus orandum est. Nam quia Christus, sol uerus & Deus uerus est: sole ac die sæculi recedente, quando oramus & petimus, ut super nos lux denuo ueniat Christi, precamur aduentum lucis æternæ, gratiam præbiturum. Christum autem diem dictum, in Psalmis declarat spiritus sanctus. Lapis (inquit) quem reprobaucrunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, à Domino factus est, & est admirabilis in oculis nostris, Hic est dies quem fecit Dominus, ambulemus & iucundemur in eo. Item, quod sol appellatus sit, Malachias Propheta testatur, dicēs. Vobis autem qui timetis nomen Domini, orietur sol iustitiæ, & in alis eius curatio est. Quod si in scripturis sanctis, sol uerus & dies uerus est Christus, hora nulla à Christianis excipitur, quod minus frequenter & semper Deus debeat adorari: ut qui in Christo, hoc est, in sole, & in die uero sumus, insistamus per totum diem precibus & oremus, Et quando mundi legibus decurrens uicibus alternis nox resoluta succedit, nullum de nocturnis tenebris esse orantibus clammum potest, quia filijs lucis & nocte dies est: Quomodo enim sine lumine est, cui lumen in corde est: aut quomodo sol ei & dies non est, cui sol & dies Christus est: Qui autem in Christo, id est, in lumine semper sumus, nec noctibus ab oratione cessamus. Hactenus Cyprianus. Ac de nocturnis orationibus quod dictum est, illo quoq; Psalmi confirmatur, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Et iterum, Memor fui nocte nominis tui domine. Item, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Quem locum de oratione nocturna intelligendum esse, Hilarius testatur, exponens illud Psalmi, Memor fui nocte nominis tui Domine: Sic enim scribit, Scit præcipue nocturno tempore diuini esse à nobis nominis recordandū. Scit tamen maxime custodiam Dei legis à nobis esse retinendam, cum subrepunt animo impura cupiditates, cum stimuli uitiorum per recens assumptum cibum corpus exagitant: tum Dei nomen recordandum, tum custodienda eius lex est: pudicitiam, continentiam, Dei timorem statuens: nouit hoc præcipue tempore Dominum esse orandum, deprecandum, promerendum, dicens in alio loco, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Nō est periculose nocturnarum uigiliarum ocio animus relaxandus, sed in omnibus deprecationibus, in confessionibus peccatorum occupandus est: ut cum maxime corporis uitij datur oportunitas, tum præcipue eadem uitia diuinæ legis recordatione frangantur, Hæc

Orandum mane in matutinis. psal. 5.

Thren. 3.

Orandum et uespere.

psal. 117. Christus dies dicitur et sol.

Malach. 4.

Orationes nocturnæ. psal. 118. psal. 6.

Hilarius.

psal. 118.

Nocte præcipue Dei recordari oportet.

psal. 6.

tur, Hæc Hilarius. Omnibus his consentit, quod ad eundem fere modum, de stas horis orandi scribit Basilus Magnus. Non sunt (inquit) stas inter fratres precandi tempora contemnenda; quæ necessario eligimus, quod singula nos singulorum beneficio Dei admoneant. Diluculum, ut primi animæ ac mentis nostræ motus, Deo offerantur, & nihil prius in nostram curam recipiatur, quam animus noster de Deo cogitando, exhilaretur, sicut scriptum est. Memor fui Dei & exhilaratus sum. Neq; corpus ad operandum moucatur antequam fiat quod dictum est. Quoniam ad te precabor Domine, mane exaudies uocem meam, mane astabo tibi. Rursus, ut circa tertiam horam diei ad precandum excitentur & congregentur fratres, etiam si alius ad alia opera à se sint inuicem separati, ut admoniti doni spiritus, quod circa tertiam diei horam Apostolis est datum, omnes unanimiter adorent Dominum; ut & ipsi digni reddantur ad suscipiendam sanctificationem, & petant ipsius ductum & doctrinam, ad ea quæ sunt salutaria, iuxta eum qui dixit: Cor mundum creca in me Deus, & spiritum rectum innoua in intimis meis. Ne proicias me à facie tua, & spiritum tuum sanctum ne auferas à me. Redde mihi lætitiã salutis tuæ, & spiritu principali confirma me. Et alibi, Spiritus tuus bonus ducat me in terram rectam. Deinde iterum operandi studio incumbat: Et si longius alicubi propter operum uel locorum naturam ac situm agentes distineantur, necesse est, ut eo loci singula quæ fratribus in communi decreta sunt, absq; ulla hæsitacione adimpleant: ubi nanq; duo uel tres, inquit Christus, in nomine meo congregati fuerint, ibi sum ego in medio illorum. Sexta uero hora precacionem duximus esse necessariam, ad imitationem Sanctorum, qui dicunt: Vespere et mane et meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet uocem meam. Et ut liberemur ab incurfu et demonio meridiano, simul dicatur Psalmus nonagesimus. Nona autem, ab ipsis Apostolis in Actis, necessaria nobis ad precandum tradita est. In quibus scribitur, Quod Petrus & Ioannes ad templum ascenderint, ad horam precacionis nonam. Circa finem uero diei necessaria est, ut de ijs quæ illo nobis die data sunt, aut acquisita, gratias agamus, & si quid sit actum remissius, siue delictum aliquod uel uoluntarium, uel contra animi sententiam; aut etiam ab imprudentibus, aut in uerbis uel factis uel etiam in corde sit commissum, pro omnium remissione precantes Deum placemus. Plurimum enim prodest præterita considerare, ne talia denudò committamus. Quapropter & dicit. Quæ dicitis in cordibus uestris, eorum gratia & in cubilibus uestris compungimini. Ad hæc sub noctis initium precandum est, ut in offensa, sine phantasijs quiescere detur: dicto iterum necessario etiam hac hora Psalmo nonagesimo. Noctis autem medium ad precandum nobis tradiderunt Paulus et Silas, quemadmodum Actorum historia indicat, dicens. Circa medium

Basilus Magnus in Asceticis. c. 36.
Diluculum.
Psalm. 118. Psalm. 5.
Hora Tertia.
Psalm. 50.
Psalm. 142.
Matth. 18.
Hora Sexta.
Psalm. 54.
Hora Nona.
Act. 3.
Hora Vespertina.
Psalm. 4.
Hora Completorii.
Medium Noctis.

dium autem noctis, Paulus & Silas laudabant Deum, Et Psaltes, cum dicit: Media nocte surgebam ad confitendum tibi, propter iudicia iustitiæ tuæ. Præterea & ipsum diluculum surgendo ad precandum præuenire, ne in somno & cubili ab ingruente die depræhendamur, iuxta eum, qui dixit: Præuenerunt oculi mei diluculum, ut meditarer in eloquijs tuis. Horum temporum nullum est negligendum ab illis, qui diligenti custodia uitam suam ad gloriam Dei & Christi ipsius, instituire proposuerunt. Arbitror autem profuturum, ut in horarum istarum obseruantia, differentia & uarietas precum & Psalmorum sit, propterea quod plerunq; in æqualitate animus torpet, & uagando fluctuat: in alteratione uero & uarietate Psalmodiæ & sermonis, qui singulis horis habendus est: & desiderium illius & uigilantia excitatur & renouatur. Idem in sermone Ascetico, cuius initium est. Homo ad Imaginem Dei factus. Orandi (inquit) tempus sit tota uita, quoniam uero psallendi & genu flectendi assiduitas, quibusdam interstitijs quietis gratia dirimenda est: sequenda potissimum sunt illæ horæ ad precandum, quas usus Sanctorum præfixit. Dicit itaq; magnus ille Dauid. Media nocte surgebam ad cõfitendum tibi super iudicijs iustificationis tuæ. Quem & Paulus & Silas cõtestati circa noctis medium, Deum in carcere laudasse inueniunt. Deinde alius Propheta dicit: Spiritus sanctus circa tertiam horam aduenit, sicut in Actis didicimus. Cum enim discipulos Pharisei uarijs linguis loquentes irriderent, dixit Petrus: non esse ebrios ista loquentes, Hora enim (inquiens) tertia est. Nona uero Dominicæ passionis memoriam habet, quam ille nostri gratia subiit. Quoniam autem Dauid dixit: Septies in die laudem dixi tibi super iudicijs iustificationis tuæ, commemorati temporis articuli non adimplent septenarium orandi numerum: Meridionalis oratio diuidenda est, ut pars ante, pars post refectionem impleatur: ut iuxta hunc typum & nos Deum septies per diem, hoc est, totam diei periodum laudemus. Hæc Basilus. Quamuis autem ad omnia membra Christi, hoc est, ad omnes, qui in eum credunt, & eius corpori sociantur, pertineat orare: Specialiter tamen & diligentior cura orationum in scriptura, sacerdotibus, & his qui specialiter diuinis officijs deputati sunt, iniuncta inuenitur: Sacerdotis est enim non solum pro se, sed etiam pro populo orare. Nam Moyses imitari debent & Aaron, ut inquit Hieronymus in Leuitico, Moysen ad bella non uadit, non pugnat contra inimicos: sed quid facit? orat: & donec orat, uincit populus eius. Orat ergo sacerdos Ecclesiæ indefinenter, ut uincat populus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt daemones, impugnantes eos, qui uolunt pie uiuere in Christo. Vnde & peccata populi comedere dicuntur, quia suis precibus ea delent, atq; consumunt. Qui quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. Augustinus uiduis quoq;

Act. 16. Psalm. 118.
Hora Diluculi seu Matutina.
Psalm. 118.
Varitas precum in horis Canonis.
Basilus.
Orandi tempus tota uita est.
Psalm. 118. Act. 16.
10el. 2.
Act. 2.
Septies in die.
Psalm. 118.
Cura orandi præcipue sacerdotibus iniuncta est.
36. dist. c. si quis uult. Exodi. 17.

P ij diligentior em

In epistola ad Probam de orando Deo, que est 121 Duce Anz nae. 1. Reg. 1. Luc. 2.

Decreta Concilio rum de ho ris Canoni cis.

I. c. 18.

II. c. 7.

Observa re septima nas.

III. c. 30.

III. c. 19.

Psalmo rum in Matu ti nis partitio anti qua.

diligentiorē orandi curam iniunctam esse affirmat, exemplo dua rum uiduarum, Dux Anne (inquit) fuerunt honorabiliter nominatę; una coniugata, quę sanctū Samuelem peperit: alia uidua, quę Sanctū sanctorū cū adhuc infans esset, agnouit. Orauit et cōiugata in dolore animi et afflictioē cordis, quia filios non habebat: tunc ipsū Samuelem impetrauit, & acceptū Deo reddidit. Altera nō discedebat de tēplo, ieiunij & obsecrationibus seruiens nocte & die. Sed redeo ad sacerdo tes: Hij sunt, qui die & nocte orare debent, pro se & sibi subdito popu lo. Recte igitur institutum est, ut hij non solum offerant, sed etiam alia diuina officia, diurna et nocturna peragant. Hęc sunt horę Canoni cę, de quibus hęc ferē Conciliorum, sanctorumq; patrum decreta extant. Laodicense Concilium. Officium precum, & nona, & uespera semper debet exhiberi. Item Tarraconensē. De diocesanis Ecclesijs, uel dero id placuit diffinire, ut Presbyteri uel Diaconi, qui inibi con stituti sunt, cum clericis septimanas obseruent, Id est, ut Presbyter unā faciat hebdomadam, qua expleta, succedat diaconus ei similiter: Ea sci licet conditione seruata, ut omnis clerus die Sabbati ad uesperam sit paratus, quo facilius die Dominico solennitas cum omnium presentia celebretur: ita tamen, ut omnibus diebus, uesperas & matutinas cele brent, quia desistente clero (quod est pessimum) comperimus in Ba silicis nec luminaria ministrari. Si qui sanē negligentię uitio hęc im plere noluerint, nouerint se secundum statuta Canonum, pro modo personarum, Canonice disciplinę subdendos, Agathense. Et quia conuenit ordinem Ecclesię ab omnibus æqualiter custodiri, studen dum est ubiq; (sicut fit) & post antiphonas, collectiones per ordinem ab Episcopis uel Presbyteris dici: & hymnos matutinos uel uesperti nos decantari diebus omnibus: & in conclusione matutarum, uel uespertinarum, & Missarum, post hymnos capitella de Psalmis dici, & plebem collecta oratione ad uesperam ab Episcopo cum benedictio ne dimitti. Turonicum secundum. Statuimus ut tam in ipsa Basilica sancta, quam in Ecclesijs nostris iste psallendi ordo seruetur: ut in die bus festiuis ad matutinum sex antiphonę binis Psalmis explicentur: toto Augusto manicationes fiant, quia festiuitates sunt & Missę: Sep tembri, septem antiphonę explicentur, binis Psalmis: Octobri, octo, ternis Psalmis: Nouembri, nouem, ternis Psalmis: Decembri, decem, ternis Psalmis: Ianuario & Februariō itidem, usq; ad Pascha. Sed ut possibilitas habet qui facit amplius pro se, & qui minus ut potuerit, su per est, ut uel duodecim Psalmi expediantur ad matutinum: quia patrū statuta præceperunt, ut ad Sextam, sex Psalmi dicantur cum Alleluia: & ad Duodecimam duodecim, Itemq; cum alleluia: quod etiam ange lo ostendente didicerunt, Si ad Duodecimam duodecim Psalmi, cur ad matutinum non? Itemq; uel duodecim explicentur, quicunq; mi nus quam duodecim Psalmos ad matutinum dixerit, ieiunet usq; ad uesperam,

uesperam, panem cum aqua manducet, & non illi sit altera in illa die ulla refectio: & qui hoc facere contempserit, una hebdomada, panem cum aqua manducet, & ieiunet omni die usq; ad uesperam. Aliter psallendi ritum & ordinem explicat Gregorius Papa Septimus. Ca non sic habet. In die Resurrectionis usq; in Sabbatum in albis, & in die Pentecostes usq; in Sabbatum eiusdem, tres Psalmos tantum ad nocturnos, tresq; lectiones antiquo more canimus & legimus: Om nibus diebus alijs per totum annum, si festum est, nouem Psalmos, & nouem lectiones dicimus: Alijs uerō diebus Duodecim Psalmos & tres lectiones recitamus. In Dominicis uerō diebus 17. Psalmos (ex ceptis dieb; Paschæ & Pentecostes) & nouē lectiones celebramus. Illi autem qui in quotidianis diebus tres tantummodo Psalmos, & tres lectiones celebrare uolunt, non ex regula sanctorum patrum, sed ex fastidio et negligentia comprobantur hoc facere, Romani uerō diuer so modo agere cœperunt, maxime a tempore quo Theutonicis con cessum est regimē nostrę Ecclesię: nos autem & ordinem Roma num inuestigantes, & antiquum morem nostrę Ecclesię: imitantes antiquos patres, statuimus fieri, sicut superius prænotauimus. Item, Gerundense Concilium: Id semper placuit obseruare, ut omnibus die bus, & post matutinas & uesperas, Oratio Dominica a sacerdote pro feratur. Illud etiam de Oratione Dominica (quam & quotidianam uocarunt ueteres) Conciliū Tolet, Quartum statuit, ut quotidie a cle ricis uel in publico uel in priuato officio dicatur. Nonnulli, inquit, sa cerdotes in Hispanijs reperiuntur, qui Dominicam Orationem (quā saluator noster docuit & præcepit) non quotidie, sed tantum die Do minica dicunt: & quia sine intermissione, ut oremus, Apostolus do cuit. Qualiter autem oremus, Christus præcepit dicens, Cum autem oratis, dicite, Pater noster qui es in cœlis: Quomodo ergo quotidie non dicitur, quod sine intermissione dici iubetur? Nam in tantum quotidie hęc Oratio dicenda est, ut etiam ipso titulo utatur, nam uo catur Oratio quotidiana: sic eam sancti patres nuncupauerunt, quod etiam apud Doctores, quorum illustris doctrina est, inuenitur. San ctus quoq; Cyprianus dicit. Itaq; in oratione Dominica, panem no strum, id est, Christum, dari nobis quotidie petimus: ut qui in Christo manemus & uiuimus, a sanctificatione & corpore eius non receda mus. Sanctus Hilarius dicit, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quid enim tam uult Deus, quam ut quotidie Christus habiter in nobis, qui est panis uitę, & panis e cœlo: Et quia quotidiana Ora tio est, quotidie quoq; ut detur oratur. Sanctus Augustinus dicit, De quotidianis autem, breuib; leuib; peccatis, sine quibus uita hęc non ducitur, quotidiana Oratio fidelium satisfacit. Eorum est enim dice re, Pater noster qui es in cœlis, qui iam patri tali regegerati sunt, ex aqua & spiritu sancto. Delet ergo hęc quotidiana Oratio, minima & quotidiana

V. Alia perti tio plalmo rū per Gre go. Sepu mum. De consecra. dist. 5. c. In die resur rectionis.

VI. c. 10.

VII. Oratio Quotidia na, Pater noster. c. 9. 1. Theff. 5. Matth. 6.

Cyprianus

Hilarius.

Augusti nus.

Virtus ora tiōis Quo tidianę.

quotidiana peccata: delet & illa, a quibus uita fidelium etiam scelera-
te gesta, pœnitendo in melius discedit, murata. Ergo sicut Christus
præcepit, sicut Apostolus monuit, & quemadmodum doctores Ecclē-
siastici instituerunt: quia quotidie uel cogitatione, uel uerbo, delinqui-
mus, quotidie hanc orationem effundere in conspectu Dei debemus:
Quisquis ergo sacerdotum uel subiacentium clericorum, hanc Oratio-
nem Dominicam quotidie, aut in publico, aut in priuato officio præ-
terierit, propter superbiam iudicatus, ordinis sui honore priuetur.

Modestia Debet autem modestia seruari in uocalibus orationibus, siue soluta uo-
in oratione ce dicantur, siue certis modulis. compositæ decantentur. Et in primis
seruanda. opera clari, ut quod uoce pronuntietur, ex ipso corde proficiat: nam
qui sola uoce, non etiam mente orant, inaniter orant. De quibus Pro-
pheta dicit, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est
à me. Sed audiamus de hac re beatissimum Martyrem Cyprianum,

Esai. 29.
Matth. 15.

In sermone Placendum est, inquit, diuinis oculis, & habitu corporis, & modo uo-
de oratio- cis. Nam ut impudentis est, clamoribus strepere: ita contra congruit
ne domini uerecundo, modestis precibus orare, Et paulò post, Et quando in unū
ca. cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina cum Dei sacerdote cele-
bramus, uerecundiæ et disciplinæ memores esse debemus, non passim
uentilare preces nostras inconditis uocibus: nec petitionem commen-
dandam modeste Deo, tumultuosa loquacitate iactare: quia Deus
non uocis sed cordis auditor est: Nec admonendus est clamoribus,
qui cogitationes uidet, prouocante Domino & dicente, Quid cogita-
tis nequam in cordibus uestris? Et alio loco, Et scient omnes Ecclesiæ,
quia ego sum scrutator renis & cordis. Quod Anna in primo Reg-
norum libro, Ecclesiæ typum portans, custodit & seruat, quæ Domi-
num non clamosa petitione, sed tacite & modeste intra ipsas pectoris
latebras precabatur: loquebatur prece occulta, sed manifesta fide:
loquebatur non uoce, sed corde, quia sic sciebat Deum audire: et im-
petrauit efficaciter quod petijt, quia fideliter postulauit. Declarat scrip-
tura diuina quæ dicit, Loquebatur in corde suo, & labia eius moue-
bantur, & uox eius non audiebatur, & exaudiuit eam Deus. Item le-
gimus in Psalmis, Dicite in cordibus uestris & in stratis uestris trans-
pungimini. Per Hieremiam quoque hæc ea dem spiritus sanctus sugge-
rit & docet, dicens: In sensu autem tibi debet adorari Deus. De can-
tu sic ait Augustinus, De hymnis & Psalmis canendis, ipsius Domini
& Apostolorum documenta, & exempla & præcepta habemus, uitalia
admonendum pie animum, & accendendū diuinæ lectionis affectū.
Varia consuetudo est, & pleraque in Africæ Ecclesiæ membra pigno-
ra sunt, ita ut Donatistæ nos reprehendant, quod sobrie psallimus in
Ecclesia diuina, cantica Prophetarum: cum ipsi ebrietates suas ad can-
ticum Psalmorum, humano ingenio compositorum, quasi tubas ex-
hortationis, inflamment.

Luce. 5.

Apoc. 2.

Hier. 17.

Qualiter

orauit An-

na.

1. Reg. 1.

Psal. 4.

Hiere. 19.

Epistola. 119.

De Qua

De Quadragesima & alijs temporibus Ieiuniorum,
Caput III.



Quadragesima ieiuniorum (inquit Augustinus) habet *Epistola. 119.*
authoritatem, & in ueteribus libris ex ieiunio Moyfi
& Helix, & ex Euangelio: Siquidem Moyfes in mon- *Exo. 24. et 34.*
te Quadragesima dies, et totidem noctes nihil gustans,
facie ad faciem cum Deo loquitur, & legē digito eius
in tabulis lapideis conscriptam accepit. Helix autem *3. Reg. 19.*
Propheta, post subcinericij panis esum, & aque potū, cū dies Quadra-
gesima ieiunijs ambulasset, peruenit usque ad montē Dei Oreb: atque idē
igneo curru sublatus, transuectus est in paradysum. Post hos Saluator *4. Reg. 2.*
noster, Quadragesima dies ieiunauit. Idem, Cū in monte transforma- *Matth. 4.*
tus, totus diuinitatis suæ luce resplendisset, Moysem & Heliam iuxta se *Luce. 9.*
apparere fecit: Igitur totidē diebus ieiunans Dominus, quot Moyfes *Aug. ubi supra*
& Helix: demonstrauit Euangeliū non dissentire à lege et Prophetis.
In persona quippe Moyfi lex, in persona Helix Propheta accipiun-
tur, inter quos & in monte gloriosus apparuit: ut euidentius emine-
ret, quod de illo dicit Apostolus, Testimoniū habens à legē & à Pro- *Ro. 3.*
phetis. In qua ergo parte anni congruentius obseruatio Quadrage- *Pars anni*
simæ constitueretur, nisi consini & contigua Dominicæ passioni: *Quadrage-*
quia in ea significatur hæc uita laboriosa, cui opus est cōtinentia, ut ab *simæ con-*
ipsius mundi amicitia ieiunetur: quæ utique fallaciter blandiri, & illece- *gruens.*
brarum fucos circumspargere atque iactare non cessat. Numero autem *Numeri*
Quadragesimo uitam istam propterea figurari arbitror (inquit idem *Quadrage-*
sanctus pater) quia Denarius, in quo est perfectio beatitudinis no- *narij myste-*
stræ, sicut in Octonario, quia redit ad primum, ita in hoc mihi uidetur *tium.*
exprimi: Quia creatura quæ septenario figuratur, adhæret creatori,

P iij

ut ante

Quadragesima ante Pascha Quadragesima illi ieiuniorum dies obseruentur, quos ut integrè etiam ieiuent Christiani, nec ante Pascha ieiunium soluant, multorum etiam Conciliorum, & sanctorum patrum decretis declaratur. Quæ quoniã istorum temporum malignitate, & hæreticorum perfidia atque uiolentia, suppressa sunt: ea quantum temporum & personarum qualitas permittit, in Concilio restaurari denuo oportebit.

De cons. dist. 1. quadragesima. Quadragesima dat Deo decimas, de diebus anni.

Gregorius Papa, in quadam Homilia) summa obseruatione est obseruanda, ut ieiunium in ea præter dies Dominicis (qui de abstinentia subtrahi sunt) nisi quem infirmitas impederit, nullatenus soluantur, quia ipsi dies Decimæ sunt anni: A prima ergo Dominica Quadragesimæ usque in Pascha Domini Sex hebdomadæ computant, quarum uidelicet Quadragesima dies & duo sunt: ex quibus dum sex dominici dies abstinentiæ subtrahuntur, non plus in abstinentia, quam Triginta sex dies remanent, uerbi gratia, Si per CCCLXV. dies annus uoluitur, deinde per Triginta & sex dies affligimur, quasi anni Deo Decimas damus: Sed ut facer numerus XL. dierum adimpleatur, quæ Saluator noster sacro ieiunio suo cõsecrauerat, quatuor dies prioris hebdomadæ ad supplementum XL. dierum tollant, id est, Quarta feria, quæ caput ieiunij subnotat, & quinta feria sequens, sexta feria, & Sabbatum, nisi istos dies quatuor superioribus Triginta sex adiuuerimus, XL. dies in abstinentia non haberemus.

Exod. 22.

c. 9. Voracium ingluuies.

lubemur autem et omnipotenti Deo omnium bonorum Decimas persoluere. Toletanum Octauum, Nouæ intentionis admonitu, detecta est ingluuies horreda uoracium, quæ dum freno parsimonie non astringitur, religioni contraire monstratur. Et post pauca. Etenim cum Quadragesimæ dies anni totius Decimæ deputentur, quæ & in oblatione ieiunij Domino consecrantur, quibus etiam saluberrimè conditio humani generis expiatur: dum à quatuor mundi partibus, ad hanc homo religionem crediturus adducitur: et ex quatuor elementis formatus, propter transgressionem Decalogi, quater decies conuenienter affligitur: illis qui ausu temerario hæc omnia contemnunt, nec uoracitatis ingluuiem frenant: & (quod peius est) paschalia festa illicitorum esum

Pœna esus carniū in Quadragesima.

perceptione prophanant: Ex hoc adeo accerrimè interdicitur, ut quisquis sine inuitabili necessitate atque fragilitate, & euidenti languore, seu etiam impossibilitate ætatis, diebus Quadragesimæ esum carniū præsumperit attentare, non solum reus erit Resurrectionis Dominicæ, uerum etiam alienus ab eiusdem diei sancta cõmunionem. Et hoc illi cumuletur ad poenam, ut ipsius anni tempore, ab omni esu carniū abstinereat gulam, quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam: Illi uero quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, non antè prohibita uiolare præsumant, quam à sacerdote, permissum percipiant.

De magna Quinta feria.

c. 50.

Laodicense, Non oportet in Quadragesimæ Quinta feria ultimæ hebdomadæ ieiunium dissolui, & totam Quadragesimam inhonorari: sed per totos hos dies ieiunare, & escis abstinentiæ conuenientibus,

uenientibus, id est, aridioribus uti. Item in decretis græcarum Synodorum. Non liceat Quinta feria nouissimæ septimanæ ieiunium soluere, & omnem exhonore Quadragesimam, sed sincere abstinentes, totam Quadragesimam peragere. Aurelianense Quartum. Hoc etiam decernimus obseruandum, ut Quadragesima ab omnibus Ecclesijs æqualiter teneatur: Neque Quinquagesimam aut Sexagesimam ante Pascha, quilibet sacerdos præsumat indicare: sed neque per Sabbata absque infirmitate quilibet soluat Quadragesimale ieiunium, nisi tantum die dominico prædeat: quod fieri specialiter patrum statuta sanxerunt, Si quis hæc regulam irruperit, tanquam transgressor disciplinæ, à sacerdotibus, censetur. Item Toletanum Quartum. Quidam in die Sextæ feriæ passionis Domini ab hora nona ieiunium soluant, conuiujs adhibentur: & dum sol ipse eadem die tenebris palliaris lumem subduxerit, ipsaque Elementa turbata mœstitia totius mundi ostenderint, illi ieiunium tanti diei polluunt, epulisque inseruiunt. Et quia totum eundem diem uniuersalis Ecclesiæ propter passionem Domini, in morore & abstinentia peragit: quicumque in eo ieiunium præter paruulos, senes, & languidos, ante peractas indulgentiæ preces soluerit, à Paschali gaudio depellatur: nec in eo sacramentum corporis et sanguinis Domini percipiat, qui diem passionis eius, per abstinentiam non honorauit. Clericis ad Quadragesimam una hebdomoda additur, quæ & ipsam ieiunare tenentur, ut Thelesphorus Papa constituit. Statuimus (inquit) ut Septem hebdomadas plenas, ante sanctum Pascha omnes clerici, id est, in sortem Domini uocati, à carne ieiunent: quia sicut discreta debet esse uita clericorum à laicorum conuersatione, ita & in ieiunio debet esse discretio. Has ergo Septem hebdomadas, omnes clerici à carne & delictis ieiunent, & hymnis & uigilijs, atque orationibus, inherere die noctaque studeant. Huius constitutionis Ambrosius quoque mentionem facit. Quadragesima, inquit, Sex septimanas habet, cui addidit Thelesphorus Pontifex Septimam hebdomadam: et uocatum est hoc tempus Quinquagesima. Idem confirmat Gregorius Papa, sic enim ad Augustinum Anglorum Episcopum scribit. Denique & Diaconi & reliqui omnes, quos dignitas Ecclesiastici gradus exornat, à Quinquagesima propositum ieiunandi suscipiant, quo et aliquid ad pensum sanctæ institutionis adijciant, & eorum qui in laicali ordine consistunt obseruantiam, sicut loco ita & religione præcellant. Temporibus Augustini, magna fuit de ieiunio Sabbati contentio, quibusdam dicentibus, in Sabbato non esse ieiunandum, quem morem omnes prope Orientales Ecclesiæ obseruarunt: Alijs contra Sabbatum ieiunantibus, Quod Romana, et quæ illi in Occidente adiacent, quedam propinquæ, quædam etiam longinquæ Ecclesiæ, fecerunt. Augustinus ipse in hacrituum & consuetudinum diuersitate, tutius pacatiusque seruandum esse dicebat, quod Apostolus inquit, Qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: quia neque si manduca-

c. 50.

In Quadragesima prædere non licet, nisi die Dominica.

c. 7.

In Epistola ad omnes Episcopos in princi.

c. quadragesima. ma. 4. dist.

c. denique. 4. dist.

Discordia de ieiunio Sabbati.

Epistola. 86. que est ad Cæcilianum. Ro. 14.

Seruanda
Ecclesiarū
cōsuetudo
in ieiunan-
do.

Matth. 11.

Ro. 14.

Epistola. 119.

Sabbato iei-
unandum
esse.

In Epistola ad
Decetium Ene-
gub. Episcopū
c. 4.

manducauerimus, abundabimus, neque si non manducauerimus ege-
bimus; custodita scilicet eorum inter quos uiuimus, in his rebus inoffen-
sa societate. Sicut enim (quod Apostolus ait) uerum est, malū esse ho-
mini qui per offensionem manducata malum est homini, qui per of-
fensionem ieiunat. Itaque idem sanctus pater consulit, ut non simus eis
similes, qui uidentes Ioannem non manducantem nec bibentem, dixe-
runt, Dæmonium habet: Sed nec rursus eis, qui uidentes Christum
manducantem & bibentem, dixerunt, Ecce homo uorax, & uinosus,
amicus publicanorum et peccatorum, Rem quippe ualde necessariam
his dictis Dominus ipse subiicit, atque ait: Et iustificata est sapientia in
filijs suis. Hī autem sunt de quibus scriptum est, qui quando mandu-
cant, non manducantem non spernunt: & quando non manducant,
manducantem non iudicant. Ac tale quidem consilium beatus Au-
gustinus, prius à beato Ambrosio acceperat, ut ipse ad Ianuarium scri-
bens testatur. Mater mea, inquit, Mediolanum me consequta, inue-
nit Ecclesiam Sabbato non ieiunantem, coeperat perturbari, & fluctua-
re quid ageret: tunc ego talia non curabam, sed propter ipsam con-
sului de hac beatissimæ memoriæ uirum Ambrosium: Respondit se
nihil docere me posse, nisi quod ipse faceret, quia si melius nosset, id po-
tius obseruaret. Cuncq; ego putassem nulla reddita ratione, authorita-
te sola sua nos uoluisse admonere, ne Sabbato ieiunarem, subsequen-
tus est, & ait mihi, Cum Romam uenio, ieiuno Sabbato: cum hic sum,
non ieiuno: Scitiam tu, ad quam forte Ecclesiam ueneris, eius morem
serua, si cuiquam non uis esse scandalo, nec quenquam tibi. Hoc cum
matri renunciaissem, libenter amplexa est. Ego uero de hac sententia
etiam atque etiam cogitans, ita semper habui, tanquam eam cælesti ora-
culo susceperim. Postea autem Ro. Ecclesiæ consuetudo ab omni-
bus alijs Ecclesijs recepta est, ut iam per uniuersum Christianum or-
bem in Sabbato ieiunetur, quæ et ab Innocentio Papa confirmata est.
Sabbato (inquit) ieiunandum esse ratio euidentissima demonstrat.
nam si diem Dominicam ob uenerabilem Resurrectionem Domini
nostri Iesu Christi, non solum in Pascha celebramus, uerum etiam per
singulas hebdomodas ipsius diei imaginem frequentamus: ac sicut
Sextam feriam, propter passionem Domini ieiunamus, sic Sabbatum
prætermittere non debemus, quoniam intra tristitiam temporis illius
uidetur inclusum: nam utique constat, Apostolos biduo isto, & in mœ-
rore fuisse, & propter metum Iudæorum se occultasse: Quod utique non
dubium est, in tantum eos ieiunasse biduo memorato, ut traditio Ecclē-
siæ habeat, isto biduo sacramēta penitus nō celebrari. Quæ forma eti-
am tenenda est per singulas hebdomodas, propter id, quod commē-
moratio diei illius semper est celebranda. Quod si putant semel atque
uno Sabbato ieiunandum, ergo & Dominica & Sexta feria semel in
Pascha erit utique celebranda: si autem Dominicæ diei & Sextæ feriæ,
per

per singulas hebdomodas reparanda imago est, dementis est, bidui
agere consuetudinem, Sabbato prætermisso, cum non disparem ha-
beat causam à Sexta uidelicet feria, in qua Dominus passus est. Hodie
igitur Sabbato, æquè ut cæteris diebus, ieiunium celebrari potest.

Sola autem dominica dies à ieiunio exempta est, Idque religionis causa,
quia eum diem sine luctu celebrari conuenit, nimirum Dominicæ Re-
surrectioni consecratum: Quod & Apostoli sanxerunt, quorum con-
stitutio inter cætera illud quoque habet, Qui affligit animam suam in
Dominica, maledictus est Deo, testis Epiphanius. Olim etiam ad ui-
tandum scandalum, in die Dominica non ieiunabant Catholici, ne sci-
licet Manichæorum hæresim, & ritum amplecti uiderentur, qui suis
auditoribus ad Ieiunandum istum, tanquam legitimum diem consti-
tuerunt. Per quod factum est, ut Ieiunium diei Dominicæ horribilius
haberetur. Quamobrem contra Manichæos in Canonibus Græca-
rum synodorum ita constitutum reperitur, Si quis Presbyter publica
pœnitentiā à sacerdote accepta, aut aliqua necessitate, die Dominica
pro quadam religione ieiunauerit, sicut Manichæi, anathema sit. Item
in decretis Melchiadis Papæ, Ieiunium Dominicæ diei, & Quintæ fe-
riæ nemo celebrare debet, ut inter ieiunium Christianorum & genti-
lium, uel ueraciter credentium, fidelium, atque hæreticorum, uera et non
falsa discretio habeatur. Nihil tamen prohibet, quin si quis idoneus
sit, ut nulla refectione interposita, ultra hebdomadam perpetuare iei-
unium possit, ut ieiunio XL. dierum quantum poterit appropinquet,
etiam Dominica die ieiunare possit: Quod Augustinus suo etiam tem-
pore aliquos fecisse, ac quendam ad Quadragenarium numerum per-
uenisse, affirmat. Quemadmodum enim ueterum patrum tempori-
bus, Moyses & Helias, nihil contra prandia Sabbatorum fecerunt,
cum diebus XL. ieiunauerunt: Ita qui potuerit Septem dies ieiunan-
do transire, non sibi ad ieiunandum elegit Dominicum diem, sed in
his eum inuenit, quos se ieiunaturum uouit plurimos dies. Ieiunium
tamen etiam continuatum, si in hebdomada soluendum est, nullo con-
gruentius quam Dominico die soluitur, Si autem post hebdomadam
corpus reficitur, non utique ad ieiunandum dies Dominicus eligitur,
sed in numero, quem uoueri placuit, inuenitur. Nec ita religiosa est
huius diei à Ieiunio exemptio: nec si in eo ieiunetur, Ecclesiæ tanta offen-
sio, quin si aliqua necessitas exigat, tota die Dominica usque ad medium
noctis, uel etiam usque ad alterum diem ieiunare, & corpus non curare
liceat. Quemadmodum in Troade Paulus diem Dominicam dispu-
tatione sine cibo consumpsit: Et in nauigatione sua Quatuordecim
dies ieiunauit, in quo temporis spacio Dominicus quoque dies nume-
ratur. Iam etiam feriam Quartam & Sextam præcipue Ecclesia iei-
unare consueuit. Cuius rei hanc rationem reddit Augustinus, Cur in sexta fe-
riæ, inquit, Quarta et Sexta maxime ieiunet Ecclesia, illa ratio reddi-
uidetur, Epistola. 86.

Cur Domi-
nica die iei-
unare non
licet.

Lib. 3. to. 1.
contra heres.

6. 57.

Epistola. 86.
quæ est ad Can-
sulatum.

Ast. 10.
Ast. 17.

Ieiunium in
Quarta &
in sexta fe-
ria.

uidetur, quod considerato Euangelio, ipsa Quarta Sabbati, quam uulgo Quartam feriam uocant, consilium reperiuntur ad occidendū Dominum fecisse Iudæi, intermisso autem uno die, cuius uespera Dominus Pascha cum discipulis manducauit, qui finis fuit eius dici quem uocamus Quintam Sabbati: deinde traditus est ea nocte, quæ iam ad Sextam Sabbati, qui dies passionis eius manifestatus est, pertinebat: hic dies primus azymorum fuit à uespera incipiens. Sed Matthæus Euangelista Quintam Sabbati, dicit fuisse primam diem azymorum, quia eius uespera sequente, futura erat cœna Paschalis, qua cœna incipiebat azymum & ouis immolatio manducari. Ex quo colligitur, Quartam Sabbati fuisse, quando ait Dominus, Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur. Ac per hoc dies ipse, ieiunio deputatus est, quia sicut in Euangelista sequitur, & dicit, Tunc congregati sunt Principes sacerdotum, & seniores populi, in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Cayphas: & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, & occiderent. Intermissio autem uno die, de quo dicit Euangelium, Prima autem azymorum, accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi uis paremus comedere tibi pascha: hoc ergo die intermisso, passus est Dominus (quod nullus ambigit) Sexta Sabbati: Qua propter & ipsa Sexta, rectè ieiunio deputatur.

c. 2. Solennitate soluitur, ut Aurelianense primum diffiniuit. Item, expleta solennitate Pentecostes, in sequenti septimana, à Quinta feria in Sabbatum per hoc triduum abstinentia celebratur, ut in Concilio Gerundensi determinatum est. Similiter, ex eiusdem Concilij decreto, secunda Litania facienda est, Kalen. Nouembris: ea tamen conditione seruata, ut si iisdem diebus Dominica intercesserit, in alia hebdomada secundum prioris abstinentiæ obseruantiam, à Quinta feria incipiat: & in Sabbati uespere Missa facta finiatur, quibus tamen diebus à carnibus & uino abstiniendum erit.

De Ieiunio Quatuor temporum ad hunc modum constituit Calixtus papa Primus, Ieiunium, in nunc per Quatuor tempora fieri decernimus: ut sicut annus per Quatuor uoluitur tempora, sic & nos quaternum solenne agamus Ieiunium, per anni Quatuor tempora: Et sicut replemur frumento, uino, et oleo, ad alenda corpora: sic repleamur ieiunio ad alendas animas, iuxta Prophetæ Zachariæ uocem, qui ait. Factum est uerbum Domini ad me dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Sicut cogitauit, ut affligerem uos, cum ad iracundiam prouocassent me patres uestri, & non sum misertus: sic conuersus cogitauit in diebus istis, ut benefaciam Hierusalem & domui Iuda: Nolite timere, hæc sunt uerba quæ facietis, Loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, ueritatem & iudicium pacis: iudicate in portis uestris, & iuramentum mendax ne diligatis: omnia enim hæc sunt quæ odiui, dicit Dominus exercituum, Et factum

Matth. 26.

c. 2.

c. 1.

De Ieiunio Quatuor temporum Epistola. 1.

Zacha. 8.

Et factum est uerbum Domini exercituum, ad me dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi, erit domui Iudæ in gaudium, & in lætitiā, & in solennitates præclaras: ueritatem tantum & pacem diligite, dicit Dominus exercituum. His uerbis sanctissimus Papa innuit, Ieiunium Quatuor temporum, ut à Propheta præscriptum est, sic & ab Ecclesia fuisse receptum. Beatus Hieronymus hæc uerba Prophetæ interpretatur, ut Quartus mēsis sit, qui apud Latinos uocatur Iulius, quando descendens Moyses de monte Synai, tabulas legis abiicit atque contregit: Et iuxta Hieremiam muri primum rupti sunt ciuitatis. Quintum autem interpretatur Augustum, cum per exploratores terræ sanctæ, seditio orta esset in populo, iussi sunt montem non ascendere, sed per Quadraginta annos, longius à terra sancta circumire dispendijs: ut exceptis duobus, Caleph & Iosue, omnes in solitudine caderent: Et in hoc mense à Nabuchodonosor, & multa post sæcula à Tito & Vespasiano templum Hierosolymis incensum est, atque destructum, capta urbe Bethel, ad quam multa millia confugerant Iudæorum. Septimum, mensem Octobrem intelligit, in quo occisus est Goliath & Iudæa tribus, ac Hierusalem reliquæ dissipatae sunt. Decimum, mensem Ianuariū accipit, eo quod ianua sit anni atque principium. In quo Ezechiel in captiuitate positus, audiuit, & cunctus populus captiuorum, Quinto mense templum esse subuersum, & hij dies fuerunt planctus & ieiuniorum. Alij primum mensem apud nos Martium intelligunt, qui apud Hebræos uocatur Nisan, Secundum Iar Aprilē. Tertium Sivan Maium. Quartum Thamus Iunium. Quintum Aio Iulium. Sextum Tisri Augustum, qui Elul in libris Machabæorum uocatur. Septimum Mareson Septembrem. Nonum, qui in Zacharia Casleu uocatur, Nouembrem. Decimum qui in libro Heester Thebeth uocatur, Decembrem. Undecimum, qui Sabath in Zacharia appellatur, Ianuariū. Duodecimum, quem Adar Hebræi uocant, cum qui apud nos est Februarius, interpretantur. Proinde & apud Zachariam Prophetam, Quartum mensem Iunium, Quintum Iulium, Septimum Septembrem, & Decimum Decembrem interpretantur. Verum Ecclesia non solum Quatuor hæc, sed alia etiam Ieiunia Eiusdem temporum, & ipsa in certos anni menses & dies distribuit, nihil de ratione & computatione Hebræorum sollicita. De qua re ita Leo Papa, Huius, inquit, obseruantia utilitas, fratres dilectissimi, in Ecclesiasticis præcipue est constituta ieiunijs. Quæ ex doctrina sancti Spiritus, ita per totius anni circulum distributa sunt, ut lex abstinentiæ omnibus sit ascripta temporibus. Siquidem Ieiunium uernum in Quadragesima, Æstiuum in Pentecoste, Autumnale in mense Septimo, Hyemale in hoc, qui est decimus, celebremus. Item Concilium Moguntiacum, ad hunc modum diffiniuit. Constituimus, ut Quatuor tem-

Mensis Quartus: Iulius.

Hiere. 52.

Num. 14.

Mensis Quintus: Augustus. 4. Reg. 14.

Mensis Septimus: October.

Hiere. 41.

Mensis Decimus: Ianuarius.

Ezech. 39.

D. Eucherius. lib. 2. Instrum. c. 7.

Alia distinctio & Nomina Duodecim Mensium.

Ieiunia Ecclesie.

e. huius obseruantia. 76. dist.

Quatuor tempora anni pro Ieiunio.

674.

Q

tuor tempora anni, ab omnibus cum ieiunio obseruentur, id est, mense Martio hebdomada prima, & feria Quarta, & sexta, & Sabbato, ueniant omnes ad Ecclesiam hora nona cum Litanijs, ad Missarum solennia. Similiter in mense Iunio hebdomada secunda, feria Quarta, et sexta, & Sabbato, ieiunetur usque ad horam nonam, & a carne ab omnibus abstineatur. Similiter in mense Septembrio hebdomada tertia: Et in mense Decembrio, quae fuerit plena, ante uigiliam Natalis Domini, sicut est in Romana Ecclesia traditum. Hodie ita distributa sunt Quatuor temporum ieiunia, ut Primum in initio Quadragesimae, Secundum in hebdomada Pentecostes, Tertium in septembri, Quartum in decembri, more solito fiant.

c. statutus
76. dist.

*De Ritu & tempore celebrandi paschatis,
Caput IIII.*



Diuer-
ratio festi-
uorum.

Diximus de temporibus orationum & ieiuniorum, super est, ut de celebratione festiuitatum dicamus, quae et ipsae ad ritus temporum spectant. Festiuitatum, quaedam ad cultum & honorem Dei, quaedam ad uenerationem sanctorum pertinent. Solennia, Deo partim ad adorandam eius diuinitatem, partim ad commemoranda & colenda uaria Christi in terris gesta, & in humanum genus collata beneficia, celebramus. Quemadmodum enim diuersis temporibus diuersa fuit rerum, quas Christus pro salute nostra in carne gessit, dispensatio: ita dignum est, ut diuersae quoque festiuitates sint, quibus haec ipsa, & ordine & temporibus, quibus gesta sunt, cum debito cultu & ueneratione commemorentur. De qua re pulchre Leo Papa, Semper, inquit, in aeterno consilio Dei mansit, humani generis incommutabiliter praeparata reparatio: sed ordo rerum, per Iesum Christum Dominum nostrum, temporaliter gerendarum, in incarnatione uerbi sumpsit exordium. Vnde aliud tempus est, quo annunciante Angelo, Beata Maria se fecundandam per Spiritum sanctum credidit, & concepit: aliud quo (salua integritate uirginea) puer aeditus, exultante gaudio caelestium ministeriorum pastoribus indicatorum: aliud quo infans circumcidiitur: aliud quo hostia pro eo legalis offertur: aliud quo tres Magi claritate noui sideris incitati, in Bethlechem ab Oriente perueniunt, & adoratum paruulum, mystica munerum oblatione uenerantur: nec isdem sunt dies, quibus impio Herodi ordinata diuinitus in Aegyptum translatione subtractus est: uel quibus ab Aegypto in Galileam, per sequitorem mortuo, reuocatus est.

Epistola. 4.
c. 2.

Diuisio
Temporū
secundum
gesta Chri-
sti.

Matth. 2.

Varietas
gestorum
Christi se-
cundū aeta-
tem.

Luce. 2.

Inter has autem dispensationum uarietates accedunt augmenta corporalia, Crescit dominus (Sicut Euangelista testatur) profectibus aetatis & gratiae: per dies Paschae, in templum Hierusalem, cum parentibus uenit: & cum abesset societati redeuntium, sedens cum senioribus, & inter

& inter admirantes magistros disputans inuenitur, rationemque remansionis suae addens. Quid est, inquit, quod me quaerebatis? nesciebatis, quia in his, quae patris mei sunt, oportet me esse? Significans, eius se esse filium, cuius esset & templum. Iam uero cum in annis maioribus esset, apertius declaraturus, Baptismum praecursoris sui Ioannis experte, Quid deitatis eius remansit ambiguum: quando baptizato Domino Iesu, Spiritus sanctus in columbae specie super eum descendit, & mansit, audita de caelis patris uoce dicentis, Tu es filius meus dilectus, in te bene complacui. Quae omnia ideo quanta potuimus breuitate perstrinximus, ut notum sit dilectioni uestrae, uniuersos dies in actibus Christi, in numeris fuisse consecratos uirtutibus, et in cunctis eius actionibus sacramentorum mysteria coruscasse: sed aliter quaeque signis denunciare, aliter rebus impleri, nec quaecumque numerantur in operibus Saluatoris, ad tempus pertinere baptismatis. Nam etiam ista, quae post Beati Ioannis lauacrum a Domino gesta cognouimus, sub indidreto honore colamus: omnia tempora continuata erunt deputanda festis, quia omnia sunt plena miraculis: uerum quia Spiritus sapientiae & intellectus ita Apostolos & totius Ecclesiae erudiuit magistros, ut in Christiana obseruantia nihil inordinatum, nihil pateretur esse confusum: discernendae erant causae solennitatum, & in omnibus institutis patrum, principumque nostrorum, rationibus seruanda discretio: quia non aliter unus grex & unus pastor sumus, nisi quemadmodum Apostolus docet, id ipsum dicamus omnes, Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Haec sanctissimus ille Leo. Sunt igitur festiuitates Domini, Natiuitas, Epiphania, Pascha, & Pentecoste: Concilium Toletanum Decimum, in his connumerat festiuitatem Annunciationis Beatae uirginis. Inter has autem praecipua est ea, qua passionem & Resurrectionem Domini recolimus, quam ex nomine & more Iudaeorum Pascha appellamus. Neque enim ita Pascha agimus, ut quod est, in memoriam tantum reuocemus, id est, quod mortuus est Christus & resurrexit: sed etiam ut caetera, quae ad significationem sacramenti pertinent, non omittamus. In hac igitur festiuitate duo spectantur, Ritus, & sacramentum: Ritus, rem & actionem ipsius, & tempus complectitur. Res ipsa, apud Iudaeos immolatio erat Paschalis, id est, agni Paschalis: Pascha transitus erat, propter quem immolabatur agnus. Sic enim in Exodo legitur, Dixit quoque Dominus ad Moysen & Aaron, in Terra Aegypti, Mensis iste, uobis principium mensium: primus erit in mensibus anni, Loquimini ad uniuersum ceterum filiorum Israel, et dicite eis, Decima die mensis huius, tollat quisque agnum per familias & Domos suas. Sin autem minor est numerus, ut sufficere possit ad uescendum agnum, assumet uicinum suum, qui coniunctus est domui eius, iuxta numerum animarum, quae sufficere possent ad esum agni. Erit autem agnus absque macula, masculus, & inter

Matth. 3.

Mysteria
in actibus
Christi.

1. Corinth. 1.

Festa Chri-
sti.

Festum Pa-
schae.

Exod. 10.

Q ij

anniculus:

anniculus: iuxta quem ritum tolletis & Hædum, & feruabitis eum usq; ad Quartam decimam diem mensis huius: Immolabitq; eum uniuersa multitudo filiorum Israel ad uesperam, & sument de sanguine eius, ac ponent super utrunq; postem: & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum, Et edent carnes nocte illa alias igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid: nec coctum aqua, sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius & intestinis uorabitis: Nec remanebit quicquam ex eo usq; mane, Si quid residuum fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum, Renes uestros accingetis, & calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculum in manibus, & comedetis festinanter. Est enim Phasce, id est, transitus Domini. Et transibo per terram Ægypti, nocte illa, percutiamq; omne primogenitum in terra Ægypti ab homine usq; ad pecus: & in cunctis dijs Ægypti faciam iudicia, ego Dominus. Erit autem sanguis uobis in signum, in ædibus in quibus eritis, & uidebo sanguinem, & transibo uos: nec erit uobis plaga discerdens, quando percussero terram Ægypti. Habebitis autem hunc diem in monumentum, & celebrabitis eum solennem Domino in generationibus uestris cultu sempiterno. Septem diebus azyma comedetis: in die primo, non erit fermentatum in domibus uestris. Quicumq; comederit fermentatum, peribit illa anima de Israel: à primo die, usq; ad diem septimum. Dies prima erit sancta atq; solennis, & dies septima eadem festiuitate uenerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad uescendum pertinent, & obseruabitis azyma. In eadem enim ipsa die educam exercitum uestrum de terra Ægypti, & custodietis diem istum in generationes uestras ritu perpetuo. Primo mense, quartadecima die mensis, ad uesperam comedetis azyma, usq; ad diem uicesimam primam eiusdem mensis ad uesperam, septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus uestris: Qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israel, tam de aduenis quam de indigenis terræ. Omne fermentatum non comedetis. In cunctis habitaculis uestris edetis azyma. Et paulo post, Et cū dixerint uobis filij uestri, Quæ est ista religio? Dicitis eis, Victima transitus Domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in Ægypto, percutiens Ægyptios, & domos nostras liberans. Ex quo loco simul etiam intelligimus, quod tempus Paschatu celebrando à lege destinatum fuerit. Nempe à Quartadecima usq; ad uicesimam primam mensis primi. Item, Anniversaria eiusdē, et solennis, eodē mense et die, celebratio. Quod et in Leuitico confirmatur. Sic enim in eo legitur, Mense primo, Quartadecima die ad uesperam, Phasce Domini est, & Quartadecima die mensis huius, solennitas azymorum Domini est, septem diebus azyma comedetis, &c. Est autem primus mensis apud Iudæos, qui Nisan appellatur, qui propter multiuagū lunæ discursum, nunc in Martium mensem

Tempus
celebrandi
Paschatu.

Leuit. c. 23

Nisan,
Mensis.

mensem incidit, nunc in Aprilem, nunc aliquot dies Maij mensis occupat: sed rectius Aprili deputatur, quia semper in ipso uel incipit uel desinit, uel totus includitur: ea duntaxat regula obseruata, ut quæ decima quinta post æquinoctium extiterit, primum sequentis anni mensem faciat: quæ uero antea, nouissimum præcedentis, ut Beda docet: Vnde, licet lex æquinoctium nominatim non exprimat: tamen in hoc ipso, quod à plenilunio primi mensis Pascha faciendum præcipit, æquinoctium transcendisse plena ratione depromit: quoniam absq; ulla dubitatione constat, eam quæ prima transitu æquinoctio plenum suum globum ostendit, primi mensis existere lunam: Hunc mensem Hebræi nouorum appellant, qui Paschæ Cæremonije sacratus est, & hæc quidem legalis obseruatio Paschæ fuit. In nouo autem testamento, res huius festiuitatis est immolatio Christi, agni illius immaculati, qui tollit peccata mundi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Tempus uero Paschatu ita computat Christiani, Euangelij Christi hæredes, ut à lege non recedant: & tamen in celebratione Paschatu cum Iudæis non participant, Quam in primitiua Ecclesia, de tempore huius festiuitatis, magnæ contentiones inter Ecclesias fuerunt, quarum aliquæ etiam usq; ad tempora Constantini Magni perdurarunt. Nam alij quartum decimum diem primi obseruauerunt, non respicientes sublatum diem, hij Thesseradecatitæ siue Quartadecimani appellati sunt: Alij sublatum quidem custodiebant, dissonabant autem circa mensum: Alij lunæ cursum nil attendentes, solares tantum circulos requirendos esse putarunt, quod Montani senserunt, ut tradit Sozomenus in Tripartita: Hij menses quidem singulos, Triginta dierum esse dixerunt, & primum inchoare ab æquinoctio Vernali, quod est secundum Romanos VIII, Kalen. Aprilis. Tum, inquit, duo luminaria facta sunt, quibus tempora & anni manifestantur, & hoc indicari, eò quod luna per octo annos cum sole concurrat: & ambo ijdem nouum habeant mensum, eò quod octo annorum cursus lunæ compleatur: & tanq; principium sit primi mensis, repetunt prædictum diem in scripturis Quartum decimum: & hunc esse dicunt Octauo Idus Aprilis, secundum quam semper celebrant Pascha: Si contingat etiam concurrere Resurrectionis, id est, Dominicū diem: Alioqui Dominica superueniente celebrant. Scriptū est enim, Quartadecima usq; ad Vicesimam primam esse celebrandam. Hæc Sozomenus. Alij nec ad solis nec ad lunæ cursum celebrationem Paschatu constituerunt, sed regulam protulerunt, qua singulis liceret quum uellent celebrare Pascha, quod de Nouatianis scribit Socrates in Tripartita, quæ sententia multarum in Ecclesia discordiarum occasionem præbuit. Quam hodie Martinus Lutherus, ut aliorum multorū dissidiorum author, reuocare conatur, affirmans, nihil referre, siue Dominico, siue alio quocunq; die, Pascha celebretur: Immo eam festiuitatem, ut præterq;

Primus
mensis Ni-
san in Apri-
li.

Lib. de natura
rerum. c. 111.

Iob. 1.
1. Corinth. 5.

De tempore
re Paschæ
olim magis
na diuersitas
inter
Christiana-
nos.
Montanoꝝ
rū Pascha.
Trip. c. 39.
lib. 9.

Nouatia-
norū Pa-
scha.

Lib. 9. c. 18.

Error Lu-
theri de Pa-
schate.

Q. iij

alias,

Trip. lib. 9.
c. 38.

Paschæ festum ex cursu solis & Lunæ.

c. 8.

In Ep. Apla ad Episcopos in Alexandria constitutos.

Gravis olim & antiqua discordia de Paschate celebrando.

Fratres.

alias, ad Nundinas magis, aliaque commercia humana, certo tempore exercenda, utilem esse, quam ad religionem & diuinum cultum peragendum. Sub Valente Imperatore, in uico Phrygiæ Pazo, constitutum est, ut Pascha secundum Iudæorum obseruationem celebraretur, quem ritum Andiani hæretici custodierunt. Et Epiphanius scribit, id est, quo tempore Iudæi sua azyma faciunt: Romana autem & catholica Ecclesia, ex cursu solis simul et lunæ, diem celebrandi Paschatis semper computauit. Solis quidem propter diem Dominicam & mensem: Lunæ, propter legem, qua à decima quarta luna usque ad uicesimam primam Pascha immolandum, & azyma faciendum esse præcipitur. Ita nimirum subducta calculi ratione, ut post æquinoctium Vernale à Quartadecima luna usque ad uicesimam primam, id est, in tertia hebdomada primi mensis, die Dominico solennitas Paschæ celebretur. Quem ritum Romana Ecclesia à tempore Apostolorum custodiuit: quem & sancti patres certis constitutionibus confirmarunt. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus (inquit Canon Apostolorum) sanctum diem Paschæ ante Vernum æquinoctium, cum Iudæis celebrauerit, deponatur. Et Victor in Epistola, quam ad omnes Ecclesias scribit, Cæterum, inquit, nosse uos uolumus, quod Pascha Domini, die Dominica annuis solennitatibus sit celebrandum. Idem Victor Papa, Celebritatem sancti Paschæ, die Dominica agi debere, & prædecessores nostri iam statuerunt, & nos illud uobis eadem die celebrari solenniter mandamus: quia non decet, ut membra à capite discrepent, nec contraria gerant. A Quartadecima uero luna primi mensis, (inquit idem Victor) usque ad uicesimum primum eiusdem mensis, diei Paschæ celebretur festiuitas. Item Syluester Papa, in Concilio Romano (quod præsentate Constantino Imperatore intra thermas Domitianas celebrauit) omnibus Episcopis & Presbyteris præceptum est, Paschæ obseruantiam custodire à luna decima quarta, usque ad uicesimam primam, ita ut Dominicus dies coruscet, Et dixerunt Episcopi, placet. Hunc ritum & si Asiaticæ & præterea alia Orientis Ecclesie multo tempore neglexerint, ac cum Romana Ecclesia dissenserint, Quarta decima luna primi mensis, in quemcunque ea diem incidisset, Pascha celebrantes. Quæ sanè discordia Apostolorum temporibus cepisse uidentur: et in tantum postea inualuisse, ut nullam pacificationem, usque ad tempora Constantini Magni, admiserit. Sed et Apostoli ipsi, ad componendam huiusmodi discordiam, & reducendum omnes Ecclesias ad uerum Ro. Ecclesie ritum, laborasse uidentur. Quod eorum constitutio docet, quæ sic habet. Vos ne supputetis, sed facite, cum fratres uestri, qui ex circumcisione sunt, faciunt, cum ipsis simul facite. Erant autem fratres ex circumcisione, qui à circumcisione in Ecclesiam transgressi fuerant, quam curam ob unionem unam eò direxerunt, ut ne essent sectæ neque diuisiones, uerum tamen eam concordiam suadebant, nõ ut dissenserent cum

cum his, quæ ad ueram & propriam huius festiuitatis rationem pertinerent: neque enim uolebant ut cum Iudæis concordarent Ecclesie, nec ut alio, quam Dominico die, ea solennitas celebraretur, ut hæc & alia multa, quæ ad idem propositum pertinent, ab Epiphanio disputantur. Tandem autem operante Spiritu sancto, hac discordia temporibus Constantini Magni penitus sublata, à patribus Ecclesie Romanæ consuetudo confirmata est, ut sic membra cum capite (ut sæpe ante admonuerant sancti patres) concordarent. Sanè hæc Romanæ Ecclesie obseruatio ita consentit cum lege, ut tamen cum Iudæorum ritu nihil participet, quin et cum immolatione Paschatis à Christo facta concordet. Siquidem Iudæi, XIII. primi mensis, in quamcunque ea diem inciderit, celebrant. Nos uero à Quarta decima luna, usque ad uicesimum primum diem, quicumque inter septem dies Dominicus interciderit, cum festiuitati Paschali consecramus: sed ita tamè, ut siquidem Decimaquarta luna in Sabbatum aut alium diem sequentis hebdomadæ inciderit (nam eadem lunæ dies in diuersas septimanæ decidit ferias) Dominica sequenti Pascha celebremus. Sin uero in ipsum Dominicum inciderit, Dominicum diem in septimanam sequentem differamus. Qua ratione et legem seruamus. Nam semper nostra solennitas, à Iudæis legalium Paschæ dierum, sepe aut omnes intra se cõplectitur. Et à Iudæis in hoc discordamus, quod diem Dominicum, quæ Christus Resurrectione sua sanctificauit, huic festiuitati deputamus: tum etiã in hoc Christi exemplum imitamur. Quippe Christus Quartadecima luna est traditus, hoc est, quinta post Sabbatum, Decimaquinta autem crucifixus, die tertia resurrexit, hoc est, Decima septima luna, quæ tunc in Dominica die fuit inuenta; ut Theophilus Episcopus Alexandria scribit, quod et Beda in libro de natura rerum confirmat: Facta itaque in Nicæna Synodo de celebratione Paschatis inter Ecclesias concordia, aliquandiu obseruatum est, ut singulis annis dies Paschatis, iuxta ritum Romanæ Ecclesie celebrandi eligeretur, ac Ecclesijs per Romanum pontificem indiceretur, ut ex eo intelligi potest, quod Conciliū Arelatense primum diffiniuit, et ad Syluestrum Papam rescripsit, his uerbis. De obseruatione Paschæ Domini, ut uno die & tempore per omnem orbem obseruetur, & iuxta consuetudinem literas ad omnes tu dirigas. Et Innocentius Papa primus, ad Aurclium Episcopum scribens, Cur ergo (inquit) indignum est, unitatē Ecclesie custodiri. Idemque omnes pariter et sentiamus et pronunciamus frater charissime: Has ergo literas de ratione Paschali, alterius dico futuri anni, præscripsi. Nam cum ante undecimum diem Kalen. Aprilium, pene luna decimafexta colligatur (nam quippiam minus est) Itemque, cum in ante diē quartū Kalen. eorundem ueniat. XXIII., existimaui undecimo Kalen. memoratarū die, festa Paschalia celebranda: Quoniã in uigesima tertia luna nullum Pascha unquam ante hoc Pascha factum esse cognoscimus. Sententiæ meæ exposui atque indixi tenorē: Iam prudentiæ tuæ

Q. iij

erit,

Epiphanius li. 2. de heres. 50.

Quomodo nos Christiani obseruamus legem in Pascha.

Recta obseruatio Paschæ.

c. 60.

Concordia de Paschate in Nicæna Concilio facta.

c. 18.

Innocentius primus, Epistola. II.

erit, confors mihi frater, cū unanimis & confacerdotibus nostris hęc ipsam rē in Synodo religiosissime tractare, ut si nihil dispositioni nr̄e resulter, nobis plenissime apertēq; rescribas, quo deliberatā Paschalē diem, iam literis, antē (ut moris est) seruandam suo tempore, præscribamus. Interea autē in hac annua Paschatis computatione sæpe accidit, ut multorū calculis inter se collatis, uel diuersitas & dissensio in computatione, uel error depræhenderetur. Qualem tēpore Zozyimi Papæ etiam miraculo proditum fuisse, Paschasinus Archiepiscopus Constantinopolitanus testatur: Beda, Lylibitanum Antistitem fuisse tradit, Narrat autem idem Paschasinus miraculū eius mysterij tale. Quædam uilissima possessio, inquit, Melitimas appellatur, in montibus arduis ac syluis densissimis constituta, illicq; per parua ac uili opere constructa est Ecclesia, in cuius Baptisterio nocte sacrosancta Paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino uicina, fons ex se repletur, paucisq; qui fuerūt consecratis, cū deducto riū nullū habeat, ut aqua uenerat, ex se se descendit. Tunc ergo cū tempore Zozyimi Papæ, apud Occidentales error ortus fuisset, consuetis lectionibus nocte sacra discussit, cū Presbyter secundū morem, baptizandi horā requireret, usq; ad lucē aqua nō ueniente, nō consecrati qui baptizandi fuerāt recesserūt: ut ergo breuiter narrem illa nocte, quæ lucebat in diē Dominicā, decimo die Kalen. May, fons sacer hora cōperētū repletus est, Euidētū ergo miraculo claruit, Occidentalū partū fuisse errorē, hęc Paschasinus. Postea uerō cū huiusmodi annua computatione et electio diei festiuitatis Paschalis, plurimū negocij et molestiæ habere uideretur: Cœperūt patres de computatione, si nō perpetua, tamen ad longū tempus ualitura deliberare, et negocium supputationis eius rei peritis delegare, sed quæ res & ipsa omnino à peritis tentata, nec errorem tamen omnem, nec difficultatem sustulit, ut epistola Leonis Papæ ea de re, ad Martianum Imperatorem scripta, testat. In qua et Theophili Episcopi Alexandrini errorē demonstrat, Simul atq; principē hortat, ut ipse negociū eius rei peritis exactis absoluēdū demāder. Quoniam autē in ea Epistola alia quædā, ad computationē Ecclesiasticam, & Sacramentum huius festiuitatis pertinētia, differit, libet eā hoc loco inferere. Paschale (inquit) festū, quo sacramentū salutis humanæ maxime cōtinetur, quamuis in primo semper mense celebrandū sit: ita tamen est lunaris cursus conditione mutabilis, ut plæruncq; sacratissimum Imp. mi diei ambigua currat electio, & ex hoc fiat plæruncq; quod non licet, ut non sinul omnis Ecclesia, quod non nisi unū esse oportet, obseruet: studuerēq; sancti patres occasionē huius erroris auferre, omnē hanc curā Alexandrino Episcopo delegātes: quoniā apud Ægyptios huius supputationis antiquitus tradita esse uidebat peritia, per quā, qui annis singulis dies prædictę solennitatis eueniret, sedi Apostolicę indicaret, ut huius scripti ad longinquiores Ecclesias, indicium generaliter percurreret.

Miraculū
tēpore Zo
zyimi circa
Baptisteriū

Libro de ratio
ne temporum.

Difficilis
de Pascha
re supputa
tio.

Epistola 63.

Verba Leo
nis Papæ I.
ad Martia
num Imp.

curreret. Sed sanctæ memorię Theophilus, Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus, cum huius obseruationis annos centum numero collegisset, Septuagesimo sexto Paschale festum, longē aliter quā alij decreuerāt, tenendū esse constituit, a primo Augustę memorię Theodosij senioris consulatu, succedentes sibi sacre obseruantię ordines ponens, ut longioris temporis ratio eius literis teneretur ascripta. Cuius complexionis Septuagesimus et quartus est annus, in qua pridie Idus Aprilis sanctum Pascha celebramus: Sequenti uerō anno, pridie nonas Aprilis, eadem (propitio Deo) erit habenda festiuitas. Sicut regu Jariter centenarię annorū rationis ordo declarat. Sed in anno, qui erit Septuagesimus sextus, Paschæ dies inuenietur ascriptus, quem a passio ne Domini nullius exempli, nullius constitutionis admittit autoritas. Nam diem octauum Kalen. Maiarum ab eo cognoscimus præfinitū, qui anni limitem antiquitus constitutum excedit, cum alij Quinto decimo Kalen. Maiarum huic festiuitati deputauerint diem. Siquidem ab undecimo Kalen. Aprilium, usq; in Undecimum Kalen. Maiarum, legitimum spacium sit præfinitum, intra quod omnium uarietatum necessitas concludatur, ut Pascha Dominicū, nec prius possimus habere, nec tardius. Quod enim in decimum & nonum Kalen. Maiarum uideatur nonnunq; peruenisse festiuitas, quadam ratione defenditur. Quia & si dies Resurrectionis ultra terminum uideatur exisse, dies tamen passionis limitem positum non inuenietur egressus. Ad octauum autem Kalen. Maiarum Paschalem obseruantiam perducere, nimis insolens & aperta transgressio est. Quia ergo in illa (ut dixi) Centenaria supputatione Theophili, Septuagesimus tertius annus, Diem Paschæ, contra morem Ecclesiasticum statuisse monstratur, & non leuiter delinquitur, si in principio sacramenti, ueritas & unitas ab uniuersali Ecclesia non tenetur. Obsecro clementiā uestram, ut studiū uestrū præstare dignemini, quatenus Ægyptij, uel si qui sunt alij, qui certam huius supputationis uidentur habere notitiā, scrupulum huius sollicitudinis absoluant, ut eum diē generalis obseruantia dirigat, qui nec paternarū constitutionum normam relinquat, nec ultra præfixos terminos euagetur. Quicquid autem pietas uestra de hac consultatiōe cognouerit, ad meā iubeat mox notitiā peruenire, ut in diuinis mysterijs nulla dissonantię culpa nascatur. Hęc Leo. Fuerunt autē multi, qui de ratione cōputandi, inueniēdiq; Paschatis scripserūt: Eusebius, Cæsarię Palestinæ Episcopus, decemnouennalis Circuli ordinē, ad quartas decimas lunas festi Paschatis, ipsumq; diem Paschæ inueniendum composuit, eo quod luna cuiuslibet etatis post tantū temporis, ad eundē redeat anni solarem diem, ut hoc modo facilius præfixa semel regula circulari, quæ ad inuentionem Paschatis diei pertinent, cognosci et edisci possent. Est autem circulus decem nouennalis, qui & magnus circulus Paschæ uocatur (ut Beda diffinit) Qui multiplicato per inuicem solari

Error
Theophili
in supputa
tione.

Verba Epi
stolæ Leo
nis ad Mar
tianum.

Ordo Dec
cemnouen
nalis Circu
li.

Libro de natu
ra rerum.
c. 43.

solari ac lunari Circulo. D. XXXII. conficitur annis: Siue enim decies nouies uiceni & octoni, seu uicies & octies deni ac noueni multiplicentur, D. XXXII. numerum complent, unde fit (inquit idem Beda) ut idem Circulus, XXXVIII. Solis autem, qui uicenis octonifq; consummari solent annis, Decem & nouem habeat circulos, Bissex-tus, decies nouies septenos, id est, centum & triginta tres menses solares, uicies octies CCXXVIII. id est, CCCLXXXIII. Menses autem lunares uicies octies, CCXXV. id est, VI. D. LXXX. dies, exceptis Bisextis uicies octies, VI. D. CCCCXXXV. id est, CXCIII. CLXXX. appositis aut Bisextis, CXC. III. CCCXIII. Qui ubi memoratam ex ordine mensium dierumq; summam compleuerit, mox in seipsum reuolutus, cuncta quæ ad solis uel lunæ cursum pertinent, eodem, quo præterierunt, semper tenore restaurant. Hic circulus annos Embolismos & communes complectitur, octoadem et Hendecadē annos Dominicæ incarnationis, indictiones, Epactas, lunares & solares Cyclos, lunares Decimam quartam lunam Paschæ

Autores de inueniēdo circulo Paschali. Bedæ diligentia. Libro 3. Tom. 1. contra hereses. Epactæ & adiecticij seu dies ad-diti.

diem Dominicum, lunam dominici diei. Quorum omnium suppudandorum inueniendorumq; rationem, explicant, Eusebius prædicti magni circuli primus inuentor: Theophilus & Protherius, ambo Episcopi Alexandrini: Victorinus Episcopus Capuanus, Dionysius Romanus cognomelto Exiguus. Et post omnes hos, Beda Presbyter, de hac re omniū certissimas regulas tradidit, in eo libro, quem de natura rerum conscripsit. In quo & magnum circulum Paschæ, annorum D. XXXII, ab anno uidelicet incarnationis Dñi. D. XXXII, usq; in annum M. LXIII. singulorum annorum indictiones, Epactas, concurrentes, Cyclos lunares, Decimam quartam lunam, diem Dominicū Paschæ, et lunam eiusdem explicando, diligentissima simul atq; exactissima ratione absoluit. Atq; huius artis tum difficultas tum ignorantia apud ueteres, tot in computando Paschate dissensionum & errorum occasio fuit. Epiphanius eius rei aliam quoq; causam assignat. Cum annus, inquit, iuxta solarem cursum compleatur, in Trecentis Sexaginta quinque diebus, & horis tribus, contingit propterea, quod luna facit annum in Trecentis Quinquaginta Quatuor diebus, ut deficiant cursui secundum lunam dies undecim, et horæ tres: Et primo quidem anno sunt Epactæ appellatæ, hoc est, dies + Adiecticij undecim & horæ tres: Secundo anno dies Triginta tres, horæ nouem, et secatur unus mensis intercalaris appellatus: Intercalantur enim Triginta dies, relinquuntur autem dies tres, horæ nouem, quæ appositæ undecim diebus, & tribus horis: de quarto anno fiunt dies quatuordecim & horæ duodecim: Quinto autem anno, alijs appositis undecim diebus, ac tribus horis, fiunt Epactæ uiginti quinque & horæ quindecim, Et sexto anno, appositis alijs undecim diebus, & horis tribus, fiunt dies Triginta sex, & horæ octodecim, quæ faciunt intercalare mensem

mensum unum. Et intercalati sunt per annos sex, menses duo: primis tribus annis mensis unus, & alijs tribus annis mensis alter, & restant de Epactis dies sex horæ octodecim, appositis autem his ad septimum annum ad duodecim, de eodem anno dies & horas tres, fiunt Epactæ decem & septem, horæ una & uiginti. Octauo uero anno rursum appositis alijs undecim diebus ac horis tribus, fiunt dies uiginti octo, & horæ uiginti quatuor, quæ faciunt dies duos: & his horis appositis, ad uiginti octo dies, fiunt simul dies Triginta, & contingit in octauo anno intercalari Triginta dies, unum mensum in duos annos, atq; sic per octennij circuitum intercalantur dies nonaginta, qui sunt plenissimi menses intercalares tres, & fit in tribus primis annis, mensis unus, & sequentibus tribus, mensis alter: & in posterioribus duobus, mensis unus. In his trium intercalarium mensum constitutionibus discordantia est circa Pascha, inter Iudæos & Christianos, atq; alios. Hæc Epiphanius. Sed nec hodie omnis difficultas in computatione Paschæ sublata est, ut Ioannis Stofleri nuper in inelyta Tubingensi Academia, publici Mathematicæ disciplinæ professoris, Kalendarium Romanum: & quorundam aliorum, huius nostræ ætatis, doctissimorum Mathematicorum, ea de re ædita scripta declarant.

De Mysterijs Rituum festiuitatis Paschalis, Caput V.



Equitur iam, ut de sacramento huius festiuitatis dicamus: sunt autem uaria eius mysteria, Quorum quædam à re, quædam à tempore sumuntur. Res, ut diximus, Pascha est, id est, transitus, ut nomen ipsum Pascha significat, Pascha autem nostrum Christus est pro peccatis nostris immolatus, transitus uidelicet de morte ad uitam. Nam Christus mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Item significat illud Saluatoris. Qui credit in me, transiet de morte ad uitam. Item, Cum uideret Iesus, quia uenit eius hora, ut transiret de mundo ad patrem. Hunc transitum nos modo agimus per fidem, spem, & charitatem: per fidem siquidem & charitatem consequimur remissionem peccatorum, unde in certam et firmam spem uocamur, post hanc uitam adipiscendæ uitæ æternæ. Fides enim per dilectionem operatur, Et iustus ex fide uiuit: Spes autem, quæ uidetur, non est spes, quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Ac secundum hanc triplicem uirtutem fidei, spei, & charitatis, qua cœpimus esse sub gratia, de morte ad uitam transibimus, id est, cum iam mortui sumus cum Christo, & consepulti illi per Baptismum in mortē, sicut dicit Apostolus. Sicut Christus resurrexit à mortuis per gratiā patris, Ita & nos in nouitate uitæ ambulabimus. Si enim

Mysteria Duplicita, à re & à tempore. 1. Corinth. 5. Ro. 4. Iob. 5. Iob. 13. Transire de morte ad uitam. Gal. 5. Abact. 2. Ro. 8. Ro. 6.

Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & Resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati. Item, Si mortui sumus cum Christo, credimus quia etiam simul uiuemus cum illo. Eodem per-

Col. 3. tinet exhortatio eiusdem Apostoli, Si conresurrexistis cum Christo, que transitus de sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: Quae sursum sunt sapite, non quae sunt super terram, Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo: cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Quibus sane uerbis innuit, transitum illum nostrum, de morte ad uitam, qui per fidem fit, recte peragi per spem futurae in fine resurrectionis & gloriae, Cum corruptibile hoc, id est, caro ista, in qua gemimus modo, induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Nunc enim primitias quidem spiritus per fidem habemus: sed adhuc tamen in nobis ipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri: Spe enim salui facti sumus. In hac spe quamdiu sumus, corpus quidem mortuum est propter peccatum: Spiritus autem uita est propter iustitiam. De quo audi quid idem dicat Apostolus. Si autem spiritus eius, inquit, qui suscitauit Christum, habitat in uobis, qui suscitauit Christum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, per inhabitationem spiritus eius in uobis. Haec igitur inde die in die nouatio, est transitus ille de morte ad uitam, qui primo fit per fidem, em. ut in spe gaudeamus, & in tribulatione patientes simus, dum adhuc exterior noster homo corrumpitur: sed interior renouatur de die in diem, propter initium nouae uitae, propter nouum hominem, quem iubemur induere, & exuere ueterem: expurgantes uetus fermentum, ut simus noua conspersio, quoniam Pascha nostrum immolatus est Christus. Quod ex cursu solis & lunae, dies solennitatis Paschae stum: luna computatur, in ipsis etiam uocabulis sacramenti significatio est. Siqui- Adam my dem sol Christum, luna Adam & omnes qui ex eo descenderunt, stice signi- ficat. Sol perpetuum splendorem suum retinet, luna autem continua mutationi subiecta est, nunc augmentum, nunc decrementum recipiens. Vnde recte sapiens soli: stultus uero lunae comparatur, lux- ta illud, Sapiens sicut sol permanet, stultus autem ut luna mutatur. Sa- piens Christus est, sol ille iustitiae, de quo dicitur, Ortus est mihi sol iu- stitiae. Stultus autem, primus noster parens, & protoplastus ille Adam: in quo omnes peccant, & in quo omnes moriuntur. Ac Luna Ec- clesiam de ipsa, in hac mortalitate constituta, mutationi perpetuae obnoxia est, signat. & ab illa Hierusalem, cuius ciues Angeli sunt, in arumnis & labori- bus peregrinatur. De Ecclesia namque dictum est, Parauerunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscura luna rectos corde. Ecclesia enim illa luna obscura est, in qua quamdiu in hac mortalitatis nocte peregrinatur,

Col. 3.
Declaratio
transitus de
morte ad
uitam.

1. Corinth. 15.

Ro. 8.

Renouari
de die in di
em.

2. Corinth. 4.
1. Corinth. 5.

Sol Chris-
tum: luna
Adam my
stice signi-
ficat.

Eccle. 27.
Malach. 4.

Luna Ec-
clesiam de
signat.

Psal. 70.

peregrinatur, mali bonis insidiantur. Est & in tempore huius festiui- tatis sacramenti significatio, ac primū quidē in cōputatione Paschatis, cursus solis & lunae hanc significationem habent, Nam æquinoctium Vernale, in celebratione Paschatis transcensum, significat Christiui- ctoriam aduersus potestatem tenebrarum, & lucis aeternae uitae pro- missionem, quarum tunc maxime memoriam agere debemus, cum solis lumen annuo proficiens incremento, primam sumit de noctis umbra uictoriam. Lunae autem cursum ideo attendimus, quia in transitu illo de morte ad uitam continua mutatio est: Siquidem in hac mortalitate constituti, ut luna uel accedentes ad solem iustitiae, fide illu- minamur, ac interne renouamur: uel recedentes, ad terram, id est, ad deteriora nos conuertimus: Propter quod & a terrenis hominibus & peccatoribus in desiderijs animae nostrae laudamur, & cum inique ege- rimus, benedicimur. Tunc igitur uere de morte ad uitam transimus, cum ut luna mutabilis ad solem, id est, Christum, incommutabilem sa- pientiam nos conuertimus. Nam quanto magis ei appropinquamus affectu pietatis, tanto magis exterior homo in nobis corrumpitur, sed interior renouatur, de die in diem: omniscq; lux illa ingenij, quae ad in- feriora uergebat, ad superiora conuertitur, & a terrenis quodammo- do aufertur: ut magis magisque huic moriatur, & uita eius abscondatur cum Christo in Deo, ut tandem de morte illa ad ueram et aeternam uitam perueniamus: mutato uidelicet eo, quod in nobis corruptibi- le est, in incorruptionem: & quod mortale est, in immortalitatem: & ut oriatur in nobis iustitia & abundantia pacis, donec interficia- tur luna: id est, abundantia pacis in tantum crescat, donec omnem mutabilitatem mortalitatis absumat. Tum enim nouissima destruc- tur inimica mors, & quicquid nobis resistit ex infirmitate carnis, unde nobis perfecta pax nondum est: consumetur omnino, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Sed & propter hanc uitae nouitatem, primus mensis in mensibus anni, celebrationi huius festiuitatis attribuitur: Nam & ipse dicitur mensis nouorum. Quod autem in tertia hebdomada mensis, id est, a Quarta decima luna, usque ad uicesimam primam Pascha celebratur: postremum illud tempus saeculi, in quo nunc uersamur significat. Duo enim tempora praeterierunt, & quod ante legem fuit, & quod sub lege fuit, & iam tertium apparuit, quod est gratiae: ac triplici hoc tempore, triduana Resurrectio Domi- ni designatur, quam & lunaris numerus repraesentat: Nam & hebdo- mada septem diebus constat, qui numerus perfectionem significat, & tertiam hebdomadam, in qua Pascha celebratur, duae praecedunt, quae & ipsae ternarium nostrum constituunt, tribus uidelicet septenarijs dierum absolutum. Praeterea in celebratione Paschatis nostri, Sab- batum occurrit, sed inter passionem et resurrectionem Christi mediū, quod

Mysteri-
um in tem-
pore Pa-
schali.

Psal. 9.

In renoua-
tione no-
stri fit spiri-
tualis ad so-
lem con-
uersio.

2. Corinth. 4.

Col. 3.

Psal. 71.

1. Corinth. 15.

Mysteriū
Numeri
Trium heb-
domada-
rum.

Mysteriū
Sabbati Pa-
schalis.

R

quod quietem significat, Est enim requies quædam in fine, qua priusquam ad aliam uitam peruenimus, ab operibus quiescimus: Tranquillitas uidelicet ab omni labore omnium molestiarum, non desidiola segnitia: Sic enim ab huius uitæ operibus in fine requiescitur, ut in alterius uitæ actione gaudeatur, & in hac sit transitus ex hac uita, quem Dominus noster Iesus Christus sua passione consecrauit, quæ Resurrectionem Dominicam præcedit. Rursum ab hac requie peruenitur ad primam uitam, unde anima lapsa est in peccatum, quæ quidem uita ab actione non uacat: sed ita tamen actiuosa est, ut omnis actio eius sine labore membrorum fiat, sine angore curarum. Ad hanc igitur uitam à requie Sabbati sic transitus, ut actio quidem succedat, requies autem non desinat: neque enim reditur ad labores et curas, sed ad actionem qua requies confirmatur magis, & perpetuatur quam euacuatur. Hæc requies ab omnibus quidem animabus, tam pijs quam impijs appetitur, nec tamen ab omnibus, nec in omnibus inuenitur: non ab omnibus, quia omnes quidem resurgemus, non tamen omnes immutabimur: non in omnibus, quia in his quæ ad corpus pertinent delectamur quidem, sed non est in eis perpetua requies: inuero ne diuina quidem, ut quæ animam magis aggrauant, & quod minus ad superna perueniat impediunt, quam quietem ei tribuant. Sed nec in se ipsa ita delectatur anima, ut in se ipsa perpetuo quiescat: inuero sibi ipsi ipsa anima, inuim placens, & se plus iusto extollens, Deum sibi resistentem facit: sed in solo Deo. Quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. In solo ergo Deo inuenitur hæc requies æterna, ut rectè admonet Psalmus. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et hæc prima uita, quæ de peregrinatione redeuntibus, et primam stolam accipientibus, redditur, & quæ in ea confirmatur æterna requies, per unam Sabbatum, quem diem Dominicum appellamus: in quo Dominus à mortuis resurrexit, figuratur, & hic Dies Dominicus, qui & octauus & primus appellatur, non Iudæis, sed Christianis Resurrectione Domini declaratus est, & ex illo cœpit habere festiuitatem suam. Animæ quippe omnium sanctorum ante resurrectionem corporis, sunt quidem in requie, sed in ea non sunt actione, qua corpora recepta uegetantur. Talem quidem actionem significat dies octauus, qui & primus, quia non aufert illam requiem, sed glorificat. Non enim redit cum corpore difficultas ex corpore, sicut nec corruptio: Oportet enim corruptibile hoc indui incorruptionem, & mortale hoc indui immortalitatem. Ac de sacramento octauæ, quo Resurrectio Dominica significatur, intelligendum est illud Ecclesiastæ, quod ad duorum testamentorum significationem dicitur. Illis septem & illis octo referuatum est: Item, quod pro octaua Psalmus inscribitur: Item, quod octaua die circumcidebantur infantes. Quod & si patres spiritu Prophetico pleni, non ignorauerunt, tamen istis solum celebrandum Sabbatum

Quomodo uita beata Actiuosa est.

Requies animarum.

Requies uestra non in ipsa anima, sed in solo Deo.

Iacobi. 4. Psal. 36.

Prima uita, seu Requies æterna, per unam Sabbatum, id est, diem Dominicam designatur.

1. Corinth. 15.

Mysterium Octauæ. Eccle. 11. Psal. 6. Gen. 17.

Sabbatum traditum est, quia antea sola erat, requies mortuorum, Nullus autem ad primam uitam resurgere potuit, donec ueniret Christus, qui resurgens ex mortuis iam non moreretur, & mors illi ultra non dominaretur. Sed postquam facta est talis Resurrectio in corpore Dominico, ac præcessit in capite Ecclesiæ, quod corpus Ecclesiæ sperauit in fine, Consequens fuit, ut dies etiam Dominicus, id est, octauus, qui & primus, inciperet celebrari. Hanc eandem uitam & requiem Quinquaginta dies significant, qui à Pascha ad Pentecosten numerantur, quorum Quadraginta Dominus post Resurrectionem, in hac uita & terra cum discipulis conuersatus est: & postquam ascendit in cœlum, Decem diebus interpositis, misit spiritum sanctum. Nam septies septem, sunt Quadraginta nouem, & cum reditur ad initium, quod est octauus, qui & primus dies, Quinquaginta complentur, qui celebrantur post Domini Resurrectionem, iam in figura non laboris sed quietis & lætitiæ. Propter quod & ieiunia relaxantur, & stantes oramus, quod est signum Resurrectionis, unde & omnibus diebus Dominicis, id ad altare obseruatur: & Alleluia canitur, quod significat, actionem nostram futuram non esse nisi laudare Deum, Sicut scriptum est: Beati qui habitant in domo tuo Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Sed in ueteri testamento Iubilæus est, hoc est, remissionis hebdomada, quæ septem hebdomadibus annorum, hoc est, XLIX. annis completur, qua expleta ad Quinquagesimum annum, id est, primum, reuertebatur. Quo incipiente, tubæ clarius resonabant, quo & ipso uita illa prima & requies omni lætitia plena præfigurata est. Similiter à die Decima quarta primi mensis, usque ad Tertium diem Tertij mensis, quo lex data est Moyse in monte Synai, digito Dei scripta, numerantur dies Quinquaginta. Sic enim loquitur Deus ad Moysen, in monte Synai. Descende, inquit, testare populo, & purifica illos hodie & cras, & lauent uestimenta sua, & sint parati in diem Tertium. Tertia enim die descendit Dominus in Monte Synai, coram omni populo, Tunc data est lex, tertio scilicet die tertij mensis. Numera itaque à Decima quarta primi mensis, quo factum est Pascha, usque ad diem tertium, tertij mensis: & inuenies decem & septem dies primi mensis, Triginta secundi, & tres tertij, qui sunt Quinquaginta.

Et hæc fuit figura Quinquaginta dierum, quos in nouo Testamento, post Pascha usque ad Pentecosten celebramus: qui requiem illam significant, quæ nobis datur per spiritum sanctum. Lex siquidem, quæ digito Dei scripta, Quinquagesimo die post celebrationem Paschatis, data est, in Arca sanctificationis in corpore Domini, per cuius resurrectionem, nobis requies futura promittitur: ad quam percipiendam spiritu sancto charitas inspiratur. Spiritus sanctus digito Dei significatur: Cum enim unus Euangelista dicat, In digito dei eijcio Dæmonia: Alius hoc idem ita dicit, In spiritu Dei eijcio Dæmonia.

R ij Spiritus

Ro. 6.

Mysterium Pentecosten.

Cur Alleluia canitur diebus Dominicis. Psal. 83. Iubilæus. Leuit. 25.

Lex data Tertio die, Tertij mensis. Exod. 19.

Lex Digito Dei scripta, id est, per spiritum sanctum data. Exod. 34. Psal. 131. Ro. 5. Luca. 11. Matth. 12.

Spiritus autem nondum erat datus, cum Iesus nondum erat glorificatus. Vnde Prophetia illa cantata est, Exurge Domine in requiem tuam, tu & Arca sanctificationis tuae. Vbi enim requies, ibi sanctificatio: Vbi sanctificatio, ibi Spiritus sanctus. Tunc ergo homo, cum ad hanc requiem resurget, perfectus & quietus, purificatus in anima et in corpore, per eloquia Domini casta, argentum igne examinatum, terre purgatum septuplum, accipiet mercedem Denarium, ut sint decem & septem. In quo numero & ipso mirabile sacramentum reperitur, quia Denarius perfectionem beatitudinis nostrae significat, Septenarius quietem, quam accipiemus illo tempore, quando corpus nostrum eruetur de manu omnium inimicorum nostrorum, Id est, cum illa nouissima inimica destruetur mors, Quod & Psalmus Decimus-septimus figurat, qui integer in libro Regnorum legitur: qui inscriptus est, in die qua eruit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul: significat enim regnum illud, in quo aduersarium non habebimus. Ad idem tempus pertinet numerus ille Centum Quinquaginta trium piscium, quos iam Dominus, nouam uitam demonstrans, a dextera parte leuari imperauit, nec retia dirupta sunt. Nam & ipse numerus Decimus-septimus, surgens in Trigonum, Centum Quinquaginta trium summam complet, ab uno quoque usque ad decem & septem surgens, omnes medios adde, & inuenies numerum praesignatum. Hoc modo, Ad unum adde duo sunt tria, ad tria adde tria sunt sex, & sic deinceps, ut in hac figura.

Mysterium Numeri CLIII. piscium.
1. Corinth. 15. Psal. 16. 2. Reg. 22.

Mysterium Numeri CLIII. piscium.
1. Corinth. 15. Psal. 16. 2. Reg. 22.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.
3.	6.	10.	15.	21.	28.	36.	45.	55.	66.	78.	91.	105.	120.	136.	153.	

Est et aliud mysterium, quod in hoc numero, centum quinquaginta trium continetur: Nam in eo sacramentum Trinitatis his continetur. Primo, quod numerus Quinquaginta ter multiplicatus efficit Centum Quinquaginta: Deinde quod numero Centum Quinquaginta tria adiungitur, quo nimirum significatur, ad requiem alterius uitae, quo ab hac uita transitur, quod Pascha significat, omnes uocari, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Haec sunt igitur mysteria Paschatis, quod in Ecclesia celebratur, id est, transitus, de uetustate carnis & mortis ad nouitatem uitae, quam in fide inchoamus: in spe gerimus, dilectione fatagimus, ut ad ipsam perueniamus, Quae tunc perfecta erit, cum absorbebitur mortale a uita, cum absorbebitur mors in uictoriam: cum illa nouissima inimica destruetur mors, cum immutati fuerimus, & aequales angelis facti: non enim in hac uita perfecta esse potest. Quamdiu enim sumus in corpore, peregrinamur a Domino, sed tamen quia ipsa spes, ex promissione ueritatis, certa nobis erit: ita alia uita perfecta erit. Nam qui dixit, Consepulti igitur sumus illi per Baptismum in mortem, idem subiunxit, Ut quemadmodum

Mysterium Paschatis, id est, transitus.
1. Corinth. 15. Luc. 20. 2. Corinth. 5.

modum surrexit Christus ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus. Ambulamus ergo in re laboris, sed in spe quietis: In carne uetustatis, sed in fide nouitatis. Dicit enim: Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uiuit propter iustitiam, Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Christum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, per in habitationem spiritus eius in uobis.

Atque ex his omnibus etiam mysteria festiuitatis Pentecostes intelligimus. Nam haec duae solennitates connexae, & sibi inuicem cognatae sunt, & uelut una festiuitas celebrantur: Ita ut hoc omni tempore, neque ad obseruandum indicantur ieiunia, neque ad exorandum Dominum genibus flexis oretur, Ad instar ergo Dominicae resurrectionis, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies uelut Dominici deputantur. Vnde propter talem coniunctionem, utrunque etiam tempus Baptismo suscipiendo destinatum erat, Ut Leo Papa testatur. Atque haec omnia, quae de mysterijs harum festiuitatum diximus, ex Augustini Epistola ad Ianuarium, fuisse illic et obscure scripta, in hanc claram (ut puro) breuitatem contraximus. Qui plenius huius sacramenti significationem cognoscere cupit, legat Bedam, in libro de natura rerum, quibus & haec ipsa, quae nos modo attulimus, illustriora reddentur. Illud postremo addimus, festiuitatibus superioribus Dominici, id est, celebrationi Natiuitatis Domini, Epiphaniae, Paschae, & Pentecostes, non solum Episcopum & clericum: sed etiam ciues & Laicos interesse debere. De qua re in hunc modum constituit Agathense Concilium. Ciues qui superiorum solennitatum, id est, Paschae, ac Natiuitatis Domini, uel Pentecostes, festiuitatibus, cum Episcopis interesse neglexerint (cum in ciuitatibus communionis uel benedictionis accipiendae, compositos se nosse debeant) triennio a communione priuentur Ecclesiae. Item, Si quis in clero constitutus, ab Ecclesia sua diebus solennibus defuerit, id est, Natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, uel Pentecoste: dum potius singulari lucro studeat, quam seruitio suo parere, conuenit ut triennio a communione suspendatur. Similiter Diaconus uel presbyter, si per tres hebdomadas ab Ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat. Item, in die Parasceues, passio Domini praedicanda est, quemadmodum Tolerantum Quartum diffiniuit. Comperimus, inquit, quod per nonnullas Ecclesias, in die Sextae feriae passionis Domini, clausis Basilicarum foribus, non celebratur officium, nec passio Domini populis praedicatur: Dum idem saluator noster, Apostolis suis praecipit, dicens, Passionem & mortem, & Resurrectionem meam omnibus praedicate. Ideoque oportet eodem die mysterium crucis, quod ipse Dominus cunctis annunciandum uoluit, praedicari, atque indulgentiam criminum clara uoce omnem populum praestolari, ut poenitentiae compunctione mundati, uenerabile

R ij festum

Omnes dies a Pascha usque ad Pentecosten, uelut dies Dominici habentur.
Epist. 4. c. 3.
An. Epist. 119.
Bedae c. 63.
 Principalia festa quibus omnes interesse debent.
c. 63.
c. 64.
c. 6.
 Dies Parasceues.
Marc. 16.
Acto. 1.

festum Dominicæ Resurrectionis, remissis iniquitatibus suscipere mereamur: Corporisq; & sanguinis eius sacramentum, mundi à peccato, sumamus.

De Ritu diei Dominicæ singularum hebdomadarum totius anni, Caput VI.



Non solum autem in Resurrectione Domini, dies celebratur Dominica: sed etiam per totius anni circum, Dominica in qualibet septimana suam habet festiuitatem, quam in memoriam Resurrectionis Dominicæ festum peragimus. Hebdomada siquidem septem diebus peragitur, Vnde & nomē accepit, quæ

Vetera nomina septem dierum hebdomadæ.

à populo Dei antiquitus ita computabatur. Prima Sabbati, uel una Sabbati siue Sabbatorum, secunda Sabbati, tertia Sabbati, quarta Sabbati, quinta Sabbati, sexta Sabbati, septima Sabbati, uel Sabbatum: non quod omnes Sabbatorum, hoc est, requiotionum dies esse potuerint, sed quod à requiotionū die, quæ suo nomine & cultu singularis excellat: Prima, uel secunda, uel tertia, uel ceteræ suo quæq; conserentur ordine. Gentiles hanc obseruationem in laudē Deorum suorum conuerterunt. Primam diem, Soli: Secundā, Lunæ: Tertiam, Marti: Quartam, Mercurio: Quintam, Ioui: Sextam, Veneri: Septimam, Saturno dicantes. Et ipsi dem fere monstris suos dies, quibus et errantia sydera consecrantes: Æstimabant enim se habere, à Sole spiritum, à Luna corpus, à Marte feruorem, à Mercurio sapientiam & uerbum, à Ioue temperantiam, à Venere uoluptatem, à Saturno tarditatem.

Septem dierum nomina à dijs apud gentiles.

Nostri autem religio, primum quidem diem, quo & lux in principio facta, & Christi Resurrectio celebrata est, Dominicum appellat, quod illi nomen primis Ecclesiæ temporibus inditum fuisse, Ioannes in Apocalypsi testatur, qui dicit: Fui in spiritu in die Dominico. Syluester autem Papa primus, refutatis tam ludæorum quam Gentilium nominibus, ceteros hebdomadæ dies feriarum nomine insigniuit, quod soli Deo uacanti nunq; liceat uel militiam, uel negotiationem exercere mundanam, dicente Psalmographo, Vacate & uidete, quoniam ego sum Deus. Item Apostolus, Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. Ac secundam Sabbati, siue diem lunæ secundam: tertiam diem Sabbati siue diem Martis, Tertiam: quartam diem Sabbati siue diem Mercurij, Quartam: quintam diem Sabbati siue diem Iouis, Quintam: sextam diem Sabbati siue diem Veneris, Sextam feriam appellans: tantum Sabbatum ex ueteri scriptura retinuit. Quem ritum & Augustinus in Ecclesia seruandum esse docet, eos reprehendens, qui etiamnum gentilium morem seruantes, dies hebdomadæ non ferias, sed à planetis, Solis, Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris, & Saturni, appellant. In commendationem Domini diei

Dies Dominicus.

Apoc. 1.

Cur dies septimanæ feriae dicuntur.

Psal. 45.

2. Tim. 2.

Aug. in. Psal. 97.

minici diei ita scribit Leo Papa primus: Dies, inquit, Dominicus, tantis diuinarum dispositionum mysterijs consecratus est, ut quicquid à Domino insigne constitutum est, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium: in hac per Resurrectionem Christi, & mors interitum, & uita accepit initium: In hac Apostoli, à Domino prædicandi omnibus gentibus Euangelij tubam sumunt, & inferendum uniuerso mundo sacramentum regenerationis accipiunt: In hac (sicut Beatus Ioannes Euangelista testatur) congregatis in unum discipulis ianuis clausis, cū ad eos Dominus introisset, insufflauit, & dixit, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum detinueritis, detenta erunt: In hac denique promissus Apostolis Spiritus sanctus aduenit. Qua ratione sancti patres instituerunt, ut cœlesti quadam regula in die Paschatis, id est, Dominico, cui à uespera Sabbati initium adscribitur, Baptisma conferatur: cui obseruationi etiam Pentecostes solennitas additur, quæ de Paschatis festi pendet articulo, ut ait idem Leo Papa: Et in eundem semper diem, qui Resurrectione Paschali insignis est, occurrit, in qua & ipse olim Baptismus conferebatur. Similiter in eodem die Mysteria sacerdotum benedictionum celebrantur, & ieiunis & ieiunantibus sacra benedictio confertur, ut idem Leo tradit. Et rectè ieiunis & ieiunantibus, id enim præter authoritatē consuetudinis, quæ ex Apostolica uenit doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, eò quod Apostoli cum Paulum & Barnabam, ex præcepto spiritus sancti, ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus. Porro Dominica ita celebranda est, ut in ea ab omni opere exteriori uacantes, ipsi tantum, quæ tum ad cultum, laudem, & gloriam Dei: tum ad salutem nostram pertinent, inuigilemus, ut paternè nos admonet Canon Matisconiensis Concilij. Omnes, inquit, Christiani, qui non incassum hoc nomine fruimini, nostre admonitioni aurem accommodate, scientes, quoniam nostræ est authoritatis, utilitati uestræ prospicere, & à malis operibus coercere. Custodite diem Dominicam, quæ nos denud peperit, & à peccatis omnibus liberauit: nullus uestrum litium fomitibus uacet, nullus causarum actiones exerceat: nemo sibi talem necessitatē exhibeat, quæ iugū ceruicibus iumentorum imponere cogat. Estote omnes, in hymnis & laudibus Dei, animo corporeq; intenti: Si quis uestrum proximam habet Ecclesiam, properet ad eandem, & ibi Dominico die semetipsum precibus lachrymisq; afficiat: Sint oculi manusq; uestræ, toto illo die, ad Deum expansæ. Ipse est enim dies requiotionis perpetuus: ipse nobis per septimi diei umbram insinuatus, noscitur in lege & Prophetis, iustum est igitur ut hanc diem unanimiter celebremus, per quam facti sumus, quod non fuimus: Fuimus enim antea serui peccati, sed per eam facti sumus filij iustitiæ. Exhibeamus Domino liberam seruitutem.

Leo Epist. 79. Multiplex laus diei Dominicæ

Matth. ult.

Ioan. 20.

Act. 2.

Dominica Paschæ & Pentecostes Baptismo consecratur. Epist. 4. c. 3.

Epistola. 79.

Act. 13.

Quomodo uacandum est die Dominico à laboribus. c. 1.

Vacandū hymnis & laudibus Dei.

Ro. 6.

R iij tutem,

tutem, cuius nos nouimus pietatem, de ergastulis liberatos erroris: non quia hoc Dominus noster a nobis expectit, ut corporali abstinentia diem Dominicum celebremus: sed quærit obedientiam, per quam nos, calcatis terrenis actibus, ad cœlum usq; misericorditer prouehat.

Pœna in
violatores
Dominicę
Dei.

Si quis igitur uestrum, hanc salubrem exhortationem paruipenderit, aut contemptui tradiderit, sciat se pro qualitatibus merito principaliter à Deo puniri: & deinceps sacerdotali quoq; iræ implacabiliter subiaccere. Si cauidicus fuerit, irreperabiliter causam amittet: si rusticus aut seruus, grauioribus fustium ictibus uerberabitur: si Clericus aut monachus, mensibus sex à consortio suspendetur fratrum. Hæc nanq; omnia, & placibilem erga nos Dei animum reddunt, & plagas morborum uel sterilitatem amouent, atq; repellunt. Noctem quoq; ipsam, quæ nos supernæ & luci inaccessibili reddidit, spiritualibus exigamus excubijs: nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant, qui nomine duntaxat Christiani esse noscuntur, sed oremus & uigilemus operibus sacris: ut digni habeamur in regno coheredes fieri saluatoris.

Quidagen
dum nocte
Dominica.

Item Cabilonensis synodus, Licet generaliter ab omnibus Catholicis & Deum timentibus, de die Dominico, quæ est prima Sabbati, conuenit obseruare: & sicut superius in Canonibus est statutum, non aliquid noui condentes, sed uetera renouantes, Instituiimus, ut in ipso die Dominico ruralia opera, id est, arare, messes metere, exactus facere, uel quicquid ad ruris culturam pertinet, nullus penitus præsumat: quod qui inuentus fuerit faciens, sub disciplina districtioris omnimodis corrigatur. Item Matisconense Secundum, Decernimus,

c. 18.

c. 4.

Oblationis altaribus

ut in omnibus Dominicis diebus, altaris oblatio ab omnibus uiris & mulieribus offeratur, tam panis quam uini, ut per has immolationes, & peccatorum suorum fascibus careant: ut cum Abel, uel cæteris iuste offerentibus, promereantur esse consortes. Omnes aut qui diffinitiones nostras per inobedientiam euacuare contendunt, anathemate percellantur. Item Terraconense Concilium, Nullus Episcoporum uel Clericorum die Dominico, propositum cuiuscunq; causæ negotium audeat uentilare: nisi hoc tantum, ut Deo statuta solennia peragant. Cæteris uero diebus conuenientibus personis, illa quæ iusta sunt, habent licentiam iudicandi, excepto criminali. Item Agathense, Missas die Dominico, secularibus rotas audire speciali ordine præcipimus, ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat: quod si fecerint, ab Episcopo publicè confundantur. Consentit huic Canon alius, Aurelianensis Concilij primus: Cum ad celebrandas Missas in Dei nomine conuenitur, populus non ante discedat, quam Missæ solennitas compleatur: & ubi Episcopus non fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.

c. 2. 15. q. 4.

c. 47.

c. 23.

De festiui-

De Festiuitatibus sanctorum,
Caput VII.



Vnt & alie festiuitates, quas in honorem sanctorum, sancta Dei celebrat Ecclesia: nam et sanctos Dei homines in Christo defunctos honoramus, etiam templa eis ædificando, & certas eorum solennitates celebrando, non quidem ut eos tanquam Deos colamus: sed ut eorum debito cultu & ueneratione memoriam agamus. Nam ritus colendi sanctos ad Duliam, nõ ad Latrãam pertinet: neq; enim sanctis, quia eorum memoriam agimus, honorem Deo debitum, exhibemus. De quare ita scribit Augustinus. Deniq; (inquit) illi talibus dijs suis (de cultu Dæmonum loquitur) & templa ædificauerunt, & statuerunt aras, & sacerdotes instituerunt, & sacrificia fecerunt. Nos autem Martyribus nostris, non templa sicut dijs, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum uiuunt spiritus, fabricamus. Nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus: sed uni Deo & Martyrum & nostro, sacrificium immolamus. Ad quod sacrificium sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione uicerunt, suo loco et ordine nominantur: non tamen à sacerdote, qui sacrificat inuocantur, Deo quippe non ipsis sacrificat, quamuis in memoriam sacrificet eorum, quia Dei sacerdos est, non illorum. Ipsum uero sacrificium, corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt & ipsi. Hæc Augustinus. In cultu igitur sanctorum, duo spectantur, Inuocatio siue Rogatio, & honor. Rogamus sanctos, ut pro nobis apud Deum intercedant. Nam & orantes pro nobis, & audiuntur à Deo & exaudiuntur, ut in Psalmo, Pro hoc orabit ad te omnis sanctus, in tẽpore oportuno: hẽ, Si steterint Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Item, Ite ad seruum meum Iob, & offeret holocaustum pro uobis: faciem eius suscipiam, ut non imputetur uobis stultitia, Qui & orans Dominum pro eis, exauditus est. Sed quo magis hoc uerum esse appareat, Angelorũ quoq; exempla adducamus. Et enim si Angeli pro nobis apud Deum orant, Nihil uetat, quin & sancti pro nobis intercedant, ut qui iuxta saluatoris uerbum, in gloria æquales sunt Angelis. Angelus Raphael ad Tobiam dicit, Manifesto ergo uobis ueritatem, et nõ abscondam a uobis occultum sermonem: Quando orabas cũ lachrymis, et sepe lites mortuos, ego obuiuli orationem tuã Domino. Itẽ, Beatus Iohannes in Apoc. uidit quatuor animalia, et uiginti quatuor seniores, qui ceciderunt corã agno, habentes singuli citharaset phialas aureas pleinas adorationum, quæ sunt orationes sanctorum. Et iterum uidit Angelum stantem ante altare, habentem Thuribulum aureum, et data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium de manu

Quomodo colendi sunt sancti, in Christo defuncti.

Lib. 22 de ciuitate Dei. c. 10.

Non martyribus sed Deo soli sacrificandũ est.

Sancti pro nobis intercedunt.

Psal. 31.

Hiere. 15.

Iob. 42.

Lucæ. 20.

Thob. 12.

Apoc. 5.

Apoc. 8.

Zach. 1. de manu Angeli coram Deo. Item apud Zachariam Prophetam, Angelus Dei orat Deum, pro populo Iudaico, in captiuitate posito, dicens, Domine exercituum, usq; quo tu non misereberis Hierusalem, & urbium Iuda quibus iratus es? Iste iam Septuagesimus annus est, Quibus uerbis Angelus orat Deum pro redemptione populi Iudaici; simul Hieremiae Prophetæ oraculum reuocans, prædicentis post septuaginta annos, in suam patriam & libertatem populum Iudaicum fore reducendum: Et respondit Dominus Angelo bona uerba consolatoria. Sic & Onias, summus sacerdos Iudæorum, post mortem suam apparuit Iudæ Machabæo, manus suas extendens & orans pro omni populo Iudæorum, In qua uisione alius similiter apparuit eidem Oniæ socius, de quo ad Iudam Machabæum Onias ait, Hic est fratrum amator & populi Israel: Hic est, qui multum orat pro populo, et uniuersa sancta ciuitate, Hieremias Propheta Domini. His & multis similibus alijs scripturæ autoritatibus plane ostenditur, Sanctos & orare pro populo, & orantes exaudiri: & ut pro nobis apud Deum intercedant, ab hominibus posse rogari, etiam mortuos. Sed audiamus iam de eadem re sanctos patres. Sanctissimus & gloriosus Martyr Cyprianus, ad Cornelium Papam, Memores, inquit, nostri inuicem sumus, concordēs atq; unanimes utrobicq; pro nobis semper oremus: Pressuras & angustias mutua Charitate reuelemus. Et si quis hinc nostrum prior diuinæ dignationis celeritate præcesserit, perseueret apud Deum nostra dilectio: pro fratribus & sororibus nostris, apud misericordiam patris non cesset oratio. Et Hieronymus aduersus Vigilantium scribens, Dicis, inquit, in libello tuo, quod dum uiuimus mutuo orare possumus: postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio: præsertim, cum Martyres ultionem sui sanguinis obsecrantes, impetrare nequiuerint. Si Apostoli & Martyres, adhuc in corpore constituti, possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti: quanto magis post uictorias, coronas, & triumphos? Vnus homo Moyses, Sexcentis millibus armatorum impetrat à Domino ueniam, Et Stephanus imitator Domini sui, & primus Martyr in Christo, persecutoribus ueniam deprecatur: & postquam cū Christo esse cœperint minus ualebūt: Paulus Apostolus Ducentas septuaginta sex, sibi dicit in nauī animas cōdonatas, et postquam resolutus esse cœperit cū Christo, tunc ora clausurus est: et pro his, qui in toto orbe ad suum Euangeliū crediderunt, mutire non poterit? Meliorq; erit Vigilantius canis uiuens, quā ille Leo mortuus? Recte hoc de Ecclesiaste proponeres, si Paulum in spiritu mortuū confiterer. Neq; uerò ita à nobis rogandi sunt sancti, ut omnino rogandam in eos spem nostram collocemus: hæc enim adoratio potius est, & Latriæ cultus, quā oratio: sed ita rogabimus, ut quod oramus, non quidem ab ipsis impetremus, sed ut à Deo impetremus, ipsi pro nobis

nobis intercedant. Est igitur mens orantium sanctos, principaliter in Deum dirigenda: in sanctos autem, ut contemplatione eorum à Deo exaudiamur: Atq; hoc est, quod diuinus Psalter dicit, Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi: Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Montes quippe sancti sunt, qui ad impetrandum auxilium à Domino ipsi quidem orant: Dominus autem, intercedentibus & orantibus pro nobis sanctis, quod petimus præstat. Proinde patres ueteris Testamenti, orationes suas principaliter quidem ad Deum direxerunt, sed nihilominus sanctos quoq; inuocauerunt. Interdum & merita eorum Deo obtulerunt, quod et eorum meritorum sanctorum contemplatione, quos & amicos Dei uocatur Psalmus, facilius exaudirentur. Sic Iacob propinquus morti, cum benediceret filium suum Ioseph, ait, Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, Abraam & Isaac: Deus qui pascit me ab adolescentia mea, usq; in presentem diem: Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoq; patrum meorum Abraam & Isaac, & crescant in multitudinem super terram. Item, Moyses pro peccato populi Deum orans, sic ait. Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui, Recordare Abraam & Isaac, & Israel, seruatorum tuorum &c. & sequitur. Placatusq; est Dominus ne faceret malum, quod loquutus fuerat aduersus populum suum, Eodem modo orabat Azarias, positus in fornace igni accensa, Ne quæsumus (inquit) tradas nos in + peperituum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum: neq; auferas misericordiam tuam à nobis, propter Abraam dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum: quibus loquutus es, pollicens, quod multiplicares semen eorum sicut stellas cœli: & sicut arenam, quæ est in littore maris. Ac sic quidem orans exauditus est: quoniam liberatus est unā cum socijs suis de fornace ardenti. Sed & eundem morem seruat Ecclesia, siquidem sanctorum memoriā agens: principaliter quidem Deum orat, nihilominus illi sanctorum merita offert, & ut intercessione eorum nos exaudiat, precatur. Id quod uetustissimæ orationes Ecclesie, de sanctis planissimè ostendunt. Cuiusmodi est illa: Famulorum tuorum quæsumus Domine delictis ignosce, ut qui tibi placere de actibus nostris non ualemus, genitricis filij tui Domini nostri Iesu Christi intercessione saluemur. Item illa: Omnipotens sempiternæ Deus, qui primitias Martyrum, in Beati Leuitæ Stephani sanguine dedicasti, tribue quæsumus, ut pro nobis intercessor existat, qui pro suis etiam persecutoribus exorauit Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum &c. Item illa: Deus qui conspicias, quia nos undiq; mala nostra perturbant, præsta quæsumus, ut Beati Ioannis Apostoli tui & Euangelistæ intercessio gloriosa nos protegat: & his similes aliæ innumeræ. Sanctos honoramus, quia & Deus

Psal. 120.

Preces nostras intuitu & meritis sanctorum à Deo exaudit. Psal. 38. Gene. 48.

Oratio Moyfi. Exod. 32.

Daniel. 3. Oratio Azariæ. + opprobrium.

Oratio Ecclesie in sanctis sanctorum.

Honore Deum eos honorat. Si quis mihi ministraverit (ait Christus apud Ioan-
 sanctorum nem) honorificabit eum pater meus qui in cœlis est. Et David in psalmo,
 honoratur Mihi autem, inquit, nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis con-
 & Deus ipse fortatus est principatus eorum: Nimirum æquum esse ostendens, ut
 sancti, qui & amici Dei sunt, & à Deo honorati, ab hominibus etiam
 honorentur. Immo uerò hoc ipso, quòd à nobis honoratur, etià Deus
 in ipsis à nobis honorari uidetur. Nam qui Martyrem colit, Deum ip-
 sum colit: qui Martyrem illius honorat, ipsi honorem assignat: Qui
 Apostolum honore prosequitur, ipsum qui Apostolum misit glorifi-
 cat. Tum autem rectè ueneramur sanctos, cum primo in ipsis Deum,
 etiam precamur, ut eos ueluti exemplum nobis propositum imitari
 possimus. Deinde cum ipsos quoque laudamus, tanquam amicos Dei, &
 quos Deus diligit, sicut et Christum dilexit: Cum quo & sunt & uiuunt,
 ut uideant claritatem eius, quam dedit ei pater, & ob id quoque eorum
 memoriam peragimus. Memoriam Sanctorum his ferè rebus cele-
 bramur, ædificatione templorum & altarium, ueneratione reliquiarum
 & imaginum ipsorum, celebratione anniuersariarum solennitatum.
 Ecclesias etiam Apostolorum temporibus ædificatas esse crediderim,
 non quidem tam magnificas et tanto ornatu conspicuas, ut modo cer-
 nuntur, sed ad eum modum, ut Christi fideles orandi causa conueni-
 entes capere possent: non quod apparatus ille non conueniret religioni
 & cultui diuino: sed quia fidelibus, sub Tyrannis infidelibus, uix inte-
 grum erat, in unum conuenire, nedum splendida templa, in quibus
 publicè conuenirent, ædificare. Vnde et domos, quas ad usum oratio-
 nis & diuini cultus utcumque extruebant, atque consecrabant *σεμειον* uel
 sub Apostolorum *Μονασηριον* appellabant, ut apud Eusebium inquit Philo. *σεμειον* autem
 in nostra lingua significare potest, honestorum cœnaticulum, quod
 nomen & à gentilibus eis dabatur: Sicut Maximinus Imperator in-
 dulgens Christianis, ut rursus Christiani esse possent, illud etiam per-
 misit ut domos, in quibus orare consueuerant, extruere et reædificare
 possent: Quas & ipse Dominica uocat. Sancimus, inquit, ut cunctis in-
 notescat, licere his, qui christianam sectam religionemque uenerantur,
 hac nostra indulgentiæ largitate, ut unusquisque, quemadmodum
 uult, & prout animo libet, religioni huic, solennitatique deseruiat, sed &
 orationum domos, id est, Dominica sua, ut instaurant pro uoluntate
 sua, permittimus. Eas itaque orationum domos uocabant *γρηγορια*,
 latine Dominica, quæ nos Germani *Domkirchen* adhuc hodie uoci-
 tamus, uoce ex græco & latino simul mutuata. Atque in huiusmodi
 Ecclesijs fideles, maxime ubi inter gentiles uersati sunt, usque ad tempo-
 ra Constantini Magni usi sunt, quæ interea, sepe etiam in Christianos
 grassante Gentilium Tyrannide & feditione, cuersæ, & solo æquaræ:
 & eadem cessante rursus ædificatæ fuerunt, ut Ecclesiasticæ hystoriæ
 tradunt.

Ioan. 12.
 Psal. 138.

Recta san-
 ctorum ue-
 neratio.

Iob. 17.

Quibus ri-
 tibus uene-
 ramur san-
 ctos.

Quales fue-
 runt olim
 sub Apo-
 stolis Do-
 mus oratio-
 nis.

Euseb. lib. 9.
 c. 9.

tradunt. Sanè non fuisse ijs temporibus magna templa, argumen-
 to esse potest. Quod patres Concilij Nicæni, non in templo aliquo, sed
 in loco, què Constantinus in Regia præparari fecerat, sessiones publi-
 cas celebrarunt: Sicut nec Romæ in templo aliquo, sed in Thermis Do-
 mitiani, præsentè Constantino & Helena matre, à Syluestro Con-
 cilium celebratum fuit: Quod inscriptio eiusdem Concilij, quod post
 Nicænam synodum Romæ celebratum fuit, indicat, Quæ sic habet,
 Concilium, quod sanctus Papa Syluester celebrauit præsentè Con-
 stantino Augusto, in urbe Roma, intra thermas Domitianas, cum
 Ducentis septuaginta quinque Episcopis &c. Igitur peracto primum
 Concilio Nicæno, ac festiuitate publica Vicenaliu suorum finita,
 Constantinus ipse iam totus Christi nomini et religioni deditus, mox
 ad erigendas Ecclesias in honorem Christi & sanctorum eius, festi-
 nus accessit, ut Socrates in Tripartita scribit, Ac primum quidem Bi-
 zantijs, quam ciuitatem ex nomine suo Constantinopolim appellauit,
 duas Ecclesias ædificauit: quarum unam Irenen, alteram Apostolo-
 rum appellauit. Similiter quædam in honorem sanctæ crucis ex-
 truxit: Romæ quoque Basilicas fecit, unam Petro, alteram Paulo, Apo-
 stolis: quibus ingentia dona, ex auro & argento & gemmis pulcher-
 rime fabricata, obtulit: Vnam in honorem sanctæ crucis, de cuius
 ligno et partem auro gemmisque inclusam in eam locauit, quam et Hie-
 rusalem appellauit: Vnam sanctæ martyri Agneti: Vnam Beato Lau-
 rentio, multasque alias in alijs locis, in honorem sanctorum Ecclesias
 ædificauit. In quas & magnificentissima dona, auri, argenti, & omnis
 generis gemmarum contulit. Post hunc, alij quoque principes & fi-
 deles homines, eodem religionis zelo, sanctos extructis in honorem
 eorum, maximis templis honorauerunt: Ut innumera Christiani or-
 bis templa in honorem sanctorum dedicata, & ex ipsis etiam nomina
 sortita, templa testantur. Confirmat hoc Canon, quem Gratianus
 Melchiadi Papæ ascribit, his uerbis. At uerò, cum inter turbines &
 aduersa mundi succresceret Ecclesia, ad hoc usque peruenit, ut non solu-
 gentes, sed etiam Romani principes, qui totius orbis Monarchiam
 tenebant, ad fidem Christi & Baptismi sacramentum concurrerent.
 Equibus uir religiosissimus Constantinus, primus fidem ueritatis pa-
 tenter adeptus, dedit licentiam per uniuersum orbem, suo de gentibus
 imperio: non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandi Ecclesias, et
 prædia constituit tribuenda. Denique idem præfatus princeps, donaria
 inmensa contulit, & fabricam templi primæ sedis, Beati Petri instituit,
 adeo ut sedem Imperialem relinqueret, & beato Petro, successoribusque
 suis profuturam concederet. Et post pauca: Ab illo etenim tempore, et
 deinceps, uiri religiosi, non solum possessiones & prædia quæ possi-
 debant, sed etiam semetipsos Domino consecrarunt: ædificantes Ba-
 silicas in suis fundis, in honorem sanctorum Martyrum per ciuitates,
 S & Mo.

Theod. lib. 1.
 c. 7.
 Concilia
 Nicænum
 & Roma-
 num sub
 Syluestro
 & Constā-
 tino.

Lib. 2. c. 18.

Templa
 Romæ à
 Constanti-
 no ædifica-
 ta.

12. q. 1. c. futu-
 ram.

Laus Con-
 stantini.

Basilicæ
 sanctorum

& Monasteria innumera, in quibus cœtus Domino seruientium conueniret. Scio & multas Ecclesias in honorem saluatoris nostri, passim in orbe consecratos esse, quod Beatus Athanasius occasione miraculi, quod Deus in Berytho ciuitate, in imagine saluatoris edidit, factum esse testatur. Dicitur enim, quod conuersis ex tam stupendo ad fidem nostram Iudæis, ac Antistitem rogantibus, ut Synagogam eorum Ecclesiam consecraret in honorem saluatoris mundi, Metropolitanus petitionem eorum minime aspernatus, Synagogam eorum, quæ maior esse uidebatur, in nomine unigeniti filij Dei redemptoris mundi, consecrauerit, & ex tunc per diuersas orbis terræ nationes & prouincias mos inoleuerit: ut Basilicas plurimas, uel oratoria, Pontifices Christianæ legis, in honorem sancti saluatoris mundi conderent & dedicarent. Reliquias & imagines sanctorum, ita ueneramus, non ut eis cultum diuinum præstemus: sed ut in ipsis colamus eos, quos representant. Nam & honor, qui ossibus aut imagini exhibetur, non quidem ossibus mortuis, aut inanimatæ tabulæ, ligno, lapidi, aut coloribus, sed ei, qui apud Deum beata uita fruitor, & pro nobis apud Deum intercedit, præstari intelligitur. Anniuersarias autem festiuitates sanctorum ita celebramus, ut eorum passionem legamus atque recolamus, ut in Concilio Africano constitutum est: Vnde quo certior esset huiusmodi lectio, Fabianus Papa primus, id muneris septem Diaconis mandauit, qui septem notarijs imminerent, ut et gesta Martyrum ueraciter ex integro colligerent, & Apostolicæ sedis rimanda manifestarent, aliosque Ecclesiæ ministros, ut eadem agerent admonuit, ne in posterum ex his aliqua dubitatio fieret, quæstioque oriretur: rectè existimans, quæ hoc modo scriberentur, ad futurorum doctrinam & usum pertinere.

Multi etiam sponte sua, uitas Martyrum aliorumque sanctorum descripserunt, quorum scripta aliqua etiam hodie extant. Qualia sunt, quæ Eusebius, Hieronymus, Cassiodorus, Theoderitus, Victor, Nicphorus, Marcus Marulus, & quidam diligentes Monachi, ædiderunt: Nec dubito quin multa etiam de eadem re sanctorum patrum scripta, iniuria temporum perierint, qualis est liber de Antiquis martyribus, ab Eusebio scriptus, cuius ipse in Ecclesiastica sua historia mentionem facit, & similes. Præterea constitutum est, ut Martyrum memoria in celebratione Missarum, qui ritus uetustissimus est, ut non solum ex Augustino discimus: sed idem longè ante Augustinum, Felix Papa primus, Vicessimus septimus à Petro Pontifex, testatur. Is enim in Epistola ad Galliæ Episcopos, inter cætera de his, qui Martyrum memorias perturbabant, in hunc modum scribit. Quod uerò, inquit, Apostolicus stolus dicit, Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius, cur insequimur fratres, cur perturbamus statum Ecclesiæ Dei, et eos qui ei seruire debent affligimus; Martyres enim passim sunt, non tamen animæ eorum occisæ sunt in corporis passione, ore ueritatis

Veneratio Reliquiarum & imaginum.

Martyrum gesta à Notarijs descripta.

Probata de sanctis historia.

Memoria sanctorum in Missa.

Verba fœderis & Martyris.

ueritatis attestante, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: Vbi agnosci oportet, quod si animæ Martyrum corpore perempto, supplicij extinguere non possunt, nec animæ prædicatorum, & doctorum, persequi debuissent, aut perturbari: & à Dei famulatu auerti, quia cum corporibus non deficiunt. Tales autem perturbatores Ecclesiæ, non solum prædicta agunt mala, sed etiam memorias Martyrum execrantur. Quapropter in præfata constituimus synodo, uobisque & omnibus Ecclesijs tenendum & agendum mandamus, ut super memorias Martyrum Missæ celebrentur, ne memoriarum eorum à talibus extingui, aut ueneratio possit prohiberi. Sed & in cæteris precibus, sanctorum memoriam celebramus, qui ritus & ipse antiquissimus est, ut ex eo cognosci potest. Quod Vigilus Papa, ad Eucherium Episcopum scribit. Ordinem quoque precum, inquit, in celebratione Missarum, nullo nos tempore, nulla festiuitate, significamus habere diuersum, sed semper esse eodem tenore, oblata Deo munera consecrari. Quoties uerò Paschalis aut Ascensionis Dni, uel Pentecostes et Epiphaniæ, sanctorumque Dei fuerit agenda festiuitas, singula capitula diebus apta subiungimus, quibus commemorationem sanctæ solennitatis aut eorum facimus, quorum natalitia celebramus: cætera uerò ordine consueto persequimur. Quapropter & ipsius Canonice precis textum direximus subter adiectum, quæ Deo propitio, ex Apostolica traditione suscepimus, & ut charitas tua cognoscat, quibus locis aliqua festiuitatibus apta connectes, Paschalis dici preces simul adicimus. Est et in Africano Concilio constitutum, ut passionem Martyrum legantur, cum Anniuersarij dies eorum celebrant. Denique & anathema in eos pronuntiatur, qui memorias Martyrum perturbant. Si quis (inquit Gangrense Concilium) superbiæ usus affectu, conuentus abominatur, qui per loca et Basilicas sanctorum Martyrum celebrantur: & ministeria, quæ in eis sunt, memoriasque sanctorum contemnit, Anathema sit. Item Carthaginense primū, Martyrum dignitatē nemo prophanus infamet, neque ad falsiua corpora, quæ sepulturæ tantū propter misericordiā Ecclesiasticā cōmendari mandatū est, redigat: ut aut in infantiā precipitatos, aut aliquo tali pacto, aut alia ratione peccati disiuictos, non ratione uel tempore cōpetenti, quo Martyria celebrantur, Martyrum nomine appellet. At siquid ad iniuriā Martyrum, claritati eorum adiungat infamiā, placet eos, si Laici sint, ad penitentiam redigi: si autē sunt Clerici, post cōmunionē, et post cognitionē honore priuari. Habet autē cōsuetudo Ecclesiæ, ut festiuitates Laicis per singulas hebdomadas indicant: Atque harum quædam sunt uniuersales, quædam particulares. Uniuersales sunt, quas per uniuersū orbē celebrat Ecclesia. Particulares, quas singuli Episcopi, singulariter in suis diocesisibus peragunt: Ac de utrisque ita statuit Lugdunense Conciliū. Pronunciandum est, inquit, ut Laici sciant tempora feriandi per annum, id est, omnē Dominicū à uespera usque ad uesperā, ne à Iudaismo

Verba Vigilij Papæ.

Canon Missæ.

Antiqua Concilio- rum Decreta, de passionibus Martyrum recitandis.

c. 13. c. 20. c. 21.

Festiuitates sanctorum quædam uniuersales, quædam particulares. De cons. dist. 3.

S ij capiantur.

capiantur. Feriandi uerò per annum isti sunt dies, Natalis Domini, sancti Stephani, Ioannis Euangelistæ, Innocenti, Syluestri, octaua Domini, Theophaniæ, Purificatio sanctæ Mariæ, sanctum Pascha cū tota hebdomada; Rogationes tribus diebus, Ascensio Domini, sancti dies Pentecostes, sancti Ioannis Baptistæ, Duodecim Apostolorū; et maximè sanctorū Petri et Pauli, qui mundū sua prædicatione illuminauerūt: sancti Laurentij, Assumptio sanctæ Mariæ, Natiuitas sanctæ Mariæ, Ecclesiæ dedicatio, sancti Michaelis Archangeli, dedicatio cuiuscunq; oratorij, & omnium sanctorū, & sancti Martini; & illæ festiuitates, quas singuli Episcopi, in suis Episcopatibus cū populo collaudauerint, Quæ uicinis tantū circummorantibus indicendæ sunt, non generalter omnibus. Reliquas uerò festiuitates, per annum non sunt cogendi ad feriandum, nec prohibendi. De dedicatione Ecclesiæ ita diffiniunt Felix Papa Quartus, Solennitates uerò dedicationū Ecclesiæ & sacerdotū per singulos annos solenniter sunt celebrandæ, ipso Domino exemplū dante, qui ad festū dedicationis templi, omnibus id faciendi dans formam, cū reliquis populis eandē festiuitatem celebraturus uenit, sicut scriptū est, Facta sunt Encæniam in Hierosolymis, & Hyems erat: & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Quod autem octo dierū sunt Encæniam celebranda, in libro Regū, peracta dedicatione templi, reperies.

In Epistola ad Episcopos per diuersas prouincias constitutos.

6, 1.
Ioan. 10.
3, Reg. 8.

An reuelato nouo testamento, Cæremoniæ ueteris testamenti ita sublata sint, ut earum usus in nouo Testamento interdicitus esse censetur, Caput VIII.



Niximus de cæremoniis noui Testamenti, inter quas quoniã multæ sunt, Cæremoniis & ritibus ueteris testamenti ita affines, ut ab his ueluti in nouo testamento translata uideantur: nō incongruè queritur, An reuelato nouo testamento, Cæremoniæ legales ita euacuatæ sint, ut earū nullus usus in nouo testamento esse possit: Quo sane loco repetendū mihi uidetur, quod supr à dictū est, Cæremonias oēs sacri alicuius mysterij significationē habere. Quod et in Cæremoniis ueteris testamenti locū habet, nā & ipsæ latentū rerū sacramenta designāt. Et earū aliæ quidē futurā gratiā pronunciant, ut sacerdos & sacrificia, quæ summū sacerdotē, eundemq; unicū illud & sanctissimū sacrificiū, pro peccatis uiuorū & mortuorū offerendū. Christum significarunt: aliæ præsentia mysteria annunciant, futuris etiam temporibus duratura, ut sacra uasa, uestes sacre, unctio sacra, luminaria, thus incensum, & quæ sunt eiusdem generis: quæ sacrificantium & orantium fidem & deuotionem, aliasq; uirtutes & diuina dona designarunt. Quod quo planius fiat, unum tantum exemplum de Cæremoniis templi, ex Egesippo afferamus, Salomon itaq; (inquit) templum

Questio.

Responsio

Bonæ significationes Cæremoniarum ueteris testamenti.

Egesippo lib. 5. c. 9.

templum fundauit, reliqui quoq; Reges ad ornatum urbis addidere plurima, inuidia ex magnificentia orta. Inter omnia tamen opera, templum præcebat amplissimo opere, & fulgenti marmore: in quo erat deambulatorium, peripetasma preciosum & maximum, Cocco & Hyacintho, Bylloq; intextum & purpura. Non ociosa materia tantæ diuersitatis, sed cuius species materiam rerum latentium significaret, eò quod eius esset templum, qui cælo & aeri, terræ & mari, quasi creator elementorum dominaretur, atq; omnia solus regeret & gubernaret. Cocco enim, igneum cælum figuratur: Hyacintho, aer: Byllo, terra, quod in ea nascitur: purpura, mare, quæ conchilijs maritimis inficitur, ut duo ex colore, duo ex generatione colligas. Deniq; Princeps sacerdotum, hæc quatuor, indumento suo exprimere consueuerat, quando maxima celebritas erat festorum dierum, quasi totum mundum indueret pro populo supplicaturus: In eius figuram, qui uenturus erat princeps sacerdotum IESVS, qui tolleret peccatum mundi. Fœmora Princeps sacerdotum linteo interius operimento tegebat, eò quod præ cæteris in sacerdote fides mentis quaeritur, et corporis castimonia, quæ succingere debeat carnis intemperantiam. Duo erant tabernacula sacra, Vnum interius, Alterum exterius: In hoc semper introibant sacerdotes: in illud interius (quod secundum appellabatur) semel introibat tantūmodo Princeps sacerdotum, non sine sanguine, quem offerret pro se, & pro populi delicto: Hoc significante Spiritu sancto, uenturum Iesum, qui uerè solus intraret interiora diuinorum penetralia sacramentorum, & arcana substantiæ cælestis, quæ nosset omnia: Solus quoq; patri, sanguine suo totum mundum reconciliaret, & ut cælestium & terrestrium miseretur: Deniq; posteaquam uenit, pacificauit omnia per sanguinem crucis suæ, quæ uel in cælo, uel in terra sunt. Intus thymiamaterium, intus mensa, intus lucerna. Thymiamaterium, quod ita ad Deum patrem, sicut incensum, dirigatur maximi sacerdotis oratio. Mensa, quod in ea passio Christi fit, & mysteria sacramentorum: unde & Dauid dicit, Parasti in conspectu meo mensam: Cuius uelut duodecim panes, Duodecim Apostoli sint testes passionis eius ac Resurrectionis eius. Lucerna, quæ super candelabrum ponitur, ante sub modio erat, id est, sub legis mensura, nunc est sub gratiæ plenitudine: heptamycho frequens lumen effundens, eò quod Spiritus sanctus septem maximarum gratiarum uirtutibus Dei templum illuminaret. Trinitatis igitur cognitio in interioribus erat templi, quæ dicebantur sancta sanctorum, ubi reposita quondā uirga Aaron floruit, quod sacerdotalis gratia in Christo amplius esset operatura post mortem, qua mundum redemit. Fufius hæc & alia mysteria Cæremoniarum templi Salomonis, describit Eucherius libro tertio Regnorum, Idem in singulis quoq; alijs Cæremoniis ueteris testamenti demonstrare possemus: Sed malo hæc

Significatio Quatuor Elementorum in Cocco Hyacintho Byllo & Purpura.

Fœmora Aaron.

Hebr. c. 9. Mysteriū Duplicis Tabernaculi.

Col. 1.

Quid Thymiamaterium, Mensa et Lucerna Psal. 140. Psal. 22. Matth. 5.

Id est, Septem distinctis casibus ut habetur Exo. 25.

Eucherius.

ipsa lectorem ex commentarijs sanctorum patrum, ijs maximè, qui in Exodum, Leuiticum, Deuteronomium, & alios sacros libros scripti sunt, perdiscere, quàm profixiore nostro sermone occupari. Primū remoniarū igitur, ut iam ad propositam quæstionem reuertamur, dicendum est, ut. test. nō omnes in uniuersum ueteris testamenti Cæremonias ita sublatas esse, est ad salu- ut earum usus, reuelato iam nouo testamento, non sit necessarius ad salutem. Ad quem sensum accipiendum est, quod Paulus dicit, uidisse se Petrum non rectè ingredientem ad ueritatem Euangelij, eiq; propterea in faciem restitisse, quod Gentes cogeret Iudaizare. Nam contra Euangelij ueritatem erat, ut putarent qui credebant in Christum, sine illis ueteribus sacramentis saluos se esse nō posse. Et ad eundem sensum dictum est, Lex & Prophetæ usq; ad Ioannem Baptistam. Item, Iudæi persequabantur Iesum, quia soluerat Sabbatum, & patrem suum dicebat Deum. Item, Lex per Moysem data est, gratia autem & ueritas per Iesum Christum facta est. Item, per Hieremiam Prophetam promissum est, daturum Deum testamentum nouum Domui Iuda, non secundum testamentum quod disposuit patribus eorum. Item illud Pauli, Ecce ego Paulus dico uobis, quia si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit, & si qua sunt similia. Hæc nimirum significant, post Ioannem Baptistam, Sabbatum, aliasq; Cæremonias ueteris testamenti ita abrogatas esse, ut in eis nulla sit spes salutis ponenda.

Quo præcepta mo- Quin & lex ipsa, & ea quæ in lege ita præcepta sunt, ut ualeant ad in- formandos mores fidelium, id est, ut abnegantes impietatem, & sacra- ralia legis lares cupiditates, temperanter, & iuste & piè uiuamus in hoc sæculo: conferunt qualis est lex, quæ maximè commendandam elegit Apostolus, Non ad salutem: concupisces: & quæcumq; de Deo & de proximo diligendo, sine ullis per gratiā figuris sacramentorum præcipiuntur in lege: In quibus duobus præ- Christi. ceptis etiam Dominus ipse Christus dicit, totam legem Prophetasq; Tit. 2. pendere: Ita accipitur et obseruatur, non ut spem aliquam salutis in ip- Epistola. 200. sa ponamus, Nam si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus Matth. 22. est. Item, Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia ex- Gal. 2. cidistis: sed ut quicquid in eis proficimus, non nobis tribuamus, sed Gal. 5. gratiæ Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Deinde

Ufus Cæ- magna differentia est inter Cæremonias, quibus futura prænuncian- remoniarū tur, & quibus præsentia annunciantur. Nam quæ fuerunt rerum futu- ue. test. nō rarum figuræ: postquam uenerunt ea, quæ per illas significabantur ef- subito, sed se futura, procul dubio esse necessaria destiterunt. At eorum usus pau- paulatim aboleri de- Iatinitas abolendus fuit, ut non solum subito & irreligiōse, sed cum buit. quadam ueneratione extinguerentur. Quemadmodum enim defun- ctorum corpora necessariorum officijs religiose deducenda sunt ad se- pulchram, non continuo deferenda, uel obrectatorum obrectationi- bus ueluti canum morsibus obijcienda: Ita & legalia sacramenta, & Cæremonia, etiam adueniente & reuelata iam gratia, quam prænun- ciauerant,

ciauerant, aliquandiu (ijs maximè quibus data fuerant) permittenda, ac paulatim deinde deferenda: Et sic Synagoga cum honore sepelien- da fuit, ut scilicet hoc modo ostenderetur, ipsam quidem, tanquam quæ ad salutem Christianam non essent necessaria, deferendam, sed nec tamen, ut Idolatriam gentilium, irreligiōse esse abijciendam.

Nam & Christus à parentibus circumcisus est: Idem, ad diem festum Christi & ascendit: Idem, ad leprosum quem mundauerat dixit, uade & offer Pauli exem- pro te sacrificium quod præcepit Moyses in testimonium illis: Et Pau- pla de legis- lus Timotheum circumcidit. Similiter Iudæi quidam, qui & ipsi in Cæremoni- Christum crediderant: sed ita legalia obseruabant, tanquam sine his nijs. in Euangelio credentibus salus esse non posset, in Paulo repræhende- Lucæ. 2. bant, quod discessionem à Moyse doceret, propter quod Iacobus & Matth. 8. alij fratres eidem suadebant, ut conuocata multitudine, ipse legalibus Act. 16. quibusdam Cæremonijs uteretur, eoq; modo suspicionem, quam de eo conceperant, ex eorum animis eximeret. Sic enim ait Iacobus, Vides frater, quot milia sunt in Iudæa, qui crediderunt in Christum, Verba Iacobi ad & hii omnes æmulatores sunt legis: Audierunt de te, quia discessio- Pauli ad- nem doces à Moyse, eorum qui per gentes sunt Iudæorum, dicens: Paulum de lege uet. eos non debere circumcidere filios suos, necq; secundum consuetudi- nem ingredi. Quid ergo est? Vtiq; oportet conuenire multitudi- nem: audierunt enim te superuenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus, sunt nobis uiri Quatuor, uotum habentes super se: His assumptis, san- ctifica te cum ipsis, & impende in eos ut radant capita, & scient om- nes, quia quæ de te audierunt falsa sunt, sed sequeris & ipse custodiens legem. De gentibus autem qui crediderunt nos mandauimus, indi- cantes, nihil huiusmodi seruare illos, nisi ut se obseruent ab Idolis im- molato, & à sanguine, & à fornicatione &c. Quod ideo Iacobus ad- monuit, non quod circumcisionem, aliaq; ueteris testamenti legiti- ma, tanquam ad salutem necessaria, custodienda esse putaret: sed ut Iudæi, qui in Christum credebant, sed adhuc legis obseruatores erant, uidentes Paulum ea celebrare, quorum ipse condemnator ab aduer- sarijs esse insimulabatur, simul etiam uiderent, ipsum Paulum (uehe- mentissimum illum gratiæ prædicatorem) non omnino legalia asper- nari: nec ea quæ per Moysem patribus tradita fuerant, tanquam sa- crilega, nec Deo mandante conscripta, damnare. Sepulta autem Legis Cæ- (ut dictum est) cum honore Synagoga, ac uera iam & Euangelica remonij- fide, & gratia in Iudæis & Gentibus reuelata & confirmata, sacrifi- nūc uti nō- cia, sacramenta, & Cæremonia ueteris testamenti (quæ futura my- licet. steria designarunt) ita abolita sunt, ut earum nullus deinceps in Christiana religione legitimus usus esse possit. Nam quæ in ue- teri testamento, gratiam & remissionem peccatorum significa- bant, non efficiebant: Ut cinis uaccæ, & aspersio sanguinis, & Num. 19. cruentarum multiplicatio uictimarum, &c. Ea omnia (reuelata Leui. 5. iam gratia

iam gratia noui testamenti, traditæque salutaris Euangelicæ legis sacramentis, quæ remissionem peccatorum non tantum significant, sed etiam efficiunt) tanquæ umbra & figuræ prorsus euacuata iunt: Vt iam Iudæorum sacrificia & Cæremonia, non solum nihil profint, sed etiam perniciosæ & mortifere sint Christianis: & qui eas obseruauerint, siue ex Iudæis, siue ex gentibus, in Baratrum Diaboli deuoluantur.

vide S. Thomam in prima secundæ. q. 103. articulo. 4.

Aug. Epist. 5. Quod & Prophetæ ita futurum prænunderunt. Non accipiam (inquit diuinus Psalter) de manu tua uitulos, Neque de gregibus tuis Hircos. Item, Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, hoc est pecorum uictimis, quibus prius congregabantur conuenticula Iudæorum. Et alius Propheta, Ecce, inquit, dies uenient, dicit Dominus, & confirmabo super domum Iacob testamentum nouum, non sicut testamentum quod disposui patribus eorum, cum eduxi eos de terra Ægypti &c. Sunt & alia multa de hac re testimonia, quibus hoc Deum facturum esse prædictum est. Neque uero putandum est, ideo ta est Dei uoluntas per mutationes Cæremoniarum legis, quas ipse præcepit rat.

Psalm. 101.

Non muta ta est Dei uoluntas per mutationes Cæremoniarum legis, quas ipse præcepit rat.

Mutatio facta est, non Dei neque religionis, sed sacrificiorum & sacramentorum.

Non mutat fides in no. test. per diuersitates Cæremoniarum

iam gratia noui testamenti, traditæque salutaris Euangelicæ legis sacramentis, quæ remissionem peccatorum non tantum significant, sed etiam efficiunt) tanquæ umbra & figuræ prorsus euacuata iunt: Vt iam Iudæorum sacrificia & Cæremonia, non solum nihil profint, sed etiam perniciosæ & mortifere sint Christianis: & qui eas obseruauerint, siue ex Iudæis, siue ex gentibus, in Baratrum Diaboli deuoluantur.

Quod & Prophetæ ita futurum prænunderunt. Non accipiam (inquit diuinus Psalter) de manu tua uitulos, Neque de gregibus tuis Hircos. Item, Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, hoc est pecorum uictimis, quibus prius congregabantur conuenticula Iudæorum. Et alius Propheta, Ecce, inquit, dies uenient, dicit Dominus, & confirmabo super domum Iacob testamentum nouum, non sicut testamentum quod disposui patribus eorum, cum eduxi eos de terra Ægypti &c. Sunt & alia multa de hac re testimonia, quibus hoc Deum facturum esse prædictum est. Neque uero putandum est, ideo ta est Dei uoluntas per mutationes Cæremoniarum legis, quas ipse præcepit rat.

Mutatio facta est, non Dei neque religionis, sed sacrificiorum & sacramentorum.

Non mutat fides in no. test. per diuersitates Cæremoniarum

Quemadmodum enim unus idemque homo, si Deo mane aliud offert, aliud uespere, pro congruentia diurni temporis, non Deum mutat, non religionem: sicut nec salutem, qui alio modo mane, alio uespere salutatur: Ita in uniuerso tractu sæculorum, cum aliud oblatum est ab antiquis sanctis, aliud ab eis, qui nunc sunt, offertur, non humana presumptione sed auctoritate diuina, temporibus congrua sacramenta celebrantur, non Deus aut religio commutatur. Sed & in nouo testamento, Cæremonia non solum diuersis temporibus uariantur, sed etiam uno eodemque tempore in diuersis Ecclesijs, diuersæ particulares Cæremonia obseruantur. Quod non est indecens, modo una sit fides uniuersæ quæ ubique dilatatur Ecclesiæ. Nihil enim prohibet, quin ipsa fidei unitas, quibusdam diuersis obseruationibus celebretur, quibus nullo modo, quod in uera fide uerum est, impeditur. Est enim Ecclesia

Ecclesia illa filia Regis, cuius gloria & pulchritudo est intus in fimbrijs aureis, circumamicta uarietibus. Etenim uarietates in ueste, intelliguntur obseruationes illæ, quæ uariè in membris Ecclesiæ celebrantur, ab una proficiscentes iustitia, omnia in Ecclesia iusto & decenti ordine disponente. Ac proinde Augustinus eos reprehendit, qui omnes iniquos esse iudicant, etiam maiores nostros, cum ritibus illis & moribus suis, præsentibus non consentientes: Quo errore se quoque olim irretitum fuisse fateatur. Non noueram, inquit, iustitiam ueram interiorè, non ex consuetudine iudicantem, sed ex lege rectissimam Dei omnipotentis, qua mores formarentur regionum & dierum pro regionibus & diebus, cum ipsa ubique ac semper esset, non alibi alia, nec aliàs aliter, secundum quam iusti essent Abraham, & Isaac, & Iacob, & Moyses, & Dauid, & illi omnes laudati ore Dei: sed eos ab imperitijs iudicari iniquos, iudicantibus ex humano die, & uniuersos mores humani generis ex parte moris sui metientibus. Tanquam si quis necius in armamentis, quid cuique membro accommodatum sit, ocrea uelut caput contegi, & galca calceari, & murmure quod non apte conueniat: aut in uno die indico à pomeridianis horis iustitio, quisquam stomachetur, non sibi concedi quid uenale proponere, quia mane concessum est: aut in una domo uideat aliquid tractari manibus, à quoquam seruo, quod facere non sinatur, qui pocula ministrat: aut aliquid post præsepia fieri, quod ante mensam prohibetur, & indignetur, cum sit unum habitaculum & una familia, non ubique atque omnibus idem tribui. Sic sunt isti qui indignantur, cum audierint illo sæculo licuisse iustis aliquid, quod isto non licet iustis: & quia illis aliud præcepit Deus, istis aliud pro temporalibus causis, cum eadem iustitiæ utriusque seruerint: cum in uno homine, & in uno die, & in unis ædibus uideant aliud alij membro congruere, & aliud iam dudum licuisse, & post horam non licere: quiddam in illo angulo permitti aut iuberi, quod in isto iuste ueteretur & uindicetur. Nunquid iustitia uaria est & mutabilis? Sed tempora quibus præsidet non pariter eunt, tempora enim sunt: Homines autem, quorum uita super terram breuis est, quia sensu non ualent causas contexere sæculorum priorum, aliarumque gentium quas experti non sunt, cum his quas experti sunt: In uno autem corpore uel die uel domo, facile possunt uidere, quid cui membro, quibus momentis, quibus partibus personis ue congruat: in illis offenduntur, his seruiunt. Hæc Augustinus. Verum illud interim curandū est, ne ea, quam dixi, uestis, ita diuersis celebrationibus uarietur, ut aduersis contentiōibus dissipetur. Nam ubi id accidit, ut ex diuersitate Cæremoniarum contentiones orientur, mox laborandum est, ut ea diuersitas & contentio ad concordiam redigatur, ut de obseruatione Paschatis, & alijs quibusdam Cæremonijs supra monstratum est. Illud præterea hoc loco, ex sententiâ beati Augustini, addendum uideatur. Cære-

Psalm. 44.

Lib. 3. Confessionum. c. 7. Idem li. 6. c. 2. contra Faustum Manicheum.

Diuersitas rituum pro diuersitate temporum et regionū.

Declaratio per similitudines.

Non iustitia, sed tempora uariantur.

Ad quid tur. Cæremônias ueteris testamenti, quæ sacramentorum uelata fue-
 uiles ho- runt mysterijs, nō ideo omnino superuacaneas esse hodie & inuiles,
 die sunt Cæ quia nunc impleta sunt, quæ prius futura per eas significabantur my-
 remoniaræ steria. Nam & si nullus hodie earum usus esse possit populo Christia-
 uet. testa. no, tamen ad hoc utiles sunt, ut huiusmodi mysteria iam impleta esse à
 Aug. in pres- nobis intelligamus, sicut est Sabbatum ad uisibilem uacationem, sicut
 tione in specu- azyma in pane sine fermento, Pascha in ouis occisione, sicut tot gene-
 lum. ra sacrificiorum ciborumq; uitandorum, & neomeniæ, & annuæ so-
 lennitates, quas obseruant nunc usq; Iudæi, et similes. Quod ex uerbis
 Lib. 6. contra Apostoli pulchre confirmat idem sanè Augustinus: Ex hac, inquit,
 Faustum Ma- imperitia Manichæi & omnes, quibus displicent literæ ueteris Testa-
 nichæum, c. 1. menti, quicquid Deus mandauit priori populo ad celebrandum, um-
 bram futurorum non intelligentes, et ea modo nō obseruari animad-
 uertentes, ex more præsentis temporis illa reprehendunt, quæ utiq; illi
 tempori cōgruebant, quo ista quæ manifesta nunc sunt, uentura signi-
 ficarentur. Sed quid dicuntur aduersus Apostolum, qui ait, Hæc
 1. Corinth. 10. omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos, in
 Hæc omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem propter nos.
 quos finis sæculorum obuenit? Ecce ipse aperuit, cur illæ literæ acci-
 piantur à nobis, & cur illa rerum signa iam necesse non sit ut obseruen-
 tur à nobis. Cum enim dicit: Scripta sunt propter nos, proculdubio
 demonstrat, quanta nobis cura legenda & intelligenda, & in quanta
 autoritate habenda sint: Quia propter nos utiq; scripta sunt. Cum
 uero dicit, figuræ nostri fuerunt, & in figura contingebant illis: ostendit
 iam non opus esse, ut cum res ipsas manifestatas agimus, figurarū
 prænunciantium celebrationi seruiamus. Vnde dicit alio loco. Nemo
 ergo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neome-
 niæ, aut Sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum. Hinc etiam cum
 col. 2. dicit. Nemo uos in eis iudicet: declarat, quam non sit necesse ut iam hæc
 obseruentur, Cum autem dicit, Quæ sunt umbra futurorum: ostendit,
 quam oportuerit ut illo tempore obseruarentur, quo ista quæ nobis
 iam manifestata eluxerunt, per tales umbras figurarum futura prædi-
 cebantur. Ac proinde cessationem Sabbatorum iam quidem superua-
 caneam ducimus ad obseruandum, ex quo spes reuelata est nostræ
 Sabbati cessatio. quietis æternæ: non tamen ad legendum & intelligendum: Quia Pro-
 pheticis temporibus, cū essent ista quæ nobis hoc tēpore patefacta sunt,
 nō tantū sermonibus, sed etiā actibus præfiguranda et prænuncianda, illo
 signo quod legimus, res ista prænotata est, quam tenemus. Sic sa-
 Sacrificia. crificia iam in operibus nostris non sunt, at nihilominus tamen ea in
 mysterijs diuinarum scripturarū, ad intelligenda quæ his prænuncia-
 ta sunt, amplectimur, quia & ipsa figuræ nostræ fuerunt. Et omnia ta-
 lia multis & uarijs modis unum sacrificium, cuius nunc memoriam ce-
 lebramus, significauerunt: Vnde isto reuelato et suo tempore oblato;
 illa de agendi celebritate sublata sunt, sed significandi autoritate
 manserunt.

manserunt. Sic Azymum panem & cæteras prænunciatiuas obser-
 uationes, in quibus scilicet fuisse umbram futurorum dicit Apostolus, Azyma.
 hodie quidem nihil prodesse nobis putamus, sed ad hoc tamen pro- Col. 2.
 sunt, ut earum mysterium à nobis intelligatur: & quod in manifesta-
 tione reuelatum est, populis prædicetur. Sic & Cæremônias ad uitam
 pertinentes (quæ Augustinus præcepta uitæ significantæ appellat) Lib. 6. contra
 quod ad usum earum pertinet, hodie quidem sublatae sunt: sed quoni- Faustum. c. 2.
 am his ipsi mores prænunciati sunt, uel sequendi boni, uel mali fugien-
 di: Idcirco nunc etiam utiles sunt, ut quæ nunc reuelata sunt, prænu-
 ciata fuisse intelligamus, & quod eorum bonum est, sequamur: quod
 malum, deuitemus. Sic lineis uestibus miscere purpuram & linosti-
 na ueste indui, aliquando peccatum fuit, nunc non est peccatum: sed
 ea transgredi, quæ per huiusmodi Cæremônias significantur, ut inor-
 dinate uiuere, diuersi generis profefsiones uelle miscere: ut uel monia-
 lis habeat ornamenta nuptiarum, uel ea quæ se non continens nuplit,
 speciem uirginis gerat, Et si quid aliud inconuenienter ex diuerso ge-
 nere in uita cuiusq; contextitur, omnimodo peccatum est. Nam illud
 tunc figurabatur in uestibus, quod nunc declaratur in moribus. Illud
 enim erat tempus significandi: hoc manifestandi. Ergo ipsa scriptura,
 quæ tunc fuit exactrix operum significantium, nunc testis est rerum
 significatarum: & quæ tunc obseruabatur ad prænunciationem, nunc
 recitatur ad confirmationem. Sic bouem & asinum ad operandum
 tunc iungere non licebat, hodie autem bouem et asinum, unusquisq; si
 Deut. 22. Quid signi-
 ficat bouē
 & asinum
 non con-
 iungere.
 necesse sit, sine detrimento operis iungit. At negligere quod hac Cæ-
 remonia prænunciatum est, ut sapientem & stultum coniungere, non
 ut ille præcipiat, hic obtemperet, sed ut pariter ex æquali potestate uer-
 bum Dei annuncient: illud certe peccatum est, quod ne fiat dudum Cæ-
 remonia præfiguratum & nobis nunc reuelatum est. Non sunt igitur
 Non sunt
 superuaca-
 nea scripta
 uet. testa.
 tur tanquàm superuacanea abijcienda, quæ de Cæremonijs, quarum
 hodie nulla obseruatio est, scripta sunt, propter nos enim scripta sunt:
 & impium est, ut non legamus nos, quod scriptum est propter nos.
 Immo ut mandatorum Dei præuaricatores essent, quibus illis tempo-
 ribus hæc mandata fuerunt, si obseruare contemnerent, quando sic il-
 la fieri, & ista quæ nunc reuelata sunt, tunc sic prænunciari oportebat:
 Ita nos desipientes essemus, si nunc iam manifestato nouo testamen-
 to, illas prænunciatiuas obseruationes aliquid nobis prodesse putare-
 mus. Sicut sacrilegi & impij essemus, si eosdem libros, qui propter
 nos scripti sunt, ut ea quæ iam nobis reuelata, & in manifestationem
 annunciata sunt, tamen ante illis figuris prænunciata cognoscentes, si-
 deliter & firmiter teneremus, ideo putaremus abijciendos, quia ea
 quæ ibi scripta sunt, iam non obseruare corporaliter, sed intelligere et
 facere spiritualiter nos Dominus iubet. Scripta sunt enim propter
 nos, in quos finis sæculorum obuenit, sicut idem dicit Apostolus:
 Omnia

1. Corinth. 10. omnia enim quæ ante scripta sunt, ut nos doceremur scripta sunt, Cæremo- Cæremoniæ autem ueteris testamenti, quæ non futura sed præsentia niæ quædã annunciarunt, eaq; quæ etiam futuris temporibus durare potuerunt, in utroque testamento proficua.

Aug. li. 6. c. 2. cõtra Faustum Manichæum.

Alia est no- stra quàm Iudæorum intentio, si eisdem uti- mur Cære- monijs.

2. Corinth. 5. In quibus differunt no- stræ Cære- moniæ à Iu- daicis.

Epist. 36.

Cæremo- niæ quædã à Gentili- bus olim usurpata.

4. Reg. 17.

Cæremoniæ autem ueteris testamenti, quæ non futura sed præsentia annunciarunt, eaq; quæ etiam futuris temporibus durare potuerunt, etiam in nouo testamento retineri possunt: non quidem quatenus in ueteri testamento obseruata fuerunt, sed quia mysteria ad cultû Euangelicæ Religionis pertinentia designant: Quales sunt orationes, ieiunia, sacra uasa, uestes, unctio, thus incensum, luminaria, & quæ sunt eiusdem generis. Quibus ea etiam addo quæ ad præcepta uitæ morumq; pertinent, quæ ab utriusq; ueteris & noui testamenti homini- bus semper & æque custodienda fuerunt, quæ Augustinus præcepta uitæ agendæ appellat, Cuiusmodi sunt: Honora patrem & matrem, & non mœchaberis. Nam quæ ita sunt posita in literis sacris uel iubendo uel uetando, uel etiam sinendo, ut etiam nunc, id est, tempore noui Testamenti, ad uitam piam exercendam moresq; pertineant, Hæc ut olim, ita nunc etiam faciendæ sunt, si faciendæ præcepta sunt: nec facien- da, si prohibita. Nec ideo Iudaizare censentur Christiani, quia isdẽ Cæremonijs in nouo testamento utimur, quibus olim Iudæi in ueteri testamento uti fuerunt: uel etiam hodie, sicubi degunt, utuntur. Nam & si res eadem sint, quibus Cæremoniæ perficiuntur: tamen usus earum diuersus est, & non una utentium intentio: Ideoq; & Cæremo- niæ ipsæ, quantumlibet rebus ipsis pares, tamen usu et intentione diuer- sæ sunt, & ab usu uel bono uel malo: Ecclesiasticæ uel Iudaicæ appellan- tur, Veluti si Iudæus flexis genibus, aut manibus in cœlum leuatis, oret, Cæremonia hæc Iudaica est: Si ad eundem modum oret Christianus, eadem Cæremonia Ecclesiastica dicitur. Nec damnanda erit Christia- ni oratio, quia ritu ipso orationi Iudæi similis esse uidetur: Non enim ritus ipse, sed intentio orantis spectanda est: quæ non solum oratio- nem, sed etiam Cæremoniæ eius, uel bonam efficit uel malam.

Quin etiam illud iam addimus, Et si uetera omnia transierunt, & in Christo facta sunt noua omnia: tamen omnes prope Cæ- remonias nostras, Cæremoniæ ueteris testamenti, etiam quæ à nostris maxime differre uidentur, et rem et nomen tenere: usu tamen, significatione, & intentione differre, Ut sacerdos, sacrificium, templû, altare, ignis, panis, sanguis, & quæ sunt similia, ut elegantissimè dispu- tat Augustinus in Epistola ad Casulanum. Sed & multas Cæremo- nias cum gentilibus communes habemus: Quemadmodum in Baby- lone Israelitæ & Babilonij, organa & Citharam & alia huius generis habuerunt: & Gentiles ex auro & argento Idola fecerunt, sacra uasa, uestes sacras habuerunt: immo & templa ædificauerunt, sacerdotes con- stituerunt, & sacrificia fecerunt &c. Item, qui apud Hebræos Idola- træ fuerunt, è farina Panes militares militiæ cœli obtulerunt: Quas qui- dem Cæremonias non res ipsa, sed usus & intentio, bonas facit uel ma- las: & illas ueluti pias amplectimur, has uerò ut superstitionas repu- diamus.

dianus. Proinde quod Christianas literas utriusq; testamenti sci- unt (ut alibi docet Augustinus) non hoc culpant in sacrilegis ritibus Paganorum, quod construant templa, & instituant sacerdotia, & faci- aiant sacrificia: sed quod hæc Idolis & dæmonijs exhibeant tanquam dijs. Nam omnes dij gentium dæmonia, ut inquit Psalmus. Vnde & Paulus Apostolus gentilium sacrificia condemnat, non quia sacrificat, sed quia dæmonijs sacrificant. Quid ergo, inquit, dico quod Idolis im- molatum sit aliquid, aut quod Idolum sit aliquid: sed quod immolant gentes, dæmonijs immolant & non Deo, Nolo autem uos socios fieri dæmoniorum: non potestis calicem Domini bibere & calicem dæ- moniorum: non potestis mensæ Domini participare & mensæ dæ- moniorum. Simili modo, gentilium templa, non quatenus templa sunt: item simulacra, sacra uasa, uestes sacras, non quatenus talia sunt, reprobamus: sed quia adulteris quibusdam hominibus, impuris & sce- lestis, & ipsis dæmonijs eum honorem, qui Deo aut sanctis debetur, impenderunt: nec res ipsas, sed usum rerum condemnamus. Præte- rea multas Iudæorum & Gentilium Cæremonias, quas propter inue- teratam consuetudinem, Ecclesia in totû abolere non potuit: quando aliud non potuit, saltem in uerum & pium usum transtulit. Qualis est (ut inter multa unum exempli causa referam) ritus cercorum in festo Purificationis Beatæ Virginis Dei Genitricis Mariæ. Nam consuetu- do Romanis fuit, ut Februario mense (qui erat Februus, id est Plutoni consecratus, qui lustrationum potens credebatur) ut accensis facibus to- tam urbem lustrarent, atq; solennes hostias offerentes iura dijs mani- bus soluerent: Hanc superstitionem & lustrandi consuetudinem, quati- do in totum euelli non potuit, Christiana religio in meliorem usum cõ- mutauit, statuens, ut in festiuitate Purificationis Mariæ, quæ in eun- dem mensem incidit, Letaniæ fierent, & uniuersa plebs cum sacerdo- tibus & ministris, hymnis modulatae uocis, per Ecclesias perque con- grua urbis loca procederet: Cunctiq; datos à Pontifice cereos, in ma- nibus gestarent ardentis. Quod deinde augete bona consuetudi- ne, in cæteris quoque eiusdem Beatæ matris & perpetuæ uirginis fe- stiuitatibus agendum instituit: non utique in lustratione terrestris Im- perij quinque nem, sed in perennè cælestis Regni memoriã, quando (iuxta parabolã prudētium uirginum) omnes electi lucentibus bono- rum actuum lampadibus, obuiam sponso ac Regi suo uenientes, mox cū eo ad nuptias supernæ ciuitatis intrabunt. Eos autem gentilium ri- tus, qui contra bonos mores sunt, ut cunque inueteratos, Ecclesia sum- mis semper uiribus extirpare studuit. Qualis tempore Aphricani con- cilij fuit, quem & patres eiusdem Concilij ab Imperatoribus extirpari petendum decreuerunt. Illud etiam petendum, inquit, ut quæ con- tra præcepta diuina, conuiuia multis in locis exercentur, quæ ab erro- re gentilium attracta sunt, ita ut nunc à Paganis Christiani ad hæc ce-

Quid reã præhenditur in Gen- tilium riti- bus. Aug. epist. 49. Psalm. 95. 1. Cor. 10

Cur Genti- lium tem- pla et simu- lacra repro- bamus. Quædam cæremo- niæ in piũ usum transf- latae.

Usus cere- orum in fe- sto purifi- cationis Mariæ.

Matth. 25

Qui genti- lium ritus sunt prohi- bēdi, licet inueterati sint. c. 27

T Iebran-

lebranda cogantur: ex quare temporibus Christianorum Imperatorum persecutio altera occultè fieri uideatur: uetari talia iubeant, et de ciuitatibus & possessionibus, imposita pœna prohiberi: maxime, cum etiam in Natalibus beatissimorum martyrum, per nonnullas ciuitates & in ipsis locis sacris talia committere non reformident: Quibus diebus etiam (quod pudoris est dicere) saltationes sceleratissimas, per uicos atq; plateas exercent, ut matronalis honor & innumerabilium fœminarum pudor, deuote uenientium ad sacratissimum diem, iniurijs lasciuientibus appetatur, ut etiam ipsius sanctæ religionis pene fugiatur accessus.

Cæremoniarum aliarumque traditionum Ecclesiasticarum usum in Ecclesia uetustissimum esse, auctoritate Epiphanijs, traditiones & Cæremonias sui temporis enarrantis, probatur.
Cap. IX.

Præfatio
contra temeritatem
hæreticorum de cæremonijs.



Artis, ut opinor, de his quæ ad legitimum usum Ecclesiasticarum Cæremoniarum pertinent, ac de mysterijs ueraque significatione earundem, differuimus: ut mirandum iam sit, nostra tempestate omnia hæc ab hæreticis turbari, qui non alia ratione omnia hæc Ecclesiæ instituta impugnant, quam quod hæc ipsa nec sanctis & Authenticis scripturis probata, nec unquam in ueteri Ecclesia cognita, aut obseruata fuisse contendunt. Nos autem, tamen si utrumque hoc à nobis factis confutatum esse, ex his quæ in hoc libro cõgelsimus, intelligatur: Nempe hæc omnia & firmissimis scripturarum testimonijs, & sanctorum patrum traditionibus, multis modis confirmata, & iam inde ab initio nascentis Ecclesiæ, usq; ad hæc nostra tempora, & pulcherrimo semper ordine custodita & obseruata fuisse: Tamē non alienum ab instituto nostro esse putamus, si de uetustate tam Cæremoniarum, quam aliarum traditionum Ecclesiasticarum, uel uenijs Epiphanijs Episcopi Salaminæ, seu Constantiæ Cypri, testimonium proferamus, Quo nimirum apertissime demonstratur, quas traditiones Ecclesia ante annos Mille ducentos, nempe Valentis & Gratiani temporibus, quibus hic Epiphanius uixit, obseruauerit: & quam pulchre in his uetus Ecclesia cum nostra conueniat. Sed audiamus iam Epiphanius. At uero, inquit, de statutis ipsius Ecclesiæ, ac traditionibus eiusdem, rursus necessariū est, me breuibus apponere earundem traditionum formam ex parte. Quæcumque ex natura seruatur in ipsa, & seruata sunt, partim ex præcepto, partim per susceptionem uoluntariæ promptitudinis seruantur, Deo gaudente ob uirtutē suæ doctrinæ. Et primum quidem uelut crepido, & (ut ita dicam) fundamentum in ipsa est Virginitas, quæ exercetur & seruatur à multis,

Epipha. cõtra
hæreses lib. 3.
Tom. 2. circa
finem.
Diuersi statuuntur in ipsa, & seruata sunt, partim ex præcepto, partim per susceptionem uoluntariæ promptitudinis seruantur, Deo gaudente ob uirtutē suæ doctrinæ. Et primum quidem uelut crepido, & (ut ita dicam) fundamentum in ipsa est Virginitas,

tis & glorificatur. Sequitur autem ad eandem uirginitatem solitudo: apud plerofq; utriusq; sexus solitariam uitam degentes. Post hanc continentia super eundem cursum fundata. Postea uiduitas, cum omni attentione, & impolluta conuersatione: Post hos uero ordines consequuntur nuptiæ, uenerandæ in magno honore, præsertim in unis nuptijs permanentes & obseruatione mandatorum. Si uero quis, mortua ipsius uxore, aut mortuo uiro alicuius uxoris, cupit secundæ aut secundo copulari, post mortem prioris. 4 Vertex autem horum omnium aut mater (ut ita dicam) genitrix est sanctum sacerdotium, ex uirginibus quidem ut plurimum procedens: Si uero non ex uirginibus, at ex solitariam uitam degentibus: Si uero non suffecerint ad ministerium ad solitariam uitam degentibus, de his qui continent a proprijs uxoribus, aut ab unis nuptijs uiduitatem seruantibus. Nam eum, qui secundas nuptias contraxit, non licet in ipsis ad sacerdotium suscipere: etiam si is qui ab initio continens uiduus fuerit, possit habere locum Episcopi & presbyteri, & diaconi, et subdiaconi. Post hoc sacerdotium deinceps est lectorum ordo, ex omnibus ordinibus constans, hoc est, uirginibus & solitariam uitam degentibus, & continentibus, & uiduis, & his qui adhuc sunt in uenerando coniugio. Si uero fuerit opus, etiam ex his, qui post obitum primæ uxoris secundâ duxerūt. Non enim est sacerdos ipse lector, sed uelut scriba sermonis, Sed et Diaconissæ constituuntur in ministerium mulierum solū, propter reuerentiam si opus fuerit, balnei gratia, aut uisitationis, & inspectionis corporum: & ipsæ sint etiam quæ in unis nuptijs continenter se habuerunt, aut ab unis nuptijs uiduitatem seruauerint, aut semper uirgines sint. Deinde consequenter ab his sunt Exorcistæ, siue Euratores & interpretes linguæ in linguam, siue in lectionibus, siue in colloquijs. Deinde laboratores, qui corpora eorum, qui obdormierūt, obuoluunt ac cooperiunt: et lanitores, & tota boni ordinis disciplina. Communiones autem siue synaxes fieri, ordinatæ sunt ab Apostolis, Quarta & prosabbato et Dominica. Quarta uero et prosabbato ieiunium statutum est, usq; ad horā nonam. Nam illucente Quarta asumptus est Dominus, & prosabbato crucifixus est: Et tradiderūt Apostoli, ut in his diebus ieiunia fierent, ita ut impleatur dictum hoc, Cum ablatus fuerit ab ipsis spõsus, tūc ieiunabunt in illis diebus: Et nō ut gratiā aut beneficium exhibeamus ei, qui pro nobis passus, ieiuniū nobis constitutum est: sed ut confiteamur ad nostram salutem Domini passionem, quam pro nobis ipse suscepit: & ut pro peccatis nostris, ieiunia apud Deum suppulentur. Et per totum quidem annum ieiunium hoc feratur, in eadem sancta Catholica Ecclesia, Quarta, inquam, & prosabbato, usq; ad horam nonam. Excepta sola Pentecoste, per totos Quinquaginta dies, in quibus neq; genua flectuntur, neque ieiunium imperatum est. Cæterum pro communionibus, quæ Quarta & prosab-

Secundæ
nuptiæ.

addo 4 in postremis licitum habetur.

Dignitas sacerdotalis uertex est statuum Ecclesiæ.

Ordo lectorum.

Alij ordines minores.

Ieiunia in Quarta & sexta feria per totum annum excepta Pentecoste. Causa ieiunij.

In Pentecoste ieiunare non oportet.

penult
mon
flectit.

T ij prosab-

pro sabbato ad horam nonam fiunt: in die Dominica, matutinis horis communiones fiunt. Insuper uero in Quinquaginta diebus Pentecostes, de quibus dixi, non est ieiunium: Neque in die Epiphaniarum, hoc est, apparitionis, et aduentus, quando natus est in carne dominus, ieiunare licet, etiamsi contingat ut sit Quarta prosabbatorum. Verum ex bono proposito, pietatis exercitatores in ipsa Ecclesia semper ieiunant, excepta Dominica & pentecoste, semper item uigilias agunt. At uero Dominicas omnes delicatas ducit sancta hæc Catholica Ecclesia, & communiones mane perficit, & non ieiunat. In consentaneum enim est in Dominica ieiunare. Porro Quadragesimam ante septem dies sancti Paschatis, similiter seruare solet eadem Ecclesia in ieiunijs perseverans: Dominicis uero omnino non, neque in ipsa Quadragesima, Cæterum per sex dies ipsius paschatis, omnes populi in siccorum esu perseverant: pane (inquam) et sale, et aqua tunc utentes ad uesperam. Sed & pietatis studiosi duplas & triplas, ac quadruplas transmittunt, et aliqui totam hebdomadam, usque ad gallicinium Dominicæ illucescentis. Vigilijs autem agunt per sex. Rursus uero communionem perficiunt per easdem sex dies, & totam Quadragesimam a nona usque ad uesperam. In quibusdam uero locis quintam solum illucescentem uigilant in prosabbatum ac dominicam. In alijs autem locis cultus diuinus dispensationis mysterij in quinta fit, hora nona, & sic cessat, permanetibus ipsis in eodẽ siccorum esu. In alijs rursus locis, non fit cultus diuinus dispensationis mysterij, nisi solum illucescente Dominica, quando ipsos dimittit circa gallicinium in Resurrectionis die ac festiuitate, magna illa Paschatis dies, uelut statutum est. At uero alia mysteria, de lauacro et internis mysterijs, uelut habet traditio et Euangelij et Apostolorum, ita perficiuntur. In his autem qui uita defuncti sunt, ex nomine memorias faciunt orationes ad Deum perficientes, ac cultus diuinos, & mysteriorum dispensationes. Matutini etiã hymni in ipsa sancta Ecclesia perpetuo fiunt, et orationes matutine, lucernalesque simul Psalmi ac orationes. Qui uero ex solitariam uitam degentibus in ipsa Ecclesia, habitant in ciuitatibus: Aliqui uero in monasterijs desident, & procul secedunt. Placuit autem quibusdam etiam capillos nutrire, honestæ uidelicet uitæ gratia, ex propriæ mentis inuento, non ex Euangelij præcepto, neque ex Apostolorum traditione: Nam sanctus Apostolus Paulus hunc habitum amputauit. Sunt præterea aliæ præuinentes uitæ conuersationes, quæ in eadem sancta Catholica Ecclesia seruantur: Eorum, inquam, qui ab omnibus carnibus abstinent, quadrupedibusque & uolatilibus ac piscibus, ouo item ac caseo, & alia diuersa uitæ instituta: Nam unusquisque secundum proprium laborem accipiet mercedem. Et quidam sane abstinent ab omnibus his, aliqui uero a quadrupedibus solum, uolatilibus uero & reliquis uescuntur, Alij uero a uolucris abstinent, utuntur autem ouis & piscibus solis: Alij neque ouis uescuntur, alij

Dominica
die ieiunare
non licet

Rigidum
olim ieiunium

Orationes
pro defunctis.
Hymni matutini.
Diuerse conuersationes
Monachorum.

1. Corin. 11.
Diuerse ab
escis abstinentia.

1. Corinth. 3.

alij piscibus solis: Alij etiam a piscibus abstinent, caseo uero uescuntur: Alij autem neque caseum sumunt: Iam uero adhuc alij etiam a pane abstinent, alij etiam ab arborum fructibus duris ac nucibus, & a coctis. Multi uero etiam humi dormiunt, Alij neque calciamenta induunt, Alij saccum gestant occultum, qui uidelicet recte gestant propter uirtutem & penitentiam: Indecorum enim est, in conspicuo sacco prodire, quemadmodum aliqui faciunt: Indecorum est item (uelut dixi) in uinculis prodire, uelut quibusdam uisum est. Plerique autem a balneo abstinent, Et quidam uita renunciarunt, artesque tenues & nullius negocij sibi ipsis excogitauerunt, ut ne ociosam uitam degant, neque panem grauiam comedant. Plerique uero in psalmodijs, & assiduis orationibus, lectionibusque sacrarum scripturarum, & secessibus exercentur: Ceterum de hospitalitate, & benignitate erga homines, elemosynasque in omnes, huius Sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ fructus omnibus prædicatus est. At uero lauacrum habet pro inueterata circumcissione in Christo, quiescit in magno sabbato, Abstinet a societate omnium hæreseon: Reprobatur omnes scortationes & adulteria, & perulanciam atque Idolatriam, & cædem, & omnem iniquitatem, & Magiam, et ueneficium, & astronomiam, uaticinationes, tremorum obseruationes, incantationes, Amuleta que appenduntur aut alligantur, & Phylacteria quoque appellantur, prohibet theatra, & ludos equestres, & uenationem: musicos item, & omnem maledicentiam, ac detractio nem, et omnem pugnam, et blasphemiam, iniusticiamque ac auaritiam, et usuram. Negociatores non recipit, sed inferiores omnibus dicit, oblationes accipit a non iniustis, neque iniure agentibus, sed a iuste uentibus. Preces autem assidue imperat cum omni sedulitate ac prolixitate & genuculatione in ordinatis diebus, noctu atque inter diu ad Deum effundere. In quibusdam autem locis etiam in sabbatis communionem faciunt, non ubique autem, sed apud Acremonas seruatur ac cauetur, ut ne quis omnino iuret, neque conuictetur, neque detestetur, ex præcepto ipsius Saluatoris: & ut neque quis mentiatur quantum eius fieri potest. Plerique uero uendunt bona sua ac possessiones, & dant pauperibus. Hic enim est Character & forma huius sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, cum ea, quam antea declarauimus, fide. Et hæc statuta ritusque ac traditiones in ipsa habentur. Hic enim est Character Ecclesiæ, a lege & prophetis, Apostolisque & Euangelistis collectus, uelut ex multis odoriferis uirgultis ac medicamentis Antidotus bona, ad salutem uitæ præparata, ex uoluntate patris, & filij, & spiritus sancti: Hi sunt Characteres reuerendæ ac castæ huius sponsæ Christi: Hæc est dos et testamentum hæreditatis, & uoluntas sponsi ipsius, & cælestis Iesu Christi Domini nostri: per quem & cum quo gloria patri, honor & imperium, cum sancto spiritu in sæcula sæculorum Amen.

Diuerfitas
in uestibus

Probati
mores Ec
clesiæ

Abstiner
ab illicitis
artibus &
uitijs.
+ Astrologia.

Assiduitas
in precibus.

Character
et forma ui
uendi in ec
clesiæ.

*T iij De

Ne saltatio
nes, conui-
uia et spe-
ctacula sæ-
cularia fiât
in diebus
festis.



N celebrandis festiuitatibus, maximus olim abusus fuit, qui & hodie durat, quod ijs diebus, non solum diuinus cultus, & memoria sanctorum non peraguntur: sed etiam (quod alio tempore forte per negocia non licet) saltationibus, comestationibus turpibus, obscœnis ludis & spectaculis, alijsque rebus illicitis,

opera datur: nec alio tempore magis, quam festis diebus omnis lux & turpitude exercetur. Hos abusus ueteres quoque emendasse eorum Canones testantur. Nam in his solennibus diebus turpia conuiuia & spectacula ne fiant, Conciliorum decretis sancitum est: Vt Antisiodorensi, Non licet in uigilia Paschæ, ante horam secundam noctis, uigiliam expedire: quia in illa nocte non licet post mediam noctem bibere, nec in Natali Domini, nec in reliquis solennitatibus. Item Toletanum Tertium, Irreligiosa consuetudo est (inquit canon) quam uulgus per sanctorum solennitates, agere consueuit: Populi, qui debent diuina officia attendere, saltationibus turpibus inuigilant, cantica non solum mala canentes, sed & religiosorum officijs perstrepen-tes. Hoc etenim ut ab omni Hispania depellatur; Sacerdotum & ludi cum curæ à Concilio sancto committitur. Item Cabilonense, Valde

c. uli. Ne turpia omnibus noscitur, esse indecorum, quod per dedicationes Basilicarum, et obscœna aut festiuitates Martyrum, ad ipsa solennia confluentes, chorus cœcantica in mineus turpia quædam & obscœna cantica decantare uidentur: dum Ecclesijs aut orare debeant, aut Clericos psallentes audire. Qui quidem ab- decantentur. usus à gentilibus introductus fuit, ut Africani Concilium testa-

c. 27 tur. Sequitur in Cabilonensi, Vnde conuenit ut Sacerdotes loci, talia à septis Basilicarum, uel porticibus ipsarum, ac etiam ab ipsis atrijs uetare debeant: ac carcere, & si uoluntariè noluerint emendare, aut excom-
c. 28 municare debeant, aut disciplinæ aculeum sustinere. Fuit & olim abusus, ut spectacula Theatrorum aliorumque ludorum die Dominica exhiberentur. Ad quem abusum olim Christiani à gentilibus coacti fu-

c. 29 erunt, quem & emendari patres Africani Concilij, Carthagine celebra-
c. 30 ti, ab Imperatoribus petunt. Nec non & illud petendum, in-
c. 31 quunt, ut spectacula Theatrorum, cæterorumque ludorum Domini-
c. 32 cis, uel ceteris religionis Christianæ diebus celeberrimis amoueantur,
c. 33 maxime quia sancti Paschæ octauarum die, populi ad Circum
c. 34 magis quam ad Ecclesiam conueniunt: & debere transferri deuotio-
c. 35 nis eorum dies, si quando occurrerint, nec oportere etiam quen-
c. 36 quam Christianorum cogi ad hæc spectacula, maxime quia in his
c. 37 exercendis, quæ contra præcepta Dei sunt, nulla persecutio-
c. 38 nis necessitas à quoquam adhibenda est, sed ut oportet homo in
c. 39 libera

libera uoluntate subsistat, sibi diuinitus concessa: Corporatorum enim maxime periculum considerandum est, qui contra præcepta Dei, magno errore coguntur ad spectacula conuenire. Emendan- dum quoque erit, quod hodie in plerisque locis, in diebus Deo & sanctis solennibus, iudicia agitantur, & nundinæ habentur: et ob id in usum reuocandæ leges tam Ecclesiasticæ quam ciuiles. Quidam, ut abusum, in Ecclesia reprehendunt pluralitatem festiuitatum, ut quæ necessitati hominum aliquid detrahant, & occasionem totum fere hunc ritum contemnendi præstent. Equidem scio ex causa, quasdam festiuitates institui, quasdam tolli, quasdam mutari: uniuersales quidem ab uniuersali Ecclesia: particulares etiam à locorum Episcopis posse. Verum eius rei discussio, an uidelicet & in quibus expediat, ad concilium mihi referenda uidetur. Nec facile uel audiuntur uel admittuntur emendationes in his ritibus: nisi quæ grauiora sunt, ut quæ ad confessionem fidei nostræ, & extirpationem hæresum pertinent, & alia his similia prius corrigantur: Vt nostra quoque ætate uidimus, qua Episcoporum quorundam & principum decreta, ad abusus quosdam corrigendos ædita, quia non uidebatur morbo, quo nunc laborat Ecclesia, mederi, ludibrio magis habitata sunt, quam cum aliqua ueneratione recepta.

FINIS LIBRI SEXTI ET VLTIMI De Cæremonijs.

C O R R E C T O R I V M.

Fol. 12. linia 1. uellent. lege, nolent. fol. 16. lin. 3. Subdiaconos, fol. 24. lin. 8. Gelasius, fol. 19. lin. 39 non Deo. fol. 33. lin. ult. tribus fol. 4. lin. 6. cultum. fol. 61. lin. 15. XL. ibi. lin. 36. decreuerunt. fol. 66. lin. 14. tantum. fol. 75. lin. 30. dextra. fol. 78. lin. 1. regeneramur. ibi. lin. 9. Victorie. fol. 81. lin. 1. nosse. fol. 82. lin. 17. sepulturarum. fol. 100. lin. 22. eius fol. 118. lin. 3. ex affectu. fol. 142. lin. 14. Holoferne. fol. 148. lin. 34. sani. fol. 153. lin. 30. moderate. fol. 163. lin. 29. ullo. ibi. lin. 31. disfernebant. fol. 165. lin. 11. bapismatis. ibi. lin. 39. accipientium. fol. 171. lin. 35. Moysen. ibi. 36. Moyses. fol. 183. lin. 27. autem. fol. 202. lin. 21. releuemus.

*c. 1. et ult. de
fer. l. omnes l.
dies C. eodem
tit.*

An festa
quædã ab
olenda sint

*c. licet
c. conquestus
de ferijs.*


*c. pronuncian-
dum, de cons-
dist. 3.*

Abusus
non facile
tolluntur,

nisi extirpa-
tis prius
hæresibus.

Anno domini
1524.
Ratisponæ.

*Stulte quid est mundus, mortis nisi causa futurae?
Enruit in nihilis en perit ille suis.*



*1. Ioan. 2.
Mundus transiit & concupiscentia eius, Qui
autē facit uoluntatem Dei manet in aeternum.*

DE IMAGINIBVS
LIBER D. CONRADI
BRVNI IVRECONSULTI, CANCELLARII
LANDESHVTENSIS, IN BAVARIA, CATHOLICA
Germaniæ Prouincia, aduersus Iconoclastas,

*1. Corinth. 15.
Sicut portauimus imaginem terreni, portemus
& imaginem cœlestis.*

ELENCHVS XXII. CAPITV.

LORVM LIBRI D. BRVNI DE

imagibus.

- 1 Quid sit imago, & de diuersis eius speciebus.
- 2 De imaginibus Dei incorporeis.
- 3 De imaginibus Dei corporeis.
- 4 De mystica significatione membrorum Dei.
- 5 De imaginibus Christi, Dei & hominis.
- 6 De imaginibus sanctorum Angelorum, in diuersis figuris.
- 7 De mystica significatione imaginum celestium substantiarum, in speciebus rerum corporalium.
- 8 De mysterijs humanæ formæ & singulorum membrorum hominis, in imaginibus Angelorum.
- 9 Quid nuditas & uestitus imaginis Angelicæ significet.
- 10 Quid uirga & alia quædam instrumenta, quæ imaginibus Angelorum in scripturis tribuuntur, significant.
- 11 Quid nubes significant, in quibus Angeli hominibus apparere describuntur.
- 12 Quid aurum, argentum, æs, & lapides preciosi, in formis celestium substantiarum designent.
- 13 De imaginibus Inferni.
- 14 De imaginibus Diaboli & Angelorum eius.
- 15 De ratione imaginum defunctorum hominum, tam beatorum quam damnatorum.
- 16 De imaginibus sanctorum Dei hominum.
- 17 De sacris ludis & spectaculis Ecclesiæ.
- 18 De origine sacrarum imaginum.
- 19 De usu imaginum in picturis.
- 20 De ueneratione & adoratione imaginum.
- 21 De obiectionibus Iconoclastarum, quas contra uenerandarum imaginum originem & usum opponunt.
- 22 De abusibus imaginum.

Duo superadicta Capitula, de imaginibus.

- 1 Vualafredi Strabonis, Quod est Octauum, ex libro eius de exordijs & incrementis rerum Ecclesiasticarum.
- 2 Iohannis Cochlæi, Quod est Decimum sextum, in Henricum Bullingerum, de sanctorum inuocatione, eorumque imaginibus.

REVERENDISSIMO

PATRI, ET ILLUSTRISSIMO PRINCE

PI AC DOMINO, DOMINO ALEXANDRO FARNESIO,

S.R.E. Cardinali & Viccancellario, domino suo Cle-

mentissimo, CONRADVS BRVNVS

S. P. D.



Plutarchus Cheroneus in describendis his, quæ ad mores ciuiles pertinent, grauissimus author, Reuerendissime & Illustrissime Princeps, idemque Clementissime domine, ex Xenophonte refert: cor datu iri esse, etiam ex inimicis utilitatem capere. Quam equidem sententiã, non modo diuinam semper iudicau, etiamsi ab Ethnico prolatam (sicut & omnia, quæ quidem fidei nostræ accom-

Plutarchus in libro, Quo pacto quis efficiat, ut ex inimicis capiat utilitatem.

August. lib. 2. de doct. Christiana cap. 40

Inimicorum patienter ferre iniurias.

August. de ciuitate dei lib. 19 cap. 51.

Inimicis et persecutoribus auctori, ab hæreticis illata.

modè dicta sunt, ab ipsis tanquam iniustis possessoribus uendicanda, & in nostrum usum transferenda sunt) sed etiam unicuique Catholico imitandam esse putau: maxime uero ijs, qui ab hæreticis persecutionem patiuntur. Quippe quos in ipsis tribulationibus ita affectos esse oportet, ut & iniurias inimicorum patienter ferant, & si fieri possit, ex his aliquam etiam utilitatem consequantur. Quod & sancta mater Ecclesia (cuius imitatores esse debent, quicumque sunt eius membra & obedientes filij) in usu habet. Nam & ipsa persecutiones hæreticorum ita sustinet, ut his ipsis non solum non lædatur, sed aliquem etiam ex his fructum percipiat. Siue enim affligunt Catholicos hæretici, Ecclesia in ipsa afflictione exercet patientiam: siue male sentiendo aduersantur, in erroribus ipsis sapientiam: siue etiam à Catholicis diliguntur, in ipsa inimicorum dilectione benevolentiam, ut inquit August. Iam uero, & ego non meritis meis sed gratia Dei Catholicus, ad me quoque hanc sententiam pertinere existimo, ut qui & ego aliquot annis, ab hæreticis nostri temporis, grauissimas atque atrocissimas iniurias & persecutiones passus sum. Id quod multa eorum in me famosa scripta, partim suppressis authorum nominibus, partim falsorum nominum ementitis titulis, ædita demonstrant. Idque non aliam sanè ob causam, quam quod publico in iudicio Imperialis Camere iudicandi munere, his periculosissimis temporibus, fideliter functus, pro iniuncta mihi publici officij necessitate, iniustis eorum rapinis & sacrilegijs, quantum quidem in me fuit, pro uirili restitui & semper

* ij repugnau.

repugnauit. Quod & tanto minus mirandum est, quod ex eadem causa non solum me, sed alios etiam Collegas meos, eadem fidelitate in officijs suis uersatos: Immo non iudices tantum, sed ipsas etiam leges, tam sacras quam prophanas: Ac postremo summum etiam Legislatorem, inuictissimum Romanorum Imperatorem, suppressere ac penitus profligare conati sunt. Quae res in uniuerso Imperio notior iam est, quam ut a me pluribus explicari debeat. Quid igitur prohibet, cur non & ego tam grauius ab inimicis meis laesus, eam rationem incam, ut ex his fructum aliquem percipiam? Et si autem multa sint, quibus inimicorum iniuria

Utilitas ex inimicis capienda.

& calumniae retunduntur: Curusmodi sunt, reprimatones, apologiae, accusationes, & si qua sunt similia, quae ad uindictam respiciunt: & quaedam etiam, quae ad utilitatem ex inimicis capiendam pertinent, ut ab inimicorum turpibus dictis & factis declinare, & quae illis de sunt, honestis actionibus operam dare, ab rebus turpibus omnibusque alijs, quae ipsis uoluptatem & risum allatura sint, cauere: & quae sunt generis eiusdem. Ego tamen duas potissimum rationes delegei, quibus fructum non mediocrem ex inimicis meis cepisse mihi uideor: Una est, quod eorum furori cedendum, ac uindictam Deo relinquendam esse putauit: Altera, quod aduersus eorum errores ita me munendum esse duxi, ut possim omni

1. Pet. 3. poscenti rationem de ea, quae in me est, fide reddere. Illa ad tutelam corporis & honestae famae: haec uero ad salutem animae pertinet.

Fugere pericula & minus persequendum.

Primum igitur, quod ad pericula tam corpori quam aestimationi meae, ab inimicis intentata pertinet, non ignorauit quod Augustinus exemplo

Augustinus in expositione in Euang. Iohannis tract. 49.

Christi docet: non esse peccatum si fideles Christi, qui sunt membra eius, oculis persequentium se subtrahant, & furorem sceleratorum latendo potius deuertent, quam se offerendo magis accendant. Siquidem Christus

Matth. 10. Ioh. 11.

non solum discipulos suos admonuit, ut si ab inimicis persequutionem paterentur in una ciuitate, fugerent in aliam: sed ipse etiam, ut furori Iudeorum cederet, aliquandiu non palam ambulauit, sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quae dicitur Essem, & ibi moratus est cum

2. Cor. 11. Act. 9.

discipulis suis. Sic Dominum & Magistrum suum imitatus Paulus, per murum in sporta demissus, effugit manus eius qui eum comprehendere cupiebat. Sic Beatus Athanasius, alijsque Sancti Dei homines, persequentium se manibus subducere & multorum utilitati se reseruare maluerunt, quam nulla cogente necessitate, in damnum multorum, uita periculum subire. Deinde illud etiam in mente agitauit, quod alibi Ty-

Sermone 39.

rius Maximus de Socrate scribit: Non inconsulto eum fecisse, qui aduersus iudices, qui innocentem ipsum ad mortem condemnauerant, apologia uti noluerit. Satius (inquit) fuit, Socratem tacere, ubi minime li-

Cur Socrates Apologia uti noluit.

cuit

cuit non turpiter loqui. Sic enim maxime seruauit uirtutem, iracundiam compressit, iudices praeterea ipsos infamiae sordibus reliquit, quod tacentem condemnare non pudisset. Quo sane exemplo & mihi, uel in medijs ipsis inimicorum persequutionibus tacendum potius, quam aliqua aduersus eorum calumnias apologia utendum esse putauit: quorum fraudibus omnium ferè aut certe multorum iudicia, ita deprauata & corrupta esse sciebam, ut nullus legum respectus esset, nec iusta ulla innocentium defensio audiretur: Ac proinde innocentiam meam malui seruare tacens, quam loquens apud iniquos, de fama & uita periclitari: Interim in infamiae sordibus inimicos meos relinquens, quos tacentem me tam iniuste persequi non puduit. Quin & eo res iam iusto iudice & uindice Deo redijt, ut inimici mei aliqui, infamiam suam toti orbi notam & manifestam reddiderint. Maioris momenti est altera ratio, quae ad animam ab erroribus haereticorum munendam pertinet: siquidem timendi non sunt, qui corpus occidunt, animam autem occidere non possunt. Quin potius is maxime timendus est, qui non solum corpus sed etiam animam perdere potest in gehennam. Tum in inquirendis haereticorum erroribus, maiore etiam diligentia & industria opus est, ut qui detortis scripturarum interpretationibus, alijsque fraudibus etiam doctissimis & prudentissimis hominibus imponere solent. Unde & mihi maior cura adhibenda fuit, quò aduersus inimicos meos, animam meam, quam quò utam & famam defenderem. Ego igitur, quoniam haereses huius temporis, per uniuersum ferè totius religionis nostrae corpus, dispersas esse uidebam: ita ut nisi singulis partibus religionis diligenter discussis, haud facile inuestigari posse uiderentur: religionem ueram in Quatuor partes distribui, Fidem, Sacramenta, Cereemonias, & Politiam Ecclesiae. Quas cum discuterem singulas, facile quid in unaquaque ab haereticis deprauatum esset, depræbendi: uelut exempli causa: Errores circa fidem inquisituro, in ipso statim lumine nephandum illud dogma: Solam fidem iustificare, occurrit. Nec minus blasphemum in Sacramentis depræbendi: Quae sunt, Non esse septem Sacramenta, In Eucharistia uerum corpus Christi sub specie panis, & sanguinem sub specie uini non contineri. Post consecrationem, panem et uinum secundum propriam substantiam in Eucharistia remanere, Eucharistiam in usu tantum esse Sacramentum, Eucharistiam non esse adorandam, Missam non esse sacrificium, Missam non prodesse uiuis & mortuis: In Sacramento baptismi nihil referre, qua forma baptizandi utamur, Baptisma nihil prodesse paruulis, ideoque eos adultos factos, esse baptizandos: Confirmationem non esse Sacramentum, eamque à quolibet Sacerdote posse conferri: Ecclesiam Christi

Periculum ab haereticis in peruertendo scripturas sacras. Matth. 10. Luce 12.

Religionis uerae Quatuor partes.

Erronea haereticorum huius temporis dogmata.

Contra Eucharistiam.

Contra baptismum.

Contra confirmationem.

Contra sacros Ordines. ignorare Sacramentum ordinis, Eum qui non prædicat non esse sacerdotem, Quemlibet Christianum esse sacerdotem, etiam mulieres: In tribus Sacramentis non iterabilibus, Baptismo, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem: Non esse tres partes poenitentiae: Contritionem, quæ fit per discussionem, collectionem & detestationem peccatorum, hypocritam facere, & magis peccatorem: Confessionem non à Deo institutam, sed humana constitutione introductam: Confessionem auricularem, sacerdoti factam, non esse necessariam: Non omnia peccata esse necessario confitenda, In Sacramento poenitentiae non conferri gratiam: Satisfactionem pro peccatis non esse necessariam peccatori, sed dimissa culpa simul etiam poenam dimitti: Matrimonium non esse Sacramentum, nec in eo conferri gratiam: Extremam unctionem non esse Sacramentum, & quædam alia, quæ ab hæreticis, ad impugnandam Catholicam ueritatem, circa Sacramenta introducta sunt.

Contra matrimonium et extremam unctionem. Atque ad eundem modum in Cæremonijs quoque & politia Ecclesiæ, hæreticorum errores inquisiui, nec pauciores in his minusque detestabiles, quam in fide & Sacramentis, deprehendi, quibus ita diuinus cultus, Ecclesiæ disciplina, Oeconomia & iudicia turbata & deuastata sunt, ut passim ex Ecclesijs & Monasterijs, electis legitimis sacerdotibus & ministris: destructis templis, Sacramentis, & rebus dominicis prophanatis: debito ritu orationum, ieiuniorum, elemosynarum, sepulturarum, festiuitatum, & similium sublato: prauissimis moribus, sub prætextu uerbi Dei, multorum animos corrumpentibus, distractis in prophanos usus rebus Ecclesiasticis: Primatu S. Romanæ Ecclesiæ suppresso, ac iurisdictione Ecclesiastica in Laicos translata, alijsque contra decentissimum Ecclesiæ statum & ordinem introductis (quæ hic enumerandi neque locus neque tempus est) nullus iam rerum diuinarum ordo, sed rerum omnium perpetua confusio in Ecclesijs conficiatur.

Authoris intentio in scribendo. Porro, his erroribus ad hunc modum inuentis, proximum fuit, ut quibus rationibus ij ipsi confutandi essent, & aduersus eos propugnanda Catholica ueritas, perquirerem. Siquidem ad hunc modum instructus, satis, quod proposueram, aduersus inimicorum errores munitus fore uidebar. Proinde, quo ordine ante errores hæreticorum inuestigaueram, eodem omnino tramite & methodico quodam modo, rationem confirmandorum Catholicorum dogmatum & refellendarum hæresum quaesim. Nempe per uniuersam religionem & singulas eius partes discurrens, Ecclesiastica & Catholica dogmata: de fide, Sacramentis, Cæremonijs, & politia Ecclesiæ, inuestigauit: & quibus modis ea ex diuinis scripturis & sanctorum patrum conciliorumque decretis, alijsque scripturis Authenticis,

Authenticis, & communi Ecclesiæ consensu confirmantur: & rursus, quibus rationibus aduersus ea introductæ hæreses confutentur, inquisiui: eaque omnia in certum ordinem digessi, ut si quando usus eorum incideret, ea in parato et uelut ad manus haberem. Ac primum, quæ ad Sacramenta pertinent, in librum unum: Cæremontias in libros sex, quibus librum unum de imaginibus adiunxi, & Politiam Ecclesiæ in Libros tres contuli. Quamquam postremi hij tres libri, hoc tempore congesti potius à me sunt quam digessi, sed quos Deo adiuuante (& quantum mea tulerit mediocritas) breui etiam ab soluiam. In quibus omnibus unum id ago, ut ostendam quæ sint in Ecclesia dogmata uniuersæ Catholice, tum uera sequenda, tum falsa deuitanda. Sane his rationibus in fide Catholica confirmato, et aduersus hæreticorum errores obfirmato animo meo, de matre etiam Ecclesia (cuius ego, etsi inutile membrum, tamen obediens filius esse cupio) sollicitus, quomodo & ipsa et cætera eius membra, aduersus hæc mala, tuta & munita esse possint: Libros sex de Concilio Vniuersali scripsi: In quorum prioribus quatuor, præter ea, quæ ad auctoritatē, officium, et dignitatē personarū, ad tractatum item, ordinemque & processum Concilij Vniuersalis pertinent: De potestate Vniuersalis Ecclesiæ, & eius capitis, Ro. Pontificis, tam in indicendo Concilio, quam in presidendo & auctorando eius decreta, Catholicam ueritatem tracto. In posterioribus uero duobus res ipsas & decreta Conciliorū, eorumque naturam explico. Quæ quidem omnia eò tendunt, ut quoties usu uenit, hac auctoritate munita Ecclesia, Catholica dogmata confirmare, labefactata erigere, sopita resuscitare, & antiquata renouare, & hæreticorum errores damnare & anathematizare possit. Sed quomam parum prodest, damnare hæreses, si non & hæretici condemnentur, & condemnati legitime è medio tollantur. De hæreticis etiam & schismaticis libros sex scripsi, in quibus & naturam hæresum, mores hæreticorum, & quibus rationibus ad fidem, tam in iudicio quam exera iudicium, conuertendi: & si resipiscere nolint, compe scendi, & condignis poenis plectendi sint: quibus item modis cauendum sit, ne hæreses uel denuo nascantur, uel natæ propagentur, uel extinctæ renascantur, explico. Quibus & alia, quæ ad falsam religionem pertinent, adiunxi, ut de Idolatria librum unum, de diuinatione unum, & de superstitionis obseruationibus unum. Quæ quidem omnia, etsi non ad me priuatim, sed ad matrem Ecclesiam publicè spectare uideantur: tamen committere non potui quin de his, etiamsi priuatus, tamen matris meæ Ecclesiæ obediens filius, quid publicè prosit, sententiam meam scriptis commendarem: ut si quando à me filiale aliquod obsequiū exigeretur, tale aliquid præstare possim, quò me in sinu matris meæ educatum, non tam de mea priuata

Diversi a multi libri Auctoris.

Sex libri de uniuersali Concilio.

Sex item libri de Hæreticis & Schismaticis.

Alii item libri contra falsam religionem.

EPISTOLA NUNCUPATORIA

Quam de ipsius publica salute sollicitum fuisse testarer. Hæc prolixius aliquanto de persecutionibus meis, deq; omni studiorum meorum ratione commemorare uolui, ut R. D. tua intelligat, me quoque etsi Germanum, tamen inter eos esse, qui nullis periculis abduci se ab obedientia sanctæ matris Ecclesiæ patiuntur. Etsi autem hos meos labores non in hoc susceperim, ut ea, quæ à me hæcenus scripta sunt, aut post-hac (Deo adiuuante) scribentur, in publicum æderentur: sed ut uelut scutum mihi essent, aduersus eos, qui in obscuro sagittant rectos corde.

Psal. 10. Neque enim ignoro quam rudia sint hæc mea & imperfecta, planeq; indigna, quæ à doctis hominibus legantur: & quæ docti huius sæculi censuram (à quo nihil, nisi, quod ad amussim elaboratum & politum omnibusq; numeris absolutum sit, recipitur) minime sustinebunt. Deniq; magna pars eorum est, quibus uel tituli ipsi scriptorum meorum non minus, quam res, quarum tractatus promittunt, sordescunt: à quibus proculdubio hæc ipsa, etiamsi nunquam uisa, lecta, aut iudicata, condemnabuntur. Attamen ab hac mea sententia me deduxit Reuerendus Dominus, Ioannes Cochleus, Canonicus Vratislaviensis, uir sane (ut uaria illius scripta, pia iuxta & erudita, multis iam annis aduersus huius temporis hæreses ædita testantur) non solum sacrarum literarum, omniumq; honestarum disciplinarum doctissimus, sed etiam sacrosanctæ fidei nostræ aduersus truculentissimos Ecclesiæ Catholice hostes, propugnator fortissimus. Is enim cum pro singulari humanitate sua qualiacunq; hæc mea non grauatim legisset, tum amice etiam quædam admonisset: in reliquum (quod minime expectabam) probauit omnia, tum quod omnium maxime optabam, Catholica pronunciauit omnia: denique (quod minime decreueram) suadere, immo urgere etiam ac prope cogere coepit, ut hæc ipsa non in meos tantum & priuatos usus reseruarem, sed ut in publicum æderentur, permitterem. Huius igitur doctissimi uiri auctoritate, qua ipsum apud omnes, qui ubique sunt gentium, Doctos & Catholicos uiros plurimum ualere scio, permotus: quædam ex his, quæ utcunq; à me scripta sunt, quæ antea suppressenda mihi uidebantur, nunc ut in publicum etiam emittantur & imprimantur consentio, nihil malorum calumnias ueritus, eorum maxime, quos Ecclesiæ Catholice inimicos esse constat: Ut pote qui suo ipsorum iudicio condemnati sunt, nec nostra hæc, nec aliorum Catholicorum scripta condemnare: nec, qui ipsi prostrati sunt, alios prosternere possunt. At nihilo minus hæc omnia sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad quam, ex instituto Christi, maiorum et difficultum causarum cognitio pertinet, humilime offero, ut quatenus cum illius

Qua intentio
ne scripti sunt
hij libri.

Instigator ad
ædendum hos
libros Io. Cochleus.

Ad Tit. 3.

D ALEXAND. FAR. S.R.E. CARD. ET VICCAN.

illius iudicio conueniunt, uelut uisurae talenti à me bene administrati reponantur: quatenus uero à ueritate Catholica aberrant, uelut notha & adulterina abijciantur. Iam uero ex omnibus librum de imaginibus specialiter R. D. T. nuncupandum esse censeo: Primum, quia aduersarios habebit multos, & eosdem potentes: Unde & præsentiore & fortiore, quam alia scripta mea, tutela & patrocínio indigebit. Deinde tanti etiam patroni auctoritate nitatur hic liber meus necesse est, qui & rem in religione nostra omnium maxime necessariam defendit, & errorem omnium perniciosissimum confutat. Impia sunt fateor & abominanda, quæ aduersus Catholica dogmata fidei, Sacramentorum, Cæremontiarum, & totius Ecclesiasticæ Politicæ, ab hæreticis huius temporis scribuntur, quæ quidem in alijs scriptis meis refelluntur. At qui imagines uenerandas, id est, figuras, quibus ea, quæ Catholice scripta sunt, non solum simplicium aspectui representantur, sed etiam animis eorum insculpuntur, è medio tollunt: quid aliud quæso agunt, quam ut omnis Christiana pietas & deuotio ex cordibus hominum euellatur, totiusq; religionis Christianæ subrepat obliuio? Nam, ut ad conseruandam eorum memoriam, quæ de Deo & sanctis eius diuine pronunciant historie, plurimum prosunt imagines & figuræ (siquidem uisa plerunq; tenacius hærent quam audita) sic sublatis imaginibus & tardius capiunt ac difficilius retinent, quæ audiuntur simplices: & eorum in super, quæ figurarum & imaginum representatione memoriæ commendarunt, facilius obliuiscuntur. Cuius rei plurima hodie in Germania, eademq; euidentissima, uidere licet exempla. Age ingredi templum aliquod imaginibus spoliatum, & contemplare populum uerbum Dei audientem, finito sermone uidebis omnes sine omni deuotione & ordine ex templo euolare. Rursum ingredi templum picturis & imaginibus ornatum & instructum, finito sermone uerbi Dei, uidebis multos deuotos homines in templo subsistere, & genua ad altaria flectentes, ea quæ audiuerunt, in figuris etiam ipsis tacite contemplari, & uelut memoriæ commendare, atq; in super debitum cultum tam Deo quam Sanctis eius præstare. Adde Iconomachiam olim non solum multorum in Oriente schismatum causam fuisse, sed etiam plurimorum primum ad Sarracenorum ac subsequenti- bus temporibus ad Mahumeticū etiam Imperium defectionis: non aliam proculdubio ob causam, quam quia per Iconomachiam uniuersa religione Christiana paulatim in contemptū adducta, populus una cum religione Imperium simul Christianorum Principum spernere, aut infidelium salutem minus formidare coepit. Deniq; quis non execrabilem & perniciosum hunc errorem esse iudicabit: quo Dei immortalis conditio peior quam

Nuncupatis
Libri de ima-
ginibus.

Quanta sit
impetas &
pernicitas, tol-
lere imagines
Dei & sancto-
rum ex Eccle-
sijs.

Probatio per
experientia in
factis.

Quam perni-
ciosa Icono-
machia fuerit
olim in Græ-
cia.

Magna et im-
pia ingrati-
tudo Icono-
machorum.

20 ~

EPI. NVNCV. AD ALEX. FAR. S.R.E. CAR. ET VICECAN.

hominum redditur. Referre enim in publicum erigere Statuas mortali-
 um de Republica bene meritorum licet, ne ingrati uideamur, utq; eorum
 præclara facta, æmulatione quadam imitari Studeamus. Quin immo
 Iconoclastæ ipsi, Pseudoprophetarum suorum imagines, ceu numinum
 quorundam, admirandas figuras circumferunt, ut ab his, qui eos reueren-
 tur, honor aliquis exhibeatur illis: Et Domini Dei & Saluatoris nostri
 Jesu Christi imagines habere non licet, quem semper ante oculos (si fieri
 possët) habere deberemus? Postremo hunc librum omnium maxime sub
 patrocinio R. D. T. ab iniuria Iconoclastarum uel hac ratione defendi
 conueniet, quod & summa auctoritate fungaris in ea Ecclesia, quæ una
 & sola, ut omnes semper hæreses extirpauit: ita & Iconomachiam, quo-
 ties caput erexit, potenter prostrauit. Et ei præterea sanguine iunctus
 sis, qui summum Christi in terris uicarium agens, pro pastorali cura sua
 proculdubio & ipse in sancta Catholica Ecclesia, cuius ipse summum Pon-
 tificatum gerit, neq; uenerandarum imaginum usum tollere, neq; earum
 defendendarum laborem suscipiunt, eos ab impijs Iconoclastis offendi
 aut opprimi patitur. Age igitur reuerendissime & illustrissime Prin-
 cepts, non dedignetur R. & illustrissima D. T. & me deuotissimum
 clientulum suum, & hunc librum meum, pro defensione sacrarum imagi-
 num scriptum, in tuam tutelam et patrocinium suscipere, ut & auctoritate
 tua probatus, Iconoclastarum calumniam superare, & patrocinio adiu-
 tus, illæsus in lucem prodire & inter Catholicos uersari possit. Christus
 Iesus R. & illustrissimam D. T. sanctæ suæ Ecclesiæ diu incolumem
 conferuet, cui me humiliter commendo. Ex Landeshuta Bauariæ

Patrocinium
contra Icono-
clastas.

V. I. Kalendas Iulias Anno Domini

M. D. XLVIII.

EPISTOLA

EPISTOLA EIVSDEM D. BRVNI, PRIVA-

TIM SCRIPTA AD IOANNEM COCHLAEVM, DE

ratione scribendi Methodum.

Salus, Vides quam pulchrè consilio tuo, Charissime idemq; Doctissime
 Cochilæ, quod nuper de ædendo fragmento libri de Imaginibus cepisti,
 euentus etiam ipse respondeat. Quo nimirum id consequi uelle uideba-
 ris, ut ea ratione doctorum hominum de scriptis meis iudicium, aut præiu-
 dicium potius, experiteris. Habes iam quod tantopere cupiebas: Nempe
 duorum inter Theologos huius sæculi Doctissimorum, tum aliorum etiam
 eruditissimorum uirorum iudicia. Sed eiusmodi tamen, quæ meæ magis
 quam tuæ respondeant expectationi. Coniectabas tu quidem ex gustu u-
 nius illius fragmenti, reliqua omnia, etiam necdum gustata aut uisa, à do-
 ctis probatum iri. At inter duos illos, (quos dixi) doctos, prior ille non
 uidet, ex unius capituli libri de Imaginibus lectione, de reliquis quæ non
 dum legit, iudicium suum ferre. Idem meo quidem iudicio haud sanè im-
 prudenter. Quis enim tam præcipitis sit iudicij, qui totum hominem, ab uno
 capite & uultu, quantumlibet decoro, formosum iudicet, cuius non an-
 tea reliquam quoque corporis habitudinem, membrorumq; dispositionem
 uiderit? Nam sæpe fit, ut qui uultu sint liberali & honesto, in reliquum sint
 gibbosi, claudi, loripedes, alijsq; similibus uitijs deturpati. Contra uerò alter,
 ex uno hoc fragmento nostro censet lectorem reliqua omnia, etiam necdum
 uisâ, fastiditurum. In qua re mecum certe consentit, ut qui iam inde ab initio
 nostri de ædendis libris meis intui consilij subuectus, ne si ex unius aut alte-
 rius libelli mei lectione nauisam conciperent docti, à reliquorum deinceps
 lectione abstinerent. Sed age persequar iam plenius, quæ ad iudicium illius
 alterius, de scriptis meis animent. Doctum, inquit, & eruditum hominem iu-
 dicaui, ex eius operis parte, & qui magna ac propemodum nimia diligentia
 rem instituerit. Quod si cætera persequatur ad eandem normam, qua cœpit,
 hac una re fortasse offendet lectorem, quod uidebitur indulisisse ingenio: &
 affectata rerum uerborumq; materia, non tam utilitatem præsentis quæstio-
 nis, quæ cum hæreticis nobis intercedit, quam latitudinem operis quæsiuisse.
 Addit præterea rem ipsam, quam Index librorum meorum & Titulicapitulum
 libri de Imaginibus promittunt, magni esse & amplissimi argumenti, nec tam
 iurisprudentiæ id opus futurum quam Theologiæ. Hic certe nescio laudem
 neagnoscam huius doctissimi uiri, an censuram sustineam, Magna certè laus
 est, doctum me & eruditum à tam docto uiro iudicari, sed à qua longe me
 alienum esse scio. Sed id tamen interim innuere uideatur, suscepisse me, homi-
 nis professione Iureperiti tantum, tantum ponderis argumentum: cui ex-
 plicando ego ex illa mea professione unus sufficere non possim: Ac recte
 quidem censet uir doctissimus. Nam præterquam quod sacrarum literarum
 rudis sum, ac tanto minus huius professionis titulo, auctore aliquo dis-
 gnus: iuris quoq; prudentiæ uix aliquam, & eandem fortasse postremam
 etiam, laudis partem obtineo. Quod uero ad Tractatum librorum meo-
 rum attinet, Tria sunt, charissime Cochilæ, in scriptis meis attendenda, Ver-
 ba, Res, & Methodus. Verba scripturarum & Patrum ita imitor, ut
 nusquam ab ipsis, nisi quantum tractatus ratio exigit, discedam: ut sci-
 licet ex his ipsis liberum permittatur Lectori, de sententia tam scriptura-
 rum quam Authorum ex eorundem uerbis iudicare. Res ego non fin-
 go, sed ita propono, ut Lector intelligat, eas non à me confictas, sed ut
 scripturæ & propositi argumenti series exigit, & Ecclesiæ usus præscribit,
 esse

De libris D.

Brui præ-

eruditissimorum

uitorum iudicia.

Duorum do-

ctorum iudicia

diversa.

Vnius pla-

cidum.

Alterius ac-

curatum.

Responsio

Authoris.

Tria in scri-

bendo Author

obseruat.

Verba.

Res

EPISTOLA PRIVATA

Methodus, esse traditas. Methodum in scriptis meis ideo libenter observo, quod non sit certior tractandi modus, quam qui fit per Methodum: non fictam quidem illam, quam plerique in scriptis suis simulant, & quasi magistros se Methodi esse faciunt: Quicquid adeo Aristotelis in hoc genere Simias ostentant, Et verè quis dem Simias, Non enim recte Methodum (Quam Aristoteles præscribit & ubique in scriptis suis observat) imitantur: Sed Methodum fingentes, omnem ordinem, quem Methodus exigit, non aperte quidem inveniunt, sed nescio quibus picturatis verbis & Sophismatibus obscurant, & auditorem à vero docendi descenditque ordine, ut hoc modo à plana viâ veritatis deviet, abducentes. Callidum sanè Dæmonis Consilium, qui huiusmodi organis hæcenus in maximis rebus fidei & Religionis nostræ Christianæ, ad decipiendos etiam doctos usus est. Verum qui diligentius & exactiore iudicio, quæ ab istis hominibus scripta sunt, perpenderit, planè intelligit, nihil minus eos quam Methodum in scriptis suis observasse: & tantum eos ab Aristotelis de Methodo, non solum doctrina, sed etiam exemplo & imitatione abesse, ut quisque eos Sophistas magis, quam Methodi observantes & studiosos appellare possit. Sed redeo iam longius aliquanto quam par est digressus. Ego in scriptis meis ita Methodum observo, ut perpetuo quodam ordine ubique in viâ, quam Methodus præscribit, Lectorem retineam, nec ad diuerticula me conuertam: Ratus hoc modo Lectorem, intra fines artis detentum, videre quo tendat, nec unquam facile à recta viâ deflecti aut decipi posse, si modo natura adiutus, ea quæ sensus communis suggerit, recte percipere possit. Quid est igitur iam quod in hoc argumento (quod ego de imaginibus tractandum suscepi) mihi quasi magnitudinem operis, non utilitatem dirimendæ quæstionis de imaginibus quæserim, impingi possit: quin non alia, quam quæ propriè ad rem ipsam pertinent, tractavi: nec aliter quam natura argumenti, & ars ipsa, & Methodi ratio exigit, & ea etiam qua potui brevitatè explicavi: Nec sanè in eo me peccasse spero, quod in materia imaginum ea tractare instituerim, quæ in hoc genere ab alijs hæcenus nec tractata nec explicata sunt. Cuiusmodi sunt, quæ à me de ratione imaginum Dei, Angelorum, Sanctorum, Inferni, Diaboli & Angelorum eius, animarum item defunctorum, tam beatorum quam damnatorum: Quas Ecclesia in diversis figuris, & sub varijs mysteriorum significationibus exhibuit, scripta sunt. Quin potius si hæc ipsa, ego ut cæteri, præterissem, iam Methodi rationem à me neglectam esse faterer necesse est. Cæterum quo id magis fiat liquidum, imaginem diffiniui, similitudinem esse, à re ipsa, cuius imago est, expressam ac ipsius representativam: Deinde imaginem in suas partes partitus sum, nempe ut imaginum, quædam sint rerum incorporalium, quædam verò corporalium & c. At quis recte intelliget, cuiusmodi sit illa in singulis speciebus similitudo: & quæ rerum per similitudinem representatio, & mysteriorum significatio, nisi plenius hæc ipsa in singulis partibus, ex divinis scripturis & sanctis patribus explicentur? Huiusmodi autem sunt, quæ à me de ratione imaginum diversarum rerum & substantiarum (quæ quidem ad cultum Religionis nostræ pertinent) in diversis figuris & mysterijs tractata sunt: quæ si à me præterita & omissa fuissent, quis non mirum & imperfectum id, qualecunque est, de imaginibus scriptum meum indicaret: in quo ne definitio quidem rei & partium ratio & natura, sufficienter excussa essent & explicata? Atque hæc omnia quis iam non videt, ad præteritionem etiam de imaginibus controversiam pertinere? Quod fortius argumentum aduersus Iconoclastas esse potest, quam quod à ratione institutionis imaginum, & earum mystica significatione ducitur? Quo nimirum conuincitur, imaginum institutionem in Ecclesia, nec fortuitam esse nec temerariam, ac tanto minus etiam Idolatricam: Tum earum usum non solum in hoc introductum

Simia Aristotelis in falsis Methodis.

Vera Methodus quid requirit.

Imaginum materia Methodo dice tractata.

Imaginis definitio & definitio.

Explicatio specierum imaginum.

Argumentum excussa essent & explicata.

DE RATIONE SCRIBENDI METHODVM.

troductum esse, ut eas ipsas, aut res potius, quam imagines sunt, & quarum in nobis memoriâ excitât, cultu videlicet in Prototypū relato, ueneremur: Sed etiam ut diuersa eademque diuinissima in imaginibus mysteria, quæ per imagines in diuersis figuris significâtur, deuotius contemplemur, ut iam multa alia, quæ ad eandem rem pertinent, prætereâ, quæ certe omnia in xxi. Capitibus libri nostri de Imaginibus diligenter explicantur. Nec sanè nimiam, sed iustam potius eam diligentiam esse puto, qua eiusmodi argumentum de imaginibus non in parte aliqua, sed integrum absoluitur. Quis enim pictorem ferat, qui pro integra imagine, quam pingendam suscepit, caput aut pedem tantum quamlibet pulchrè depictum exhibeat? Aut Architectum, qui uestibulo tantum domus constructo, integram domum quam construendam suscepit, infectam relinquat? Et ut ingenuè dicam quod sentio, si culpa est diligentia qua integrum, non mutilum & imperfectum opus exhibetur, malo in hoc genere ab illo altero (quem dixi) docto uiro etiam nimiam diligentiam insimulari, quam uel in minima parte suscepti operis alicuius negligentiam accusari. Atque hæc sanè de iudicio doctissimi uiri, quod de libris meis tulit, non eo scribo, quod id ipsum improbem, meas uero ineptissimas nugas probem: Quis enim idoneus iudex in propria causa? Sed ut scribendi rationem, quam in quibusdam libris meis obseruaui, apertius declarè. Ad quam si respexisset ille uir doctus (quod alios quosdam doctos, qui me ordine singula concinne digessisse censent, fecisse animaduerto) æquius fortasse de scriptis meis iudicium pronunciasset: aut certe à iudicandis, quæ necdum uidit, abstinuisset. Quod alter & prior ille fecisse uidetur, & prudenter quidem: Nimirum eius memor, quod iureconsulti dicunt, De qua re quisque cognouit, de eadem rectè etiam pronuntiare potest. Id quod ab Aristotele mutuati esse uidentur, dicente: Nemo bonus iudex est, nisi earum rerum quas cognouit, Hæc ad illorum literas. Ad tuas respondebo, quam primum responsum ad supplicationem meam, quam pro priuilegio impressorio Senatui Cæsaris obtuli, accepero. Vale charissime me Cochlæe, animæ meæ dimidium, & me quantum soles, id est, nimum etiam, ama: Nam & si in alijs mediocritas, tamen in amore erga me tuo etiam extremitas placet. Quam tamen & ipsam, pari meo erga te amore, ad mediocritatem reducere studebo. Venerandum patrem de Rebdorff nomine meo plurimum saluta: quem & si de facie nō cognosco, tamen ob singularem eius eruditionem & multijugas uirtutes, plurimum colo. Datum Augustæ Vindelicorum, 9. Nouemb. Anno

utilitas & mysteria imaginum

iusta, non nimia diligentia.

integrum, non mutilum opus esse debet.

modestie exemplum.

INDEX TOTIVS LIBRI D. BRV

NI, DE IMAGINIBVS, PER IOAN. COCHLAEVM.

A

A braam antea Abram dictus 8	Angelorum instrumenta severitatis ibidem
A busus imaginum quæ sanctorum sunt 143	Angeli poenis nostris ingemiscere dicuntur ibid.
Actio Iudi in quibus consistit 111	Angeli cur nuncij Dei dicuntur 58
Adam sapientissimus nominum impositor 6	Angeli quomodo legunt 59
Adamantorum seu Adamitarum insana nuditas 51	Angeli cur aurum obrizum dicuntur 60
Adoratio generalior est quàm latría 130	Angeli transgressores, satellites diaboli 88
Adorationis generaliter acceptæ exempla 131	Anima hominis ad imaginem Dei facta 12
Aes in Angelis fortitudinem & constantiam designat 60	Anima omnium rerum similitudinem in se gerit 13
Agones duplices, Scenici & Gymnici 112	Animam non esse corpoream, sed corporis similitudinem habere 75
Agonotheta Princeps certaminis qui preest ibid.	Anime tribuuntur sepe partes corporales tria pice 93
Ale charitatis igne sunt 50	Anime infirmitates & languores multi 94
Albertus magnus acutissimus arcanorum naturæ scrutator 64	Anima pulchritudo & deformitas ibidem
Albugo in oculis spiritualiter quid est 95	Animarum post obitum apparitiones 97
Alexander Severus Imp. Christi amator 140	Animas post mortem in demones mutari falsum est 98
Alexandri huius mater Mammea Christiana fuit ibidem	Anime iustorum post mortem ubi manent ibidem
Ambulare Dei quid est 27. 48	Animas mortuorum non versari hic nobiscum 99
Ancoratus, alias Ancyrotus, liber Epiphaniij 138	Anima separatæ pro toto homine accipiuntur 101
Andreas Apostoli uerba ad crucem, & de corporis impedimentis querere 73	Apostoli cur non fuerunt territi, quando apparuerunt eis dispersitæ linguæ tanquam ignis 39
Angeli in specie ignis apparuerunt 33	Apostolorum duplices imagines, communes & proprie 102
Angeli in humana forma apparentes 34	Apum uirgineus partus 106
Angelorum uoces & uestimenta ibidem	Apparitiones animarum post mortem, quedam Angelorum, quedam uero demonum operationibus fiunt 100
Angeli in specie animalium, uolucrum & lapidum preciosorum 35	Apparitio anime Samuelis, Saul Regi facta qualis fuit ibidem
Angeli an proprie substantiæ corpora habeant 36	Apparitio Moysi et Helie cum Christo in monte ibidem
Angelorum apparitiones hominibus graues sunt 38. 39	Arca Testamenti quid in se continuit 121
Angelorum sapientia in duplici cognitione 43	Artificium in picturis & statuis excellens 5
Angeli cur ut iuuenes depinguntur 44	Ars pictorum & fabricorum non est culpanda, sed abusus 147
Angelorum penne & alæ quid sunt 50	Athanasius de imagine Christi à Nicoleno facta 122
Angeli nudi & discalceati ibidem	Athanasij historia de miraculo eiusdem imaginis Christi in Berytho 135
Angelorum uestitus fulgidus & sacerdotalis 52	Athletarum diuersæ species 111
Angelus zona aurea ad mammillas cinctus 53	Aurum & argentum quid significant in Angelis & in templo 60
Angeli cur uirgam gerunt 54	Aurum sapientiam & interiorem scripturæ sensum significat 72
Angeli singulis hominibus ad custodiam deputati 54	Aureola Martyrii, Virginum & doctorum 108
Angelorum militia, castra & pugna pro nobis ibidem	Banillus
Angelis duplex est uirga, consolatiõis & castigatiõis 55	
Angelorum potentia, ut unus 185. Milia percussit ibidem	
Angeli cur uocantur Parati 56	

INDEX IN LIBRVM DE IMAGINIBVS.

B

B aculus Domini uarie accipitur 28	Corpora ab Angelis assumpta, qualia sunt 36
Basilus Magnus approbauit usum & uenerationem imaginum 123	Corpus sepe pro toto homine accipitur 92
Brachium quid significat 46	Crysalus, tactu lapis, uisu aqua 67
Brachium & manus Dei Christus dicitur ibid.	Crysalis natura & significatio ibidem
	Crysallo assimilantur ministri Ecclesie ibid.
	Cultus imaginum, non sit immoderatus 146

C

C adaver Constantini Imp. V. effossum & crematum 149	Currere, ut comprehendamus 48
Cæcus secundum animam quis dicitur 94	Cursus consummare quid est 49
Calceamenta & sandalia Apostolorum quid significat 104	Curiose scrutari opera Dei, non decet 37

D

C ampostria sunt, quibus teguntur pudenda 51	D æmones igne inferni cruciari 77
Caput & Capilli Dei quid sunt 22	Dæmones cur dicuntur lairones & uenatores 85
Carbones desolatorij qui sunt 69	Dæmones an corpora habeant & qualia 89
Carbunculi proprietates 73	Dentium duplex usus 44
Cassitas homines Angelis similes facit 66	Dentes dicuntur Doctores Ecclesie ibidem
Castrare seipsum propter regnum caelorum ibidem	Dentes lacte candidiores 45
Cassitas ministrorum Ecclesie precipue requiritur ibidem	Descendere in infernum cum armis suis quid est 80
Certamina Martyrum, Virginum, & Doctorum 107	Deum quomodo uiderunt Prophete & Apostoli 17
Charitas, alia severitatis, alia mansuetudinis 56	Dei substantiam neq; Angeli uident 19
Cherubim, cuius fuerint figure 121	Dei duplex est uisio, comprehensionis & beatificæ 19
Cherubim imago Angelos representat 122	Deus sub forma humana aliquando uisus est ibidem
Choreæ lasciuæ, Christianis interdicitæ 116	Deus in columna nubis & ignis 20
Christus sapientissimus nominum impositor 8	Deus per signa corporea uisus prophetis ibid.
Christus ut Deus inuisibilis est 29	Deus non in substantia sua, sed per angelos hominibus apparuit 37
Christus uisu gratiosissimus fuit 32	Deus cur ignis consumens dicitur 40
Christi pedes & calceamenta quid sunt 52	Deus decorum Dominus, id est hominum 41
Christus fullo principalis est Ecclesie quam mundat 53	Dextera Dei, filius eius, atq; etiam omnis creatura electa 23
Christus assimilatur Crysallo 68	Diaboli copiosa descriptio 81
Christus Archiatros & summus medicus 94	Diaboli uaria sunt nomina, ut Belial, Beelzebub, &c. 82
Christi imagines diuersæ ac multiplices 101	Diabolus quomodo iumentum est nobis ibidem
Christus à gentilibus dictus est probrose Chrestus & Asinarius 126	Diabolus Rex fortis & Princeps huius mundi & 73 86
Chrysolithi uirtutes & significationes 72.	Digitus Dei spiritus sanctus est; Digiti uero eius Prophete 24
Cicatrices Martyrum remanebunt ad decorem 105	Dissensio de imaginibus inter Græcos orta 147
Claudius Episcopus Taurinensis Hereticus fuit 147	Diuersitas inter Doctores Ecclesie de IIII. Euan-gelistarum imaginibus 109
Collyrio oculos inungere spiritualiter quid est 95	Diuinorum nominum uirtus & religiositas 7
Conclusio de ueneratione imaginum 137	Diuinus Plato à multis dicitur ibidem
Contrarietatem uerborum tollit diuersus sensus 103	Draco & Leo cur diabolus dicitur 83
Cordi tribuitur uis uitalis 47	Duellum seu Monomachia hodie reprobatur 114
Corona uitæ & gloriæ quibus dabitur 107	

A ij Effigies

INDEX IN LIBRUM

E

Efigies Christi quomodo colatur, sex uer- sibus docetur 150
Electrum auri & argenti mixtam habet speciem 60
Emphasis picture de historia S. Eufemie 128
Ephialtes Phantasma turbulenti somnij, pondere suo premens 4
Epiphania due Epistole falso adscripte 138
Epiphanius non fuit contra imagines Christi & sanctorum 139
Erasmus non consensit Zuingliani 151
Eremus mystice quid significat 55
Ethologi & Ethopaei, morum effectores in ludis 113
Ethici pictores qui sunt ibidem
Euangelistarum imagines in IIII. animalibus 109
Euax rex Arabum de lapidibus preciosis scripsit 64
Eucherij regula, de membris & motibus anima que Deo in scripturis attribuntur 22
Eusebij sententia de imaginum origine 125
Eridus rex Arabum uastator imaginum in Syria 124

F

Facies Dei quid est 23
Figure diuerse in ornamentis Ecclesiarum 147
Filius imago naturalis est patris 2
Filius Dei Patri per omnia equalis 10
Filius Dei, splendor lucis & figura substantie 11
Filius imago bonitatis Dei ibidem
Filius Dei homines renouati sunt 14
Filius Dei ante incarnationem quomodo uisus est patribus 29
Flos Ecclesiastici gemitus uirginitas 107
Forma corporis melior in homine quam in brutis 12
Formica dicitur aliquando diabolus 84

G

Gehenna locus corporeus damnatorum in inferno 77
Gehenna loci nomen in Iosue prope Hierusalem 78
Gemmarum ornatus spiritualis in sponso & sponsa 74
Generatio Dei ab eterno ineffabilis est 10
Genua curuare cordis & corporis 49
Gibbum quis tropice habet 95

Græcorum Ethnicorum stultitia circa Deos suos 110
Gymnosophiste Indice, genitalibus tecti 51

H

Hiærographice literæ & scripturæ Aegyptiorum 6
Historia Iconomachie per Ioannem Monachum scripta 124
Historia Nicephori de primo Iconomacho 125
Historie Martyrum in parietibus templorum depictæ 145
Historia de Constantino Imp. V I. ex Sabellico. 153
Histrionum gestus & saltationes 112
Histriones infames sunt 115
Histrionibus donare, peccatum est ibidem
Histriones diuites & honorati Roscius & Aescopus ibidem
Homo ad imaginem Dei factus, in anima, potius in quam corpore 12. 40
Homo imago est totius Trinitatis 13
Homo in meditullio mundi, omnium particeps 14
Homo per rationem imago Dei est, & potestatem habet super cetera 15
Homo Angelis in multis assimilatur 42
Homines iusti aurum sunt, sed non obrizum, sicut Angeli 60
Hypocrite, simulatores personarum uel in ludo uel in Ecclesia 112
Hyssopti natura & utilitas 63

I

Iaspis lapis multorum colorum, 17. habet species 74
Iaspis representat uniuersas prope gratias spiritalis ibidem
Iconoclaste, unius stirpis Quatuor Imperatores 151
Iconomachie mala & impia causa 149
Idolatria non est ita consueta Christianis, sicut Iudæis olim fuit, quando inter Gentiles uersabantur 141
Igne charitatis ardent ministri Dei 39
Ignis duplex uirtus, illuminat & accendit 67
Ignis & uermis in inferno 76
Ignis inferni non lucret 79
Imagines & reliquie inter sacra habentur 1
Imago proprie quid est ibidem
Imago seruat nomen eius, cuius est imago. ibidem
Imago, similitudo & equalitas, quomodo differunt 2
Imagi-

DE IMAGINIBVS.

Imaginum tria genera in intellectu 3
Imagines conficte Poetarum ibidem 136
Imagines somniantium multiplices 4
Imagines artificiales sunt picture ac status ibid.
Imagines rerum, quedam corporalium, quedam incorporalium 9
Imagines Dei, quedam incorporee, quedam corporee 10
Imago perfectissima Dei filius est ibidem
Imago Dei secundum nouum hominem 14
Imagines corporee, per quas se Deus ostendit 20
Imago Dei aliter filius eius, aliter anima hominis dicitur 24
Imagines Christi, non ut Dei, sed ut hominis pinguntur 30. & 150
Imagines B. Virg. à S. Luca depictæ 31
Imago Christi Eystadij depicta ibidem
Imagines humani corporis assumunt Angeli 41
Imagines Diaboli & Demonum quomodo pinguntur 89
Imagines secundum etates hominum differentes 93
Imagines, in quibus anime defunctorum apparent 96
Imagines mortuorum duplices sunt, bonorum & malorum 101
Imagines Christi & sanctorum quomodo depictæ sunt ibidem
Imagines Apostolorum, quedam communes, quedam proprie 104
Imagines Quatuor Euangelistarum iuxta usum Ecclesie 109
Imagines in ludis exhibitæ mouent affectus 117
Imago C. Cesaris interfecti, ex cera facta ibid.
Imagines in ludis sacris mouent affectus 118
Imagines adaptate festis palmarum, Resurrect. &c. ibidem
Imaginum origo uetustissima ex utroque Testamento 120
Imagines in templo Salomonis 121
Imaginum usus in nouo Testamento semper fuit 122
Imago procuratoris, que agnum digito demonstrat 123
Imagines ad docendum utiles 125
Imagines sine graui scandalo aboleri non possent 126
Imaginum usus in memoria & ueneratione consistit ibidem
Imaginis & Prototypi unus est honor eademque ueneratio, quia pro uno reputantur 129
Imagines adoramus, non propter materiam sed propter figuram 133

Imagines religiosa imitatione colenda sunt 136
Imagines in Larario Alexandri Imp. 141
Imagines diuersimode oderunt Chaldei & Sarceni ibidem
Imagines sanctorum representant hominem ut totum, per Synecdochen, licet per mortem partes substantie eius sint separate 151
Imitari Apostolum quid est 48
Impetigo auaritiæ significat 96
Incantationum magicarum uaria exempla 91
Incus quare Diabolus dicitur 87
Incubi Diaboli, quos Galli Dufios nocant 88
Inferi an corpoream habeant substantiam 75
Inferi unde dicuntur secundum Augustinum 76
Inferi in caliginoso aere, qui & caelum dicitur ibidem
Infernum corporeum esse & ignem habere. ibidem & 78
Infernum esse in corde seu medio terre 78
Inferni locus, an sit uisus ab aliquo qui inde redierit, præter Christum 79
Infernus terra miserie ac tenebrarum ibidem
Infernus cur lacus dicitur ibidem
Inferni pena qualis est 80
Inferno sempiternus horror, & nullus ordo ibidem
Infernus infatigabilis, os & animam habere dicitur 81
Inuocatio sanctorum qua ratione a nobis fit 134
Inuocatio Dei & sanctorum differenter fit 135
Insignia uniuersusque sanctorum in picture 105
Insignia doctorum Ecclesie 107
Irene Imperatrix pia sapiensque mulier 151
Irene proprium filium, ut tyrannum & hereticum, excecavit & incarceratione 154
Isaac interpretatur risus, non opprobrij sed gaudij 8
Israel, uidentem Deum ibidem
Iudæi per miraculum imaginis Christi conuersi 136
Iudicium duplex, unum damnationis, alterum discretiõis 103
Iuuenes apparent Angeli 44
Iuuenis secundum animam quis dicitur ibidem

L

Lamina aenea mirabilis scripture, in quodam sepulchro inuenta tempore Irenes Imp. 154
Lapides preciosi XII. in tribus scripture locis referuntur 61
A ij Lapid-

I N D E X I N L I B R V M

Lapides uiui in fundamento, sunt Prophete & Apostoli	62	Membrorum corporalium in Deo Tropice expolitio	27
Lapidum preciosorum scriptores uarij	64	Methodus D. Bruni de imaginibus docta & composita	146
Lapides quosdam ex humo, quosdam ex mari nasci	68	Miluis nobis est Diabolus	83
Laquei non in uia, sed circa uiam tenduntur	85	Minist'ri Ecclesie debentur uita necessaria	104
Lares & lemures seu larue quomodo differunt	98	Monomachia olim honesta, nunc prohibita	114
Latibulum Diaboli pectus humanum	84	Mortificare carnem, ut spiritus saluus fiat	57
Latria soli debetur Trinitati eterne	134	Mors sine morte in inferno	80
Latriam non esse impendendam imaginibus Cherubim & sanctorum	147	Mulier secundum mentem, sicut uir, imago Dei est	15
Legata ad turpes ludos, in alium usum conuertiri debent	119		N
Legende sanctorum fabulose ne predicentur aut pingantur	144	N Asus paruus aut grandis tropice quis dicitur	95
Libelli famosi seditionum huius temporis	114	Naturas rerum scire prodest ad intellectum scripturarum	63
Lippus spiritualiter quis dicitur	95	Nomina quibusdam a Deo imposita	8
Loquitur Deus ad homines tripliciter	27	Nomen Dei Tetragrammaton ineffabile	ibid.
Loquutus est Deus ad Abraam & ad Moysen per Angelum	38	Nomina quedam Allegorice imposita	9
Ludus tria habet, Personas, Actus & Locum	111	Nubes mystice sunt Angeli & Doctores uerbi Dei	57. & 58
Ludi quidam honesti, quidam turpes	113	Nudi ante peccatum Adam & Eua	51
Ludorum Circensium origo	ibidem	Nuditas ante peccatum non displicuit	ibid.
Ludorum certamina ab Aenea exhibita	ibid.	Nudipedum error & heresis	52
Ludi turpes hoc tempore qui sunt	114		O
Ludorum sacrorum olim Quatuor genera	116	Oculi in Angelis quid significant	42
Ludi turpes & cruenti in festis olim Decorum	ibidem	Oliua signum pacis	63
Ludi uere sacri, ex historijs utriusq; Testamenti	117	Oraculum uisio & somnium quomodo differunt	4
Ludi scandalosi histrionum	119	Orchestra quid est	111
Ludi honesti ad honorem ciuitatis faciunt	ibid.	Osculatio imaginum & reliquiarum quare fit	134
Ludi prophani, etiam honesti, non agantur in sacris	120	Osculatio libri Euangeliorum qua fit intentione	ibidem
Ludi Theatrales non fiant in diebus festis	ibid.		P
Lumbos praecingere quid est	53	P alestrici, qui docent motus corporis in ludis	111
	M	Palaestricorum duo genera	112
M alleus cur Diabolus dicitur	87	Palme in manibus Martyrum quid significant	105
Manus Dei uarie accipitur	23	Pancratiaste qui dicuntur	112
Manus opera significant	45	Pantomimi omnium personarum imitatores	ibid.
Manus lauare aut eleuare quid est	46	Papiste & Papizare, nouarum sectarum uocabula	149
Manufacta in templis quomodo uenerantur	142	Pater per filium cognoscitur, sine quo cognosci non potest	11
Marcellina Romae imaginibus abusa & 151	143.	Patina Aesopii histrionis preciosissima	116
Maria uirginis diuerse imagines	102	Paulus	Paulus
Membra humani corporis Deo mystice tribuuntur	21		

D E I M A G I N I B V S.

Paulus Patriarcha Constant. cur factus fuit Monachus	151	Rectores harum tenebrarum diaboli dicuntur	89
Pedes Dei uarie dicuntur in scripturis	25	Regi infertur iniuria qua fit eius imagini	130
Pentathli, qui Olym; generibus certabant	112	Reges a subditis suis quomodo adorantur	132
Phantasmata sunt imagines rerum in intellectu	3	Reliquias uenerantur propter eos quorum sunt	133
Philippicus Imper. Iconomachus, a Papa damnatus	145	Reuelationes & apparitiones supernaturales	4
Pictores antiqui & insignes	5	Renocatio aliquot Episcoporum in VII. synodo facta	153
Pictor quomodo Christi imaginem depingere debet.	32	Risus gaudij interpretatur Isaac	8
Pictura Angelorum in Ecclesijs quales sunt	36	Risus consilium de imaginibus	125
Pictura historiarium ueteris & noui Testamenti	105	Risus expositio circa Decalogi precepta	141
Pictoribus atq; Poetis licentia est perniciofa	110	Roscius insignis & diues Histrion	115
Pictura in parietibus templorum	122		S
Pictura idiotis pro lectione est	127	S anctos in caelo quomodo colimus & inuocamus	148
Pictura est tacens quaedam poesis	128	Sapientie Dei omnes creature ad operandum, ut uult, obediunt	37
Pictura ingeniosum artificium	ibidem	Sapientia Angelica praecellit humanam	43
Pictura Abrahae filium immolantis	129	Sapphiri natura, color, excellentia & significatio	65
Pictura, quae usurpantur ad idolatriam, aboleri debent	142	Sathan, aliter diabolus, aliter Petrus dicitur	81
Picturae prophane non fiant in templis	144	Scabies in gis tropice quid significat	95
Pictura illiterato literatura est	148	Scena quid est	111
Platonis religiositas circa diuina nomina	7	Scenicorum diuersa genera	112
Platonis sententia contra Poetas	110	Sculptilia qua ratione sunt in lege prohibita	141
Poderis penult. prod. tunica talaris & sacerdotalis	34	Sedere Dei quid est	26
Pomerosus tropice, qui uitij cogitatione delectatur	96	Sermone humano locutus fuisse demones per boues, arborem & flumen	91
Potestas accipiendi uitae necessaria concessa praedicatoribus	104	Serpentis bone proprietates quas imitari debemus	63
pudenda cur & unde dicta sunt	51	Serpens qui Euam decepit, quis & qualis fuit	90
Pugnare cum bestijs in ludo turpe est	115	Serpens qua lingua Euam allocutus fuit	ibidem
Pyropus lapis, qui carbunculus dicitur	73	Serpentes cur mouentur incantationibus	91
Pyropus significat ignem sermonem doctrinae, & Christum	74	Serpens naturalis non intellexit uerba diaboli ad Euam	91. 92
Pyrrhicisae, saltatores armati in ludo	113	Serpens aneus cur ab Ezechia destructus fuit	148
	Q	Seruitus sanctorum in caelo, amabilis in laudibus, non laboriosa	106
Q uaesimilitudo dicitur imago	1	Signa corpora substantiarum spiritualium	9
Qualia fuerint Christi uestimenta	32	Signa & portenta imagines sunt uoluntatis Dei	127
Qualis fuit figura cherubim	121	Similitudo inter scripturam & picturam	127
Quid per caput Dei intelligitur	22	Smaragdus lapis uiridissimus multas habet uirtutes	70
Quid genua significant	49	Smaragdus fidem uirentem per opera charitatis significat	ibidem
Quid nubes in angelis significant	57	Societas inter corpus & animam, etiam ubi per mortem diuisa sunt	92
Quid est diabolus	81	Sonniorum diuersitas	4
Quomodo homo est imago Dei	12	Sors	505
Quomodo homo est imago totius Trinitatis	13		
Quomodo Deus patribus apparuit & locutus est	37		

INDEX IN LIBRVM DE IMAGINIBVS.

Sors super duos hircos quid significat	55	Torneamenta militum ad ostentationem virium	114
Sortem nobis ipsi paramus siue bonā siue malam	ibidem	Tube ductiles fuerunt Iob & Paulus	87
ibidem			
Specacula ludorum Scenicorum nocent pijs mentibus	119	V Valafridus Abbas quondam S. Galli in Heluetijs	146
Specra quæ Gentilibus post mortem apparuerunt	99	Venatio ferarum licita hodie & honesta	
Specra illa potius esse imagines animarum quam ipsas animas	ibidem		
Spiritus sanctus munus est patris & filij	13	Verba Dei Iudeis spina sunt & laquei	59
Stare est perseverare	47	Verba aspera Hereticorum & Paganorum	86
Statuarij antiqui & preclari	5	Vermis conscientie rodit animam	77
Statua Christi miraculosa in Casarea Philippi	136	Vestimentum typice caro Christi & Ecclesia dicitur	25
Superstitiones circa imagines Gentilium	143	Virginibus cur appinguntur florum ferta	106
Superstitiones circa animalia quæ Christi sunt imagines	144	Virginitatis excellentia	ibidem
Superstitiosus cultus cauendus circa imagines	147	Virga Domini uel regnum uel correptionem significat	23
Synodus propter imagines habita Romæ sub Greg. III.	147	Virga multiplex, directionis, consolationis, contritionis	53
Synodus septima 350. Episcoporum Nicæe habita	149	Virga ministrorum Ecclesie directiua & ferrea	55
Synodo septimæ concessa libera dicendi sententia omnibus	152	Virga duplici sensu à Christo manatur Apostolis	103
		Virga, quam portant Apostoli, potestatem accipiendi significat	ibidem
		Viso in somnijs quibus oculis uidetur	97
		Vitam agentes angelorū similes erūt angelis	41
		Vitæ futuri seculi probatio ex uisione somnij	97
		Voces & scripturæ sunt imagines rerum	5
		Voces & scripturæ non natura nec arte, sed imponentium uoluntate sunt rerum imagines	6
		Vtilitas ex imaginum picturis multiplex	148
		Z Abulus & Malleator dicitur diabolus	87
		Zona præcincti, ad operandum sunt apti	53
		Zona aurea super mammillas cinctus apparuit angelus	ibidem

F I N I S.

CORRECTORIVM BREVE, SIGNVM DILIGENTIAE.

Fol. 21. lin. 12. propè lege proprie. fol. 37. lin. 17. Ad lege At. fol. 39. lin. 20. subdito lege subito. fol. 43. lin. 9. palbebra lege palpebra. fol. 73. lin. 33. in marg. ceu lege seu. fol. 80. lin. 18. arma iniquitatis. fol. 88. lin. 19. multoq; lege multoq; fol. 96. lin. 6. apprehendat lege apprehendat. fol. 116. lin. 2. canto lege cantu. fol. 143. lin. 37. Posteri lege Posteriori. fol. 152. lin. 30. dicissam lege disissam. Cherubin in masculino, Hebraice per m. Cherubin in neutro genere profertur graece & latine, per n.

LIBER D. CONTRA
DI BRVNI, DE IMAGINIBVS. QUID

SIT IMAGO ET DE DIVERSIS EIVS SPECIEBUS. Caput Primum.



Synodus Nicæna secunda, quæ inter Oecumenicas septima est, in rebus sacris Imagines, & reliquias numerat, & si precationem sacram non accipiant. Sicut & Typum salutiferæ crucis, sine sacra oratione, & dedicatione, ut honorabilè & sanctam ueneramur: Satisfacit enim nobis figura, quæ iam sanctificationè accipit, cum à nobis fuit adorata. Vnde et Imagines nunc sacræ, nunc sanctæ, nunc uenerandæ à sanctis patribus appellantur, ut in eadem Synodo inquit Epiphanius: In quibus sanè tria spectantur, diffinitio, & quæ ad rationem Imaginum pertinent, origo, & usus. Est igitur Imago, similitudo à re ipsa, cuius imago est, expressa, ac ipsius representatiua. Similitudinem in hac definitione pro genere ponimus, nam omnis imago, similis est ei, cuius est imago, nec tamen omnè, quod est simile alicui, etià Imago eius est. Nam homines hominibus similes sunt, & tamen homo, hominis imago non est, etiam si ei quam similitudo: quales apud Plautum duo Sosia finguntur. Similitudo igitur, tum demū rei tribuit, ut sit eius, cui similis est imago, si à re simili, quam repræsentat, exprimatur. Quemadmodū effigies hominis in speculo, uel in tabula repræsentata, imago hominis est, quia forma hominis eam, fingente artifice, & reddente speculo, expressit. Adeo autem similes sunt imagines rebus, quarum sunt imagines (sicut Augustinus ad Simplicianum scribit) ut plerumq; earum etiam nomina sortiantur. Sic hominem pictum, hominem appellamus, & intuentes tabulam, aut parietem, dicimus, ille Cicero est, ille Salustius, ille Hector, ille Achilles. Hoc flumen Simois, illa Roma.

Quemadmodum Æneas apud Poëtam in templo, quod Dido Iunoni iam condiderat, dum singula iustrat.

Artificumq; manus inter se, operumq; laborem.

Miratur, uidet Iliacas ex ordine pugnas.

Bellaq; iam fama totum uulgata per orbem.

Atridas, Priantumq; & seuium ambobus Achillem.

Constitit, & lachrymans, quis iam locus, inquit, Achate.

Quæ regio in terris, nostri non plena laboris?

En Priamus, sunt hic etiam sua præmia laudis,

Sunt lachrymæ rerum, & mentem mortalia tangunt.

Et tamen hæc omnia nihil aliud sunt, quam imagines. Sic Cheru-

B bin,

Imagines & Reliquiæ inter sacra habentur.

Quid imago.

August. de Gene. ad literam lib. ii. cap. 16.

Plautus in Amphitruone.

Quæ similitudo dicitur imago.

August. ad Simplicianum lib. 2. q. 3.

Exemplum pictarum imaginum.

Virg. lib. 1. Aeneid.

Imagines bin, cum sint cælestes potestates, fictæ tamen ex metallo (quod im-
 appellatur perauit Deus) super archam testamenti, magnæ rei significandæ grã
 nominis tia, non aliud quàm Cherubin illæ quoq; effigies uocitantur. Item
 bus rerum si quis uidet somnium, non dicit, uidi imaginem Augustini aut Sim-
 quas repre- pliciani, sed uidi Augustinum aut Simplicianum: & tamen certum
 sentiant. est, eum non homines ipsos, sed imagines hominum uidisse. Et Pha-
 Exod. 25. roo spicas se dixit uidisse in somnis & boues, non spicarum aut bo-
 Gen. 41. um imagines, &c.

Imago, Ae- iam uero, quo clarius intelligatur, quod
 qualitas, & de similitudine diximus, tria hæc distinguenda sunt, eodem Augusti
 similitudo no teste. Imago, Æqualitas, & similitudo. Quia ubi Imago, contis
 differunt. nuò similitudo, non continuò æqualitas: ubi æqualitas, continuò si-
 Augustinus in mililitudo, non continuò imago: ubi similitudo, non continuò ima-
 lib. 83. questi. go, non continuò æqualitas. Vt in speculo est imago hominis, quia
 c. 74. de illo expressa est. Est etiam necessariò similitudo, non tamen æqua-
 litas, quia multa defunt imagini, quæ tamen insunt illi rei de qua ex-
 pressa est. Vbi æqualitas, continuò similitudo, non continuò imago:
 uelut in duobus ouis paribus, quia inest æqualitas, inest & similitu-
 do, quæcunq; enim assunt uni, assunt & alteri: imago tamen non est,

Cur ouum quia neutrum de altero expressum est. Vbi similitudo, nõ continuò
 non est ouis imago, non continuò æqualitas: omne quippe ouum, omni ouo,
 alterius in quantũ ouum est, simile est, sed ouum perdicis, quamuis in quan-
 imago. tum ouum est, simile sit ouo gallinæ, nec imago tamen eius est, quia
 de illo expressum non est: nec æquale, quia breuius est, & alterius
 generis animantium. Sed ubi dicitur, non continuò, utiq; intelligi-
 tur, quia esse aliquando potest. Potest ergo esse aliqua imago, in

In parenti- qua sit etiam æqualitas. Vt in parentibus & filiis inuenitur Imago &
 bus & filiis hæc tria si æqualitas & similitudo, si interuallum temporis defuisset. Nam &
 mul reperi de parente expressa est similitudo filij, ut recte dicatur imago: & pos-
 untur. test esse tanta, ut recte etiam dicatur æqualitas, nisi quòd parens tem-

Multi est pore præcessit. Ex quo intelligitur, & aliquando æqualitatem, non
 diuersitas solum similitudinem habere, sed etiam imaginem. Quod in superiori
 circa simili exemplo manifestũ est. Potest etiam aliquando similitudo esse æqua-
 tudines. litas, quamuis non sit imago, ut de duobus ouis paribus dictum est.
 Potest etiam similitudo, & imago esse, quamuis non sit æqualitas, ut
 in speculo diximus: potest & similitudo esse, ubi & æqualitas, & ima-
 go sit, sicut de filiis commemorauimus, excepto tempore. Sic enim
 æqualem syllabam syllabæ dicimus, quamuis altera præcedat, altera
 subsequatur. Hæc August. Quæst. 74. ubi suprã. Porro similitudi-
 nem imaginis, tribus rebus metimur, natura, arte, & impositione. Na-

Filius natu- tura filius imago patris est, quia & à patre generatur, eumq; uultu
 ra est ima- & ore, lineamentorumq; similitudine, repræsentat, qualem Dido ab
 go patris. Aenea iam discessuro oprabat, ubi sic ait.

Lib. 4. Aeneid.

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset,

Ante

Ante fugam soboles, si quis mihi paruulus aula

Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.

Sic Adæ imago fuit filius eius Seth, sicut scriptũ est, Et genuit Adam ^{Gene. 5.}
 Seth, secundũ imaginem suam. Eiusdem generis sunt, Phantasiæ & <sup>August. de ge-
 nesi. ad liter. m.
 lib. 12. c. 23.</sup> phantasmata in intellectu, nam & ipsa sunt rerum, quas intellectui
 repræsentant, naturales imagines: quia qualis res sensui extrinsecus
 apparet, uel à nobis in mente cogitatur, talis eius in intellectu imago
 concipitur. Harum sunt tria genera, ut alibi docet Augustinus. <sup>Tria gene-
 ra imaginũ
 in intel-
 ctu. I.</sup> Vnum earum rerum, quas sensu percepimus, quod est rebus sensis
 impressum, quod phantasiã appellat, ueluti si absentiu amicorum, <sup>August. Episto-
 la 72. ad Nebr-
 dium.</sup> ciuitatum, fluminum, montium, aliarũue rerum, siue manentium,
 siue mortuarum, quas tamen & sensimus, cogitationem & imagi-
 nationem animo concepimus. Alterum earum rerum, quas fingi-
 mus, & putamus, ita se habuisse uel habere, rebus uidelicet putatis im-
 pressum, qualia sunt quæ cogitamus & imaginamur, cum historias <sup>II.
 August. lib. 6.
 musica cap. 11.</sup> legimus, earum rerum quas nunquam uidimus aut sensimus, aut
 cum fabulosa uel audimus uel componimus uel suspicamur, quo-
 modo unicuique libet rem ita fingere, ut occurrit animo. Ita ego, ut <sup>Confictæ
 imagines
 Poëtarum.</sup> mihi libet, Aeneæ faciem fingo, uel Medæ formam cum suis angui-
 bus alitibus iunctis iugo, uel Chremetis aut Parmenonis personam.
 In quo genere etiam illa numerantur, quæ siue sapientes aliquid ueri
 sub huiusmodi inuolucris tegentes, siue stulti uariarum superstitio-
 num conditores, pro uero attulerunt, ut est cœlifer Atlas, axem hu- <sup>Vergil lib. 4.
 & 6. Aeneid.</sup> mero torquens, stellis ardentibus aptum, Et Chaos, Et Phlegeton,
 loca nocte silentia late. Multaq; præterea uariarum monstra fer-
 rarum, Centauri, Scyllæ bifformes, Lerna, Chimera, Gorgones,
 Harpyiæ, ceruleosq; implexæ crinibus angues Eumenides, & tri-
 ceps Cerberus, aliãq; Poëtarum mille portenta: quæ omnia, ut se co-
 gitationis tempestas habuerit, fingimus & putamus. ^{III.} Tertium ge-
 nus earum cogitationum est quæ in disciplinis suscipiuntur, ijs ma-
 xime quæ numeris & dimensionibus aguntur, ueluti cum totius
 mundi figura inuenitur, & inuentionem in animo cogitantis, imago
 eius, quod cogitatione inuentum est, sequitur. Atq; hæc duo genera
 cogitationum Augustinus phantasmata appellat, (quanquam & Phantã-
 mata. <sup>Phantã-
 mata.</sup> aliam significationem habeat phantasma, ut infra dicemus) quæ cir-
 ca eas res uersantur, quas etiam nullo sensu percipimus, quanquam
 non sine sensu fingantur. Nihil est enim in intellectu, quin prius fue- <sup>Arist. lib. 3. de
 anima cap. 8.</sup> rit in sensu, non quidem earum rerum quas repræsentant, nam ple-
 rasq; res imaginamur, quæ nunquam in rerum natura fuerunt, sed
 earum quas aliquando separatim uisus ita cogitatione colligamus, ut
 ex diuersis rebus uisus, una non uisã depingatur. Est enim uis quæ-
 dam inueniendi & augendi, animæ insita, quã quocunq; uenerit se-
 cum ferat necesse est: qua quæ uisã sunt, uel auget, uel minuit, & quæ
 B ij componi

componi nullo modo possunt, ipsa cogitatione componit, donec ex
his tale aliquid in intellectu componatur, quod ad imaginem ante
nunquam uisam perducatur. Nec attinet hic de ueritate & falsitate
phantasmatum, & uarijs generibus illusionum dicere: satis est enim,

Imagines hoc loco naturam imaginum, quæ natura fiunt, explicare. Et ad
fomniantiu hoc genus referuntur imagines, quas in somno concipimus, cuius
um. modi sunt, oraculum, uisio, somnium, insomnium & phantasma.

Lib. de spiritu Hæc sunt enim genera earum rerum, quæ sibi uidere uidentur dor
anima c. 25. mientes, ut alibi docet Augustinus. Oraculum est cum in somnis pa
Oracul lum. renis uel aliqua sancta grauisq; persona, seu sacerdos, uel etiam deus
euenturum aliquid apud, uel etiam non euenturum, faciendum uel de

Visio. uitandum denunciat. Visio est, cum id quod uidet quis, eodem mo

Somnium. do quo apparuerat euenit. Somnium est figuris tectum, & sine in
Interpretatione intelligi non potest. Insomnium est cum id quod fati

Insom gauerat uigilantem, ingerit se dormienti: Sicut est cibi cura uel pos
nium. tus, uel aliqua studia, uel artes, uel infirmitates. Secundum enim stu
dia quæ quisq; exercuit somniat, & solitarum artium simulacra in

Diuersitas præsentiam mentis impressa apparent in somnis. Sed & iuxta infir
fomnioru mitatū diuersitates diuersa accidunt somnia. Tum etiam secundum
unde acci morum & humorum uarietates, uariantur & somnia. Alia namq;
dit. uident sanguinei, alia cholericæ, alia phlegmaticæ, alia melancholicæ:

Phantasmata. illi uident rubea & uaria, isti nigra & alba. Phantasma est, quando
qui uix dormire coepit, & adhuc se uigilare æstimat, aspiciere uidetur
irruentes in se, uel passim uagantes formas discrepantes, & uarias,

Ephialtes. lætas & turbulentas. In isto genere est Ephialtes, quem publica per
suasio quiescentes opinatur inuadere, & pondere suo pressos, ac sen
tientes grauare, quod non est aliud quam quædam fumositas, a cor
de ad cerebrum ascendens, & ibi uim animalem comprimens. Hæc

Prophetiæ Augustinus. Eodem pertinent Prophetiæ, & supernaturales illæ
& Reuelat uisiones, reuelationes, & apparitiones: quæ & ipsæ notæ quædam
iones. sunt, signa, & imagines earum rerum, quæ ab his, quorum mentibus
hæc ipsa a Deo infusa sunt, futura esse prænoscentur: hoc tantum a
naturalibus illis cogitationibus & imaginationibus differētes, quod
illæ a solo Deo mentibus hominum infunduntur, hæc uero naturæ
opere in intellectu: ut optimis & grauisimis rationibus aduersus

Fran. Picus Auicennam, Algazalem, Auerroem, Rabi Moysen Aegyptiū pro
lib. 2. c. 4. bat Ioannes Franciscus Picus, in his libris, quos de prænotionibus re
rum inscripsit. Arte fiunt imagines, quando eius rei, quam repræ

Imagines sentant, lineamenta, uultus, & habitus, per uariorum colorum com
artificiales. missuram, ac certæ membrorum & partium proportionis ex mate
Plinius lib. 35. ria eductionem, arte exprimentur. Quod pictura, quam graphice
cap. 10. uocant, & ars statuaria præstant: Quarum illa in tabulis, hæc in mar
more, metallis, ebore, & ligno, alijsq; eius generis materijs, imagines

rerum

rerum tanto ingenio reddunt, ut proximè etiam naturam imitari ui
deantur. Quod ueterum tabularum & statuarum multa exempla,
olim a Zeuse, Parrhasio, Timanthe, Eupompo, & cæteris artifi
bus ædita demonstrant. In quibus non solum unius aut alterius ho
minis figura, sed exercituum, præliorum, & uictoriarum figuræ &
imagines quasi ad uiuum depinguntur. Qualis est tabula prælij, quo
Carthaginenses Hieronem in Sicilia deuicerunt: Quam Messala
Princeps Romæ, M. Valerio Maximo Consule, in latere Curia
Hostilia proposuit, anno ab urbe condita quadringentesimo nona
gesimo. Et alia item, quam uictoriæ suæ Asiaticæ Scipio in Capito
lio posuit: & alia quam L. Hostilius Mancius, qui primus Carthagi
nem irruerat, in qua urbis situs & expugnatio depictæ fuerunt, in
foro proposuit, & ipse assistens, populo singula enarrando exposu
it. Similiter alia duæ Diui Augusti, quas idem in foro in celeberris
ma parte posuit, quæ belli pictam faciem habuerunt, & triumphum.

Sic & statuæ apud ueteres fuerunt complures eximie pulchritudi
nis, quales referuntur fuisse multæ, quas Phidias, Praxiteles, & illius
filius Cephisodorus miro ingenio finxisse, Authores tam græci,
quam latini testantur. De quibus alijsq; eis similibus, illud Poëtæ di
ctum uideri potest.

Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus.

Sed & nostra ætate omnis generis picturæ & imagines extant, tan
to ingenio & artificio compositæ, ut nihilo existimandæ sint his,
quæ a ueteribus factæ sunt, inferiores. Quod multa multarum miræ
artis & pulchritudinis imaginum exempla, quæ passim in templis &
magnatum domibus, & aulis conspiciuntur, probant. De quibus &
ipsis uere dicere possumus, quod Plinius de Timanthe scribit, ut in
his plus intelligatur quam pictum sit: & cum ars summa sit, tamen ar
tificum ingeniu ultra artem sit. Et in hoc genere numeramus imagi
nes sanctorum, eorum uidelicet qui aliquando in carne nobiscum uer
sati, nunc exuti corpore, æternæ claritatis gloria perfruuntur, pleni
deo, et pleni omni benedictione & sanctificatione. Impositione fiunt
imagines, quando non natura, neq; arte, sed ut quisq; sibi fingit, uel
communi gentium consensu, lege uel pacto, imagines & signa rebus
imponuntur & constituuntur. In quo genere uoces & scripturæ

imagines sunt earum, quæ in intellectu concipiuntur, passionum.
Quas ita repræsentant, ut qui eas protulerit, mox etiam res, quas si
gnificant, intra mentem cogitasse intelligatur. Neq; enim existiman
dus est quisquam dixisse, quod non mente agitauerit, ut inquit Lu
risconsultus: idq; non alia certe ratione, quam quod uoces & scrip
turæ similitudinem quandam habent cum phantasmatibus, nõ qui
dem naturalem, uel artificialem (Quæ enim similitudo eius quod
est materiale, & sensibile, ad id quod est incorporeum, & nullo sen
su per

Pictores
antiqui.
Plinius lib. 35.
cap. 4.
Pictæ tabu
læ olim ar
tificiosæ ac
uariæ.

Statuarij
antiqui.
Plinius lib. 36.
cap. 5.

Virg. lib. 6. Ae
neid.

Plinius lib. 35.
cap. 10.

Imagines
Sanctoru
in templis.

Voces &
scripturæ
sunt imagi
nes rerum.
Arist. lib. 1. pe
rihermenias.
L. Labeo. ff. de
supellect. leg.

Voces & scripturæ ita impositæ sunt, ut certarum rerum significationem habeant, non natura, sed imponentium uoluntate, lege uel pacto. Sic uox uel scriptura homo, hominē significat, non quidem natura, sed ex impositione eorum qui uoluerunt, ut ea dictio, in latina lingua prolata uel scripta, hominem qui est animal rationale, significaret. Cæterum ad hoc genus referimus omnem uocem & scripturam, quæ literis cuiuscunq; gentis uel lingue exprimitur, uel signis etiam literarum uim obtinentibus, designatur. Cuiusmodi sunt Aegyptiorum Hieroglyphica. Nam apud Aegyptios tradunt Hieroglyphos fuisse, qui templis & obelis scripturas inculpebant, nō uulgaribus utentes literis, sed alijs figuris rerum naturas effigiantes, arcanam quandam prudentioribus scientiam augebant. Etenim uolentes significare deum, hoc est, summā, & quæ super omnia est, naturam; pingebant oculum, cui baculum substituebant, ut per hoc intelligatur, quod Deus omnia uideat, & sit ei regia dignitas. Nam sceptrum semper ferè regis intelligitur symbolum: quamuis etiam per stantem baculum, quod nullo modo diuina natura labefactari possit, sed quasi semper stare & quodammodo sustinere & fundare omnia, discatur. Dicuntur etiam aspidem fingere in figuram caeli, eo quod longus est, & multis uoluminibus se girat, reptatq; absq; strepitu. Insuper & furorem & iram, per ænigma declarantes, inculpebant craticulam, cui subijcitur ignis, & cor superponitur. Hæc igitur & similia, apud Aegyptios à Hieroglyphis Hieroglyphica dicta, literarum quarundam arcanarum uicem sustinebant: quæ quidem ut aliæ scripturæ, rerum quas significant imagines sunt, non quidem natura, sed imponentium uoluntate. Non tamen negauerim, nomina etiam uim quandam & significationem naturalem habere, utcunq; imponentiū arbitrio rebus indita. Primum enim necesse est, ut qui ritè nomina rebus imponunt, eius rei rationem & scientiam teneant, ut scilicet ea forma conflare possint nomina, qua rerum proprietates per eas aptissimè explicentur. Quo nomine Sophistas deridet Plato, idq; officij ad Poëtas potius, sed eisdem tamen diuinos, transfert, quasi qui nominum imponendorum scientiam habeant, & rerum nomina à dijs acceperint, apud quos uera sunt nomina. Ego in hac arte primas tribuo Adam, qui scientiam imponendorum nominum à Deo accepit, sic enim scribitur in Genesi. Formatis igitur de humo cunctis animantibus terræ, & uniuerfis uolatilibus cœli, adduxit ea dominus Deus ad Adam, ut uideret quid uocaret ea: Omne enim quod uocauit Adam, animæ uiuentis, ipsum est nomen eius, appellauitq; Adam nominibus suis cuncta animantia, & uniuerfa uolatilia cœli, & omnes bestias terræ. Sapientissimus certe nominum impositor fuerit Adam necesse est, Qui uolatilibus, reptilibus, feris, iumentis, & alijs brutis, domesticis

Literæ Hieroglyphicæ.
Cyrillus lib. 9. contra Iulianum.

de impositis uocibus.

Gen. 2.

Sapientissimus nominum

esticis & agrestibus, & in aqua uitam agentibus, & e terra productis, & in summa omnibus congrua, & conuenientia suæ naturæ, imposita nomina, quæ & in hodiernum usq; diem permanent, ut inquit Ioannes Chrysostomus. Vnde non temere & fortuito, sed consulto unicuiq; rei pro conditione naturæ suæ, nomen imposuit. Inde, ea etiam ratione nomina naturalem quandam significationem habent, quia imagini mentis coniuncta sunt, quod scilicet species rei primum ab obiectis ad sensum peruenit, ab his ad imaginationem, ab hac quodammodo & ad mentem, ac deinde à mente concipitur, ac concepta per uocem ueluti partus quidam exprimitur, ac postremo scripta conseruatur. Idq; omnium maxime, in diuinis literis & scripturis locum habet, per digitum dei scriptis, quas dubium non est à spiritu sancto, qui digitus dei est, esse formatas. Propter quod & Philosophi plurimum diuinis nominibus & scripturis tribuunt: quibus & diuinam uim inesse, & ob id, magis etiam quam delubra statuasq; diuinas, ueneranda esse putant. Id quod sæpe iubet Diuinus (ut eum uocant) Plato, qui Dei nomina nobis per antiquos tradita, tanquam imagines & radios Dei esse affirmat, per superiora uidelicet numina, perq; sanctiores hominum animos penetrare. Et ad hunc modum Socrates in Philebo clamat. Reuerentia mihi semper erga Deorum nomina, non humana quidem formido est, sed maximum quæq; timorem exuperat. Idem rursus in Phedro, se expiat, quod in amorem Dei nomen forte disputando deliquerit. Et Plato in undecimo legum, eos qui Deorum nomina mendacio et periurijs inquinauerint, sacrilegos omnino censet, iubetq; illos à quolibet impune cædi: eum uero qui præsens non punierit, tanquã proditorem legum rigide condemnat. Quibus locis per Deos intelligit angelicos caelestesq; Dei ministros. Neq; enim putauit plures esse Deos, ut qui in Parmenide unum esse affirmat, cui postquam omnia comparauit, nomina quoq; ipsius ueneranda esse censuit. Sed quid Philosophorum testimonijs inhaeremus? quanquam quæ diuinitus docuerunt, tanquã nostra, & quæ à nobis mutuati sunt, uendicare possumus, ut alicubi docet Augustinus. Quin potius diuinas scripturas audiamus: Non assumes nomen Dei tui in uanū. Verba sunt ex ore Dei prolata. Et Paulus Apostolus, ille ueritatis præco & tuba, sermonem Dei prædicat esse uiuum atq; efficacem, uehementiusq; omni gladio ancipiti penetrantem. Idem de nomine Iesu. Donauit, inquit, Deus illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & infernorum. Ideoq; diuinus ille Theologus Dionysius, omnia diuina mysteria in diuinis nominibus exquisiuit. Illud etiam hoc loco addendum est, Quod Basilii Magni docet: Quod ubi de industria nomina ponuntur, subiecta ostendunt naturam, ut Abraam, Isaac, Israel; horum

num impositor Adā.
Chryso. in ca. Gene. 2.
Homelia. 15.
Deutero. 9.
Diuinis nominibus & scripturis tribuunt: multum tribuendū est Platone. Socratis uerba.
Platonis religio sita circa diuina nomina.
Augustinus de doctrina Christiana lib. 2. ca. 40.
Exod. 20.
Heb. 4.
Philip. 2.
Basilii Magni in sermone de humana Christi generatione.

B iij enim

enim quodlibet, non magis characterem quendam, quam uirtutis sicut
 Abraham. Iutaris proprietate ostendit. Sic Abraam dictus est, quia pater multa
 rum gentium, ante Abram dictus, quod interpretatur pater excelsus.
 Quod nomen Deus ei mutauit, pro Abram ipsum Abraam appel-
 lando. Sicut & Sarai nomen mutauit, pro Sarai Saram uocando. Sa-
 rai (sicut aiunt qui scripserunt interpretationes nominum Hebraeorum)
 interpretatur Princeps mea, Sara autem uirtus. Unde scriptum est in
 epistola ad Hebraeos, Fide & ipsa Sara uirtute accepit & ad emisio-
 nem seminis. Quidam Hebraeorum (ut Hieronymus refert) dixerunt,
 Deum unam literam, ex suo nomine Tetragrammaton Abrahæ &
 Saræ dedisse, uidelicet literam He, quæ græcè & latinè sonat a, non
 he. Isaac risum uel gaudium interpretatur. Riserat enim pater,
 quando ei promissus est, admirans in gaudio. Riserat & mater,
 quando per illos tres uiros, iterum promissus est: dubitans in gau-
 dio, quamuis reprobante Angelo, quod risus ille etiam si gaudij fuit,
 tamen plenæ fidei non fuit. Post ab eodem Angelo in fide etiam con-
 firmata est: ex hoc ergo puer nomen accepit. Nam quod risus ille,
 non ad irridendum opprobrium, sed ad celebrandum gaudium per-
 tinebat, nato Isaac & eo nomine uocato, Sara monstrauit. Ait quip-
 pe. Risum mihi fecit Deus, quicumque enim audierit, congaudebit mi-
 hi. Israel interpretantur sapientes uirum uidentem Deum, quod
 erit in fine præmium omnium sanctorum. Et in hoc genere om-
 nium sapientissimus nominum impositor fuit Christus, ut scribit Io-
 annes Chrylóstomus, ut qui Simonem uocauit Cepham, quod in-
 terpretatur Petrus. Ioannem filium tonitru. Quamobrem, ut osten-
 dat, se eundem esse, qui uetus testamentum dedit, ipse est qui apte no-
 mina imponit. Qui Abram Abraam, Sarai Saram, Iacob Israel uo-
 cauit. Multis à natiuitate nomina imposuit, ut Isaac, Sampson, ut Ihs
 quorum Esaias meminuit, & Osee. Quibusdam quam à parentibus
 acceperunt appellationem mutauit, ut prædictis & Iesu, mos enim
 antiquus erat, à rebus nomina imponi. Quod et Helias fecit. Hoc au-
 tem non temere fit, sed ut ea appellatio imponatur, quæ sit diuini be-
 neficij perpetuum monumentum, & memoria per prædicta nomi-
 na auditorum animis imprimatur. Ita & Ioanni Baptistæ coelitus no-
 men imposuit. Qui enim debebat ab ineunte ætate uirtute pollere,
 eis tunc indita sunt nomina: qui uero in ætatis progressu profecturi
 erant, postea. Et ad eundem modum multa alia nomina scripturæ,
 non characterem tantum ostendunt, sed mysterium aliquod laten-
 tis sub eo uirtutis significant. Maxime ineffabile illud nomen, quod
 Tetragrammaton. græci appellant τετραγράμματον, quod proprijs & peculiaribus notis
 expressum, ineffabile semper creditum est, & adhuc usque creditur:
 Quod formabatur in lamina aurea pura, & sanctitas domini uoca-
 tur, ut auferat peccata sanctorum, quæcunque sanctificabunt filij Isra-
 el,

August. de ciui-
tate dei lib. 16.
cap. 23.

Gen. 17.
Sara.

al. in con-
ceptione
Hebr. 11.

Isaac.

August. de ciui-
tate dei lib. 16.
cap. 32.

Gen. 18.

Gen. 21.

Israel.

August. de ciui-
tate dei lib. 16.
cap. 39.
Ciry. in Ioan.
cap. 1. Homel.

28.

Esai. 8. 43.

43. 49.

Osee 1.

3. Reg. 18.

Luce 1.

Tetragra-
maton.

Exodi 25.

qua de ea xpi nomina
mutauit.

et, omnis datus sanctorum eorum. Sic enim legit Augustinus, id
 est, sacerdos auferet quæcunque offerunt pro peccatis suis, quæ dicun-
 tur & sancta, quia & iustificantur: & peccata, quia pro peccatis offe-
 runtur. Idem & gentiles in quibusdam nominibus obseruasse, ex
 ihs, quæ Plato in Cratylo scribit, animaduertimus: qui Heroū, Deo
 rum, & quorundam aliorum nomina, apud Homerum cetera allego-
 riæ ratione esse composita, affirmat. Qualia sunt quæ de nominibus
 Scamandrus, Astianax, Hector, & similibus differit in Cratylo. Iam
 et multa alia signa corporea, et uisibilia, ad hoc genus referimus, qui-
 bus & Deum, & alias substantias spirituales & incorporeas signifi-
 cari, passim scriptura demonstrat: quæ & ipsa neque natura, neque arte,
 sed diuina tantum dispositione, & impositione, imagines sunt, et res,
 quarum imagines sunt representant. Cuiusmodi sunt, in ueteri testa-
 mento, tres uiri uisi Abrahæ, sub Ilice Mambrae, Flamma ignis de ru-
 reb. Item columna nubis, & columna ignis, in quibus Deus filios Isra-
 el in exitu de Aegypto præiuit, uiam illis die ac nocte ostendens. Item
 locus ubi steterat Deus, in quo sub pedibus eius tanquam opus lapi-
 dis Sapphiri, & tanquam aspectus firmamenti cœli: Et in nouo testa-
 mento dispersitæ linguæ, quæ in missione spiritus sancti in die Pen-
 tecostes discipulis apparuerunt: Et spiritus sanctus, ueniens super
 Christum baptizatum sicut columba: Et multa alia eiusdem generis,
 quæ Deum significant. Similiter ignis rota, forma uiri, aliaque signa,
 ad angelicas substantias significandas imposita, de quorum significa-
 tione, & mysterijs, posthac cum de imaginibus Dei, & angelorum
 agemus, plenius tractabimus. Porro imaginum quædam rerum
 incorporaliū sunt, & nullo humano sensu perceptibilia: quædam
 uero earum rerum quæ humano sensu percipi, uideri & palpari possunt.
 sunt. Primi generis sunt imagines Dei & angelorum, tam bonorum
 quam malorum, Animarum item defunctorum hominum. In secun-
 do genere numeramus imagines Christi, & omnium eorum quæ ad
 humanam eius naturam, et ea quæ in carne gessit, pertinent: Similiter
 matris eius gloriosæ, & semper uirginis Mariæ, Prophetarum, Apo-
 stolorum, Martyrum, Virginum, Confessorum, aliorumque Sancto-
 rum Dei hominum. Ac de omnium harum imaginum ratione,
 & mysticis significationibus, quatenus Dei nos ad
 iuuabit gratia, breuiter & ordine
 differemus.

August. quæ-
stionum super
Exodi lib. 2. q.
120.

al. + sanctifi-
cantur,

De genti-
lium nomi-
num Alle-
goria.

Plato in Cra-
tylo.

Corporea
signa sub-
stantiarum
spiritualiū:

Gen. 18.

Exod. 3. et 13.

Exodi 24.

Act. 2.

Matth. 3.

Ezech. 1. et
10.

Dupliciū
rerum ima-
gines.

Incorpora-
lium.

Corporea
lium.

De

De imaginibus Dei incorporeis. Cap. II.



Maginem Dei, ut cæterarum rerum, similitudo facit: neque enim imago esse potest, nisi sit similis rei cuius imago esse dicitur. Nec tamen omnis similitudo Imago est, sed ea tantum, quæ à re ipsa, quam repræsentat, producitur.

Itaque nec Dei aliqua imago esse potest, nisi & eadem Deum, similitudine aliqua, uel à Deo producta, uel imposita repræsentet. Productæ à Deo, incorporeales sunt, & inuisibiles: Impositæ, corporales & uisibiles. Sunt igitur imagines Dei incorporeæ, filius Dei, & homo, ad imaginem & similitudinem Dei factus. Corporeæ sunt signa quædam corporalia, ad significandum Deum imposita. Ac prima quidem naturam superat, nec apprehendere cogitationes nostræ possunt, qualis sit ista generatio & similitudo, propter quam filius imago inuisibilis Dei, & primogenitus creaturæ, splendor item gloriæ, & figura expressa substantiæ eius esse dicitur. Neque enim ex semine aliquo, ut homines & cætera animalia, natus est. Immo nec phandum est & illicitum, Deum patrem in generatione unigeniti filij sui, atque substantiam eius æquare alicui hominum uel aliorum animalium generanti. Primum igitur Deus pater genuit Deum filium, ab æterno coæqualem, & consubstantialem sibi. Iuxta illud Psalmi: *Tecum principium in die uirtutis tuæ, in splendoribus Sanctorum, ex utero ante Luciferum genui te.* Item omnis sapientia à Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuam. Et iterum: *Foris sapientiæ uerbum Dei in excelsis.* Tali igitur specie putandus est pater, filium genuisse, imaginem scilicet suam, ut sicut ipse inuisibilis est per naturam, ita imaginem quoque inuisibilem genuerit. Verbum enim est filius, & nihil in eo sensibile intelligendum est: Lumen est uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, Sed nihil habet commune ad solis huius lumen. Deinde similis est patri filius, & æqualis: unde & imago patris dicitur. Imago enim tum perfecte implet illud, cuius imago est, si coæquatur ei. Est autem filij ad patrem, prima similitudo, & prima æqualitas, nulla in re dissidens, et nullo modo inæqualis, & nulla ex parte dissimilis: per quæ facta sunt omnia, & cuius participatione similia sunt, quæcumque per illam fecit Deus. Hac similitudine nihil similius dici, aut cogitari, aut esse omnino potest. Unde intelligitur, ita patri esse similem similitudinem suam, ut eius naturam plenissime perfectissimeque impleat. Itaque filius, quia & à patre genitus, & patri similis, & æqualis est, recte patris imago dicitur: ac tanto magis, quia non tantum similis est patri, Filius patri sed etiam æqualis, non quidem ut cæteri filij parentibus suis: qui & per omnia ipsi similes, & æquales eis esse possunt: sed in quibus tamen est inter æqualis. uallum, & in æqualitas temporis, ut quia pater filium tempore præcedit.

cedit. In Deo autem, quia conditio temporis uacat, non enim potest recte uideri Deus in tempore generalis filium, per quem condidit tempora: Consequens est ut non solum sit imago eius, quia de illo est, & similitudo, quia imago: sed etiam æqualitas tanta, ut nec temporis quidem interuallum, impedimentum sit. Sed & relatione aliqua ad nos facta, filius imago patris dicitur, quia scilicet, & patrem nobis reuelat, siquidem per filium cognoscimus patrem, quem nemo alius nouit nisi filius, et cui uoluerit filius reuelare. Reuelat autem per hoc, quod ipse intelligitur. A quo enim fuerit ipse intellectus, consequenter intelligitur & pater, secundum hoc quod ipse dixit: *Qui uidet me, uidet & patrem.* Sic & splendor patris est filius, & figura substantiæ, quia Deus lux est secundum Ioannem. Splendor ergo lucis est unigenitus filius: ex ipso inseparabiliter, uelut splendor à luce procedens, & illuminans uniuersam creaturam. Et qua filius Dei, qui & uerbum eius, & sapientia dicitur, solus nouit patrem, & reuelat quibus uult, hoc ipso quod Deum intelligi & cognosci facit, recte figuram substantiæ eius exprimere dicitur: id est, cum in semet ipsa primum describit sapientia, quæ reuelare uult cæteris, ex quibus ab illis cognoscitur & intelligitur Deus, & hæc de figura expressa substantiæ eius. Cuius rei tale exemplum proponit Augustinus:

*Si, inquit, esset facta statua talis, quæ magnitudine sui, uniuersum orbem terræ teneret, & pro sui immensitate considerari à nullo posset. Ficeret autem alia statua, membrorum habitu, ac uultus lineamentis, specie & materia, per omnia similis, absque magnitudinis immensitate, pro eo, ut qui illam immensam considerare & intueri non possent, hanc uidentes, aliam se uidisse considerent, pro eo quod omnia membrorum, & uultus lineamenta, uel ipsam speciem materiamque, similitudine prorsus indiscreta seruaret. Tali quadam similitudine, exinaniens se filius de æqualitate patris, & uiam nobis cognitionis eius ostendens, figura expressa substantiæ eius efficitur, ut qui in magnitudine claritatis suæ, positam gloriam meræ lucis non poteramus aspicere, per hoc quod splendor nobis efficitur, intuendæ diuinæ lucis uiam, per splendoris capiamus effectum. Comparatio de statuâ quasi sanè in rebus corporalibus posita, ad nihil aliud recipiatur, quàm ad hoc, quod filius Dei breuissime insertus humani corporis formæ, ex operum uirtutisque similitudine, Dei patris in se immensam atque inuisibilem magnitudinem designabat: per hoc quod dicebat ad discipulos suos: *Quia qui uidet me, uidet & patrem.* Et ego & pater unum sumus. Quibus & illud simile intelligendum est, quod ait: *Quia pater in me, & ego in patre.* Sed & imago bonitatis Dei dicitur filius, iuxta illud quod in libro Sapientiæ scribitur. Est enim candor lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Quod ita accipiendum est, quod principalis bonitas sit pater,*

Nos patrem per filium cognoscimus. *Luc. 10.*

Ioan. 14. Filius splendor lucis et figura substantiæ.

Heb. 1.

August. de incarnatione uerbi lib. 1. cap. 12.

Pater per filium uidetur à nobis.

Ioan. 14.

Filius dicitur imago bonitatis Dei.

Sap. 7.

ex

ex qua natus est filius, qui per omnia imago est patris: Itaq; conueni-
 enter & imago bonitatis eius dicitur: non enim alia aliqua secunda
 bonitas existit in filio, præter eam quæ est in patre. Vnde rectè sal-
 uator in Euangelio dicit: Quia nemo bonus, nisi unus Deus: quo sci-
 nus nisi u- licet per hoc intelligatur filius, non esse alterius bonitatis, sed illius so-
 nus Deus. lius, quæ in patre est, cuius rectè imago appellatur. Quia neq; aliun-
 de est, nisi ex ipsa principali bonitate, nec altera bonitas, quã ea, quæ

Quomo- in patre est, uidetur in filio. Iam uero & illud captum humani inge-
 do homo nij excedit, quod scriptura tradit Deum dicere: Faciamus hominem,
 est imago ad imaginem & similitudinem nõstram. Quo nimirum significatur,
 Dei. hominem esse imaginem Dei. Neq; enim ita accipiendum est, quasi
 Gene. 1. Deum corporeum sit, & membrorũ lineamentis compositus, ad quam
 compositionem corpoream, exteriorem hominem nõstrum, huma-
 num uidelicet corpus, ueluti ad similitudinem suam fecerit (sicut Iu-
 dæi, & ceteri infideles pleriq; opinati sunt) quod ita credere impium

est. Deus autem spiritus est, non caro: substantia, non corpus. Nec
 Ioh. 4. est homo ad imaginem & similitudinem Dei factus, in corpore, sed
 August. lib. de in anima, non in corpore sed in sensu, non in exteriore homine, sed
 Essentia diuini tatis. Sine po- in ratione. Estq; anima hominis ideo ad imaginem Dei facta, quia
 tius Eucherius in formulis spi- spiritualis creatura, inuisibilis, & incorporea, atq; immortalis, non
 ritualibus. de substantia Dei originem trahens (sicut Manichæi & Priscilliani-
 Anima ho stæ falso opinati sunt) sed ex nihilo à Deo creata: Quæ humana ani-
 minis, quo- ma ob id, quod à Deo rationalis, quod intellectualis facta est, imago
 modo est imago dei. Dei dicitur. Inest enim illi per naturam rationalis sensus, per quem
 intelligit, sapit, atq; inter bonũ malumq; discernit: Inest illi memoria,
 per quam transacta recordatur: inest uoluntas, per quam quod uult
 effigit: inest sensus, per quem & sentit: Inest & ratio, per quam ocula
 & inuisibilia contemplatur, per quam Deum creatorem suum in-

telligit, per quam uera à falsis discernit. In his omnibus ad imagi-
 nem Dei facta esse dicitur, & hæc omnia communia habet cum An-
 gelis: corpus uero cum animalibus brutis, quæ expertia sunt ratio-
 nis. Quanquam etiam corpus nõstrum ita fabricatum est, ut indicet
 nos meliores esse quam bestias, & propterea Deo similes. Omnium
 animalium corpora, siue quæ in aquis, siue quæ in terra uiuunt, siue
 quæ in aère uolitant: inclinata sunt ad terram, & non sunt erecta sicut
 hominis corpus. Quod & Poëta his carminibus significat.

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
 Os homin sublimè dedit, cælumq; uidere.

Quo significatur etiam animum nõstrum, in superna, id est æterna,
 spiritualia, erectum esse debere. Ita intelligitur per animum maxime,
 attestante etiam erecta corporis forma, homo factus ad imaginem
 & similitudinem Dei. Nunc uideamus, quomodo homo in ani-
 ma factus sit ad imaginem & similitudinem Dei. Ac sunt, qui signifi-
 canter

Marc. 10.

Ioh. 4.

August. lib. de Essentia diuinitatis. Sine potius Eucherius in formulis spiritalibus.

August. lib. de Essentia diuinitatis.

August. de Genesi, contra Manichæos lib. 1. cap. 17.

Ouidius lib. 1. Metamor.

canter dictum putant, faciamus ad imaginem nõstram, non faciamus
 imaginem nõstram: ut quia non omnino æqualis fuerit illa imago
 Dei, tanquam nõ ab illo nata, sed ab eo creata. Ideo non imago Dei,
 sed ad imaginem Dei factus sit homo. Verum hanc opinionem refel-
 lit hoc, quod Paulus dicit: Vir quidem non debet uelare caput, cum
 sit imago et gloria Dei: Non dixit, ad imaginem, sed imago Dei. Nec
 imaginem hic filium intelligere possumus, non enim singulariter di-
 ctum est, ad imaginem meam uel tuam, sed pluraliter nõstram: relato
 uidelicet sermone, non ad unum filium, sed ad totam Trinitatem: ut
 homo imago sit non solius filij, sed totius Trinitatis: Non quidem
 Trinitati equalis ut filius, sed de aliqua similitudine accedens: nõ qui-
 dem substantiam Dei repræsentante, sed imitatione aliqua ipsius bo-
 nitatem exprimente. Est igitur homo factus ad imaginem & simili-
 tudinem Dei. Primo, quia omnium eorum quæ in Trinitate sunt, in
 anima hominis quædam uestigia reperiuntur, ut alibi ratiocinatur
 Augustinus: Anima, inquit, ad similitudinem totius sapientiæ facta,
 omnium in se rerum gerit similitudinem. Vnde & à Philosopho dif-
 finita est omnium rerum similitudo. Habet siquidem in se uires qui-
 bus omnia apprehendit, siue inuestigat, & omnibus similis existit,
 cum sit una. Similis est terræ per sensum, aquæ per imaginationem,
 aëri per rationem, firmamento per intellectum cœlorum, cœlo per
 intelligentiam: Similis est lapidibus, per essentiam: arboribus, per ui-
 tam: animalibus, per sensum & imaginationem: hominibus, per ra-
 tionem: angelis, per intellectum: Deo, per intelligentiam. Et sicut
 Deus est omnibus capabilis, & participabilis: sic anima omnium est
 capax. Capabilis & participabilis omnibus est Deus, quia naturali
 suo munere & usu, Ex munere participatur ab omnibus, per essen-
 tiam qua sunt, & secundum illam ad idoneam speciem, qua ab alijs
 differunt, & secundum utrumq; ad congruum usum, quo profici-
 unt. Tria hæc omni homini existenti insunt, quasi quædam uestigia
 summæ essentiæ, imaginis & muneris: id est Trinitatis, patris, & fi-
 lij, & spiritus sancti, &c. Entitas quippe est in patre, quia pater non
 habet patrem de quo sit: filius de patre est, ut sit, atq; ut illi coæter-
 nus sit. Imago enim si perfectè implet illud, cuius est imago, id est,
 pulchritudo, congruentia, æqualitas, prima & summa similitudo, pri-
 ma & summa uita, primus & summus intellectus. Vfus est in mu-
 nere, Munus patris & filij, spiritus sanctus est. Vfus ergo in munere
 est, id est delectatio, gaudium, læticia, scœlicitas, suauitas. Ille nanq;
 ineffabilis complexus patris & imaginis, non est sine perfectione, si-
 ne charitate, sine gaudio. Sic in illa Trinitate, summa est origo om-
 nium rerum, perfectissima pulchritudo, & beatissima dilectio. No-
 bis autem omnis usus diuinitatis est ex munere. Quodammodo
 namq; quasi propior uidetur nobis esse Spiritus sanctus, utpotè pa-
 tris

August. de tri- nitate, lib. 7. cap. 6.

1. Cor. ii.

Quomo- do homo est imago totius Tri- nitate.

Homo in anima est ad imagi- nẽ Dei fa- ctus.

August. de Spi- ritu et Ani- ma cap. 1.

Anima ho- minis om- niũ rerum similitudi- nẽ in se ge- rit.

Deus om- nibus est capabilis et participabi- lis.

Essentia, Imago, & Munus in Trinitate diuina.

Vfus in munere, id est, spiritu sancto.

Spiritus sanctus munus patris

tris & filij, tris & filij munus, Ex ipso nimirum & omnis usus gratiæ, cum pas nobis qua- tre & filio. Ipse enim regit, & erudit, consolatur, & perducit Eccles si propior siam ad Christum, quam ipse simul sine macula & ruga iudicatus est. rus, tradet regnum Deo & patri. Sic à patre, per filium & Spiritum sanctum, uel potius in Spiritu, diuina ad nos descenderunt. Pater si quidem tradidit filium suum, quo redimeret seruos: misit Spiritum sanctum, quo seruos adopraret in filios. Filium dedit in precium redemtionis, Spiritum sanctum in priuilegium adoptionis, se denique totum seruat in hæreditatem adoptatis. Hactenus Augustinus, & eleganter quidem demonstrauit: in homine, uelut in speculo, diuinam sapientiam relucere, per quam facta sunt omnia: Immo totius

Philoso- Trinitatis signa quædam, & uestigia in ipso representari. Quod phorū fen- & Ethnici Philosophi cognouisse uidentur, qui & ipsi tale aliquid tētia de ho- in homine contemplati sunt, ut in Meditullio mundi positum, omni mine. nium quæ in mundo sunt participem, maximè autem in diuinam naturam transire dicunt, ac talem esse prædicant, ut quæ infra se sunt diligat, ipsa à superioribus diligatur, terram ipse colat, elementis uelocitate misceatur, acumine mentis in maris profunda descendat, omnia illi luceant: Cælum non uideatur altissimum, ut quod quasi proximum animi sagacitate intuetur. Intentionē eius aëris caligo non confundat: non densitas terræ operam eius impediatur: non altitudo aquæ profunda despectum eius obtundat, cuius sensus ex cunctis animalibus, ad diuinam Rationis intelligentiam exornet, erigat, atque sustollat: Vnde & magnum miraculum hominem, & animal adorandum, &

Mercurius honorandum appellat Mercurius ille Trismegistus. Deinde dicitur homo factus ad imaginem & similitudinem Dei, cum renouatur in nouitate mentis suæ. Sicut scriptum est: Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi. Et ut manifestum intelligatur, non secundum ueritatem peccati, quæ corrumpitur, sed secundum spiritualem conformationem factum esse hominem ad imaginem Dei, Apostolus monet, ut exuti consuetudine peccatorum, id est, ueteri homine, in Imago Dei duamur noua uita Christi, quem nouum hominem appellat: Et ut secundum doceat, nos hoc aliquando amisisse, renouationē illam uocat. Nam nouum hominem ita loquitur: Expoliantes uos ueterem hominem, cum actibus eius, induite nouum, qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius, qui creauit eum. Idem alibi, sed alijs uerbis exprimit Apostolus: Renouamini, inquit, spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, eum qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis. Hic dicitur, qui secundum Deum creatus est, quod superiori loco dictum est, secundum imaginem eius, qui creauit eum. Pro eo uero quod hic dicitur in iustitia & sanctitate ueritatis, alibi dicitur in agnitionem Dei. Filij ergo Dei sunt homines renouati, ad nes renoua eius imaginem, & ei similes facti, usque ad dilectionem inimici, Sicut ti. dominus

dominus dicit, diligere nos debere inimicos nostros, ut similes simus patri nostro, qui in cœlis est. Quod in potestate nostra, ab ipso esse positum, docet scriptura, cum dicit: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Atque hanc similitudinem, ad quam facti sumus, tum ipso etiam intuitu recipiemus, cum in hac uita renouati, tandem similes erimus ei, à quo facti sumus & beati: Apostolo dicente. Charissimi, filij Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus: Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Præterea imago Dei est in homine, ut unus factus sit quasi dominus, ex quo cæteri orientur, habens & imperium Dei, quasi uicarius eius. Nam qui Rationem & intellectum habet, simul etiam potestatem habet piscium maris, & ferarum, & omnis terræ & omnium reptantium, quæ repunt super terram. Cum enim dixisset Dominus Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: addidit continuo: Et habeat potestatem piscium maris & uolatilium cœli, &c. Ut intelligeremus non propter corpus dici hominem factum ad imaginem Dei, sed propter eam potestatem, quam ab anima & Ratione habet, & qua omnia pecora superat: omnia enim animalia cætera, subiecta sunt homini, non propter corpus, sed propter intellectum: quem nos habemus, & illa non habent. Quæ & ipsa similitudo est, qua per imitationē ad Deum accedimus, quia omnis Rex, eo quod iuste sibi subditos regit, bonitatem Dei imitatur, & ob id merito imago Dei dicitur. Ideoque mulier non est facta ad Dei imaginem. Sic etenim dicit scriptura: Et fecit Deus hominē, ad imaginem Dei fecit eum. Quo loco Apostolus hominem uirum accipit: Vir quidem ait, non debet uelare caput suum, quia imago & gloria Dei est, Mulier autem ideo uelat, quia non est gloria & imago Dei. Similitudo autem Dei hæc est in homine, ut sicut ex patre filius, sic ex homine mulier. In hoc planè dispar, quia hæc facta est, ille uero natus est. Nec contrarium huic est, quod in Genesi scribitur: Fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum, masculum & foeminam fecit eos, & benedixit eos. Quibus uerbis significari uidetur, etiam mulierem ad imaginē Dei esse factam. Nam quod paulo ante iam dictum est, id ad potestatem refertur homini à Deo collatam, quæ utique in uiro non in muliere est: Vnde & uelamentum capitis uiro adimit Apostolus, & idem mulieri tribuit. Qua sanè ratione uir imago Dei est, non mulier: quia uir dominatur, mulier paret. Et quia in illo dominatu, mulier uiri pars est, sed eadem tamen dominantis subiecta: ut in utroque tam uiro quam muliere tota substantia humanæ naturæ consistat, recte dictum est. Fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum, masculum & foeminam fecit eos. Ut scilicet significaretur, imaginem Dei in homine toto expressam, quatenus dominatum aliquem obtinet: Quatenus uero paret, Dei imaginem in eo

minime repræsentari, ut sic una imago Dei sit tota substantia hominis. Cum autem diuiditur, & pars una in alterius adiutorium distribuitur, tum in superiore, tanquam in qua tota substantia consistit: nō in inferiore, imago Dei designatur. Vnde quod ad mulierem solum attinet, ipsa non est imago Dei. Quod autē ad unum & solum uirum attinet, ipse est imago Dei: Quatenus autem ad utrumque coniunctim relatio fit, uterque quidem est imago Dei: sed quatenus quod in toto melius & diuinius est dominatur, non quatenus quod

Mens humana quatenus est imago dei. uilius est dominanti parer. Sicut et humana mens si tota contempletur ueritatem, imago Dei est: Cum autem ex ea distribuitur aliquid, & quadam intentione deriuatur ad actionem rerum temporalium, nihilominus ex qua parte ueluti dominans conspectam contulit ueritatem, imago Dei est: ex qua uero in agenda seruilia hæc & inferiora intenditur, non imago Dei est. Et quoniam quod magis se ad detecto de id quod æternum est extendit, tanto magis ad imaginem Dei formantur, minime cohibenda est, ut se inde contineat & temperet. Ideoque & apertum caput & minime uelatum habere debet. Rursus uero, quia rationali actioni, quæ in rebus corporalibus temporalibusque uersatur, periculosa est nimia in inferiora progressio: Merito eadem humana mens simul etiam habere debet potestatem super caput. Vnde & libertas illa & licentia cohibenda est, quæ quidem per uelamentum capitis designatur. Non igitur repugnant, quæ de imagine Dei in uiro simul & muliere sacra prodit historia: Et quæ Apostolus de imagine Dei in uiro, & nō eodem modo in muliere repræsentata, docuit. Siquidem ad superiorem illam partem mentis relatione facta, quæ nouus homo dicitur, eam uidelicet quæ imperat, & cælestibus se conformat in agnitione Dei, quæ quidem per uirum significatur, homo siue masculus siue foemina, ad similitudinē & imaginem Dei factus est. Sin uero ad inferiora hæc spectet, mens ueluti famula et subdita, quæ uetus homo uocatur, iam minime imago Dei dici potest: Vt quæ nihil quod diuinum est imitatur, sed ips tantum, quæ terrena sunt, subditam se esse demonstrat. Quod & idem Apostolus hijs uerbis declarat: Renouamini, inquit, spiritu mentis uestre, & induite nouum hominem, qui secundum Deum est creatus. Et alibi apertius: Exuentes uos, inquit, ueterem hominem cum actibus eius, & induite nouum, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. Si igitur spiritu mentis nostræ renouamur, & ipse est nouus homo, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum: nulli dubium est, non secundum corpus (neque enim Deus membrorum corporalium lineamentis circumscibitur atque diffinitur) neque secundum quamlibet animi partem, sed secundum rationalem mentem, ubi potest esse agnitione Dei, hominem factum esse ad imaginem eius, qui creauit eum. Secundum

Cur uiri de id quod æternum est extendit, tanto magis ad imaginem Dei formantur, minime cohibenda est, ut se inde contineat & temperet. Ideoque & apertum caput & minime uelatum habere debet. Rursus uero, quia rationali actioni, quæ in rebus corporalibus temporalibusque uersatur, periculosa est nimia in inferiora progressio: Merito eadem humana mens simul etiam habere debet potestatem super caput. Vnde & libertas illa & licentia cohibenda est, quæ quidem per uelamentum capitis designatur. Non igitur repugnant, quæ de imagine Dei in uiro simul & muliere sacra prodit historia: Et quæ Apostolus de imagine Dei in uiro, & nō eodem modo in muliere repræsentata, docuit. Siquidem ad superiorem illam partem mentis relatione facta, quæ nouus homo dicitur, eam uidelicet quæ imperat, & cælestibus se conformat in agnitione Dei, quæ quidem per uirum significatur, homo siue masculus siue foemina, ad similitudinē & imaginem Dei factus est. Sin uero ad inferiora hæc spectet, mens ueluti famula et subdita, quæ uetus homo uocatur, iam minime imago Dei dici potest: Vt quæ nihil quod diuinum est imitatur, sed ips tantum, quæ terrena sunt, subditam se esse demonstrat. Quod & idem Apostolus hijs uerbis declarat: Renouamini, inquit, spiritu mentis uestre, & induite nouum hominem, qui secundum Deum est creatus. Et alibi apertius: Exuentes uos, inquit, ueterem hominem cum actibus eius, & induite nouum, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. Si igitur spiritu mentis nostræ renouamur, & ipse est nouus homo, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum: nulli dubium est, non secundum corpus (neque enim Deus membrorum corporalium lineamentis circumscibitur atque diffinitur) neque secundum quamlibet animi partem, sed secundum rationalem mentem, ubi potest esse agnitione Dei, hominem factum esse ad imaginem eius, qui creauit eum. Secundum

Qua ratione homo ad similitudinē & imaginem Dei factus est. Quæ terrena sunt, subditam se esse demonstrat. Quod & idem Apostolus hijs uerbis declarat: Renouamini, inquit, spiritu mentis uestre, & induite nouum hominem, qui secundum Deum est creatus. Et alibi apertius: Exuentes uos, inquit, ueterem hominem cum actibus eius, & induite nouum, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. Si igitur spiritu mentis nostræ renouamur, & ipse est nouus homo, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum: nulli dubium est, non secundum corpus (neque enim Deus membrorum corporalium lineamentis circumscibitur atque diffinitur) neque secundum quamlibet animi partem, sed secundum rationalem mentem, ubi potest esse agnitione Dei, hominem factum esse ad imaginem eius, qui creauit eum. Secundum

Quæ terrena sunt, subditam se esse demonstrat. Quod & idem Apostolus hijs uerbis declarat: Renouamini, inquit, spiritu mentis uestre, & induite nouum hominem, qui secundum Deum est creatus. Et alibi apertius: Exuentes uos, inquit, ueterem hominem cum actibus eius, & induite nouum, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. Si igitur spiritu mentis nostræ renouamur, & ipse est nouus homo, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum: nulli dubium est, non secundum corpus (neque enim Deus membrorum corporalium lineamentis circumscibitur atque diffinitur) neque secundum quamlibet animi partem, sed secundum rationalem mentem, ubi potest esse agnitione Dei, hominem factum esse ad imaginem eius, qui creauit eum. Secundum

Quæ terrena sunt, subditam se esse demonstrat. Quod & idem Apostolus hijs uerbis declarat: Renouamini, inquit, spiritu mentis uestre, & induite nouum hominem, qui secundum Deum est creatus. Et alibi apertius: Exuentes uos, inquit, ueterem hominem cum actibus eius, & induite nouum, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. Si igitur spiritu mentis nostræ renouamur, & ipse est nouus homo, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit eum: nulli dubium est, non secundum corpus (neque enim Deus membrorum corporalium lineamentis circumscibitur atque diffinitur) neque secundum quamlibet animi partem, sed secundum rationalem mentem, ubi potest esse agnitione Dei, hominem factum esse ad imaginem eius, qui creauit eum. Secundum

secundum hanc igitur renouationem, efficitur etiam filij Dei per baptismum Christi, & induentes nouum hominem, Christum utique induimus per fidem. Quis est igitur, qui ab hoc consortio foeminas alienet: cum sint nobiscum gratiæ cohæredes? Et alio loco idem Apostolus dicit: Omnes enim filij Dei estis per fidem in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis, Non est iudæus, neque Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque foemina: omnes enim uos unum estis in Christo Iesu. Nunquid nam igitur omnes fideles foeminae, sexum corporis amiserunt? sed quia ibi renouantur ad imaginem Dei, ubi sexus nullus est: ibi factus est homo ad imaginem Dei. Vbi sexus nullus est, hoc est, in spiritu mentis suæ. Cur ergo uir non debet caput uelare, quia imago est & gloria Dei: mulier autem debet, quia gloria uiri est, quasi mulier non renouetur spiritu mentis suæ, qui renouatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creauit illum? sed quia sexu corporis distat a uiro, rite potuit in eius corporali uelamento figurari pars illa rationis, quæ ad temporalia gubernanda deslectitur, ut non maneat imago Dei, nisi ex qua parte mens hominis æternis rationibus conspiciendis uel consulendis adhæserit: quam non solum masculos, sed etiam foeminas habere manifestum est. Ergo in eorum mentibus communis natura cognoscitur: in eorum uero corporibus, ipsius unius mentis distributio figuratur.

De corporalibus Dei imaginibus. Cap. III.

Postremo sunt & imagines corporales, quibus & Deus, & aliae cœlestes & incorporeae substantiae, mortalibus repræsentantur: non quidem naturali similitudine (Quæ enim similitudo esse potest inter ea, quæ natura prorsus sunt diuersa: maxime uero eius quod est incorporeum & inuisibile, relati ad id, quod est corporeum & sensu humano perceptibile: sed ex diuina institutione. Neque enim imago aliqua corporea esse potest, quæ uel Deum, uel aliam incorpoream substantiā, per aliquam similitudinem corporalem, humano sensui repræsentare possit. Si quidem de Deo scriptum est: Regi autem sæculorum, immortalis, inuisibili, soli Deo honor & gloria, in sæcula sæculorum: Et illud aliterum: Beatus & solus potens, Rex Regum, & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat in accessibili: quem nemo hominum uidit, sed nec uidere potest. Item: Deum nemo uidit unquam. Et iterum: neque uocem eius audiistis unquam, neque speciem eius uidistis. Neque uero si Prophetæ, & aliqui Apostolorum Deum se uidisse testantur, id ita accipiendum est, quasi eius substantiam sensu corporali perceperint: Sed quod uel per imaginationem aliquam a rebus corporeis, per sensum in intellectum ueluti derunt.

Quid significat corporale uelamentum mulieris.

Deus incorporeus & inuisibilis. 1. Timoth. 1. Vide Epistolam Augustini 12. quæ est ad Paulinum. 1. Timoth. 6. Ioan. 1. Quomodo Prophetæ Deum ueluti

Iuti uehiculo quodam deductam, uel signum aliquod corporale ad hoc diuinitus institutum, præsentiam Dei, & ipsius operationem perceperint, & ob id laudem ei dixerint. Quod grauiter admodum loannes Chryostomus, illud Ioannis explicans: Deum nemo uidit unquam, sed unigenitus filius etc., discussit. Quid igitur inquit, dicemus clarissimo Prophetæ Esaiæ? cum inquit, Vidi dominū in throno altissimo sedentem. Quid Ioanni? de eo testimoniū perhibenti. Quod hæc dixit, quando uidit gloriam eius, & de eo loquutus est. Quid Ezecheli, etenim ipse quoque super Cherubim eum sedentem uidit? Quid præterea Danieli dicenti? Antiquus dierum sedit, Quid ipsi Moyfi: Ostende mihi gloriā tuam? Iacob etiam, ab hoc appellationē accepit, cum Israël uocatus est, quod Deum uiden s interpretatur, Nec non & alij ipsum uiderunt. Quid Ioannes: Deum nemo uidit unquam? Ut ostendat, illa omnia permissionis fuisse, non ipsius puræ substantiæ. Nam si ipsam uidissent, nulla ex parte differentem uidissent, quippe quæ simplex & pura est, non composita, non descriptibilis, non iacet, non stat, non ambulat: hæc omnia corporis sunt officia. Quomodo autem sit, ipse nouit solus. Quod per Prophetam significauit: Ego uisionem multiplicauit, & in manibus Prophetarum asimilatus sum, hoc est, permisi, non tamen quod eram me ostendi. Cum enim filius, uera carne accepta, uenturus esset in mundum, multo antè sanctos uiros, ad diuinæ substantiæ uisionem Dei sub- exercuit: ita ut uidere poterant. Nam id quod est Deus, non mo- stanūa ne do Prophetæ non uiderunt, sed neque angeli, neque Archangeli: sed si angeli qui eos percontaberis, nihil ab his de Dei substantia audies, sed tantum: dem uide- Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Si Cherubin & Seraphin, sanctificationis laudem audies, plenum esse cœlum & terram gloria eius. Si supernas uirtutes, tibi item respondebunt, sibi unum opus esse, ut Deum laudent: Laudate Filium & te eum, inquit, omnes uirtutes eius. Solus autem ipsum uidet filius, & Spiritus sanctus. Quod si omnis natura creata est, qua nam uident deū perfecte, ratione uidere poterit increatum? Et si incorporeā uirtutem, quam uia cōpre- uis genitam, non possumus manifeste conspiciari, & hoc sæpenumero in Angelis ostensum est: multo minus incorpoream, & ingenitā hensionis. substantiam. Quare Paulus: Quem, inquit, uidit nemo hominum, neque uidere potest. Soli ne igitur patri hoc præcipuum inest, non autem filio? Audi etiam hac in parte, quid superius dicat, qui est imago Dei inuisibilis, qui autem inuisibilis imago est, ipsum quoque inuisibilem esse necesse est: aliter nõ esset uera imago. Propterea inquit, Qui manifestatus est in carne. Manifestatio autem per carnem non significat substantiam. Nam quod ipse inuisibilis sit, non solum hominibus, sed & supernis uirtutibus. Cum dixerit Paulus manifestatum esse in carne, subdidit, uisum ab Angelis. Ergo ex quo carnem induit,

induit, antea non uidebatur, cum ipsis quoque inuisibilis esset substantia. Quamobrem, inquit, nolite despiciere unum ex his minutis: Dico enim uobis quod angeli eorum, semper uident faciem patris mei, qui est in cœlis. Quid ergo? faciem Deus habet, & cœlo circumscribitur? sed nemo ea agitur infania, ut hæc dixerit. Quæ nam ergo ea sententia, quæ & in loco illo: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt? Cogitationem nanque atque imaginationem, quam pro uiribus nostris de Deo capimus, eam uisionem appellat. Neque aliter de angelis intelligendum est, propter puram ipsorum et nullo sono obnoxiam naturam, cum nihil aliud quam Deum semper merite agitent. Propterea Christus: Nemo, inquit, cognoscit patrem, nisi filius. Quid inquam, num omnes in ignorantia uiuimus? Absit: Sed nemo ita cognouit patrem, ut filius. Ut igitur multi, quisque pro captu suo, ipsum uiderunt, substantiam autem nemo uidit: sic multi Deum cognoscimus, non tamen ipsam substantiam qualis est, nisi solus eius unigenitus, qui certam notionem, uisumque, & comprehensionem habet, qualem filium de patre habere par est. Sicut enim cognoscit me pater, inquit, & ego cognosco patrem. Hactenus Chryostomus, uerbis quidem aliquantò prolixioribus, sed cuius sententiam paucissimis exprimere possumus: ut dicamus, uisionem Dei esse duplicem, comprehensionis & beatificam. Et illa quidem Deum à solo filio & Spiritu sancto: hæc uero etiam ab angelis & beatis hominibus uideri. Etsi autem substantiam Dei, nemo mortalium, immo & ne angelorum quisquam uisione comprehensionis uidere possit, ut quod est uni & soli filio datum: Tamen ipsius sempiternam uirtutem, & diuinitatem, & inuisibilia ipsius à creatura mundi, per signa aliqua corporea, ab ipso instituta, & ea quæ ab ipso creata sunt, conspiciere possumus. Sic Deus interdum sub humana forma se hominibus uidentem exhibuit. Quemadmodum Deum in Paradiso deambulantem, cum homine, quem de limo finxerat, loquutum legimus. Quæ quidem ambulatio & colloquutio, non alia intelligi potest, quam quæ in specie humana facta est. Neque enim dici potest, uocem solam factam, ubi deambulasse dictus est Deus: aut eum qui deambulabat in loco, non fuisse uisibilem, cum & Adam dicat, quod absconderit se à facie eius. Sic Deus in specie trium uirorum apparuit Abraæ, in conualle Mambrae, sedenti in ostio tabernaculi sui, in feruore diei, quibus & inuitatis, hospitioque susceptis, & epulantibus ministravit. Idem in Sodomis, in duobus Angelis, sub creata & sibi subiecta specie, apparuit Loth: iusto illi uiro, qui de Sodomorum incendio meruit liberari: quibus & in domum suam ingressis, conuiuium fecit, coxit azyma, & comederunt. Sic Moyses, qui ad populum ex Aegypto ducendum missus est, in flamma ignis de Rubo apparuit, quia cum uidisset, quod in rubo ignis arderet, ardente.

hilis est factus & angelis & hominibus. Matth. 18.

Matth. 5.

Nemo ita cognoscit patrem, sicut filius.

Duplex Dei uisio.

Deus sub forma humana alius quando uisus est.

Gen. 3. August. lib. 2. de tri. cap. 10.

Gene. 18.

Gen. 19.

Exod. 3.

Deus à Moysè uisus in rubo

arderet, rubus uero non combureretur: Ibo, inquit, & uidebo uisum istud, quod tam magnum uidi, quia non comburitur rubus. Cum ergo uidit dominus, quia uenit uidere, clamauit ad eum Dominus de rubo dicens. Ego sum Deus patris tui, Deus Abraam, Deus Isaa

Exod. 13. ac, & Deus Iacob. Sic in exitu filiorum Israel de Aegypto, scriptum est. Deus autem praebat illos, die quidem in columna nubis, & columna nubis ostendit illis uiam: nocte autem in columna ignis, & non deficiebat columna nubis die, & columna ignis nocte, ante populum. Vbi nemo dubitat, per subiectam creaturam, eandemque corpoream, non per suam substantiam Deum oculis apparuisse mortalium. Simile

Exod. 19. 20. est, quod iterum in Exodo scribitur: Synai autem mons fumabat totus, propterea quod descendisset Deus in igne in eum, & ascendebar fumus tanquam fumus fornacis: Et mente confusus est omnis populus uehementer. Fiebant autem uoces tubae prodeuntes, Moyses loquebatur, & Deus respondebat fortiter uoce. Et aliquanto post, Aspectus maiestatis domini, tanquam ignis ardens, super uerticem montis, coram filiis Israel. Et iterum data lege in decem preceptis, dicitur: Et omnis populus uidebat uoces & lampades, & uoces tubae, & montem fumantem. Et paulo post: Et stabat omnis populus a longe, Moyses autem intrauit in nebulam, ubi erat Deus, & dixit Dominus ad Moysen, &c. Nam & hic fumus, ignis, nubes & nebula,

Signa Dei minus ad Moysen, &c. Nam & hic fumus, ignis, nubes & nebula, corporea signa sunt corporea & uisibilia, per quae Deus inuisibilis, se hominibus uoluit exhibere. Sic & Prophetis uisus est Deus, per signa corporalia. Aspiciebam, inquit Daniel, donec throni positi sunt, & uertus dierum sedebat: & indumentum eius, quasi nix, album, & capillus capitis eius, quasi lana munda: Thronus eius flamma ignis: rotae eius ignis flagrans, & flumen ignis transibat in conspectu eius, & mille millia deseruiebant ei, & dena millia denum millium assistebant ei: Et iudicium collocauit, & libri aperti sunt, &c. Et paulo post: Aspiciebam, inquit, in uisu noctis, & ecce cum caeli nubibus, quasi filius hominis ueniens erat, & usque ad ueterem dierum peruenit: & oblatus est ei, & ipsi datus est principatus, & honor, & regnum, & omnes populi, tribus & linguae, ipsi seruient: potestas eius, potestas aeterna, quae non praeteribit: & regnum eius, quod non corrumpatur. Vbi & pater dans, & filius accipiens, regnum sempiternum: Ambo uisibili specie conspectui Prophetae ostenduntur. Similis prope

Imago corporea Dei. uisibili specie conspectui Prophetae ostenduntur. Similis prope modum imago fuit, qua Deus Ioanni in Apocalypsi apparuit: Et conuersus, inquit, uidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, uestitum podere, & praecinctum ad mammillas zona aurea. Caput autem eius & capilli erant candidi, uelut lana alba, & tanquam nix, & oculi eius tanquam flamma ignis, & pedes eius similes aurichalco: sicut in camino ardenti. Sicut & in nouo testamento Spiritus sanctus, tanquam columba,

Imago corporea Spiritus sancti. Sicut & in nouo testamento Spiritus sanctus, tanquam columba,

Imago corporea Spiritus sancti. Sicut & in nouo testamento Spiritus sanctus, tanquam columba,

columba, in Christum iam a Ioanne baptizatum descendit. Sic in Act. 2. Apostolos dispersit in linguis: in specie ignis. Christus autem, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo: humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Atque ex his omnibus, & alijs similibus scripturis (quarum aliae quaedam ad totam Trinitatem, aliae autem singulariter ad singulas personas Trinitatis, omnes uero ad immortalem & inuisibilem Deum communiter referuntur) liquido iam cognoscimus Deum: Et si nullo sensu corporeo, secundum incommutabilem substantiam eius uideri possit, tamen per creaturas ei subiectas, non quidem proprie, sicuti est, sed significatiue, sicut pro rerum causis & temporibus constituit, mortalium conspectui representari. Ad quem sane modum, etiam imago Dei per artem exprimenda est, nempe ad similitudinem eorum signorum, quibus se Deus olim patribus demonstrauit. Quod & uniuersa hactenus Ecclesia, Spiritu sancto ductore atque magistro, prouidentissime custodiuit, quippe quae Deum patrem, humana specie: quemadmodum Adae in Paradiso apparuit, & qualem fere Daniel Propheta sibi uisum esse pronunciat. Spiritum sanctum in forma columbae & ignis. Filium uero, in ea specie, quam homo factus: in utero uirginis suscepit, & qua Deum se & hominem, hominibus conspiciendum exhibuit.

De mystica significatione Membrorum Dei, aliorumque quae ad humanam formam pertinentia, Deo in scripturis sanctis tribuuntur. Cap. IIII.



Neque uero ea tantum ratione in humana specie pingitur Deus, quia in ea forma patribus olim apparuit, sed etiam, quia tamen incorporeus sit, inuisibilis, incomprehensibilis, incommutabilis, & infinitus: tamen in libris sanctis, membra Domini, aliaque quae ad formam humanam pertinent, reperiuntur. Vt oculi Domini, os Domini, manus pedesque Domini, uestimenta Domini, arma Domini, et si qua sunt similia. Sed quoniam hic non solum caeremonias sacras, sed etiam mysticas earum significationes describimus: recte conueniet, ut & membrorum Dei, aliorumque, quibus in humana forma Deum, mortalium oculis representamus: figuralem expositionem referamus. De qua re tamen multa, apud Sanctos patres, sed sparsim, scripta reperiantur: tamen omnia, elegantissimo ordine, in unum uelut fasciculum collecta, auctore S. Augustino. Sicut & in nouo testamento Spiritus sanctus, tanquam columba,

Imagines Dei etiam per artem in Ecclesia factae.

Membra humani corporis Deo mystice tributa.

Eucherij liber, qui falso attribuitur S. Augustino.

inentia, Deo in scripturis sanctis tribuuntur: & si inter opera Augustini, sub titulo: De Essentia Diuinitatis, impressam reperiamus. Et Erasmus ex facilitate styli subodorans non esse Augustini, eundem Hugoni Victorino ascribat: Tamen hunc nobis scrupulum eximit, quod is totus liber, de Essentia diuinitatis, in duobus primis capitibus, Libri de formulis spiritualibus Eucherij, ad uerbum refertur: Ut iam non opus sit, eum ipsum ex coniecturis, illi uel alij ascribere: cum ipsum iam certum & uerum authorem habeamus, quem iniquum est, laborum suorum memoria & honore defraudare. Eucherius itaque, mysticas significationes membrorum Dei, aliorumque quae ad humanam formam pertinentia, Deo ascribuntur, ad hunc modum explicat. Vbicunque, inquit, sacra scriptura, sparsim per

Eucherius in libro formularum spiritualium ca. 1. & 2.

diuinos libros, in Deo motus animae, seu humana membra describit, id est, caput, capillos, oculos, palpebras, aures, & cetera membra: siue motus animae, id est, iram, furorem, obliuionem, poenitentiam, recordationem, & alia his similia: non carnaliter iuxta historiam, à recte intelligentibus scienda sunt, (sicut à Iudaeis, & plerisque haereticis carnaliter sapientibus, qui Deum corporeum atque localem opinantur) sed spiritualia omnia de eo intelligenda & confitenda sunt. Si quis Deo humana membra, seu motus animae, more humano, inesse

Quid per caput Dei intelligitur.

credit: procul dubio Idola fabricat in corde suo. Igitur, ut dictum est, figurat in Deo caput esse legimus, ipsam Essentiam Diuinitatis eius, quae praecedat, & cui omnia sunt subiecta, intelligere debemus.

Quid per capillos.

Capillos uero capitis eius, sanctos Angelos, seu uirtuosos electos typice accipi oportet. De quo in Sacramento libri Danielis, scriptum est: Aspicebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius quasi nix candidum, & capilli eius capitis, quasi lana munda. Hoc enim significat per uestimenta candida Dei, quod & per capillos capitis eius, sanctos uidelicet Angelos, & multitudinem Sanctorum dealbatorum. Vel certe ideo capilli lanae munda comparantur, ut per hoc antiquus dierum credatur esse.

Quid per oculos.

Oculos dicitur Deus habere, pro eo, quod omnia uidet, & nihil eum latet, in cuius conspectu (ut ait Apostolus) nulla creatura inuisibilis est: Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Aliter uero res Hebr. 4. spectus gratiae eius intelliguntur: ut est illud in Psalmo: Oculi Domini super iustos. Item aliter, Oculi Domini praecipua eius, per quae nobis lumen scientiae subministratur, accipiuntur: ut est illud in Psalmo: Praeceptum Domini lucidum illuminans oculos. Palpebrae Domini, occulta & incomprehensibilia iudicia eius, siue spiritualis in diuinis libris: eius locutio innuitur. De quibus occultis & incomprehensibilibus Sacramentis atque iudicijs, in Psalmo: Palpebrae eius interrogant filios hominum, id est, probant. Aures habere dicitur Deus, propterea quod omnia audit, & nihil eum in silentio latet. De quo

Quid per Palpebras.

Quid per aures.

Deus, propterea quod omnia audit, & nihil eum in silentio latet. De quo

quo in libro Sapientiae scriptum est: Auris coeli audit omnia, & tu multus murmurantium non abscondetur. Nares Dei, est inspiratio eius in corda fidelium: ut illud in libro Regum. Ascendit fumus de naribus eius, id est, lachrymosa compunctio poenitentium: inspiratio eius. Facies Dei, cognitio est diuinitatis eius ad omnes: de qua cognitione in Psalmis scriptum est: Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus, hoc est, dona nobis cognitionem tuam. Quam cognitionem per filium hominis, hominibus innotuit: ipso dicente in Euangelio: Nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.

Aliter uero facies Dei significat inuisibilem essentiam diuinitatis filij Dei: de qua ipse Dominus ad Moysen per angelum respondens ait: Posteriora mea uidebis, faciem autem meam uidere non poteris.

Ac si diceret, Diuinitatem autem meam uidere non poteris. Os Dei filius patris, id est, Christus Dominus: pro quo Hieremias Propheta, ex persona Iudaeorum effatus est: Quia os eius ad iracundiam prouocauimus. Aliter uero os eius, sermo eius siue iusio accipitur:

De quo sermone Domini Esaias Propheta ait: Os Domini locutum est hoc. Verbum Dei filius Dei patris, per quem omnia facta sunt. De quo in Psalmo: Verbo Domini caeli firmati sunt. Et alibi, Misit uerbum suum, & sanauit eos. Et in Euangelio secundum Ioannem, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum.

Lingua Dei mystice significat Spiritum sanctum, per quem Deus pater secretum suum manifestauit hominibus. Vnde in Psalmo: Lingua mea calamus scribae, uelociter scribentis. Labia Dei mystice, utriusque testamenti consonantia intelliguntur: De quibus

duobus testamentis, in Prouerbijs scriptum est: In iudicio non errauit os eius. Brachia Dei patris, filius eius, & Spiritus sanctus intelliguntur, sicut est illud in Esaias: Et brachia mea populos iudicabunt.

Brachium Dei singulariter, filius accipitur: De quo Hieremias ad ipsum ait: Et nunc Domine Deus, qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti: in manu forti, in brachio extento. Idcirco autem filius Dei Patris brachium dicitur, quia creatura electa ab ipso continetur.

Dextera Dei patris, unigenitus filius accipitur, de quo in Psalmo ex persona hominis assumpti: Dextera, inquit, Domini fecit uirtutem. Aliter uero, Domini dextera gloriam signat patris, & aeternam beatitudinem. De quo in Psalmo, ex persona patris ad filium: Sede à dextris meis. Dicitur autem & dextera Dei, omnis electa creatura, in caelo & in terra: sicut per sinistram eius intelligitur reprobata creatura, id est, daemones, & impij omnes, qui ad leuam positi, aeterna supplicia sustinebunt.

Manus Dei patris, filius eius accipitur, pro eo quod per ipsum facta sunt omnia, sicut est illud in Esaias: Omnia haec manus mea fecit, & facta sunt omnia. Aliter uero manus Dei, eius potestas intelligitur: De qua potestate in Hieremias

Quid per dexteram.

Quid per manum.

Quid per manum.

miæ libro Prophetæ: Sicut lutum in manu figuli, sic uos in manu mea domus Israël. Item manus Domini, flagellum accipitur: de cuius percussione, in Sophonia Propheta, scriptum est: Extendam manum meam super Iudam, & super habitantes Israël, & disperdam de loco reliquias Baal. Pro qua Domini percussione beatus Iob de se. **Quid per metipso ait:** Manus Domini tetigit me. **Digitus Dei singulariter digitum.** Spiritus sanctus accipitur, à quo Spiritu sancto, lex duabus in tabulis lapideis: in monte Synai scripta narratur. Ipse scripsit, qui scribenda dictauit, id est, Spiritus sanctus, de quo Dominus in Euangelio: Si ego, inquit, in digito Dei eicio Dæmonia. Quod alius Euangelista declarans ait: Si ego in Spiritu Dei eicio dæmonia. Sicut enim digitus cum manu uel brachio, manus uero uel brachium cum corpore unum sunt in natura: ita pater & filius, & Spiritus sanctus, tres quidem personæ sunt, una autem substantia diuinitatis. **Digitus Dei pluraliter, sancti intelliguntur Prophetæ, per quos Spiritus sanctus, liberos legis ac Prophetarum, sua inspiratione describit.** De quibus in Psalmo scriptum est: Videbo cælos tuos opera digitorum tuorum: Per cælos enim, libros legis ac Prophetarum: per digitos uero, sanctos. **Quid per imaginem.** (ut dictum est) Prophetas mysticè insinuari certum est. Imago Dei patris inuisibilis, unigenitus filius eius est. De quo Apostolus: Imago Dei inuisibilis. Aliter namque est imago Dei patris in filio suo, quem non aliunde, sed ex semetipso, hoc est ex substantia sua, per omnia sibi similem genuit & æqualem. Aliter uero anima hominis, quam non ex se, id est, de sua substantia (sicut plerique hæretici opinati sunt) genuit, sed ex nihilo creauit: Sicut aliter imago est cuiuslibet Regis in filio eius, quem ex semetipso sibi similem genuit, id est, homo hominem. Aliter uero in anulo eius, siue in cera imago eius impressa, quæ non est quod & ipse: sicut filius, qui naturaliter hoc est, **Quid per quod & pater.** Cor Dei patris, arcanum sapientiæ eius mysticè innuit, ex quo uerbum, id est, filium suum impassibiliter genuit, sine initio, ipso dicente per Prophetam: Eruclauit cor meum uerbum bo- **Quid per num.** Alas habere dicitur Deus, pro eo quod more auis electos suos tanquam pullos sub se colligit & fouet: & ab insidijs diaboli, & malorum hominum protegit. Vnde Propheta ait: Sub umbra alarum tuarum protege me. Scapulas habere dicitur Deus, quia in scapulas, firma membra Ecclesiæ, quasi in scapulis suis portat. De quo in Psalmo: Scapulis suis obumbravit tibi. **Quid per uentrem & per uterum.** Venter, secreta origo substantiæ eius accipitur. Vnde in Psalmo: Ex utero ante lucem genui te. Aliter, uterus eius incomprehensibilia iudicia eius, quæ rimari nequeunt, mysticè insinuantur: De quo occulto iudicio eius, in libro beati Iob scriptum est. De cuius utero egressa est glacies, & genu de cælo quis genuit? **Quid per posteriora.** Posteriora, filij Dei incarnatio accipitur, de qua posteriori parte filius in monte Synai ad Moysen, per angelum

angelum loquens ait: Posteriora mea uidebis, faciem autem meam uideri non potes. **Pedes Dei, stabilimentum uirtutis eius, eod quod ubique præsens, & uniuersa illi sunt subiecta: ipso dicente per Esaiam: Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Aliter pedes filij Dei incarnatio intelligitur, quæ diuinitati subiecta est tanquam capiti pedes.** Sicut per caput diuinitas, ita per pedes humanitas eius exprimitur, De qua humanitate in Exodo scriptum est: **† Videre Dominum Iesum, hic est Moyses & Aaron, Nadab & Abihu, & 70. de senioribus.** Sub pedibus, quasi lapides Saphiri, & quasi cæelum cum serenum est. Sicut autem per lapidem Saphirum cælestes creaturas, uel sanctos angelos: ita per cæelum serenum, sanctam Ecclesiam electorum, ex hominibus assumptam, figuratiter demonstrare uoluit: super quas duas creaturas homo assumptus filius Dei in perpetuum regnat: De quo in Psalmo: Omnia inquit, subieci sub pedibus eius. Aliter autem pedes Domini, id est, Iesu Christi, significant sanctos prædicatores. De quibus in Deuteronomio scriptum est: Qui appropinquant pedibus eius, accipient de domo cælestis. Vestimentum filij Dei, aliquando caro eius, quæ à diuinitate assumpta est, à diuinis libris figuratiter accipitur, de quo in dicitur: **† Ascendens in cælum, sedens ad dexteram patris, & 70. de senioribus Israël, et uiderit Deum sub pedibus eius &c.** Rursum uestibus de Bosra. Rursum uestimentum eiusdem Domini, sancta accipitur Ecclesia, quæ per fidem & dilectionem ei coniuncta est, De quo in Psalmo scriptum est: Dominus regnauit, de corem induit. Et in alio Psalmo, ad ipsum dominum: Confessionem & decorem induisti: amictus lumine sicut uestimento. **Quid per Christi, iam dicta Ecclesia intelligitur, De quo in libro Genesi scriptum est: Lauit in uino stolam suam, hoc est, in sanguine passionis carnis suam, & in sanguine uuæ pallium suum, id est, Ecclesiam suam.** **Quid per eius, quam ex mortalitate humani generis assumere dignatus est: De calciamentis qua incarnatione sua, ipse per Prophetam in Psalmo ait: In Idumeam extendam calceum meum, id est, in plebem gentilium manifestabo incarnationem meam.** Gressus, aduentus filij Dei in mundum, & regressio eius ad patrem, de quibus Psalmus ait: **† Visti sunt gressus tui Deus, gressus Dei mei: regis mei, qui est in sancto. De cælo uenit in uterum uirginis, De utero uero nascendo positus in præsepio, Postquam omnia impleuit, pro quibus à patre missus uenerat, appensus est in ligno crucis: de cruce autem depositus, secundum corpus sepultus est, secundum uero animam, ad inferna descendit. Tertia autem die, per potentiam suæ diuinitatis, carnem suam de sepulchro suscitauit, & post diem Resurrectionis suæ 40. die, uidentibus Apostolis, ascendit in cælum, & sedet ad dexteram patris, id est, in gloria sua. Hij sunt enim gressus filij Dei, iste est descensus & ascensus eius,**

Ascendere. eius, qui frequenter in scripturis sacris legitur. Ascendere dicitur Deus, cum filius carnis ex nobis assumptam, in cœlum, ueluti captiuam, duxit, Sicut est illud in Psalmo: Ascendit in altum captiuam duxit captiuitatem: quia naturam humani generis, quæ a diabolo in mundo captiua retinebatur, assumens secum in cœlum, ubi nunquã antea fuerat: tanquam captiuam deportauit. **Abfcondere.** faciem legitur, cum quibusdam eorum exigentibus culpis, cognitio- nem suam abfcondit. Sicut in populo Iudæorum nunc impletum esse uidemus: quia negantes filium Dei, scientiam ueri Dei ita perdid- runt, ut similes forent gentibus, quæ Dominum non nouerunt. **Ostendere.** ostendere dicitur Deus faciem, cum respectu gratiæ suæ, quibus uult, scilicet electis suis: se ipsum in corda eorum occulta inspiratione insi- nuat, & ad diligendum se amorem suum infundit. **Sedere.** Sedere dicitur, non corporaliter humano more, sed potentialiter super omnẽ crea- turam rationaliter præsidere: ut est illud in Psalmo: Regnauit do- minus super omnes gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam. Sedere etiam Deus dicitur super Cherubin, qui interpretatur multi- tudo seu plenitudo scientiæ, per quod significantur Sancti angeli, siue mentes spiritualium uirorum: in quibus Deus inuisibiliter præ- sidet & regnat. In illis enim sedet, qui scientia eius & dilectione pleni sunt. In prouerbis quippe Salomonis scriptum est: Anima eius se- des sapientiæ: sapientia uero Dei patris, Christus est, qui in animis Sanctorum dicitur sedere. **Descendere.** Descendere Deus in mundum dicitur, quando aliquid nouum, quod antea non fuerat, in creatura huma- na operatur. Sicut filius Dei descendisse narratur, quando ueram car- nem, ex Maria uirgine, propter redemptionem nostram suscepit: & dicit filius Dei. **Quomodo descendit filius Dei.** uerus homo fieri dignatus est, non amittendo quod erat, sed assu- mendo quod non erat. De cuius descensione, id est, incarnatione, in Psalmo scriptum est: Et inclinauit cœlos & descendit, & caligo sub pe- dibus eius. Cœlos inclinauit, qui ante aduentum prænuncios An- gelos siue Prophetas misit, ut eius aduentum hominibus annuncia- rent. Caligo sub pedibus eius fuit, quia impij homines, ob suam ma- litiam, incarnationem eius agnoscere non potuerunt, sed neq; ad- stare, huc possunt. **Stare.** Stare dicitur Deus, cum nos infirmos, id est, suam creaturam ad poenitentiam & conuersionem patienter sustinet, ut est illud in Abacuc Propheta: Stetit & mensus est terram, & dissolu- it, id est, stetit ad superueniendum: & dissoluit credentes in se, a uin- culis peccatorum. **Transire.** Transire dicitur Deus, cum de cordibus quo- rundam hominum, in quibus ante per fidem credebatur, postea sub- repente perfidia, uel quolibet delicto, ab eis recedit, & ad alios tran- sit: Quemadmodum de Iudæis ad gentes, de hæreticis ad Catholi- cos, seu de quibuslibet irreligiosis ad religiosos. **Recedere.** Recedere dicitur Deus, & ad alios transire: quod non localiter, aut uisibiliter, sed inuisibiliter,

uisibiliter, occultoq; iudicio, ac iusto facere aliquid consueuit. **Ambulare.** Ambulare dicitur Deus, non de loco ad locum transeundo, quia impi- um est ita credere, sed ambulatio eius in cordibus Sanctorum dele- ctatio est: Sicut scriptum est. Et inhabitabo in eis, & ambulabo in- ter eos, & ero illorum Deus. Vel certe ambulare Dei est in Sanctis prædicatoribus suis, de loco ad locum transire. **Loqui.** Loqui uisibiliter sine sono uocis, uel quolibet strepitu, occulte mentibus Sanctorum uoluntatem suam atq; rectum intellectum inspirare: seu futura, sicut in Sanctis Prophetis, reuelare. Quæ locutio Dei, ut qui- dam uolunt, tribus modis accipitur. Primo nanq; modo per subie- ctam creaturam, sicut ad Moysen in rubo apparuit: Vel sicut ad Abraam, atq; Iacob, & cæteros Sanctos, quibus in Angelis appare- re dignatus est. Secundo uero modo in somnis, sicut Iacob & Za- chariæ Propheta, & Ioseph sponso Mariæ, & Sanctis alijs, quibus secretum suum reuelare uoluit. Tertio autem modo, neq; per crea- turam uisibilem, neq; per Angelum, sed occulta tantum inspiratione inuisibiliter corda suorum tangendo, loquentes efficit. Quemadmo- dum in libris Prophetarum scriptum est: cum ipsi Propheta subito afflati spiritu diuino, exclamabant: Hæc dicit Dominus. **Uidere.** Uidere Dei, est acta bona approbare, sicut est illud in Genesi: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona, id est, intelligentibus bona demonstrauit. Aliter uidere Dei, est mala hominum sciendo re- probare: Sicut est illud in Esaiâ Propheta: Et uidit Deus, & malum apparuit in oculis eius. Item aliter uidere Dei est, nos uidentes facere, ut est illud in Psalmo: Proba me Deus, & scito cor meum: & c. Et uide- de si uia iniquitatis in me est. Modus iste loquutionis, etiam in libro beati Iob similiter reperitur: Vbi de sapientia Dei Patris, per quam plurima insignia loquutus est, de Patre adiecit: Tunc uidit illam, & enarrauit, & inuestigauit, & præparauit: id est, uidentes fecit, & præ- dicantes & inuestigantes, atq; alijs annunciantes. Cætera quæ se- quuntur in Eucherio, quoniam non ad formam corporis uisibilem, sed ad animum referuntur, ut cognoscere Dei, nescire Dei, zclare, ira sci, poenitere, non poenitere, obliuisci, indurare Dei: quia inuisibilia sunt, & exprimi in imagine non possunt, non est opus ut adscriban- tur. Sed & illa quæ in eodem Eucherio sequuntur, ad Tropica- expositionem membrorum Dei, & eorum, quæ sub humana forma deo tribuuntur, pertinent. **Oculi inquit Domini, intelliguntur in- spectio diuina:** In Psalmo: Oculi domini super iustos. **Palpebræ Dei,** sunt Iudicia eius, quæ probant filios hominum: qui neq; fatigantur rerum obscuritatibus, sed exercentur: neq; instantur cognitione, sed confirmantur. **Aures domini, cum exaudire dignatur,** In Psalmo: Et aures eius in preces eorum. **Os Domini sermo ad homines,** In Propheta: Os domini loquutum est. **Verbum domini filius,** In Psalmo: Verbum.

Psalm. 44. **Psalmo:** Eructauit cor meum uerbum bonum. Brachium Domini
 Brachium uel manus, filius, per quem omnia operatus est. In Propheta: Et bra-
 chium Domini cui reuelatum est? **Dextera Domini** idem quod su-
 pra. In **Psalmo:** Dextera domini fecit uirtutem. **Digitus Dei** dicitur
 Spiritus sanctus, propter partitionem honorum quæ ab eo dantur
 unicuique propria, siue hominum, siue angelorum. In nullis enim mem-
 bris nostris sic apparet partitio, quam in digitis. Nec te scandalizet
 membrorum diuersitas, cum ædificet corporis unitas. **Uterus Do-**
mini, secretum, ex quo filium protulit. In **Psalmo:** Ex utero ante Lu-
 cifera genui te. **Pedes Domini** stabilitas æternitatis. In **Psalmo:**
 Et caligo sub pedibus eius. **Vestigia Domini,** operum secretorum
 signa. In **Psalmo:** Et uestigia tua non cognoscuntur. **Gressus Domi-**
ni, aduentus uel inuisitatio Domini. In **Psalmo:** Visi sunt ingressus
 tuai Deus. **Arma Domini,** adiutorium eius in sanctos. In **Psalmo:**
 Apprehende arma & scutum. **Scutum** protectio Domini. In **Psal-**
mo: Domine ut scuto bonæ uoluntatis tuæ, coronasti nos. **Framea,**
 ultio diuina in impios. In **Psalmo:** Effunde frameam, & concludere
 Arcus, intentio comminationis diuinæ. In **Psalmo:** Arcum suum ten-
 dit, & parauit illum. **Sagittæ,** præcepta diuina, Apostoli, uel Pro-
 phetæ. In **Psalmo:** Misit sagittas suas et dissipauit eos. Item: Sagittæ in
 manu potentis. **Gladius,** uindicta, uel sermo Domini. In **Apostolo:**
 Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio
 Gladius. **Romphea** idem quod supra. **Tuba Domini,** uox mani-
 festa Domini. In **Apostolo:** In iussu & in uoce Archangeli, & tuba
 Dei. **Currus Dei,** sedes Dei, uel quadriformitas Euangeliorum,
 In **Psalmo:** Currus Dei decem millibus multiplex. **Virga domini,**
 regni significatio, uel correptio disciplinæ. In **Psalmo:** Virga æquitas
 uirga regni tui. **Manus Domini,** minæ uel uindictæ eius. **Ba-**
culus Domini, sustentatio consolationis Domini. In **Psalmo:** Vir-
 ga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. **Alias Baculus Do-**
mini, sanctam crucem, uel disciplinam sanctæ Ecclesiæ designat. Item
 Baculus sustentaculum est quodlibet, ut in libro **Thobie:** Baculum
 senectutis nostræ. Hæc **Eucherium** malui suis uerbis dicere, quam
 eius suppresso nomine, eadem quæ ipse collegit, paulo mutatis uer-
 bis, ex patribus referre.

De imagine Christi, Dei & Hominis. Cap. V.

Ambro. in lib.
 de fide contra
 Arrianos c. 8.
 August. lib. 2.
 de Trinitate
 cap. 9.
 Impius er-
 ror Arria-
 norum.



Vnt qui filium ante carnis assumptionem uisibilem, & pa-
 tribus sæpe in substantia sua uisum esse, & in uarijs figuris
 hominibus se monstrasse, dicant. Quod **Arriani** senserunt,
 qui ea ratione filium conuertibilem, atq; mutabilem, neq;
 patri consubstantialem esse, sacrilego mendacio confinxerunt. Illud
 præterea adijcetes, hoc ipso cum in Mariam illapsus est, cum uirgi-
 nis

nis uterum impleuit, aliud deinde ex illa quam quod uenerat, na-
 tum, ac corruptam substantiam fuisse, uerso uidelicet Deo in homi-
 nem, & spiritu in carnem. Verum abiicienda est & detestanda hæc
 ante multa sæcula damnata perfidia: quæ si uera esset, filius Dei iam
 uera similitudine & imagine, hominum sensibus repræsentari posset.

Sed procul abiiciendus est, inquam, nefarius hic error, nam & si
 filius Dei patribus aliquando uisus est, tamen nunquam ita uisus est,
 ita ut Deus erat, sed ut homo capere poterat de Deo, qui se singulis
 prout uult reuelare dignatur: Nec quia in uarijs figuris se hominibus
 uidentibus exhibuit, idcirco & substantiam suam mutauit. Nam et si
 Angeli in figura hominum sæpe sunt uisi, tamen aliud non sunt, in
 quam quod se esse norunt, neq; substantiam mutant, cum formam
 humani corporis sumunt: Quanto magis ipse Dominus noster, qui
 omnia fecit, qui ipsis Angelis ut hoc possent, sua institutione conce-
 dit: Sic igitur filius Dei à patribus uisus est, ut non totum in illo quod
 Deus est uideretur, sed dispositiones rerum futurarum, quæ suis quis
 busq; temporibus complenda erant, in illo per imaginem cernerentur.
 Nam quis filium Dei uidere potuit, antequam conspicibilem
 materiam, sicut ei placuit, assumpsit, uel ipsum hominem induere di-
 gnatus est? Qui & si **Abrahæ** uisus est, non tamen in substantia sua,
 sed in forma humani corporis uisus est, quo scilicet postremis tempo-
 ribus in homine uenturus esse demonstraretur. **Iacob** etiam alibi in
 Angelo, alibi æque uidetur in homine. Qui ideo se in Angelo de-
 monstrauit, ut nuncium se magni consilij indicaret: In homine uero
 (cum quo & colluctatus fuisse describitur) ut imaginem futuræ col-
 luctationis, quam cum **Israël** habiturus erat, cum secundum homi-
 nem aduenisset indicaret: & ut Dominum crederet, cum quo tanto
 certamine, sub figura hominis luctabatur: **Israël**, id est homo uidens
 Deum, nomen accepit. Vidi, inquit, Deum facie ad faciem, & sal-
 ua facta est anima mea. Sic & cum hominem induere dignatus est,
 non ut Deus, sed ut homo, qui tamen idem Deus est, uidetur. Neq;
 enim labem æternitati intulit: nec quia seipsum exinanauit, formam
 serui suscipiendo, sic exinanitum accipimus, ut aliud quam fuerat,
 idem spiritus fieret. Sed ut seposito interim maiestatis suæ honore,
 humanum corpus indueret, quo suscepto, salus gentium fieret: Ut
 enim sol cum nube tegitur, claritas eius comprimatur, non cæcatur,
 Et lumen illud, quod toto orbe diffusum claro splendore cuncta
 perfundit, paruo admodum obstaculo nubis includitur, non aufer-
 tur: Sic & homo ille, quem Dominus **Iesus**, saluatorq; noster, id est
 Deus, Deiq; filius induit, Deum tamen non interceptum, sed abscon-
 dit. Ideoq; nec hodie magis, quam olim à patribus, in substantia
 sua uideri potest **Christus**, quatenus Deus est. Nam & de ipso di-
 ctum est: Regi autem sæculorum, immortalis, inuisibilis, soli Deo ho-
 nis

Non muta-
 tur natura
 Christi &
 Angelorū
 sub diuersis
 figuris,
 in quibus
 apparent.

Gen. 22.
 Quomodo
 Christus
 apparuit
 Abra-
 hæ & Iac-
 cob.

Gen. 32.

Dei filius,
 apparet ut
 homo, De-
 us uere ma-
 net.

Deitas
 Christi in-
 uisibilis est.
 1. Tim. 1.

nor & gloria, in sæcula sæculorum. Item: Quem nemo hominum uidit, nec uidere potest. Sic oranti Moyfi, ut faciem Dei purè uideret, quid continuo Deus respondit? Non poteris, inquit, uidere faciem meam, non enim uidebit homo faciem meam, & uiuet. Sic cum Christus in monte se paululum extra hominem extulisset, fulgore luminis eius penè excæcati Apostoli, in terram, quippe homines, ceciderunt: periclitati uitam, nisi eis Dominus, compresso rursus maiestatis suæ honore, ut misericors subuenisset, secundum illud: Nemo uidit Deum, & uixit. Quemadmodum igitur filius sic uisus à patribus accipitur, ut alicuius conspicibilis materiæ dispositione assumpta uideretur, salua scilicet inuisibilitate eius, quam à conspectu omnium maiestas interfusa seposuit. Sic à nobis uidetur, non quidem substantia diuinitatis eius, sed forma aliqua corporea, qua uirtutem suam nobis demonstrat. Non enim sic humanis aspectibus reuelatur Deus, ut tota in illo Deitas appareat: Sed ad uicem speculi, cum conceptos intra lucem suam uultus, quasi ad plenam effigiem hominis includit. Ita maiestas eius præeunte fulgore intra id uidetur, quod imaginem ueritatis, non ipsum Deum proprie demonstrat. At Christus iam carnem indutus, quia idem & Deus & homo est, etsi quatenus Deus est, neque uisus est unquam à mortalibus, neque à quoquam eorum uidebitur unquam: Tamen ut homo non solum in corpore mortali uisus est inter homines uersari, ambulare, comedere, bibere, docere, pati, crucifigi, mori: sed etiam post Resurrectionem suam in corpore glorificato, à mulieribus uisus est, et discipulis suis apparuit, qui & ipsum uiderunt, panem benedicere & frangere, qui & manus & pedes discipulis uidendos & palpandos, monstrauit. Et Thoma, ut manum suam in latus eius inferret, admonuit. Itaque Christi imago hodie, non in forma qua olim patribus apparuit, sed in carne quam pro redemptione humani generis assumpsit (id est in forma hominis) pingimus: quæ Deum non quatenus Deus est, sed secundum sempiternam uirtutem eius: sed quatenus hominem artificiali similitudine repræsentat. Nec ideo Christus, quia Deus & homo est, per imaginem pictoris diuiditur, aut confusio aliqua naturarum in Christo inducitur, ut Iconoclastarum perfidia Catholicorum pietatem arguebat. Sciunt enim ueri Christiani unicum Christum & Dominum, quem & confitentur, Et cum imaginem illius, quemadmodum caro factus est, & habitauit in nobis, perfectus uidelicet homo: depingunt, rectè & pie facere cognoscuntur. Nam ita picta Christi præsentat imago, Christum ipsum repræsentat fidelibus, Non quidem in naturis diuisum, aut confusum, sed per utriusque naturæ hypostaticam unionem, unam personam, Deum & hominem: & ut Christus, secundum hominem in terris uersatus est, & ab hominibus uisus, auditus, & palpatus. Deitas autem ipsius nullo sensu humano percepta, sed

ta, sed per carnem tamen, qua indutus fuit, Apostolorum aliorumque fidelium mentibus repræsentata: nulla neque diuisione, neque confusione naturarum, in una persona Christi facta. Ita & imago Christi depicta, Christum humanis quidem sensibus secundum assumptam carnem & lineamenta corporis: Intellectui uero per fidem, Deitatem ipsius humanitati hypostaticè in una persona unitam repræsentat, non tamen in substantia sua, Deum enim nemo uidit unquam. Quemadmodum si quis imaginem alicuius hominis uideat, procul dubio non corpus tantum, sed totum hominem, cuius est imago, repræsentari sibi existimabit: non tamen in substantia sua. Neque enim qui uidet imaginem hominis, protinus etiam uidet carnem, musculos, neruos, ossa, sanguinem, flegma, bilem uel flauam uel atram. Hæc enim si conspici possent, hominem iam non imaginem hominis appellaremus. Nec quia Deitas Christi incircumscriptibilis est, Pictor qui imaginem Christi format, Deitatem ipsam circumscribit. Sicut nec ab assumpta carne circumscribitur, aut circumscriptibilis existit. Nam utcumque in una persona, hypostaticè coniunctæ sint, diuina & humana natura, tamen diuersæ earum sunt & qualitates & operationes. Neque enim diuina natura, ex itinere defatigata fuit, neque à muliercula Samaritana potum petiuit, neque cum à ludæis lapidabatur, diuinitatis natura laborauit, aut lapidibus impedita fuit. Porro in formandis humanis imaginibus, illud in primis obseruandum est, ut imago ipsa staturam, & lineamentorum colorumque proportionem hominis, cuius imago est, quantum quidem fieri potest, referat. Cuiusmodi fuerunt esse imaginem Beatæ uirginis, à sancto Luca Euangelista depictam, Qualem ego manu ipsius depictam Parauij in monasterio Sanctæ Iustinae uidi. Qualis & Bononiæ statis diebus uenerabiliter publica solennitate circumferri populisque ostendi solet, uelut religiosum S. Lucae artificium. Sin uero pictor, uel qui Archetypum, aut eius ueram imaginem non uidit, aut propter imperitiam suam præstare non possit, tum ita formabit imaginem, ut ad speciem humanam utcumque depictam, signum aliquod adiungat ei, quem uult formare: proprium, quo à cæteris hominibus internoscatur. Sic fabro ferrario malleum, tonsori nouaculam, scriptori calamarium, fabro lignario bipennem, sartori forficem, sutori subulam: & reliquis opificibus sua instrumenta appingimus. Vnde & in formanda imagine Christi, idem obseruandum erit, ut ipsius formam & staturam, qualis illa fuit, quando nobiscum in carne uersatus est, depingatur. Quæ hodie adhuc cernitur Eystadji, in quodam pariete Maioris templi Ecclesiæ Cathedralis, religioso ueterum studio depicta: ea sanè cum statura & forma, qua Christus ipse in carne apud mortales uersatus fuisse traditur. Quemadmodum & ipsius staturam uultus et coloris,

Similitudo ab imagine hominis.

Concilij Nicæni secundi act. 6. To. 3.

Ioan. 4. & 8.

Imago B. Virginis à S. Luca depicta.

Quomodo effigian da imago Christi est.

membroꝝ congruentiam, ab his, qui Christum in carne uiderunt, descriptam esse legimus: Sin uero eam figuram uel habere uel imitari non poterit pictor, tum nihilominus operam dabit, ut primum imaginem ipsam speciosam faciat. Nam uisu gratiosissimus fuisse traditur Christus, ut Ioannes Chrysostomus testatur. Quod & Propheta significans multo ante clamauit: Speciosus pulchritudina Christi ne, super filios hominum. Nec mirum id quidem, cum miraculosa fuerit eius natiuitas, quam uirtus diuina operata est, nato uidelicet eo, sine complexu uiri & foeminae, de uirgine, & concepto de Spiritu sancto: At pulchriora sunt & perfectiora, quae a Deo per miraculum fiunt, quam quae natura cooperante generantur: Vt idem Chrysostomus testatur. Longe autem pulcherrima est ipsius forma nunc in caelis, ut in quem Angeli etiam prospicere desiderant. Actali

Ex ca. Matth. 5. Homel. 28. Pulcherrima fuit forma Christi ne, super filios hominum. Nec mirum id quidem, cum miraculosa fuerit eius natiuitas, quam uirtus diuina operata est, nato uidelicet eo, sine complexu uiri & foeminae, de uirgine, & concepto de Spiritu sancto: At pulchriora sunt & perfectiora, quae a Deo per miraculum fiunt, quam quae natura cooperante generantur: Vt idem Chrysostomus testatur. Longe autem pulcherrima est ipsius forma nunc in caelis, ut in quem Angeli etiam prospicere desiderant. Actali

Matth. 19. etiam post Resurrectionem fuit in terris. Nam si iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui, quanto maior claritas Christi fuit cum resurrectione dei lib. 22. cap. 19. & in dialogo quest. 65. q. 14.

Qualia Christi uestimenta. Ioan. 19. respexisse uidetur dicens: Non habebat speciem neque pulchritudinem, nimirum significans, uel passionis cruentam deformationem, uel tenuitatem eius. Varietas imaginum Christi, secundum uarietatem aetatis & actuum eius.

Luc. 2. ubera genitricis pendentem, pinget. At puerum duodecim annorum in medio Doctorum sedentem, audientem illos, & interrogantem eos, in forma pueri: sed uel audire uel interrogare gestientis, depinget. Virum autem factum, barbaturum formabit, graui & uirili uultu, & alia quidem specie in deserto ieiunantem, & a Diabolo tentatum: alia in Synagoga legentem & docentem: alia manus aegrotis imponentem, & eos a uarijs languoribus curantem: alia in monte ante tres Apostolos transfiguratum: alia uidentes & euentes funiculo facto ex templo eicientem, & mensas numulariorum & cathedras uendentium euerentem: Alia super pullum asinae sedentem, & prostratis in uia uestimentis, & proiectis ramis palmarum, Hierosolymam

Diversae imagines passionis Christi.

lymam ingredientem: alia, pascha cum discipulis suis manducantem: alia, pedes discipulis lauantem: alia, in monte oliueti in faciem suam procidentem, & orantem: alia, chlamyde Coccinea indutum: alia, facie uelatum, & colaphis percussum: alia, coronam de spinis in capite gerentem, & arundinem in dextera tenentem: alia, crucem suam ferentem: alia, uinum cum felle mixtum gustantem, sed bibere nolentem: alia, in sindone munda inuolutum, & in monumento nouo positum: alia, ad Inferos descendente: Alia, post Resurrectionem suam mulieribus sepulchrum uisitantibus occurrentem: alia, primum Mariae Magdalenae: deinde alia, duobus discipulis, in castellum Emaus euntibus apparentem, cum eis recumbentem, & panem benedicientem, & frangentem, ac manus & pedes eis ostendentem: alia, uidentibus discipulis eleuatum, & a nubibus susceptum, in caelum euntem.

Alia postremo, in nubibus caeli uenientem, cum uirtute multa & maiestate, & erit prope eadem, cum ea qua in caelum ascendit: at testantibus id ipsum, cum ascenderet, Angelis ac dicentibus: Viri Galilaei, quid statis aspicientes in caelum? hic Iesus qui assumptus est a uobis in caelum, sic ueniet, quem admodum uidistis eum euntem in caelum. Sed & fulgur huic imagini appinget, nam & fulgur in illo aduentu suo apparebit, dicente domino: Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret usque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Similiter & signum crucis adhibebit. Quod & ipsum tunc in caelo apparebit, ipso hoc praedicente domino: Sol, inquit, obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellae cadent de caelo, & uirtutes caelorum commouebuntur, & tunc parebit signum filij hominis in caelo: & tunc plangent omnes tribus terrae: & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus, &c. Signum filij hominis crux est, quae sole fulgentior uidebitur: obscurabitur enim sol, & crux apparebit, quod fieri non posset, nisi solares radios splendore superaret, ut inquit Chrysostomus.

Imagines de eius Resurrectione.

Imago Christi, uentis ad iudicium nouissimum. Act. 1. Matth. 24.

Chrysost. ex ca. 24. in Mat. homel. 77.

De imaginibus Sanctorum Angelorum. Cap. VI.



Inter figuras corporeas, quibus ex diuina permissione, res incorporeae & inuisibiles designantur: ipsae etiam angelorum & spirituum imagines locum sibi uendicant. Nam & si substantia spiritus, nullo sensu humano perceptibilis sit: tamen multa signa corporea, ipsa etiam sancta scriptura commemorat, quibus coelestes illae inuisibiles naturae, praesentiam suam humanis sensibus repraesentant. Ac primum quidem peculiare est angelicis spiritibus, ut in assumpta figura ignis hominibus appareant. Quomodo Prophetae in igneis rotis apparuisse sibi Angelos testantur. Sic in Resurrectione domini angelus, qui de caelo descendit, & lapidem de sepulchro reuoluit, conspectus fuit sicut fulgur. Sic iuxta ipsas coelestes substantias,

Imagines Spirituum.

Angeli in specie ignis apparentes. Ezech. 1. & 10. Matth. 28.

Ezech. 1. substantias, splendor ignis, & de igne fulgor egrediens, & carbones
 Naum. 2. ignis ardentis, & quasi aspectus lampadarum. Similiter animalia ad
 similitudinem fulguris coruscantis, & utri ignem uelut ex se corulca-
 tionis instar emittentes, & flumina ingenti fragore ignis feruorem
 Dan. 7. emittentia apparent. Sed & thronus Dei igneus uisus est Danieli, &
 rotæ eius ignis accensus. Quin & Seraphin ignis ipse proprietatem
 & officium incendendi assignat, quod & ipsa nominis appellatio si-
 gnificat. Deinde humana forma describuntur angeli. Nam & si-
 militudinem hominis, corpus, & singula etiam membra humana eis
 tribuunt Prophetæ, ut caput, faciem, oculos, aures, odoratum, lin-
 guam & uocem, capillos, manus, tactum, humeros, cor, pectus, dor-
 sa, lumbos, pedes. Sic in Apocalypsi angelus amictus nube de cœ-
 lo descendit, & Iris in capite, & facies eius ut sol, & pedes eius tan-
 quam columna ignis. Sic tres uiri apparentes Abraam in conualle
 Mambra, oculos contra Sodomam direxisse dicuntur. Immo saepe
 Ezech. 10. Angeli corpore oculis pleno apparuisse dicuntur, ut apud Ezechie-
 lem: Omne corpus, colla & manus, & pennæ, plena oculis. Sic An-
 geli diuertentes apud Abraam & Loth, appositos sibi panes, car-
 nes, butyrum, & lac, & azyma comederunt. Sic Angelus tetigit ner-
 uum fœmoris Iacob, & statim emarcuit, unde factus est claudus. Sic
 Psalm. 10. angeli palpebræ, & humeri dei appellantur. Sic Angelus in Apo-
 Deuter. 33. calypsi clamare uoce magna dicitur: quemadmodum cum leo rugit.
 Voces & Sic Angeli habentes citharas dei, cantant canticum Moyfi serui dei,
 cantus An- & canticum agni, dicentes: Magna & mirabilia sunt opera tua Do-
 gelorum. mine Deus omnipotens, &c. Et angeli nato Christo laudauerunt
 Apoc. 9. & Deum dicentes: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus
 15. bonæ uoluntatis. Iam & uestitu uarijsq; operimentis, & instru-
 Lucæ 2. Angeli in uarijs uesti-
 uarijs uesti- mentis insigniuntur angeli. Sic angelus qui Ezechieli apparuit, uir
 bus appa- fuit indutus lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis
 rentes. suis. Et in Apocalypsi Ioanni apparuit angelus uestitu Sacerdotali,
 Ezech. 9. nempe Podere, & præcinctus ad mammillas zona aurea. Simili-
 Apoc. 1. ter septem angeli uestiti lapide mundo & candido, & præcincti circa
 pe. produ. pectora zonis aureis. Sic duo Angeli post Resurrectionem domini,
 Tunica Ta secus mulieres stantes, in ueste fulgenti apparuerunt. Marcus iuue-
 lacis, arcta nem illis in monumento apparuisse tradit, sedentem in dexteris, coo-
 & stric- tus pertum stola candida. Sed & pedibus nudi & discalciati appa-
 manicis rent, quod ex eo colligitur, quod Abraam attulit angelis aquam ut
 corpori ad- lauerent pedes. Hæc etiam ad instrumenta Angelorum pertinent.
 hærens. Apoc. 15. Angelus domini extendit summitatem uirgæ, quam tenebat in ma-
 Lucæ 24. nu, & tetigit carnes, & panes azymos, quos Gedeon ei obtulerat. Et
 Marci 16. illud: Apparuit præcedens Machabæu, & qui cum eo erant, eques,
 Gen. 18. in ueste candida, armis hastam auream uibrans. Item illud: Vir cuius
 Iudicum 6. erat species, quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & ca-
 2 Machab. 11. lamus
 Ezech. 40.

lamus mensuræ in manu eius: siquidem hæc instrumenta erant, quib-
 bus angelus ædificia in latum, longum, altum, & profundum, dime-
 tiebatur. Sic Iacob uisi sunt angeli, quasi castra Dei. Ad idem pertinet
 Gen. 32. illud Ezechielis: Ecce sex uiri ueniebant de uia portæ superio-
 Ezech. 9. ris, & uniuscuiusq; uas interitus in manu eius. Præterea bestia-
 rum quoq; formam induunt cœlestes spiritus, in qua sæpe Prophe-
 specie ani- tis apparuerunt, Ut apud Ezechielem: Similitudo (inquit) uultus
 malium ap- eorum, facies hominis: & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: fa-
 parentes. Ezech. 1. cies autem bouis, à sinistris ipsorum quatuor: & facies aquilæ defu-
 per ipsorum, &c. Et apud eundem: Quatuor autem facies habebat
 Ezech. 10. unum: facies una, facies Cherub: & facies secunda, facies hominis:
 & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilæ. Et in Apocalyp-
 Apoc. 8. si: Aquila per medium uolans cœlum. Sic & Zachariæ Prophetæ
 Zach. 6. Angeli uisi sunt, in forma equorum perambulantium terram. Sed Angelo-
 rum alæ & pennas, angelorum imaginibus addi scriptura testatur, ut
 rum alæ & pennæ. Et quatuor facies uniter quatuor pennæ uni. Item,
 Ezech. 1. & manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus, & facies
 10. & pennas per quatuor partes habebant, iunctæq; erant pennæ cor-
 runt: alterius ad alterum. Item, Et facies eorum, & pennæ eorum ex-
 tentæ desuper: duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tege-
 bant corpora eorum. Item unum quodq; uelabat duabus alis cor-
 pus suum, & alterum similiter uelabatur. Et audiebam sonum alarum,
 quasi sonum multarum aquarum, quasi sonum sublimis Dei.
 Cumq; ambularent, quasi sonus erat multitudinis, ut sonus castro-
 rum. Cumq; starent, demittebantur pennæ eorum. Nam cum fieret
 uox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant &
 sub mittebant alas suas, Et iterum: Et sonitus alarum Cherubin au-
 diebatur usq; ad atrium exterius, quasi uox Dei omnipotentis lo-
 quentis. Item: Et apparuit in Cherubin similitudo manus hominis,
 subtus pennas eorum. Item: Et cum eleuarent Cherubin alas suas, ut
 exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed & ipsæ iuxta erant,
 &c. Sic & Esaias ait: Seraphin stabant super illud. Sex alæ uni, & sex
 Esaiæ 6. alæ alteri. Duabus uelabant faciem eius, & duabus uelabant pe-
 des eius, & duabus uolabant. Præterea æris, & lapidum precio-
 Ezech. 1. forum formam assumunt angelicæ substantiæ, ut apud Ezechielem
 Angeli in- de angelo loquentem: Scintillæ quasi aspectus æris candentis. Item
 specie lapi- dum præ- de medio eius quasi species Electri, aspectus Crystalli horribilis. Item
 cioforum. aspectus lapidis Saphiri. Item aspectus rotarum quasi lapidis Chry-
 Ezech. 12. soliti. Item illud in Apocalypsi: Qui sedebat similis erat aspectui laspi-
 Apoc. 4. dis & Sardinis, & Iris erat in circuiitu sedis, similis uisioni Smaragdi-
 Angeli in- specie uen- torū & nub- talibus ostendisse legimus. Ut apud Ezechielem: Et uidi, & ecce uen-
 bium. tus turbinis ueniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis inuol-
 Ezech. 1. uens.

Ezech. 1. uens. Et iterum: Species ignis splendentis in circuitu uelut in nube,
Daniel. 10. in die pluuiae aspectus splendoris per Gyrum. Atque hæc quidem singula, singulas angelorum figuras demonstrant, quarum multas una illa Danielis uisio complectitur: Vir, inquit, unus uestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo, & corpus eius chrysolitus, & facies eius uelut species fulguris, & oculi ut lampas ardens, & brachia eius, & quæ deorsum sunt usque ad pedes, quasi species æris candentis, & uox sermonis eius, quasi uox multitudinis. Nempe hæc una uisio simul humanam figuram, membra hominis, uocem, uestitum, ignem, Picturæ æs & metallum complectitur. Iam igitur quales olim hominibus Angelorum uisæ sunt imagines coelestium spirituum: tales & hæcenus, sancta in Ecclesijs mater Ecclesia, ad eruditionem simplicium, non quidem temerè, & nouo, aut ab hominibus nuper ficto, sed uetustissimo, & à simplice *Ephes. 3.* illa ac multiformi sapientia Dei, per Spiritum sanctum tradito exemplo, depingere consueuit. Quod infinita per ambitum totius orbis Christiani, imaginum Sanctorum angelorum exempla demonstrant. Quibus nimirum Angeli in forma humana, ut quæ inter omnes homini magis perceptibilis est, iuuenes aspectu fulgenti, uestitu candido induti, discalciati, zonis circa pectus & lumbos præcincti, lapidibus preciosis ornati, & duabus alis pennati & suffulti: nubibus circumdati, instrumenta dei: uel iræ, ut gladium: uel misericordiae, ut crucem, & alia passionis Dominicæ insignia, in manibus gestantes, hominum conspectui exhibentur.

De mystica significatione imaginum coelestium substantiarum. Cap. VII.



Am uero non temerè, neque sine latentium mysteriorum significatione, coelestes illi & inuisibiles spiritus, terrenas & sensibiles imagines assumunt. Ideoque non alienum ab instituto nostro fuerit, si quæ de his rebus sancti patres prodiderunt, ea quam fieri potest breuissimè, in hunc etiam librum referamus. Ac principio quidem nihil hic attinet inuestigare, quomodo corporales illæ species, quibus spiritus coelestes humanis se aspectibus ostendunt, formentur. Quod & beatus Augustinus, excellentissimi ingenij Doctor, uires intentionis suæ excedere fateretur, qui non audet diffinire, utrum angeli manente spirituali sui corporis qualitate, (sentire enim uidetur sanctus pater, hic & in plerisque alijs locis angelos tenuia quædam corpora habere, ad agendum, non ad patiendum apta, quæ nisi assumpta crassiore aliqua materia, uideri à mortalibus non possint) per hanc occultitus operantes, assumant ex inferioribus elementis, quod sibi coaptatum, quasi aliquam uestem mutant, & uertant in quaslibet species corporales, etiam ipsas ueras: sicut aqua uera, in uerum uinum conuersa est à domino: an ipsa propria

Lib. 3. de Trinitate cap. 1.

vide magist. sentent. distin. 8. secundi.

Qualia corpora sibi assumant angeli, nos scire non possumus.

pria corpora sua transforment, in quod uoluerint, accommodata ad id quod agant. Nihil de his et similibus rebus inuestigandis solliciti sumus, quæ nec fiducia rationis enucleare, nec perfecta mente comprehendere possumus. Satis est unum illud scire, ipsam sensibilem creaturam, ad nutum conditoris seruire, in id quod Deo placet pro tempore uerti, et per sensibiles corporum species, id quod est insensibile, humanis sensibus repræsentari, etiam si nos, quomodo id fiat, minus me intelligamus. Sic in libro Sapientiae scriptum est. Creatura enim tibi factori deseruiens extenditur in tormentum aduersus iniustos, & leuior fit ad benefaciendum ijs, qui in te confidunt. Propter hoc, et tunc omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebant, ad uoluntatem horum qui te desiderabant, ut scirent filij tui quos dilexisti Domine &c. Peruenit enim Sapientia uoluntatis Dei per creaturam spirituale, usque ad effectus uisibiles atque sensibiles creaturæ corporalis. Vbi enim non operatur, quod uult Dei omnipotentis sapientia: quæ pertendit à fine usque ad finem fortiter, & dispocnit omnia suauiter. Ad quomodo hæc fiant, non puto hominis esse sapientis sollicitè inuestigare. Sunt enim cogitationes mortalium, in his rebus abditis, timidæ (ut ait Sapiens) & incertæ prouidentiae nostræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Et difficile æstimamus quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore. Quæ in caelis sunt autem, quis inuestigabit? Illud certum est, non quidem humana id dictante Sapientia, sed suggerente per sanctas scripturas, illo de altissimis nobis misso spiritu, Deum patribus, non in substantia sua, sed per creaturas ad significandum id quod uoluit, fuisse se demonstratum: easque creaturas, Deo ita concedente, per angelos fuisse ad nunciandam mortalibus, exequendamque omnipotentis Dei uoluntatem, preparatas & accommodatas. Sic enim scriptum est in epistola ad Hebræos: Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis, quousque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes, sunt administratorij spiritus: in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? Quibus quidem uerbis aper tissimè significatur, omnia hæc, per quæ Deus olim patribus uoluntatem suam manifestauit, siue sint imagines, siue uoces: non solum per angelos esse facta, sed etiam propter nos, id est, propter populum Dei, cui promittitur hereditas uitæ æternæ. Ac proinde quoties dominum legimus patribus apparuisse, non per se, sed per Angelos suos, tanquam administratorios spiritus, assumpta ad ministerium suum perficiendum accommodata forma, apparuit. Vnde cum dicitur: Dixit dominus ad Moysen, non hoc significatur, Dominum ipsum loquutum, sed Angeli, tanquam organi cuiusdam, ministerio usum fuisse. Quemadmodum cum uerba ludicis præco pronunciat, non scribitur in

*Sapientia 16
Iudith. 16*

*Dei sapientia omnes
obediunt
Creaturæ
ad operandum
quod
Deus uult.
Sapient. 16
Sapient. 8*

*Non oportet
curiose
scrutari
quomodo
hæc fiant.
Sapient. 9*

*Quomodo
Deus
patribus
apparuit
et locutus
est.*

Hebræos. 1

*Verba dei
per Angelos
& per
Prophetas*

E tur in

tur in actis; Ille præco dixit, sed iudex. Sic etiam loquente Propheta sancto, & si dicamus, Propheta dixit: tamen nihil aliud quam dominum dixisse uolumus. Et si dicamus, dominus dixit: Prophetam non subtrahimus, sed quis per eum dixerit admonemus. Nam id uisitatissimum in scriptura est, ut in figura corporea interdum Deus, interdum Angelus Dei hominibus apparuisse dicatur: cum tamen totum hoc, quod sub ea forma agitur, per angelum tanquam ministrum agatur.

Exod. 3 Sic dicitur Moyse: Ego sum Deus Abraam, & Deus Isaac, & Deus Iacob, ubi dominum loquentem audimus: & tamen paulo ante præmittitur: + Visus est ei Angelus Domini. Sic Dominus ad Abraam:

4 Ita habent 72 interpre. Nostra autem translatio sic habet. Apparu itq; ei Dominus in flamma ignis.

Genesis 22

Accipe, inquit, filium tuum dilectum, quem diligis Isaac, & uade in terram excellam, et offer eum ibi holocaustum super unum montem quem tibi dixerō. Certè hic Deus, non Angelus commemoratus est. Paulo autem post, ita habet scriptura: Extendens autem Abraam manum suam, sumpsit gladium, uolens occidere filium suum, & uocauit eum Angelus Domini de caelo, & dixit ei, Abraam Abraam, & dixit, ecce ego: Et dixit, ne iniicias manum super puerum tuum, neq; facias ei quicquam. Hic dominum quidem primo loquentem audimus: uerum ut intelligatur, totum hoc opus fuisse Angelo à Deo mandatū, mox

Vide August. lib. 3. ca. 11. De Trinitate.

Angelum, uelut totius operis ministrum, exprimit scriptura. Neq; enim dici potest, Deum iussisse ut Isaac occideretur, & Angelum prohibuisse: siquidem utrunq; Dei opus fuit, sed per Angelum administratum. Quod & scriptura subsequenter uerbis indicat, Dominum iterum loquentem inducens: sic enim habet. Nunc enim cognoui, quia times Deum tu, et non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Quid est enim, quod dicit propter me? nisi propter eum qui occidi iusserat, qui non utiq; est angelus, qui occidi prohibuerat, sed Deus, qui per Angelum totum hoc tentationis opus peregerat. Siue igitur

Virtus corporaliū species, ab Angelis in usum ministerij sui de creatura corpora assumuntur, siue ipsum corpus suum, cui non subduntur sed subditū gerunt (ut Augu. sentire uidetur.) in species quas uolunt, accommodatas atq; aptas actionibus suis mutant atq; conuertunt: Diuinam certe uirtutem habent, et diuinorum mysteriorum plenam significationem. Primum enim admiranda & stupenda sit, quæ his formis inest, uirtus oportet: Quas mortalium aspectus uix sustinere potest. Quod Daniel Propheta testatur, qui ad uisionem Gabrielis Angeli, sibi in forma uiri apparentis, ita obstupuit, ut pauens in faciem suam corruerit, & cum ad eum loqueretur, collapsus est in terram. Similiter ad uisionem Angeli sibi apparentis in specie uiri uestiti lineis, & renes accincti auro obrizo, cuius corpus quasi Chrysolitus, et facies eius uelut species fulguris, & oculi eius ut lampas ardens, & brachia eius & quæ deorsum sunt usq; ad pedes, quasi species æris cædentis & c. Ad hanc, inquam, uisionem ita exterritus est Propheta, ut non reman-

remanerit in eo fortitudo, & species eius immutata fuerit, & emaruerit, nec quicquam uirium habuerit. Resumptis enim aliquantulum uiribus sic ad Angelum, in ea quam dixi specie apparentem, loquitur: Domine mi, inquit, in uisione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit uirium, sed et halitus meus intercluditur & c. Magna profecto, & potentissima uirtus, cælestis illius Imaginis, cuius præsentiam Daniel ferre nequit: Propheta uidelicet, quem uenerati sunt Leonum oculi beluarum ferocissimarum, & qui plus quàm natura pateretur humana, efficere potuit: Quanto minus, qui tam longe ab illius iustissimi hominis uirtute absunt: Sic et populus, cum uidisset uoces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemq; fumantem: usq; adeo timuerunt, ac pauore conculsi sunt, ut procul stantes dicerent Moyse: Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Descendit ergo, sicut scriptum est, Deus in Sina in igne, sed plebem longe stantem territans. Sed cur non ita etiam territi sunt Apostoli, uidentes dispersitas linguas tanq; ignem, formam uidelicet super singulos sedentis spiritus sancti: Quia iam aduenerat tempus gratiæ, quo Deus legem digito suo, non in lapide, sed in corde scripsit: non in monte terruit, sed in domum intrauit, factus est subdito sonitus quasi ferretur flatus uehemens, sed nullus expauit. Auditus sonus, uisus & ignis, quia in monte & utrunq; erat, & ignis, & sonitus: sed illic fumus, hic ignis serenus, uisæ sunt enim, inquit illa scriptura, linguæ diuisæ uelut ignis, Nunquid de longinquo territis absit, Nam insedit super unumquodq; eorum, & cœperunt linguis loqui, sicut spiritus dabat eis pronuciare. Audimus igitur loquentem, sed intelligimus spiritum, non in lapide, sed in corde scribentem. Deinde nulla angelorum forma est, in qua mortalium aspectibus demonstrantur, quæ non diuinum aliquod mysterium designet. Ac primum quidem per ignem, diuina uirtus significatur, ad cuius imitationem angelici spiritus pro uiribus tendunt, eaq; quæ à Deo mandantur, potenter et efficaciter exequentur. Sic ignem legimus apparuisse in Rubo, legimus etiã ignem missum desuper, & impleuisse quod præceptum est. Sic & generaliter ministros Dei ignem flagrantem, scriptura appellat, ut in Psalmo. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem flagrantem: id est, ea quæ præcepta sunt, feruenti spiritu implentes. Sic enim spiritu feruens ignis ardens est omnis minister Dei, Sic nos existimet homo, inquit Apostolus, ut ministros Christi et dispensatores + ministeriorum Dei, Hic ministrum audis. Sed et ardere eum audis, cum dicit, Os nostrum patet ad uos, o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Ardebat & flagrabat charitate, & ibat in eos ut incenderet. Hunc ignem se missurum dominus in terram dicebat, cum ait, Ignem ueni mittere in terram. Quomodo gladium, sic ignem: Gladius diuidit affectum,

Humana fragilitas uirtutē imaginū cælestium ferre nō potest. Danielis 14 Exodi 20

Cur non sunt territi Apost. uidentes linguas tanq; ignis? Hieremia 32 Actuum 2 Exodi 20

Per ignē diuina uirtus designatur Augustinus de mirabilibus factis scripturæ cap. 16 Augustin. in Psalmo 103 Ministri Dei igni Charitatis ardent. 1. Corin. 4 + mysteriorum. 2. Corin. 6 Lucæ 12 Qualē ignem misit Christus in terram. Matth. 10

E ij ignis

ignis absumit. Hic est ignis ille qui operatus est in Apostolis, cum loquerentur linguis ignitis. Hic ignis uisus est Moyfi in Rubo, & non exurebatur. Hic ignis Heliam in specie currus abripuit. Ab hoc igne Angeli & administratorij spiritus flamma appellatur. Atque hoc sane diuino igne non solum flagrant ministri Dei, uerbo Dei urentes scenum nostrum, id est carnalia desideria nostra: sed etiam qui uerbo Dei, quod audiunt, incenduntur: nam & ipsum ignis est, iuxta illud Psalmi, Ignitum eloquium tuum nimis. De hoc igne dixit dominus apud Prophetam, Ecce proficiscar in Hierusalē, & exufflabo in uos ignem iræ meæ, ut tabescatis à plumbo & ferro, & reliquis materialibus. Plumbum siquidem et ferrum peccata sunt, quæ igne diuino liquescunt, & superno incendio inolefcunt. Vnde & ignis consumens dicitur Deus, quia peccata in homine, & quicquid in anima est corruptibilitatis aut fragilitatis consumit, & quia secretos mentium diuine ardore cognitionis inflammat affectus, uaporem fidei & deuotionis adolet, atq; cupiditatem uirtutis accendit, ut in nobis cor nostrum ardeat, cum legimus diuinarum seriem scripturarum, si forte aliquid, quo aperiantur Propheticae lectiones, occulta intellectu assumamus spirituali. Hoc igne calefactus Hieremias dicit, Et erat ignis & flammæ gerans in ossibus meis. Hoc sermonum caelestium igne uaporati Cleophas & ille alius, qui simul cum domino ab Hierusalem, usq; ad caestellum confecerant iter, Dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum aperiret nobis scripturas.

De Mysterijs humane formæ & singulorum membrorum hominis, in Angelorum Imaginibus. Cap. VIII.

August. contra Maximi. Arrianorum Episc. libro 3. cap. 25

Porro ad alteram iam uenio formam caelestium spirituum. Ea est humana figura secundum omnia membra sua: in qua ideo describuntur caelestes spiritus, quia homo inter creaturas Dei est præstantissimus, ut qui ad imaginem Dei creatus est, et paulo minor ab Angelis factus, si corpus spectemus, et peccati originale, propter quod corpus corruptibile aggrauat animam. Si uero animam contemplemur, quatenus mente Rationali & intellectuali prædita est, & nullo peccato deprauata (qualem Christus assumpsit) Deus solus maior est homine, Christo cui utiq; iniuria facta non est, ubi scriptum est: Maior est Deus corde nostro. Itaque filius Dei susceptum hominem leuaturus ad patrem, quando dicebat: Si diligeretis me, gauderetis utiq; quia uado ad patrem, quia pater maior me est: non carni suæ solum, sed etiam menti, quam gerebat humanam, Deum patrem utiq; præferebat, quæ tota sine dubio agnoscitur serui, quando tota seruit creatura Domino suo creatori. Et licet secundum interiorem hominem, ubi est ratio & intellectus, homo factus sit ad similitudinem Dei, tamen & ipsa figura corporis humani,

Sapient. 9

1. Ioannis. 3
Ioannis 14

Pater maior me est.

mani, aliquid etiam præferret diuinitatis. Omnium enim animalium corpora, siue quæ in aquis, siue quæ in terra uiuunt, siue quæ in aëre uolant: inclinata sunt ad terram, & non sunt erecta sicut hominis corpus. Quo nimirum significatur, etiam animum nostrum in superna, id est in æterna spiritualia, erectum esse debere, Ita attestante etiã corporis forma, homo intelligitur factus ad imaginem & similitudinem Dei. Vnde non mirum si Deus se per Angelos uel Angeli se ipsos, humanis conspectibus per humanam corporis imaginem repræsentant. Accedit, quod & Angeli cum hominibus magnam etiã in natura cognationem habent, non quod similem illis gerant figuram corporis. Nam Angeli aut corpus non habent, aut si habent, (ut quibusdam uidetur) tenuis est, & humanis sensibus imperceptibile quod habent: sed quia ratione cum illis & intellectu participant. Itaq; in his quæ agit homo secundum rationem & spiritum, similis est Angelis: in his uero quæ agit secundum carnem, pecoribus magis comparatur quam Angelis. Vita siquidem pecorum terrenis uoluptatibus æstuat, sola terrena requirit, in hæc prona atq; proiecta est: Vita Angelorum sola caelestis. Proinde si uitam Angelorum duxerit homo, non solum similis erit Angelis, sed etiã eorum in caelesti patria conciuis, & ut ipsi semper uident faciem patris qui in caelis est, ut inquit Christus: Ita & nos uisuri sumus. Quanquam nondum ita uidemus, Dicente Apostolo: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et simile præmium cum angelis habebimus, quæ erit uisio Dei. De qua Ioannes: Cum apparuerit, inquit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Sed & propter similitudinem, quam Angeli & homines inter se habent: Et qua etiã Deus se conformant, dii in sanctis scripturis appellantur. Iuxta illud: Deus deorum dominus loquutus est. Item, Cōfitemini Deo deorum. Item, Rex magnus super omnes deos: quippe in his locis dii homines accipiuntur. Et fortasse eandem etiam appellationem habent Angeli, sed expressius tamen homines quam Angeli, quibus nos æquales futuros in resurrectione promittitur. Idque ea ratione, ne propter eorum excellentiam, aliquem eorum nobis constituere Deum, infidelis auideret infirmitas, quod in homine facile est euitare. Et euidentius dici debuerunt homines dii in populo Dei, ut certi ac fideles scirent esse se eum Deum suum, qui dictus est Deus deorum: quia et si appellentur dii Angeli, ac beati qui in caelis sunt: non tamen dicti sunt dii deorum, id est dii hominum, constitutorum in populo Dei, quem per Angelos uel homines alloquitur, quibus dictum est: Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes. Propter quod & Apostolus ait: Et si sunt qui dicantur dii, siue in celo siue in terra, sicut sunt dii multi, & domini multi: nobis tamen unus Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dominus Iesus Christus, per quæ omnia, & nos per ipsum.

August. de Genesi contra Manichæos lib. 1. capite 17.

Cur in humana Imagine Deus & Angeli repræsentantur.

August. in Euangelio Ioannis tractat. 18

Matthe. 18

1. Corin. 13

1. Ioan. 3

Deus deorum Dominus.

Psalm 49. et 135. et 94.

Augusti. de ciuitate Dei libro 9. capi. 23.

Angeli et homines possunt dici dii, sed non dii deorum.

Psalm. 81

1. Corin. 8

E iij Deins

mani, aliquid etiam præfert diuinitatis. Omnium enim animalium corpora, siue quæ in aquis, siue quæ in terra uiuunt, siue quæ in aëre uolitant: inclinata sunt ad terram, & non sunt erecta sicut hominis corpus. Quo nimirum significatur, etiam animum nostrum in superna, id est in æterna spiritualia, erectum esse debere. Ita attestante etiam corporis forma, homo intelligitur factus ad imaginem & similitudinem Dei. Vnde non mirum si Deus se per Angelos uel Angeli se ipsos, humanis conspectibus per humanam corporis imaginem repræsentant. Accedit, quod & Angeli cum hominibus magnam etiam in natura cognationem habent, non quod similem illis gerant figuram corporis. Nam Angeli aut corpus non habent, aut si habent, (ut quibusdam uidetur) tenue est, & humanis sensibus imperceptibile quod habent: sed quia ratione cum illis & intellectu participant. Itaque in his quæ agit homo secundum rationem & spiritum, similis est Angelis: in his uero quæ agit secundum carnem, pecoribus magis comparatur quam Angelis. Vita siquidem pecorum terrenis uoluptatibus æstuat, sola terrena requirit, in hæc prona atque proiecta est: Vita Angelorum sola cælestis. Proinde si uitam Angelorum duxerit homo, non solum similis erit Angelis, sed etiam eorum in cælesti patria conciuis, & ut ipsi semper uident faciem patris qui in cælis est, ut inquit Christus: ita & nos uisuri sumus. Quanquam nondum ita uidemus, Dicente Apostolo: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et simile præmium cum angelis habebimus, quæ erit uisio Dei. De qua Ioannes: Cum apparuerit, inquit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Sed & propter similitudinem, quam Angeli & homines inter se habent: Et qua etiam Deo se conformant, dii in sanctis scripturis appellantur. Iuxta illud: Deus deorum dominus loquutus est. Item, Cõfitemini Deo deorum. Item, Rex magnus super omnes deos: quippe in his locis dii homines accipiuntur. Et fortasse eandem etiam appellationem habent Angeli, sed expressius tamen homines quam Angeli, quibus nos æquales futuros in resurrectione promittitur. Idque ea ratione, ne propter eorum excellentiam, aliquem eorum nobis constituere Deum, infidelis auideret infirmitas, quod in homine facile est euitare. Et euidentius dii debuerunt homines dii in populo Dei, ut certi ac fideles scirent esse se eum Deum suum, qui dictus est Deus deorum: quia et si appellentur dii Angeli, ac beati qui in cælis sunt: non tamen dicti sunt dii deorum, id est dii hominum, constitutorum in populo Dei, quem per Angelos uel homines alloquitur, quibus dictum est: Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes. Propter quod & Apostolus ait: Et si sunt qui dicantur dii, siue in celo siue in terra, sicut sunt dii multi, & domini multi: nobis tamen unus Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.

E iij Deins

August. de Genesi contra Manicheos lib. 1. capite 17.

Cur in humana imagine Deus & Angeli repræsentantur.

August. in Euangelio Ioannis tractat. 18

Matthæ. 18

1. Corin. 13

1. Ioann. 3

Deus deorum Dominus.

psalm 49. & 94.

August. de ciuitate Dei libro 9. capite 23.

Angeli et homines possunt dici dii, sed non dii deorum.

psalm. 81

1. Corin. 8

ignis absumit. Hic est ignis ille qui operatus est in Apostolis, cum loquerentur linguis ignitis. Hic ignis uisus est Moyfi in Rubo, & non exur batur. Hic ignis Heliam in specie currus abripuit. Ab hoc igne Angeli & administratorij spiritus flamma appellatur. Atque hoc sane diuino igne non solum flagrant ministri Dei, uerbo Dei urentes fœnum nostrum, id est carnalia desideria nostra: sed etiam qui uerbo Dei, quod audiunt, incenduntur: nam & ipsum ignis est, iuxta illud Psalmi, Ignitum eloquium tuum nimis. De hoc igne dixit dominus apud Prophetam, Ecce proficiscar in Hierusalẽ, & exufflabo in uos ignem iræ meæ, ut tabescatis à plumbo & ferro, & reliquis materialibus. Plumbum siquidem et ferrum peccata sunt, quæ igne diuino liquefcunt, & superno incendio inolefcunt. Vnde & ignis consumens dicitur Deus, quia peccata in homine, & quicquid in anima est corruptibilitatis aut fragilitatis consumit, & quia secretos mentium diuine ardore cognitionis inflammat affectus, uaporem fidei & deuotionis adolet, atque cupiditatem uirtutis accendit, ut in nobis cor nostrum ardeat, cum legimus diuinarum seriem scripturarum, si forte aliquid, quo aperiantur Propheticae lectiones, occulta intellectu assumamus spirituali. Hoc igne calefactus Hieremias dicit, Et erat ignis & flammigerans in osibus meis. Hoc sermonum cælestium igne uaporati Clephas & ille alius, qui simul cum domino ab Hierusalem, usque ad caestellum confecerant iter, Dicebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum aperiret nobis scripturas.

*De Mysterijs humanæ formæ & singulorum membrorum
hominis, in Angelorum Imaginibus. Cap. VIII.*

August. contra Maximi. Arrianorum Episc. libro 3. cap. 25

Porro ad alteram iam uenio formam cælestium spirituum. Ea est humana figura secundum omnia membra sua: in qua ideo describuntur cælestes spiritus, quia homo inter creaturas Dei est præstantissimus, ut qui ad imaginem Dei creatus est, et paulo minor ab Angelis factus, si corpus spectemus, et peccatum originale, propter quod corpus corruptibile aggrauat animam. Sin uero animam contemplemur, quatenus mente Rationali & intellectuali prædita est, & nullo peccato deprauata (qualem Christus assumpsit) Deus solus maior est homine, Christo cui utique iniuria facta non est, ubi scriptum est: Maior est Deus corde nostro. Itaque filius Dei susceptum hominem leuaturus ad patrem, quando dicebatur: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia uado ad patrem, quia pater maior me est: non carni suæ solum, sed etiam menti, quam gerebat humanam, Deum patrem utique præferebat, quæ tota sine dubio agnoscitur serui, quando tota seruit creatura Domino suo creatori. Et licet secundum interiorem hominem, ubi est ratio & intellectus, homo factus sit ad similitudinem Dei, tamen & ipsa figura corporis humani,

Actor 2

Exodi. 3

Basiliius in sermone de terra promissionis quibus debeatur.

4. Regum 2

Hebræo. 1

Ambrosius in psalmi 118. Sermon 13

psalm. 118

Ezechi. 22

Deutero. 4

Orig. in cantico cum cantico rum Homel. 2.

Ambrosi. in psalmi 118. Sermon 18

psalmi 118. Sermon 18

Hierem. 20

4. exestiuans

Luce 24

Sapient. 9

1. Ioannis. 3

Ioannis 14

Pater maior me est.

Homines
dicuntur
Angeli.

Galat. 4.
Malach. 3.
Matthe. 11.
Augustinus in
Psal. 49.
Cognatio
Angelica
& humane
naturæ.

Homelia 1. in
Ezechie.

Hieron. lib.
15. comment. in
Esaïam.

Romano. 11.

Sapient. 9.
Psalmo. 118.
Daniel. 2.

Quid ocu
li significat
Ambro. lib. de
Noe & Archa
capit. 1.
Ecclesi. 2.

Deinde Angelorum appellationē sortiuntur homines: Sic Apostolus de se dicit, Sicut Angelum Dei suscepisti me. Et de Ioanne Baptista dicitur: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Cum igitur Imago similis esse debeat ei cuius est imago, siue natura, siue arte, siue impositione: recte Angeli in humana forma hominum aspectibus sese repræsentant: tum propter excellentiam humanæ creaturæ: tum propter eam quam homines cum cælestibus spiritibus similitudinem habent, atque cognationem, ita & in eadem forma eorum Imagines depinguntur. Ac propter hanc quoque cognationem humanæ & Angelicæ naturæ, summa illa et simplicissima sapiëntia, paria etiam ministeria, Angelis et hominibus demandauit: sicut ex eo per spiritum fit, quod omnia ferè mysteria, quæ per membra humana in imaginibus Angelorum designantur, eadem etiam hominibus cum Angelis communia esse dinoscuntur, ut iam in explicatione mysteriorum, quæ per membra humana designantur, demonstrabitur. In qua re non ignoro quam arduum sit, quod aggredior opus, in quo tantopere obstupuerunt, summa est et diuino lumine illustrata ingenia. Sic enim Origenes explicaturus mysteria illa uisionis Propheticæ et formarum Angelicarum, præfatur: De Deo (inquit) etiã uere dicere periculum est: neque enim ea tantum periculosa sunt, quæ falsa de eo dicuntur, sed etiã quæ uera sunt, & non opportunè proferuntur: dicenti periculum generant. Et Beatus Hieronymus referens ea, quæ de uisione cælestis Hierulem, in Apocalypsi leguntur: Et eorum mysteria expositorus, ad eundem ferè modum præfatur. Quod (inquit) legentes exclamamus: O altitudo Sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia iudicia eius. Quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius? Et iterum, Quis sapiens & intelliget hæc, intelligens & cognoscat ea? Quãto magis mihi inuili seruo Dei, & prophano homini, cui ad hæc Sancta sanctorum introire, minime datum est: Ita & mihi tentaturo, aut sententiam potius sanctissimorum patrum relaturus, idem præfari licebit, aut illud potius dicere, Quis enim homo scire poterit consilium Dei? & insuper orare: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Confusus de eo quod Daniel Propheta dicit: Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Hæc ex humili corde præfatus rem ipsam aggredior.

Primum igitur quemadmodum in capite hominis uelut in arce positi sunt oculi, quia mens illic locata est, iuxta illud Salomonis: Oculi sapientis in capite eius: Ut per eos non solum seipsum retro respiciat, & quod ante pedes est uidere: sed etiam cæli ipsius secreta profundo obtuitu sapientiæ spectare possit. Sic uisu in sanctis Angelis clarissimam aciem significari dicimus, qua diuinis hauriendis luminibus inhiant: simplicemque præterea illam & liquidam, nihilque oblu-

ctantem

stantem, sed motus celeritate constantem, puramque & patulam, sulcipiendis absque perturbatione ulla diuinæ claritatis fulgoribus, qualitate. Atque etiã scientiæ lumen designant oculi, quod & ipsum fulget in cælestibus spiritibus. Et recte etiam in Prophetas, Apostolos & Euangelistas conuenit, qui lumen Ecclesiæ præstant: de quibus dicitur. Pulchriores oculi eius uino, quia præcepta eorum auferitatem uini prisce legis superant. Palpebra loco tutelæ oculis data protectio est, & operimentum, & quasi domicilium quoddam & conseruaculum. Unde in figura Angelica palpebra statum illum significat, quo diuinæ speculationis sensus atque intelligentiæ cautissimè seruantur. Aures obedientiam significant, ut cum dicitur: meis uerbis aures adhibe tuas, animi obedientia, & facultas requiritur. Quem admodum & dominus dicit: Quicumque habet aures audiendi audiat. Item Sermo sapiens in aurem obtemperantem. Sic & in imagine Angelorum, aures uim illam diuinam mandata percipiendi, eademque exequendi facultas significatur. Sunt enim Angeli nuncii & legati Dei, in hoc a Deo missi, ut mandata Dei hominibus nuncient, & exequantur.

Tactus sapientiam designat, quæ attingit animam amatorem suum quasi complexa. Ama, inquit, illam ut te comprehendat. Et rursum Ecclesiastes: Tempus complectendi, et tempus fugiendi complexus. Corpora namque complexu contaminantur, anima uero per sapientiæ complexum tota per totam ad seipsam unitate, sanctitate & puritate completur. At in Angelis prima omnium creata est sapientia, quæ perfectam habent rerum cognitionem. Primum quidem in ipso uerbo, in quo sunt omnium etiam quæ temporaliter facta sunt, æternæ rationes, tanquam in eo per quod facta sunt omnia. Ac deinde in ipsa etiam creatura, quam sic nouerunt, tanquam infra despicientes, eamque referentes ad illius laudem, in cuius incommutabili ueritate rationes, secundum quas facta est, principaliter uident. Priorem illam cognitionem, quæ fit in uerbo, sancti patres diem: posteriorem uero, quæ fit in creatura, uesperam interpretantur. Ac tanto etiam Angelica sapientia superior est humana, quia mens humana prius hæc quæ facta sunt, per sensus corporis experitur, eorumque notitiam pro infirmitatis humanæ modulo capit: et deinde quærit eorum causas si quo modo possit ad eas peruenire, principaliter atque incommutabiliter manentes in uerbo Dei, ac sic inuisibilia eius per ea quæ facta sunt intellecta conspiciere. Quod quanta tarditate ac difficultate agat, & quanta temporis mora, propter corpus corruptibile, quod aggrauat animam, etiã que seruentissimo studio rapitur, ut instanter ac per seueratè hoc agat, quis ignorat? Mens uero Angelica, pura charitate inhærens uerbo Dei, posteaquam illo ordine creata est, ut præcederet cetera, prius ea uidit in uerbo Dei facienda quam facta sunt: ac sic prius in eius fiebant cognitione, cum Deus dicebat ut fierent, quam

E. iij in sua

August. de benedictionibus Patriar. Iacob.

Genesis 4.
Quid palpebræ.
Basilii in Hexameron.
Quid aures.

Basilii Magni in principium Prone.

Ecclesi. 3.

August. de Genesi ad literam lib. 4. cap. 24.
Angelorum sapientia in duplici cognitione.

August. de Genesi ad literam lib. 4. cap. 32.

Romano. 1.
Sapient. 9.

Quomodo Angeli res creatas cognoscunt in uerbo Dei.

in sua propria natura: quæ itidem facta in eis ipsis etiam cognouit, minore utiq; notitia, & illa quam uesperam appellamus. Ac propter hanc sapientiam, recte etiam Angelicæ imagini tactus humanus, quo sapientiam designari diximus, attribuitur. Quidam tactu in Angelis ca figura constantiam exprimi putant, qua quid utile, quid noxium sit, peritè discernunt. Apparuerunt in forma iuuenis Angeli, sicut & pinguntur, nimirum hac significatione. Quia homo et Deo et Angelis secundum interiorem hominem spiritu feruentem, maximè alsimilatur, ut supra dictum est. At interior ille homo, id est, qui uirtutibus iam adoleuit, non lacte indigens ut pueri, sed qui cibum solidum ac fortiorem, in præceptis diuinis retinere ualet, per iuuenilem maxime repræsentatur ætatem. Siquidem iuuenis est secundum animam, dū animā qui ex omni uirtutis parte, ad perfectum profecit, spiritu feruens, ac iuuenis dicitur circa pietatis præcepta, omniumq; bonorum promptitudinem uigilans: Qui in Euangelio & uiolentus appellatur, & regnum cœlorum rapere ualens. Hunc item ad laudandum Deum aptum Sanctus suscipit spiritus. Dicitur enim: Iuuenes & uirgines laudent nomen domini, Et apud Iohellem promissiones habet iuuenes, quod sunt uisio nes uisuri. Alij per iuuenilem ætatem in Angelis uitalis uirtutis constantiam, sempiternæ uigentis, significari arbitrantur. Dentium duplex usus est, alter, quo cibus diuiditur, quo in substantiam corporis aliti conuertatur: alter, quo dilacerantur, qui nobis aduersari uidentur. Prioris usus significationem habent dentes in imaginibus Angelorum, quippe qui diuisionem indultæ sibi perficientes alimoniam, alitiscq; perfectiones exprimunt. Quælibet enim substantia spiritualis prouida uirtute diuidit, atq; multiplicat, dum inferiorem quoq; pro captu suo promouet, atq; ad altiora sustollit. Sic & Ecclesiæ Doctores, quorum doctrinæ ipsa etiam uita respondet, (quos & ipsos Angelos uocat Propheta) dentes appellantur. De quibus dentibus dictum est Petro, ut manducaret macerata animalia, id est, occidendo in gentibus quod erant, & transmutando in id, quod ipse esset. Et de his dentibus Ecclesiæ dicitur: Sicut grex detonsarum ascendens de lauacro, quæ omnes geminos pariunt, & sterilis non est in illis. Hi nimirum sunt, qui rectè præcipiunt, & quemadmodum præcipiunt, ita uiuunt: Qui faciunt quod dictum est: Luceant opera uestra coram hominibus, ut benedicant patrem uestrum, qui in cælis est. Horum enim autoritate commoti, Deo per illos loquenti & operanti homines credunt, & separati à sæculo, cui conformati erant, in Ecclesiæ membra trāsunt. Et ideo rectè isti, per quos hæc fiunt, dentes dicuntur, detonsis ouibus similes, qui iam terrenarum curarum onera deposuerunt, & ascendentes de lauacro, de sordium sæculi ablutione, per sacramentum Baptismatis omnes geminos pariunt. Operantur enim duo præcepta, de quibus dictum est: In his duobus præceptis tota lex

Dionysius Areopagita de celesti Hierar. cap. 15
Cur angeli ut iuuenes apparent.
Tobie 5.
Marc. 16
Hebreo. 5

Basilus in principiu pro uerbiorum.
Mat. h. 11
Psalmo 148
Iohel 2.
August. in enarratione in Psal. 3.

Doctores Ecclesiæ ut dicitur sunt, & geminos nos pariunt.
Malach. 2
Actor. 10
Cantico. 4

Matth. 5

lex pendet, & prophetæ. Diligentes Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: Et proximum tanquam seipsum, in quibus sterilis non est, quoniã tales fructus reddunt Deo. Ad eundem usum dentium refertur, quod in Genesi legitur: Pulchriores sunt oculi eius uino, & dentes eius lacte candidiores. Quod ad literam quidem de patriarcha Iuda, spiritualiter de Christo, generaliter autem de dentibus iustarum animarum accipitur. Hi sunt qui informè ac durum accipientes cibum, uel frigidum plerumq; uel supra modum calentem, nunc comminuunt, nunc fouent, nunc temperant: prout qualitas fuerit alimentorum. Dura comminuunt, ne asperitas literæ in ueteri testamento, & sæcularis intellectus rigor, nisi fuerit spirituali dente solutus, uitalia ipsa, interclusis ciborum salutarium meatibus, uel gulam quandam animæ, incuriosa edacitate suffocet. Par est igitur ut diuidatur primum, et si solida uideatur esca que sumitur, distinguatur: atq; emollita, sine noxa aliqua animæ, in omnia eius membra naturali diuisione transfundatur: ut uitalium succum omne eius corpus epuletur, nihil cadauerosum, nihil mortuum ore sumatur, ne dicatur: Sepulchrum est patens guttur eorum: sed uiuum hauriatur uerbum, ut in mentis uisceribus possit operari. Hi dentes super lac candidiores, quia dentes iustorum sunt. Iam ea etiam ratione dentes dicuntur doctores Ecclesiæ, quia ab erroribus homines, & eos quasi comedendo in Christi corpus transmittunt. Candidiores autem effecti, sunt doctores Ecclesiæ, lacte ueteris legis. Alterum usum dentium cum beluis communem habemus. Vnde & per metaphoram dentem insigne dicuntur, qui maledictis lacerant: Quales sunt dentes peccatorum, de quibus dicitur: Dentes peccatorum contriuiisti, id est, in irritum, et quasi in puluerem redigisti, uerba peccatorum, dilacerantium maledictis filium Dei. De quibus dicit Apostolus: Si autem mordetis in uicem, uidete ne consumamini ab inuicem. Et hi dentes Demonum magis q; sanctorum Angelorum imaginibus conueniunt. Sed et organa uocis sunt dentes, linguæq; tutelam præstant: Quod & ipsum rectè in imagines Angelorum conuenit, ut quibus loquela etiam à scripturis tribuitur, quæ ore utiq; & lingua, & ad hoc accommodato instrumento dentibus perficitur. Humeri, brachia, manus, opera significant, quia per hæc membra, uelut instrumenta quædam, opera hominum conficiuntur, iuxta illud Apostoli. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Sic qui non laborant, complicare manus dicuntur, iuxta illud Sapientis: Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens, Melior est pugillus cum requie, quam plena utraq; manus cum dolore & afflictione animi. Item: Abscondit piger manus sub ascella, nec ad os suum applicat eas. Sic & fructus quos ex laboribus capimus, labores manuum appellantur: ut in Prouerbis, Date ei de fructu manuum suarum, & lau

Matth. 22

Ambrosius in Psalmo 115 sermone. 16
Genes. 49

Mysticus sensus de usu denu

August. ac benedictionibus iacob Patriar. Psal. 5
Gene. 49

Malus usus denu in morden do per maledicta.

Psal. 3
Galat. 5

Manus opera significant

Ephesi. 4
Complicare manus.

Ecclesi. 4
Prouerb. 28

Labores manuum maducare. Prouerb. 31

Psalm. 127
Greg. in mora
lib. li. 9. ca. 28
Esaie 1
Lauare
manus.
Orig. in Mat.
capit. 15
Eleuare
manus
Orig. in lib. re
gnorum Ho.
meli. unica.
Psalm. 140
Philipp. 3
Matth. 5
Exodi. 17
Quid bra
chium sig
nificat.
Iob cap. 31
Hiere. 17
Augustinus in
lib. de gratia
et li. Arbi. c. 4
Psalm. 9
Ibidem.
Ibidem.
Iob. 1
Prouerb. 18
Matth. 12
Christus
brachiu
manus dei
dicitur.
Psalm. 97

dent eam in portis opera eius. Et in Psalmo: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Hinc igitur ducta metaphora, recte per manus opera in scriptura designantur. Sic quod apud Prophetam dicitur: Manus uestre sanguine plenae sunt, Idem est quod opera uestra plena sunt crudelitate. Sic traditio Seniorum, ut lauant manus suas panem manducaturi: propter quam Pharisei discipulos calumniabant, non id significabat, ut qui manus lauisset puras ac sanctas: qui non lauisset, impurashaberet: sed per manus opera significat, ut manus lauare intelligatur, qui actiones suas purgant. Sic & in eo quod in Psal. dicitur: Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Per manus opera significantur. Non enim si quis eleuauerit, uel extenderit manus ad caelum (ut habitus orantium esse solet) continuo sacrificium offert deo: Sed is manus eleuat, qui actus suos eleuat a terra, & cuius conuersatio, adhuc in terra ambulantis, est in caelis. Excelsi ergo actus sublimes, quos uidentes homines magnificant patrem caelestem, eleuatio manuum dicitur, & sacrificium uespertinum. Et ad eundem sensum interpretamur quod dicitur: Moyses eleuante manus, uincebat Israel: demittente uero, & desiciente deorsum, uincebat Amalech. Id est, donec famulus Dei eleuat actus suos ad Deum, uincit gens Dei: cum autem deiecerit & demiserit manus, id est actus suos, uincit Amalech, inimicus Dei. Eandem significationem habent humerus et brachium significat. Iuxta illud Iob: Humerus meus a iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus conteratur. Id est, si quae dixi operari renui, ipsum, quod mihi datum est ad operandum, corporis membrum perdam: ut uidelicet cadat a corpore, quod exercere nolui ad utilitatem. Sed & potestatem & potentiam significant brachium & manus, ut apud Hieremiam, Maledictus homo, qui spem habet in homine, & firmat carnem brachii sui, & a Domino discedit cor eius, Vbi brachium pro potentia posuit operandi. In nomine autem carnis intelligenda est humana fragilitas, ac per hoc firmat carnem brachii sui, qui potentiam fragilem atque inualidam, id est humanam, sibi sufficere ad bene operandum putat, nec adiutorium sperat a Domino: propter hoc enim subiecit: & a domino discedit cor eius. Item in Psalmo: Contere brachium peccatoris, et maligni, Illius scilicet, de quo dicitur: Omnium inimicorum suorum dominabitur, Brachium enim eius dixit potentiam eius: cui contraria est Christi potentia. De qua dicitur: Exurge domine Deus, & exaltet manus tua: Vbi manum potentiam accipimus. In quo sensu & illud accipiendum est, quod dicitur: Abolus tentaturus Iob, ait Deo: Mitte manum, & tange omnia quae habet. Item illud in Prouerb: Mors & uita in manibus linguae. Vbi manus linguae, potestatem linguae accipimus: ut sit sensus. Ex ore tuo brachium & iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Sic & filius Dei, brachium & manus Dei appellatur. Ut in Psalmo: Omnia sanauit ei dextera eius,

ra eius, & quod brachium sanctum domini? Dominus noster Iesus Christus, Audi Psalium: Dextera domini fecit uirtutem, Dextera Domini exaltauit me. Audi Esaia: Quis credidit auditui nostro, et brachium domini cui reuelatum est? Sed quare manus & brachium? Quia in filio relucet potentia patris & principium, per quem facta sunt omnia. Humeros igitur, brachia & manus, recte facendi & operandi facultatem, & strenuam atque potentissimam uim in diuinis spiritibus interpretamur: Cordi in homine uim uitalem tribuimus, quae ad temperandum feruorem cordis, aërem hauriendo atque reddendo: uitam & salutem toti corpori tribuit. Aëre namque puro, sanguinem purificatum, per totum corpus impellit, per uenas pulsatis, quae arteriae uocantur: Ex quarum motu temperantiam atque distemperantiam cordis Physici cognoscunt. Itaque & in forma caelestium spirituum, signum esse dicimus, diuinam speciem praesferentis uitae, quae uitalem uim summi boni instar, in inferiora disseminat. Pectus ideo humano corpori datum est, ut sub crate pectoris, molliora uiscera custodirentur, quae alio qui foueri non possent: & in testinorum sinus, duris haud dubie ossibus laederentur. Sic & in imaginibus caelestium substantiarum, pectora uim illam custodiendi uitae, quae est a subiecti cordis uiuifica distributione, significant. Pes est pars corporis, omne corpus sine ulla oneris iniuria sustinens, & in res agendas efficiendasque circumferens. Itaque pedibus stamus, ambulamus, currimus. Et quia scriptura per corporalia, spiritualia docet, & inuisibilia per uisibilia demonstrat: sub pedis nomine statio, atque motus mentis nostrae incessusque significatur. Stant pedibus, qui in mandatis Dei perseverant, qui in fide non ficta, & spe firma, & charitate sincera seruiunt Deo, & honorant Ecclesiam eius. De quibus dicitur: Qui statis in domo domini, in atrijs domus Dei nostri. Et Paulus Apostolus. Salutatur uos Epaphras, qui ex uobis est, seruus Christi Iesu, semper certans pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni, in omni uoluntate Dei. Quid est ut stetis, nisi perseueretis? Vnde dictum est de diabolo, Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit. Maxime autem in pedes erecti stare debent Apostoli, Prophetae, praedicatores, & ministri uerbi Dei, iuxta illud Prophetae: Et uidi, inquit, & cecidi in faciem meam, & audiui uocem loquentis. Et dixit ad me: Fili hominis, sta super pedes tuos, et loquar tecum, Et ingressus est in me spiritus, postquam locutus est mihi, & statuit me super pedes meos. Hic iacenti dicitur, ut surgat: stanti autem praecipitur, ut ad praedicandum proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus, preberi non debet autoritas praedicationis: Sed cum iam bono opere surgimus, cum iam recti stare coeperimus, dignum est ut ad lucrandos alios in praedicatione mitti debeat. Stans ergo Propheta, uisionem spiritalem uidit, & cecidit: Caudens

Psalm. 117
Esaie 53Cor quid significat.
August. lib. de spiritu, et anima cap. 21Quid pectus.
Ambro. lib. 6 Hexameron.Quid pes.
Hilarius in e. narratione in Psal. 110Stare pedibus.
1. Timot. 1Psalm. 133
Colof. 4Stare est perseverare.
Ioann. 8

Ezechi. 2

Greg. in expositione super Ezechi. lib. 1
Homelia. 1

dens uero, iam monitionis uerbum suscepit, ut surgeret: Surgens autem, præceptum audiuit, ut prædicaret. Vnde rectè quoque per Psalmistam dicitur: Eduxit me de lacu miseræ, & de luto facis, & statuit super petram pedes meos, et direxit gressus meos: et immisit in os meum canticum nouum, hymnum à Deo nostro. Ambulant, qui in melius proficiunt, non ad ea quæ retro sunt respiciunt, sed extenti, ea quæ futura sunt cogitant, & ad palmam supernæ uocationis Dei in Christo Iesu contendunt, non quod acceperint iam, aut iam perfecti sint, sed ut sequantur si quomodo comprehendant, Cuius rei sese nobis exemplum proponit Paulus: Fratres, inquit, ego me non arbitror comprehendisse, unum autem, quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea uero quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ uocationis Dei in Christo Iesu. Quicumque ergo perfecti sumus hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc uobis reuelabit Deus. Veruntamen ad quod peruenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres, et obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Apostoli imitatores erimus, si quemadmodum ipse, ita & nos ambulantes, non arbitrabitur nos comprehendisse, nec perfectos esse: nec in ea respiciamus, ne ibi maneamus, ubi respexerimus: nec nos aliquid esse putemus, cum nihil simus: aut scire nos aliquid putemus, cum nondum sciamus, quomodo oporteat scire. Sed præteritorum obliti in quod peruenimus, non in eo remaneamus, sed in eo ambulemus, discutientes nos, sine dolo, sine adulatione, sine palpatione, ac nobis ipsis displicentes, ne id quod sumus permaneamus, sed semper ambulemus, & in melius proficiamus. Currunt, qui mandata Dei custodiunt, ut in Psalmo: Viam mandatorum tuorum cucurri. Currunt, qui ad brauium æternæ felicitatis persequendum se extendunt. Omnes qui dem currunt, qui in stadio currunt, sed unus tantum brauium accipit. Omnes unam uiam currimus, donec ad metam properemus. Sed beatus ille, qui in uia peccatorum non stetit. Sic igitur currendum nobis est, ut comprehendamus. Omnes enim qui in Agone contendunt, ab omnibus se abstinere, & illi quidem ut coronam corruptibilem accipiant, nos autem incorruptam. Currunt & ministri Dei & Euangelij, ut rectè consumment cursum suum, & ministerium suum: quales fuerunt Apostoli, & hodie sunt prædicatores & ministri uerbi. Sic nos existimet homo, inquit Paulus, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Idem, Scripsi in breui, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in ministerio Christi, quod alijs generationibus non est agnitus filijs hominum, sicuti nunc est reuelatum sanctis Apostolis eius, & Prophetis, in spiritu esse gentes coheredes, & concorporales, & participes promissionis in Christo Iesu, per Euangelium, cuius factus sum ego minister, secundum donum

Psalm. 39.

Ambulare est in melius proficere.

Philipp. 3.

August. de uerbis Apostoli. Sermon 15.

Imitari Apostoli quid est.

1. Corin. 8.

Quid significat currere.

Psalm. 118.

1. Corin. 9.

Act. 20.

1. Cor. 4.

Currere in ministerio Christi & Ecclesia.

Ephes. 3.

donum gratiæ Dei, quæ data est mihi, secundum operationem uirtutis eius. Sed audi quale sit id ministerium, & quo cursu adimplendum. Sed in omnibus, inquit idem Apostolus, exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute Dei, per arma iusticiæ à dextris & à sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: ut seductores, & ueraces: sicuti qui ignoti, & cogniti: Quasi morientes, & ecce uiuimus: ut castigati, et non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, et omnia possidentes. Ad hunc igitur modum affecti ministri Dei et Euangelij, uerè dicere possunt, cursum ministerij sui rectè se consummasse et impleuisse. Quod in primis exoptat idem Apostolus Paulus, qui nihil etiã periculorum se uitaturum eo nomine promittit. Sic enim ait ad maiores natu Ecclesiæ Ephesi: Et nunc ecce ego alligatus spiritu, uado in Hierusalem, quæ in ea uentura sunt mihi, ignorans, nisi quod Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens: Quoniam uincula & tribulationes Hierosolymis me manent. Sed nihil eorum uereor, nec facio animam meam preciosiorem quam me, dummodo ego consummem cursum meum, & ministerium uerbi, quod accepi à domino Iesu, testificari Euangelium gratiæ Dei. Deinde etiã eum cursum se consummasse testatur, Sic enim scribit ad Timotheum. Bonum certamè certauimus, cursum consummauimus, fidem seruauimus: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quæ reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Ac de illis dicitur apud Prophetam: Quam pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem &c. Atque hæc sanè, quæ de mystica significatione perdidimus, ut his ipsis cursum, ad persequendum præmium illius supernæ uocationis Dei in Christo Iesu, & ad implendum à Deo commissæ ministeria significetur: rectè etiã ad cælestes spiritus adaptantur, & ob id imaginibus eorum, pedes affinguntur. Nam & de ipsis dictum est: Nonne omnes sunt administratorij Spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Sed & genua mysticam significationem habent: siquidem genua præ cæteris mitigatur domini, offensa, ira mulcet, gratia prouocatur, & Deo honor exhibetur. Vnde ueniam pro peccatis à Deo exoraturi, genua curuamus, non corporis tantum, sed etiam cordis. Nihil enim prodest, si genua corporis mei ad orationem ueniens flectam Deo, & genua cordis flectam diabolo. Et hæc non ad hominem tantum, sed etiam ad Angelos pertinent. Nam & ipsos genua flectere scriptura significat. Hoc enim patris summi erga filium donum est: ut in nomine

1. Cor. 6.

Exemplum Pauli in consummando cursum sui ministerij.

Act. 20.

Cursum consummare.

2. Tim. 4.

Esai. 52.

Hebræ. 1.

Quid genua significant.

Ambro. lib. 6 Hexameron.

Orig. in Iudic. c. 2. Hom. 2.

Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, et infernorum: et omnis lingua confiteatur, quoniam dominus Iesus est in gloria patris.

Quid pennae & alae Angelorum sunt.

De incomprehensibili Dei natura Hom. 3

Dionysius de caelesti Hierarchia cap. 15

Charitas igneas habet alas.

Ambrosius in lib. de Isaac et anima.

Matth. 23

Psal. 11

Genes. 5

Hebr. 11

4. Reg. 2

Exodi 13

Esai. 6

Matth. 3

Psal. 25

Iam & Sanctorum spirituum pennatos pedes scriptura effinxit, & alas illis addidit, quod & ipsum sacramenti significationem habet. Quippe Angelorum pennae, naturae eorum euidentiam referunt.

Gabriel quippe uolitans representatur, non quod Deus pennatos Angelos condiderit, sed ut eum ex supremo domicilio, & caelesti collegio, ad terram & genus deuenisse humanum intelligas, ut inquit Chrysostomus. Deinde alis Angelorum signatur celeritas, alta conscendens, & caelestis uitae cursus, iter in anteriora semper ac celsiora consternens, & quod ad superiora feratur, mortalibus atque infimis omnibus exceptus (ut Dionysius Areopagita docet.) Sed enim alarum leuitas, id in sanctis Angelis indicat, quod terreni corporis sarcina liberi, toti absque ulla admixtione uel pondere ad celsa ferantur. Maxime uero cum alae Angelicae sint in igne: in qua specie maxime apparet Angelos supra monstrauimus. Nam & ignis, ut natura sua sursum eleuatur, ita & ignea figura id quod representat, sursum ferri significat. Sic & charitas, quia uolitat per pectora & corda sanctorum, & exurit quicquid materiale & terrenum est, & a terrenis illis ad caelestia euehit: alas habere dicitur, et easdem igneas, iuxta illud: Quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos. Maxime si diuinarum scripturarum quoque cognitione fuerint inflamae: nam & ipsae sunt alae ignis in flamma, quia eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. His alis euolauit Enoch, raptus in caelum; His alis euolauit Helias, curru igneo, & equis igneis: ad superna translatus: His alis Dominus Deus per columnam ignis deducebat patrum plebem: Has alas habuit unus de Seraphin, quando sumpsit carbones ignis de altari, & tetigit os Prophetae, & iniquitates eius abstulit, et peccata purgauit: Harum alarum igne purgati sunt filii Leui, & baptizabantur populi nationum, sicut testificat Ioannes dicens de Domino Iesu: Ipse uos baptizabit in spiritu & igne. Ita uiri renes suos uolebat & cor suum Dauid, quia alas igneas charitatis sciebat non esse metuendas.

Quid nuditas, & uestitus imaginis Angelicae significet.

Caput IX.

Quid significat nuditas in angelis.

NUDI & discalceati describuntur Angeli, quia liberi & absoluti, & expediti, atque exterioris omnis adiectionis laboribus tendunt. Nuditas enim sanctitatem, simplicitatem, et castitatem significat: Quemadmodum Adam & Eua nudi, incolae in paradiso fuerunt, id est, simplices & casti. Nam & Apostolus ita dicit: Aptauit uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo: timeo autem, ne sic

2. Cor. 11

cut

cut serpens Eua fecellit uersutia sua, ita corrumpantur mentes uestrae, a simplicitate & castitate, quae est in Christo. Sane nuditas, de qua loquitur, ea est, quam Adam & Eua habuerunt ante peccatum: priusquam enim peccauerunt, honestatis erant colore uestiti, nec ipsa nuditate confundebantur. Neque enim erat motus in corpore, cui uestrae recundia deberetur: nihil putabant uelandum, quia nihil senserant re frenandum. Post peccatum autem quicquid est pudendum in membris illorum inobedientia (de qua erubuerunt, qui post peccatum folijs ficulneis eadem membra texerunt) soli peccato inobedientiae imputatur: cuius haec poena consequuta est, ut homo inobediens Deo, sua quoque sibi inobedientia membra sentiret: de quibus erubescens, quod non ad arbitrium uoluntatis eius, sed ad libidinis incentiuum uelut arbitrio proprio mouerentur, quae pudenda indicant, operienda curauit. Si quidem hac inobedientia carnis suae tanquam teste poenae inobedientiae confusi, consuerunt folia fici, & fecerunt sibi campestraria, id est succinctoria genitalium. Sunt autem campestraria ex eodicta, quod iuuenes qui exercebantur in campo, pudenda operiebant. Unde qui ita succincti sunt, olim campestrati appellabantur. Atque ex hac inobedientia apud omnes gentes, quoniam ab illa stirpe procreatae sunt, consequutum est, ut omnes ita pudenda uelent: ut illas partes nec in balneis nudas habeant: sed cum earum tegumentis lauent. Quemadmodum per opacas Indiae solitudines, ipsi etiam Gynosophistae, qui nudi philosophabantur, tamen genitalibus tegumenta adhibebant. Ac proinde, ut simplex illa nuditas ante peccatum, nec Deo, nec hominibus displicebat, quando corpus obediebat animae, sicut ipsa obediebat domino. Ita post peccatum, sicut homo inobediens fuit Deo, ita rationi inobedientia sunt membra: quae nescio qua infirmitate efficere non potest, ut se nolente non moueantur membra, & se uolente moueantur. Quae propter hoc in quouis casto, merito appellantur pudenda, quae aduersus dominam mentem, quasi suae sint potestatis, sicut libitum est, excitantur. Idque solum iuris in his habent frana uirtutis, ut ad immundas & illicitas corruptiones ea peruenire non sinant. Ideoque omnibus modis explodenda est Adamanorum insania, qui sub specie innocentiae: sed re ipsa libidinis magis exercebantur causa, in latibulis & speluncis nudi conueniebant. Quorum errorem optime confutat Epiphanius. Proinde nuditatem illam, quam simplicitatem & castitatem significare diximus, eam accipimus, quam primi nostri parentes ante praeruaricationem habuerunt, quae ipsa obedientiae & innocentiae colore erat uestita. Et eam puritatem ipsa etiam Angelorum nuditas significat. Nam & sancti Angeli in splendidissimo habitu constituti, non quod tunicis operiuntur & pallijs: sed cum in illis sit natiuitatis suae nuda substantia, uestiti uidentur esse quod sancti sunt. Nam hoc modo, & Adam custodiens honestatis

Nuditas Adae et Euae in Paradiso.

Aug. de Genesi. ad literam lib. 11. cap. 1.

Idem de peccato orig. contra Pelagium, et Celestium lib. 2. cap. 23.

Quid campestraria. Aug. lib. 14. de ciuitate Dei ca. 17.

Ante peccatum non displicuit nuditas.

Vnde dicitur pudenda

Aug. de peccatorum meritis et remissione, contra Pelagianos, lib. 2. capit. 22. Epip. li. 2. To. 1. contra Haer. 52.

Angelorum nuditas.

Ambro. Sermone 10. Quis maior est in regno caelorum.

F ij Angeli

Ministri Angelice dignitatem, erat quidem nudus mundanis uestibus, sed im-
 mortalitatis erat splendore uestitus. Quin & peculiare est mi-
 Def quo- nistris Dei, ut discalceati mittantur: Quemadmodum Esaiam missum
 modo dif- legimus. Vade, inquit dominus, & solue saccu de lumbis tuis, et cal-
 calceati sut legimus. Vade, inquit dominus, & solue saccu de lumbis tuis, et cal-
 Esaiæ 20 ceamenta tolle de pedibus tuis, & fecit sic, uadens nudus & discalceas
 Exodi 3 tus. Et ad Moysen dicit Dominus: Ne appropies huc, solue calceas
 Matth. 10 mentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est. Sic
 & Christus mittens discipulos suos, Nolite, inquit, possidere aurum
 & argentum, neque pecuniam in zonis uestris: non peram in uia, neque
 duas tunicas, neque calceamenta, neque uirgam &c. Quibus nimirum si
 Ambro. in Lu- gnificatur, eos qui in ministerium Dei mittuntur, solutos esse debe-
 can lib. 2. c. 3 re prauis affectibus, ut animi eorum egressus, & mentis, corporei ne-
 xus uinculis absoluti, iter spirituale gradientur, non ut calceamenta
 Error nudi corporalia non portent. Itaque ridiculus est error eorum, qui nu-
 pedum. dis pedibus putabant semper ambulandum, eo quod Dominus dix-
 Iosue 5 erit ad Moysen, atque etiam ad Iosue: Solue calceamentum de pedibus
 Augustinus de hæresibus 69 tuis. Et quod Propheta Esaias nudis pedibus iussus fuerit ambulare.
 Epiphanius li- Nam et si legamus uiros sanctos ab usu calceorum abstinuissè, quod
 bro 2. To. 1. h. e. de Iacobo Apostolo tradit Epiphanius, et procul dubio idem etiam
 ref. 52. Idem li. cæteri Apostoli præceptum Christi sequentes, seruarunt: tamen inde
 3. To. 2. Hæ. 28 error nudipedum hæresis est, quia non propter corporis afflictionem
 Quomo sic ambulat, sed quia testimonia scripturæ sic intelligunt. Quan-
 do peccat- quam & iidem ministri Euangelij calceati esse debent: De quibus Ap-
 rores sunt postolus ait: Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis. Et
 pedes Chri- hoc calceamentum est, non ministrorum, sed Christi. Habet enim
 sti et calce- Christus & pedes, & calceamentum: pedes Christi intelligere possumus
 ati. Christianos, in quibus ambulat, præcipue Apostolos, cæterosque
 Ephe. 6 que prædicatores, per quos discurrit. Calceamenta autem, quibus
 operit pedes, possumus intelligere firmitates, quibus omnes operit
 prædicatores: quæ quidem quam fortia sint, illud declarat quod Do-
 Hiero. 1 minus ad Hieremiam ait: Ecce posui te hodierna die sicut ciuitatem
 Ioann. Chryso- firmam, & murum æreum. Rursus simplex illa multi formisque sapien-
 in Mat. hom. 3 tia, Angelos etiam nudos operit, nam & uestitu fulgido & sacerdo-
 Quid uesti- tali eos induit, & stola præcinctos describit. Ac primum quidem ue-
 tus in An- stis sacerdotalis uim illam adducendi ad diuina & sacratiora specta-
 gelis signi- ficat a cula, totiusque uitæ consecrationem insinuat. Est enim sacerdos a san-
 Scerdos a- ctificando dictus, quia nos sanctificat: quod ministerium etiam in an-
 sanctifican- gelos conuenit. Nam & ipsi nobis adhibentur, ab ortu natiuitatis no-
 do dictus. stræ, & ad custodiendos nos usque ad finem dantur. Vnde quidam
 August. in lib. sanctus ait (ut refert Augustinus) magna est dignitas animarum, ut
 meditationum quæque habeat abortu natiuitatis ad custodiam sui. Angelum de-
 capit. 12 legatum, Deinde et Ecclesiam designat hæc uestis: Ipsa siquidem ue-
 Hieronymus. stis est, de qua dicit Apostolus, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesia.
 In Matth. c. 18 non
 August. in
 Psalm. 133
 Ephe. 5

non habentem maculam neque rugam. Quam utique Angeli & sacer-
 dotes ministerio suo mundant, ut non habeat maculam: extendunt,
 ut non habeat rugam. Christus fullo principaliter mundat, & exten-
 dit: Vbi autem, nisi in ligno? Ad quem modum quotidie etiam a ful-
 lonibus tunicas quodammodo crucifigi uidemus, ut rugam non ha-
 beant. Zona, qua Angeli circa lumbos præcincti hominibus ap-
 parent, primum opus ministerij significare uidetur. Ideo enim homi-
 nes Zona præcinguntur, ut ad operandum sint aptiores, ne uestis si-
 nibus præpediantur. Verum quod sanctum & honestum id opus, &
 ab omnibus illecebris alienum esse intelligatur, lumbos præcincti de-
 scribuntur: Lumbos enim accingere, est libidinem coercere, iuxta il-
 lud Christi: Sint lumbi uestri præcincti & lucernæ ardentes in mani-
 bus uestris. Quod omnium maxime ministris Euangelij dictum
 est, Deinde lucernas ardentes in manibus gestare iubetur, quo nimi-
 rum præcipitur, ut primum libidinem restinguant, & tum alijs se bo-
 norum operum exempla commonstrent. Sed & succincti debent
 esse lumbos mentis, qui in ministerium Dei fuerint missi, ut primus
 ille Ecclesie Pastor Petrus admonet: Propter quod, inquit, succincti
 lumbos mentis uestræ, sobrii perfecte sperate in eam, quæ uobis of-
 fertur, gratiam. Quo innuit, luxuriam non solum à corpore, sed etiã
 à mente & cogitatione esse restringendam. Atque id sanè est,
 quod Angeli non solum lumbos, sed etiam pectus cincti esse formã-
 tur: In qua forma Angelus Ioannem, in Apocalypsi alloquutus est,
 nempe Zona aurea super mammillas cinctus. Quia enim testamenti
 noui mundicia, etiam cordis luxuriam frenat: Angelus qui in eo ap-
 paruit, in pectore cinctus uenit. Quem bene Zona aurea stringit,
 quia quisquis supernæ patriæ ciuis est, non iam timore supplicij, sed
 amore Charitatis immunndiciam deserit.

Fullones
Ecclesie
qui sunt.

Quid Zo-
na signifi-
cat.

Quid est
Lumbos
præcinge-
re.
Luce 12

Gregorius in
moralibus lib.
8. cap. 8
Idem 31. c. 2
2. Petri, 1

Angelus
Zona au-
rea cinctus
Apoc. 1

Quid designet uirga, & alia Quædam instrumenta, quæ diuinæ
 scripturæ imaginibus Angelorum tribuunt.
 Caput X.



IRGA in imaginibus cælestium substantiarum, præferen-
 de potestatis in ligno demonstrat: iuxta illud Psalmi: Sedes
 tua Deus in seculum seculi, uirga directionis, uirga regni
 in ligno. Virgam directionis, uirgam instructiuam accipit sacer-
 P saltes: quia scilicet erudiens, non obliqua sed recta facit iudicia. De
 qua & illud accipiendum est: Si dereliquerint filij eius legem meam,
 et in iudicijs meis non ambulauerint, uisitabo in uirga iniquitates eo-
 rum. Multiplex uirga in scripturis.
 Est & uirga consolationis, de qua dicitur: Virga tua, & baculus tuus
 us, ipsa me cõsolata sunt. Est & uirga contritionis, quæ ferrea in Psal-
 P sal. 22

Virga in
Angelis
potestatis
insigne est.
P salm. 44
Basilus Mag-
nus in Psa. 44
P salm. 88
uirga in
scripturis.
P sal. 22

mo appellatur: Reges eos in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringes eos. Hac uirga boni reguntur & mali. De bonis ait Petrus: *August. de con-* *Tempus est ut iudicium incipiat à domo domini, & si initium à nobis:* qualis finis erit eis, qui non credunt dei Euangelio? *Et si iustus uix saluus erit, peccator & impij ubi parebunt?* Mali hac uirga non solum reguntur: sed etiam comminuuntur, ut qua tanquam uas figuli confringuntur: Sed ita tamen conteruntur, ut caro tantum, et quod in eis terreum est et luteum, confringatur, spiritus autem seruetur. *Sicut legimus: Tu quidem percuties eum uirga, animam autem eius à morte liberabis.* Hac uirga utens Apostolus, hominem qui uxorem patris sui habuerat, Sathanæ tradidit, in interitum carnis, ut spiritus eius saluus esset, in Die domini nostri Iesu Christi. Sic dominus in animam Sancti Iob potestatem non dedit, sed in carnem eius permisit licentiam. Rectè igitur et uirgam ferunt Angeli, tanquam Regis & Ducis insigne, ut recta domini iudicia perficiant. Nam & ipsi corporalibus his iudicandis atque administrandis præstant, qui & secundum potestatem sibi à domino mandatam, & dirigunt homines, & consolantur: Ac de his, qui Dei mandata præuaricantur, uindictam sumunt. Primum enim tanquam procuratores & actores, quibus creditæ sunt dispensandæ & regendæ animæ nostræ, nos erudiunt. Sicut & in quodam loco Angelus poenitentiae describitur, qui nos suscipit castigandos, ut alicubi refert Origenes. Sed & singuli suos Angelos habent, qui ab erroribus eos conuertunt ad Deum, qui ascendunt & descendunt ad Deum, perquirunt & curiose agunt, quid in uno quoque nostrum inueniant quod offerant Deo. Vident & perferuntur, uniuscuiusque nostrum mentem, si habeat, aliquid tale, si tam sanctum aliquid cogitet, quod mereatur Deo offerri. Sic unusquisque est in cura & portione sui Angeli. Sunt etiam tiam qui dicant, ab initio sæculi huius, cum dispergeret Deus filios Adam, fines gentium, secundum numerum Angelorum Dei constitutos, & pro meritis unicuique genti Angelorum statutum fuisse principatum, secundum id quod dicit Moyses, Cum diuideret excelsus gentes, & distingueret fines gentium, secundum numerum Angelorum Dei posuit eas. Sic angeli pro nobis contra dæmones etiam pugnant, Nam & militia est angelorum non ob aliud constituta, quam ut pro nobis contra aduersarios nostros dæmones, pugnent. Sic Iacob locum quendam uocauit castra domini, quoniam militiam illic aspexit angelorum: & ubicunque sunt Deum timentes, circa eos sunt castra angelorum. Immittet enim Angelus domini in circuitu timentium eum: Sicut fuisse et circa Helisæum liber refert regnorum. Angeli igitur sunt, qui liberant nos à ruina, & dæmonio meridiano: quorum auxilio adiuti, non timebimus à timore nocturno, à sagitta uolante per diem, à negotio perambulante in tenebris: Sed et ab iniustis hominum persequu-

quutionibus, nos liberant, quemadmodum Apostolos, & alios Sanctos Dei homines, à carcere & uinculis Tyrannorum, Angelorum opeliberatos esse legimus. Deinde uirga consolationis utuntur Angeli. Sic sanè Angelus Tobiam consolatur cæcum, & dolentem quod in tenebris sederet, & lumē cæli non uideret: Forti (inquit) animo esto, in proximo est, ut à Deo cureris. Sic Angelus Gabriel uirginē Mariam consolatus est, cum enim salutata ab eo, turbata esset in sermone eius, cogitans qualis hæc esset salutatio: Ne timeas, inquit, Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Sic & pastores nato Christo consolatus est Angelus, quibus, propter claritatem, quæ eos, noctis uigilias custodientes super gregem suum, circumfulserat, exterritis dixit, Nolite timere: Ecce enim Euangelizo uobis gaudium magnū, quod erit omni populo: quia natus est uobis hodie saluator. Postremò in uirga quoque ferrea, malos castigat Angeli. Vnde & Propheta, uindictam à Deo contra persequutores suos exposcens, illud quoque orat, ut Angelus domini persequatur eos. Sic Angelus crudelis mittitur contra malū qui querit iurgiam, ut inquit Sapiens. Et magna certè potentia est, qua Angelus domini in regem Assyriorum ulus est: Egredus est, inquit, Angelus domini, et percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia, & surrexerunt manè, & ecce omnes cadauera mortuorum. Pari seueritate uiros Sodomorum, domum Loth circumdantes perculerunt Angeli: siquidem omnes, à minimo usque ad maximum, cæcitate percusserunt, ita quod ostium, quod antea uidentes effringere uolebant, iam cæci inuenire non possent. Atque hoc modo non solum uirum sanctum, cum generis suis et filiabus suis periculo eripuerunt, et iniuriam persequutorum ab ipsis propulsarunt: Sed etiam uindictam de ipsis sumplerunt. Atque ita sanè Angeli, tanquam ministri Dei, in uirga etiam ferrea nos regunt: bonos quidem, ut obediētes conseruentur: malos uero, ut conuertantur, ut fiant uel fors domini: ut offerantur domino, uel fors capri emissarij, ut mittantur in eremum: iuxta figuram cælestis mysterij, legis expiationis in Leuitico, quæ iubebat duos Hircos offerri: super quos fors mittebat, una domino, altera capro emissario: ut cuius fors exiret domino, is offerretur pro peccato. Cuius autem in caprum emissarium, is coram domino statue re uiuus, ut preces super eo funderentur, et in solitudinē mitteretur. Qui autem hircos oblatos accipiebat, Paratus appellabatur. Singulos igitur fors una manet è duabus: aut enim bene agētes, fors domini sumus: aut male agentes, fors nos ducet: in eremum et solitudinē. Eremus est locus desertus, desertus uirtutibus, desertus Deo, desertus iustitia, desertus Christo, desertus omni bono. Qui adducunt, parati sunt, id est angeli, semper ad adducendū: ministri enim Dei sunt ad hoc ipsum, destinati quod impleant sortē, quā nobis ipsi parauerimus. Si enim bene uixerimus, si fregerimus esurienti panem nostrum ex animo, & nudum uestierimus, si

rectum iudicium iudicauerimus, iniquo aduersum iniquitatem suam restiterimus: nec posuerimus consilium nostrum cum his, qui laqueos innocentibus parant: sortem nostram facimus dominum. Si uero libidini seruiamus, uoluptatis amatores magis sumus quam Dei. Si seculum diligamus, & maliciam non oderimus, sortem nostram facimus eremum, ut abducamur in eremum, per manum ministri Dei,

Psalm. 102

Instrumenta seueritatis quæ dantur Angelis.

Genes. 3

Apoca. 2

2. Mach. 11

Apoca. 17

Psalm. 7

Iob. 41

Angeli

poenarum nostrarum ingemiscunt.

Ambrosi. lib. 5

Episto. epi. 21

Luce 15

Virga duplex ministrorum Euangelij.

1. Cor. 4

August. lib. 3

contra episto. Parmenian. c. 1

qui in hoc ipsum a Deo ordinatus est, & ob id paratus uocatur. Id est Sanctos Angelos, qui in hoc parati sunt, ut uoluntatem Dei exequantur, nullius personam erubescens, nec diuitis, nec potentis, nec regis, nec sacerdotis, Atque ad exercendam huius uirgæ seueritatē, alia quoque instrumenta Angelis adhibentur, ut gladius, romphea, hasta, & similia, ut in Genesi: Eiecitque Adam, & collocauit ante paradisum uoluptatis Cherubin, & flammeum gladium atque uersatilem, ad custodiendam uiam ligni uitæ. Et in Apocalypsi: Hæc dicit qui habet rompheam, ex utraque parte acutam. Scio ubi habitas, ubi est sedes Sathanæ. Et in libro Machabæorum: Apparuit præcedens eos eques in ueste candida, armis aureis hastam uibrans. Et rursus in Apocalypsi: Et uenit ad me unus de septem Angelis, habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis. Etenim gladius, framea, romphea, arcus, et similia, seueritatis diuine exercitium significant, ut in Psalm: Nisi conuertimini gladium suum uibrabit, arcum suum tetendit, & paruicillum. Et Iob: Cum apprehenderit eum gladius sustinere non poterit, neque hasta neque thorax. Et iterum, Quali stipulam æstimabit malleum, & deridebit uibrantem hastam. At interim Angelos ipsos, qui in istius mundi laboribus, hæc & alia multa sustinent ministeria (ut in Apocalypsi Ioannis legimus) dubium non est ingemiscere, cum adhibentur poenarum & excidiorum ministri, qui habentes uitam beatam, mallent utique eam in illo superiore tranquillitatis suæ statu currere, quam nostrorum peccatorum poenarum ultricibus interpolari: Etenim qui gaudent unius peccatoris redemptione, utique tantorum peccatorum ærumnis ingemiscunt. Atque hæc est uirga, quæ non solum Angelis, sed etiam cæteris Dei & Euangelij ministris data est. Huius autoritate fretus Apostolus dicit. Veniam autem ad uos cito (si dominus uoluerit) & cognoscam, non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem: non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Quid uultis, in uirga ueniam ad uos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? De utraque hic loquitur Apostolus, directiua, & ferrea. Quanquam eam quæ ferrea est, non eam quæ in mansuetudine consistit, uirgam appellat: non quod directiua uirga non sit, sed quia uirgæ & potestatis usum, plerumque ex seueritate & uindicta, magis quam ex mansuetudine æstimamus. Immo nec uirga est, quæ est sine charitate. Sed aliud est charitas seueritatis, aliud charitas mansuetudinis: una quidem charitas sed diuersa in diuersis operatur. Ferrea charitatem

tem seueritatis habet. Directiua charitatē mansuetudinis. Vtraque uis sunt Apostoli, & ministri Christi. An non seuerè hoc? Omnino, inquit, audit inter uos fornicatio: et talis fornicatio qualis nec in Gentibus, Ita ut uxorē patris quis habeat. Et uos inflati estis: & non potius luctum habuistis, ut tolleretur de medio uestro, qui hoc opus fecit. Sed habet hæc seueritas & uindicta charitatē, quæ ita fit, ut ad salutem magis quam ad interitum proficiat. Quod ex eo facile intelligitur, quod sequitur: Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicauit, quasi præsens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis uobis & meo spiritu, cum uirtute Domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi hominē Sathanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini. Neque enim hic aliud agit Apostolus, nisi ut per interitum carnis salutem spirituali consulat. Nisi enim membra nostra mortificauerimus super terram, salui fieri non possumus. Ipso eodem Apostolo dicente: Si enim secundum carnem uiueritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Nec fraternam charitatem ab eo separauit, quem hoc modo in interitum carnis Sathanæ tradidit, & à fraterna congregatione separari præcepit. Quod ad Thessalonicenses scribens apertius declarat: Si quis, inquit, non obedit uerbo nostro per Epistolam, hunc notate, & non commiscimini cum illo, ut erubescat, & non inimicum eum æstimetis, sed corripite ut fratrem.

Quid nubes significent, in quibus cælestes Spiritus hominibus apparere describuntur Cap. XI.



Ubis quoque speciem diuina scriptura sanctis spiritibus assignit. Primum, quia supremam illam lucem diuinæ ueritatis, quam modeste reuerenterque ipsi suscipiunt, in sequentes, maximè uero mortales homines, pro suo cuiusque captu, secundæ deriuatione transfundunt. Nam ut cælestis splendor, ad aspectum humanum nisi per interfulas nubes aëris peruenire non potest, quia nubes prætexunt cuncta desuper, ut inquit Iob: Vnde in cælum attolentes oculos nostros, non cælum, sed nubes intuemur: Ita & mens nostra, lucem supernam diuinæ ueritatis capere non potest, nisi ad eam ipsam per nubes, id est, Angelos, Prophetas, Apostolos, & prædicatores uerbi Dei penetret. Quia enim carnales homines sumus, cum supernam lucem intueri nitimur, quasi in cælum oculos leuamus, & uelut in cælo aciem intendimus. Sed quia transire intellectus noster ad diuinam non sinitur, nisi ea, uel Angelis annunciantibus, uel docentibus prædicatoribus, uel Sanctorum hominum exemplis prælucentibus, manifestentur. Deinde quia illis, & foecunditas, & uis item animandi, & agendi, & perficiendi adfit: luxta intelligibilis imbris foecunditas

1. Cor. 5
Exemplum
uirgæ
reca
ritate.

Colo. 3

Roma 8

2. Thess 3

Quid nubes in Angelis significant.

Gregor. in Iob li. 27. c. 6

Iob. ca. 36

Nubes mystice sunt Angeli & Doctores uerbi Dei.

cunditatem, quę subiectum gremium, ad uitalem partum pinguibus euocet pluuijs, nā hęc rectissime nube signant, ut inquit Dionysius. Quę optimē sanē in sanctos angelos conueniunt. Nā preter q̄ quod diuina eloquia in uniuersum, cęlestes spiritus, et quicquid de diuinitate aliquid participat, per nubis umbraculū describunt. Cuiusmodi sunt quę de Deo leguntur: Ecce gloria Domini apparuit in nube. Item, Apparuit Dominius in columna nubis. Item, Eleuata est nubes de tabernaculo foederis. Item, Operuit nubes tabernaculum, & apparuit gloria domini. Item, de Christo transfigurato in monte: Resplenduit facies eius sicut sol, uestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Et post pauca, Adhuc eo loquente ecce nubes obumbravit eos, et uox facta est in nube. Et illud de eodem, Vidētibus illis eleuatus est, et nubes suscepit eum, ab oculis eorum. Item, Et tunc uidebunt filiū hominis, uenientem in nubibus cęli, cum uirtute multa & maiestate. Et si qua sunt similia, quę non sine profunda multorum diuinorum mysteriorum significatione, de Deo in sanctis scripturis dicta sunt. Angeli nū Nubes certē, in quibus Angeli hominibus apparuisse commemorat scriptura, & ipsę sacramenta, ad ipsa Angelorum ministeria pertinentia designant. Primum enim, Angeli nunciij Dei sunt, unde & nomē habent. Siquidem Angeli dicti sunt, quia Dei sententias hominibus ἀγγελος hoc est nunciant. Etenim quę ad nos deferunt, uerba & mandata Dei sunt. Quemadmodum Maria Magdalene stans ad monumentum foris, & plorans, iisdem uerbis a duobus Angelis in monumento sedentibus, & a Christo ipso iuxta astante, interrogata fuit: Nempe ab utrisq; dicitur. Quid ploras mulier? Non alia nimirum ratione, quam ut intelligamus, uerba Angelorum mandata fuisse Domini, ut inquit Ambrosius. At uerba & mandata Dei plurima sunt, quibus animę reuirescunt. Voces autē Angelorū, scripturę item Prophetarum & Apostolorum, quibus diuina uerba & mandata nobis innotescunt, nubes sunt: ex quibus pluuiā ipsa in animas ipsas descendit. Vnde & Angeli & Prophetę, & prædicatores uerbi Dei, nubes in scriptura appellantur, de quibus dicitur: Misericordia tua & ueritas tua usq; ad nubes. Item, Qui sunt isti, qui ut nubes uolant. Hijs sunt enim qui scripturas nobis aperiunt, & uerbum uoluntatemq; Dei super nos pluunt. Nam quis posset nosse cęlestem misericordiā & ueritatem, nisi annunciatet Deus hominibus, mittendo ueritatē suam usq; ad nubes, qui sunt Angeli, Prophetę, Apostoli, & uerbi Dei prædicatores. Vnde & quando minatur Deus per prædicatores, Quō tonat et coruscatur, tonat per nubes: Quando miracula facit per prædicatores Deus, coruscatur per nubes: terret per nubes, & irrigat per pluuiam. Angeli igitur, Prophetę, Apostoli, & prædicatores uerbi ueritatis, nubes Dei sunt, enunciātes nobis misericordiam & ueritatem Dei. Prophetę quidem & Apostoli, per scripturas sanctas, ex reuelatione Spiritus sancti

De celest, Hierar. cap. 15
Diuina in nube nobis apparēt
Exod. 16
Deut. 31
Numero. 10
Numero. 16
Matth. 17
Actoꝝ. 1
Luc. 21
Matth. 24
Iohan. 20
Ambro. li. 3. de uirginibus.
August. de Genesi cōtra Mach. li. 2. c. 4
Cur scripturę Prophetarū & Apostolorū dicuntur nubes.
Psalm. 35
Esai. 60
Augustinus in Psalm. 35
et coruscatur
Deus per nubes mystice.
Aug. li. 13. cōfessi. cap. 15

sancti Ecclesię traditas, quę transeuntibus etiam prædicatoribus ex hac uita in aliam, ipsa nihilominus usq; ad finem sæculi permanebūt. Nam & cęlum & terra transibunt, Sermones autem Dei non transibunt, quia uerbum domini manet in æternum. Angeli uerō qui & ipsi uerbo Dei docti sunt, non quidem legendo scripturas, (neq; enim opus habent, legendo cognoscere uerbum Dei) uident enim faciem Dei semper, & ibi legunt sine literis, quę sit æterna uoluntas Dei: legunt, eligunt, & diligunt. Semper legunt, & nunquam præterit quod legunt. Siue igitur Angeli, siue Prophetę & Apostoli, siue prædicatores sint, qui uoluntates Dei nobis annunciant, certē nubes Dei sunt: quos si audiamus, tum pluuiā cęlesti uerbi Dei animę nostrę irrigantur, atq; foecundatur. Sin uero uerba eorum respuamus, non imber foecunditatis in nos descendet, ut fructus bonos producamus: sed arefcet si quid in nobis est uiride, & in spinas cōuertetur. Etenim qui uerbum Dei non recipiunt, uinea illa sunt, de qua Propheta dicit: Expectaui ut faceret uuam, fecit autem spinas. Quam increpans iratus Deus, Mandabo, inquit, nubibus meis ne pluant super eam, quod & factum est. Illi sunt enim prædicatores Apostoli, qui prædicantes uerbum Dei ludæis, spinas inuenerunt non uuam, Illi enim non solum non receperunt eos, sed etiam mala pro bonis reddiderunt. Idcirco Paulus Apostolus implens illud quod dictum est, Mandabo nubibus meis ne pluant super eam: non erubuit ad eos dicere: Ad uos missi eramus, sed quia respuistis uerbum Dei, ecce conuertimur ad gentes. Sed & alia pœna manet eos, qui prædicantes uerbum Dei, aut scripturas sanctas malē intelligunt, Nempe quam Deus per Prophetam minatur: Pluet, inquit, Deus super peccatores laqueos. Sicut, exempli gratia, quod scriptum est, Et erunt duo in carne una, si ad libidinem quisquā interpretetur, laqueum pluit super peccatores. Sin autem intelligas, sicut ille qui ait. Ego autem dico, in Christo & Ecclesia: imbrem pluit super fertilem terram. Item Dominus dicit, nō quod intrat in os uestrum, uos coinquinat, sed quod exit ab ore. Audit hoc peccator, at gulā parat uoracitati: Audit hoc & iustus, & a ciborum discernendorum superstitione (qualem quidam hæretici fecerunt) munitur. Eadem igitur scripturarum nube, peccatori pluuiā laqueorum, iusto pluuiā ubertatis infusa est.

Luc. 21
Esai. 40
Quō legūt Angeli sine literis.
Augustinus in Psalm. 35.
Iudæis uerbū Dei nō uuas sed spinas protulit.
Esai. 5
Actoꝝ. 17
Augustinus in Psalm. 10
Verbū dei laqueus est male interpretantis
Genes. 2
Ephes. 5
Matth. 15

Quid aurum, argentum, æs & lapides preciosi, in formis cęlestium substantiarum designent.

Caput XII.



Vrum, argentum, æs, Electrum, & lapides preciosi, in figuris cęlestium spirituum multas & uarias significationes habent: non solum ad Angelos ipsos, sed etiam ad ipsorū Angelorum ministerium pertinentes. Ac primum quidem

Angeli dicuntur Aurum obrizum,

Grego. in Iob libro 18. c. 106 dem, quod auro obrizo insigniuntur Angeli, ipsos plane Angelos significat, qui recte & aurum uocantur, & obrizum: Aurum, quia fulgent claritate iustitiæ: Obrizum quia nullum habuerunt unquam contagium culpæ. Homines iusti sunt uerum, sed non obrizum. Sapient. 9. Homines uero iusti, quam diu in hac carne mortaliter uiuunt, aurum quidem esse possunt, obrizum omnino non possunt, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Nam quamuis in hac uita, ex magnæ iustitiæ claritate refulgeant: nequaquam tamen ad purum peccatorum sordibus carent, Ioanne Apostolo attestante, qui 1. Iohan. 1. dixit, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, et ueritas in nobis non est. Et idem affirmante Iacobo qui dicit: Iacob. 3. In multis enim offendimus omnes. Propheta etiam prædicante, qui Psal. 142. ait: Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Aurum ergo obrizum illi nuncupatur, qui ea, in qua conditi sunt, innocentia perdurantes, & fulgent claritate iustitiæ, & nec uel minimis maculantur sordibus culpæ.

Aurum sapientiam in Angelis. Prouer. 8. Exodi 25. Origenes, in Canticum canticorum Homelia 2. August. li. 4. de Gene. ad li. capit. 24. Sed & sapientiam in Angelo significat aurum. Sicut scriptum est. Accipite prudentiam sicut argentum, & sapientiam sicut aurum probatum. Vnde & candelabrum in tabernaculo testimonij aureum, & solidum poni iubebatur: quod quidem formam tenet naturalis legis, in qua lex scientiæ habetur. Est autem prima omnium in Angelis creata sapientia, qua & in uerbo Dei, & in ipsa creatura uniuersam cognouerunt creaturam, ut supra ex Augustino demonstraui. Propter quod & Cherubin aurea dicuntur, quia plenitudo scientiæ interpretantur. Hæc autem omnia, omnium maxime ad ministerium Angeli pertinet, ut uoluntatem Dei, quam in uerbo sapientissimè cognoscit, hominibus nunciare possit. Argentum in Angelo eloquium Dei significat, ut in Psalmo: Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, quod & ipsum ad officium & ministerium Angelorum spectat: quibus incumbit, ut uoluntates Dei hominibus annuncient. Atque utraq; hæc, argentum uidelicet & aurum, & eorum speciem Electrum complectitur: de quo in Ezechiele dicitur. Et uidi, & ecce similitudo, quasi aspectus ignis, ab aspectu lumborum eius & deorsum ignis, & a lumbis eius & sursum, quasi aspectus splendoris, & uisio Electri, ut quod utriusque speciem complectitur. Ideoque ex qua parte auri color ostenditur, splendorem inuolabilem sapientiæ in Angelis designat, quia neque consumi neque imminui potest, neque ulla ratione maculari. Quia uero argentum lucet, nitidus ille & ignitus diuini eloquij splendor, quo Angeli, hominum corda & accendunt & illuminant, significatur. Ari, uel ignis uel auri proprietatem ascribi oportere Dionysius existimat. Origenes alibi æs fortitudinem & constantiam interpretatur, quæ & ipsa omnium maxime conuenit Angelo, ut Dei legato, quem utique in exequenda uoluntate

Dei fortem & constantem esse oportet. Nec à ministerio Angeli alienum esse uidetur, ut æs in imagine ipsius uocem esse interpretemur. Aliud est enim sermo, qui ratione subnixus est, qui eloquij appellatione uenit, illius quod per argentum designatur: aliud uox. Itaque uox non quidem uentosa illa aeris fractio, sed ea qua uarijs linguis aliquid enunciat, per æs significatur. Quæ & ipsa ad officium eius, qui in ministerium Dei missus est, pertinere dignoscitur. Quam gratiam & in Apostolos, in die Pentecostes, Spiritus sanctus contulit. Si quidem iam mittendi per orbem uniuersum, ad prædicandum Euangelium omni creaturæ, hoc donum acceperunt, ut uarijs linguis loquerentur magnalia Dei. Ideoque et inter gratias, quæ inter ministros Dei à spiritu sancto distribuuntur, sermo sapientiæ, sermo scientiæ, genera linguarum, & interpretatio sermonum numerantur. Lapidibus preciosos duodecim enumerat scriptura, in Exodo, deinde in Ezechiele, & tertio in Apocalypsi. In Exodo, in pectore Pontificis per quatuor ordines ἐν τῷ ἱερὸς in rationali Pontificis describuntur, & in humeris eius duo lapides Onichini, in quibus duodecim Patriarcharum scripta sunt nomina, quos uerus Pontifex (de quo scriptum est, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech) portat in pectore, portat in humeris. Fuerunt autem intexti hæc lapides per quatuor ordines, ita ut in singulis uersiculis, terni lapides collocarentur. In primo ordine Sardius, Topazius, Smaragdus: In secundo Carbunculus, Sapphirus, Iaspis: In tertio Lyncurium, Achates, Amethystus: In quarto Chrysolitus, Onichinus, Berillus. In Ezechiele hæc lapides in corona Principis ponuntur, sed alio tum ordine tum numero, in translatione quæ est secundum Hebraicam ueritatem. Alio à Septuaginta interpretibus describuntur. Nam prima translatio ad hunc modum habet: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientiæ, & perfectus decore, in delicijs paradisi Dei fuisti: omnis lapis preciosus operimentum tuum, Sardius, Topazius, & Iaspis, Chrysolitus, Onix, & Berillus, Sapphirus, Carbunculus, & Smaragdus. Septuaginta autem sic habent: Omni lapide bono circumdatus es, Sardio, & Topazio, & Smaragdo, & Carbunculo, & Sapphiro, & Iaspide, et Argento et Auro, et Lyncurio, & Achate, & Amethysto & Chrysolito, & Berillo, & Onichino. In Apocalypsi Ioannis, ubi de uiuis lapidibus Hierusalem extructa memoratur, paululum in extremis partibus ordine commutato, sed idem tamē in fundamentis eius ponuntur lapides, ita ut portæ illius Crystalli lumine scribantur ædificata. Ædificanda igitur cælestis Hierusalem in terris, quæ in Apocalypsi uocatur sponsa & uxor agni: habens lumen simile lapidibus preciosis, sicut Iaspidis, & Crystalli: & murum magnum, & portas duodecim, inscriptas nominibus tribuum Israel, quarum tres erant ab Oriente, & tres ab Aquilone, & tres ab Austro, & tres ab Occasu solis,

Orig. in ca. 24. Exod. Hom. 13.

Donum linguarum. Actuum. 2.

1. Cor. 12.

12. Lapidibus preciosis in scripturis.

Hieron. li. 9. c. 6. mentariorum in Ezechiele.

Exodi 28. Ezechi. 28.

Apoc. 21.

Psal. 109.

Ordo 12. lapidum in rationali.

Exodi 28.

Alius ordo 12. lapidum in Ezechi.

Ezechi. 28.

Apoc. 21.

Ordo 12.

lapidum in Apocalyp.

su solis, murusq; fultus duodecim fundamentis, cuius omnis ædificatio ex lapide lapide, & singula fundamenta murorū, habebant singulos lapides. Primum Iaspidem, secundum Sapphirum, tertium Calcedonium, quartum Smaragdum, quintum Sardonicem, sextū Sardonium, septimum Chrysolitum, octauum Berillum, nonum Topazium, decimum Chrysoptasum, undecimum Hiacyntum, duodecimū Amethystum. Atq; ex lapidibus quosdam etiam imaginibus cælestium spirituum applicat sancta scriptura, sed quorum tamen mysteria omnia ad ædificationem cælestis illius Hierusalem referunt. Itaq; quocertius horum omnium significationem intelligamus, uidentum est

Origenes in Iesu nau. ca. 8 et nouo Ho. 9 i. Petr. 2

Lapides ualidiores in fundamento.

Lapides uiui in fundamento Apostoli & Prophete.

al. 4. eleuabitur Zacha. 9

Esai. 54

Psalm. 20

Matth. 23

Vna preciosa Margarita Christi. Zach. 3. 4

quid in his omnibus indicetur. Omnes qui in Iesum Christum credimus, lapides uiui esse dicimur, secundum quod scriptura pronūciat, dicens. Vos autem estis lapides uiui superædificari, domos spirituales in sacerdotio sancto, ut offeratis spirituales hostias, acceptabiles Deo, per Iesum Christum. Sicut autem in istis terrenis lapidibus obseruari nouimus, ut hij quidem lapides, qui ualidiores sunt & potentiores, primi in fundamenta faciantur, ut ipsi credi & super ponipossit totius ædificij pondus. Alij uero qui sequentes sunt, id est, paulo illis inferiores, proximi illis, qui in fundamento sunt, ordinentur. Qui uero plus inferiores sunt, paulo superius a fundamentis. Tum deinde in comparatione lapidum, qui infirmiores sunt, in superioribus, & prope ipsa iam tecti fastigia collocentur. Ita intelligendum estiam est de lapidibus uiuis, esse aliquos infundamentis huius spirituales ædificij. Sunt igitur qui in fundamentis collocantur, Apostoli & Prophete. Sic enim dicit Paulus, hæc ipsa docens, Ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarū, ipso angulari lapide Christo Iesu Domino nostro, in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum Dei. Hij sunt lapides, de quibus & in alio loco legimus: Lapidus sancti & uoluntur super terram, instar rotarum, paululum tangentes humum, & uolubilitate sua ad cælestia festinant. De quibus et scriptura commemorat: Ecce ego sterno per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Sapphiris, & ponā Iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles: uniuersos filios tuos doctos a domino, & multitudinem pacis filijs tuis, & in iustitia fundaberis. De huiusmodi lapidibus & Psalmus canit: Domine in uirtute tua lætabitur Rex, & super salutare tuum exultabit uehementer. Desiderium cordis eius tribuisti ei, & uoluntate labiorum eius non fraudasti eum, Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Istæ sunt Margarite Prophetarum et Apostolorū, quæ comparatione Christi omnes uenundant in Euangelio, ut ematur preciosissima Margarita. Et lapis, de quo Zacharias scribit, quod septem habeat oculos, id est, septem gratias spiritus

spiritus sancti, & ponitur per Apostolum Paulum pro fundamento Ecclesiæ, super quo ædificatur aurum & argentum, & lapides preciosi. Sic enim dicit Apostolus, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Iesus. Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, foenum, stipulam: uniuscuiusq; opus manifestum erit, Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & uniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Sed iam propius ad partes huius ædificij, id est, lapides illos uiuos, ex quibus ædificatur cælestis Hierusalem, descendamus. Ac quorundam eorum propria mysteria, ex sententia Sanctorum patrum explicemus. Solent autem a natura & efficientia lapidum (quemadmodum & aliarum rerum, ut animantium, metallorum, herbarum, & si qua sunt similia, quæ in scripturis similitudinis alicuius ponuntur gratia) diuina duci mysteria: Quarum ignorantia plerunq; obscuras facit figuratas loquutiones. Sic illud quod de serpente notum est, totum corpus eum pro capite obijcere ferientibus, Quantum illustrat sensum illum, quo Dominus iubet astutos nos esse sicut serpentes: ut scilicet pro capite nostro, quod est Christus, corpus potius persequētib; offeramus, ne fides Christiana tanquam caput necetur in nobis, si parentes corpori negemus Deum. Sic & illud quod serpens per cauernæ angustias coarctatus, deposita ueteri tunica, uires nouas accipere dicit: Alterius scripturæ sensum nobis aperit, eius uidelicet, quæ iubet nos ueterem hominem exuere, & induere nouum. Et eius item, quæ dicit, Intrate per angustam portam. Ut ergo noticia serpentis, illustrat multas similitudines, quas de hoc animante scriptura dare consuevit: sic ignorantia nonnullorum animalium, quæ non minus per similitudines commemorat, impedit plurimum lectorem. Sic & lapidum, sic herbarum, uel quæcunq; tenentur radicibus. Nam et Carbunculi noticia, quod lucet in tenebris, multa illuminat etiam obscura librorū, ubicunq; propter similitudinem ponitur. Et ignorantia Berilli, uel Adamantis, claudit plerunq; intelligentiæ fores. Nec aliam ob causam facile est intelligere, pacem perpetuam significari oleæ ramusculo, quem rediens ad arcam columba pertulit, nisi quia nouimus, & olei leuem contactum, non facile alieno humore corrumpi, & arborem ipsam frondere perenniter. Multi autem propter ignorantiam Hyssopi, dum nesciunt quam uim habeat, uel ad purgandum pulmonem, uel, ut dicitur, ad saxa radicibus penetranda, cum sit herba breuis atq; humilis: Omnino inuenire non possunt, quare dictum sit: Asparges me domine Hyssopo, et mundabor &c. Proinde qui mysteria lapidum preciosorum, in similitudinibus diuinarum scripturarum cognoscere uolunt, primum omnium naturas quoq; & uirtutes lapidū preciosorum, lapidum cognitas habeant oportet. Quæ res sanè & ipsa multa indicet in

Hierony. li. 15 cōmentariorū in Esa. ca. 54. August. de doctrina Christiana lib. 2. ca. 16

Effote prudentes sicut serpentes. Matth. 10

Eph. 4

Matth. 7

Scire naturas rerum utile est ad intelligentiam scripturarum.

Pax per oliuæ ramum significata. Genesi. 8

Natura hyssopi. Psalm. 50

De naturis et uirtutibus lapidū preciosorum.

G ij get in

get indagacione, & eorum que de his extant scriptorum lectione: Cuiusmodi sunt, quæ de lapidibus apud ueteres ad C. Tiberium Neronem, Priuignum Augusti, scripsit Euax Rex Arabum, cuius meminerunt Plinius & Albertus. Cuius etiam librum de lapidibus in carmina redegit Marbodæus Gallus, Cænomanensis, ut ipse in exordio libelli sui, de gemmarum lapidumq; preciosorum, formis, naturis, atque uiribus faretur his uersibus.

*Euax Rex Arabum fertur scripsisse Neroni,
 Qui post Augustum regnauit in orbe secundus,
 Quæ species lapidum, quæ nomina quæue colores,
 Quæue sit his regio, uel quanta potentia cuiq;
 Hoc opus excerpens dignum componere duxi,
 Aptum gestanti, forma breuiore, libellum.*

Plin. lib. 25 c. 2
 Albertus li. de mineral. trac. 3
 Marbodæus.

Plinius. Eiusdem argumenti est totus liber Tricesimus septimus, naturalis historię Plinij secundi, qui & ipse pleracq; ex uetustioribus scriptoribus excerpit, quorum multos etiam nominatim citat, ut Archelaum, Callistratum, Theophrastum, Bochum, Ismeniam, Nicanorem, Suidinem, Sotacum, Satyrum, Iubam, Appionem cognomento Plistonice, Horum, Zoroastrem, Metrodorum, & alios quosdam, quorum hodie nihil aliud extat, quam nuda nomina. Sed & Epiphanius Episcopus, eadem de re proprium uolumen scripsit, cui titulum dedit *περι λίθων* quod Diuinus Hieronymus se accepisse à Sancto Episcopo testatur. Inter recentiores doctissimè de eadem re scripsit Albertus Magnus Germanus, diligentissimus & acutissimus arcanorum naturæ scrutator, qui & ipse autores habuit, ex quorum scriptis multa etiam in lapidarium suum congescit. Vt sunt Hermes, Aaron, Euates, Aristoteles, Constantinus, Euax, Iosephus, Auicenna, Beda, & quidam alij. His addo. Galenum, Dioscoridem, Solinum, Isidorum, Erasimum Stellam, Serapionem, Syluaticum, Bartholomæum Anglicum, Vincentium, qui & ipsi, de naturis formis & uirtutibus gemmarum & lapidum preciosorum, scripserunt. Hos igitur libros, & si qui sunt alij eiusdem generis, legent, qui lapidum naturas cognoscere satagunt: quibus cognitis, tum facile ad diuinarum scripturarum eruenda mysteria penetrabunt. Neq; uerò in presentiarum omnium & singulorum lapidum naturas mysteriaq; scrutabimur, quorum similitudinibus, uel in ædificio illo cælestis Hierusalem, uel in rationabili Pontificis, uel in corona Principis utitur scriptura. Nam id & proprium uolumen desideraret, et ab instituto nostro longius nos abduceret. Sed aliquorum tantum, & eorum, quibus imagines Angelorum inscribuntur, mysteria, quatenus diuina gratia nos adiuuabit, explicabimus. Quanquam & ad Angelos quoq; pertinent sacramenta lapidum, qui in fundamentis illius cælestis Hierusalem ponuntur, & qui

Albertus Magnus.

Mysteria lapidum in scripturis.

Hierusalem cælestis q; magna est.

cunq; ad Apostolos & Prophetas referuntur, Angelis quoq; communia esse noscuntur. Siquidem omnes fideles, non solum qui modo sunt, sed etiam qui ante nos fuerunt, & qui post nos futuri sunt, et qui nascuntur usque in finem sæculi: congregati in unum, sed Deo numerati, de quibus dicit Apostolus: Nouit Dominus, qui sunt eius. Omnis, inquam, numerus fidelium Sanctorum, ex hominibus commutandorum, ut fiant æquales Angelis Dei, adiunctis etiam ipsis angelis, qui modo non peregrinantur, sed expectant nos, quando à peregrinatione redeamus: omnes simul unam domum Dei faciunt, & unam ciuitatem, cui dicitur in Psalm: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. In his igitur lapidibus, quos sancta scriptura imaginibus Angelorum applicat, numerantur Sapphirus, Crystallus, Hyacinthus Carbunculus, Sardinius, Smaragdus, Chrysolithus. Sapphirus colore perspicuus, & flauus, sicut cælum serenum, reddit hominem castum, & interiorum ardorem refrigerat, sudorem stringit, dolorem curat frontis & linguæ, pacem conciliat, pium & deuotum erga Deum efficit, & ut Marbodæus ait.

August. de Ciuitate Dei li. 10 c. 7. et in Psal. 126.
 2. Tim. 2

Psalm. 86

Natura Sapphiri.

Auende.

*Quem natura potens tanto ditauit honore,
 Ut sacer, & merito gemmarum gemma uocetur.*

Quoniam igitur Sapphirus cæli habet similitudinem, & super nos aëris: qui talis est, ut illud Aristophanium cum Socrate dicere possit (ut inquit Hieronymus) *ἀεροφα τῶ ἡρώ* *περὶ φρονῶ τον ἡλιον*, Quod nos in Latinum Sermonem uertere possumus, Scando aërem solemq; despicio, Sive cum Paulo Apostolo, conuersatio nostra in cælis est. Ezechielis quoq; scriptura commemorat, quod locus, in quo Thronus Dei sit Sapphiri habeat similitudinem, & gloria domini in hoc colore consistat, qui portat imaginem supercælestis: Non immerito per hunc lapidem primum natura Angelica designatur, quia & Angelorum conuersatio in cælis est, ut qui semper Deum uidet. Ideoq; quod in Exodo dicitur, Ascenderuntq; Moyses et Aaron, Nadab et Abiu, & septuaginta de senioribus Israel, & uiderunt Deum Israel: sub pedibus eius, quasi opus lapidis Sapphirini, et quasi cælum cum serenū est. Item in Ezechiele, Et uidi, & ecce in firmamento quod erat super caput Cherubin quasi lapis Sapphirus. Hæc inquam, & si qua sunt similia, Angelos designant, continuè Deum laudantes, iugi illi ministerio seruietes, iuxta illud quod in Apocalypsi dicitur. Et uidi & audiui uocem Angelorum multorum, in circuitu Throni, & animalium, & seniorum: & erat numerus eorum millia millium dicentium, uoce magna, Dignus est Agnus qui occisus est, accipere uirtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Deinde castitatem quoq; significat Sapphirus, quia hominem castum reddit, quæ quidem uirtus, non solum ad Angelos, sed etiam ad homines; maxime uerò ad dei ministros, refertur.

Sapphirus Angelis tribuitur propter cæli colorem.
 Philipp. 3
 Ezech. 1.10

Matth. 18
 Exodo. 24

Ezechi. 10

Apocal. 8

Sapphirus castos significat.

G ij Neq;

Nec est aliqua alia uirtus, per quam homo Angelis magis comparatur, ut inquit Gregorius Nazianzenus, in Monodia in Basilium Magnum. Quod & uerba Christi innuunt dicentis, In resurrectione enim, neque nubent, neque uxores ducent, sed sunt sicut Angeli Dei in caelo. Sicut enim omnes actus carnales opera sunt animalium, praecipue tamen actus libidinis: Sic & omnes quidem uirtutes spirituales, res sunt Angelicae, praecipue tamen castitas: Per hanc enim solam singulariter homines Angelis assimilantur, & uincitur natura uirtutibus. Et quando hoc agimus, quod animalia habent nobiscum commune, animalia esse nos profitemur: Sed quando id agimus, quod est extra naturam carnalem, naturam carnis egredimur, & Angelis coequamur. Naturam autem carnis egredimur, quando ab usu libidinis separamur: quod fit per castitatem & continentiam, per quam in conditionem Angelicam transitimus. Porro non Angelis tantum, sed etiam incorruptibili Deo, nos quam simillimos facit haec uirtus, ut inquit Basilus. Vnde & faciliorem, & expeditiorem aditum ad caelum facit: Propter quod & a coniugio abstinentes, & castitatem seruantes, castrare se propter regnum caelorum, a Domino praedicantur, quod homini ad caelorum regna tendenti, omnium maxime uiam praeparet castitas ipsa. Vnde & uirginitas caelum, nuptiae terram replere dicuntur, non quod nuptiae a caelo excludant, sed quia uirginitas facilius ad caelum perducit, quam nuptiae: Vt Augustinus ob id non uereatur dicere, meliorem esse castitatem caelibum, quam castitatem nuptiarum. Quae enim innupta est, cogitat sollicitae quae Domini sunt, quomodo placeat Domino. Quae autem nupsit, quae sunt saeculi sollicitae curat, quomodo placeat uiro. Ideoque uirgo sollicitae curat quae Domini sunt: ut sit sancta corpore & spiritu. Omnium autem maxime haec uirtus in Ecclesiae ministro exigitur, ut & ipse caste uiuat, & ad eandem uirtutem alios quoque instiget. Sic ad Timotheum scribens Paulus, inter caetera eum admonuit, ut se castum quoque custodiat, sicut & ipse caste uixit: & seipsum castitatis quoque exemplum alijs imitandum proposuit. Volo, inquit, omnes esse sicut me. Et iterum, Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos, qui ita ambulat, sicut habetis formam nostram: nostra autem conuersatio in caelis est. Sic de aliorum castitate sollicitus ad Corinthios scribit, Despondi (inquit) uos uni uiro, uirginem castam exhibere CHRISTO: Timeo autem, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpantur sensus uestri, & excidant a simplicitate, quae est in Christo Iesu. Proinde qui Paulum audiunt, & ipsi us imitatores sunt, id est, casti & continent, & ipsi cum eodem dicere possunt, Conuersatio nostra in caelis est. Et quia ad superna hoc modo tendentes, per caelestem conuersationem caelo se dignos & similes

Ioann. Chryso
sto, in Matth.
Homelia 4.2
Matth. 22
Luc. 20

Laus casti
tatis.
In libro de uir
ginitate.

Matth. 19

e. nuptiae 32. q.
c. q. sunt 33.
que 5
August. de bo-
no coniugali
cap. 22

1. Cor. 7

Castitas mi
nistrorum
Ecclesiae.

1. Timo. 5

1. Cor. 7

Philipp. 3

2. Cor. 11

Casti sap-
pbiro assi
milantur.

Philipp. 3

similes reddunt, non solum Sapphiro aequiparantur, sed ipso etiam Sapphiro pulchriores in scriptura nominantur. Crystallus lapis aliquando fit ui frigoris, ut dicit Aristoteles, nam uehementissimis Alpium frigoribus, & inaccessis soli speluncis concrefcere aque dicuntur in Crystallum: & tactu quidem lapidem, uisu aquam esse. Quemadmodum & alios etiam lapides, partim ex aqua, partim ex humo, alios etiam ex sola aqua fieri, multis & iisdem insignibus naturae exemplis docet Augustinus, Aliquando etiam in terra generatur Crystallus, quod sepe se expertum esse in Germania Albertus testatur. Est autem & ipse lapis pellucens, & peculiari quadam purissimaque praeditus perspicuitate, qui si suo in genere fuerit inuentus exactus, neque putredine ulla consumptus, neque perruptus ulla ex parte: cum aere sane contendit, eique fere perspicuitate similis esse uidetur, ut scribit Basilus Magnus. Hic frigidus, oculo solis oppositus ignem eicit. Sicut restringit sub lingua positus. Hic lapis in Angelis significat purissimam substantiam, quia nullas maculas, nullum uelamentum habent, ideoque nihil impediuntur, quin gloriae Dei faciem iugiter contemplantur. Sed & qui corpora illis tribuunt, eadem aerea esse dicunt, & ita tenuia & transparentia, quae uideri non possint, ut uel propter illam perspicuitatem Crystallo purissimo aequiparentur. Iam & homines in aedificio caelestis illius ciuitatis: maxime uero qui in foribus Ecclesiae sunt, & qui huius fabricae fundamenta statuunt, per Crystallum figurantur, quia nulla debent esse sorde maculati, sed fidei esse purissimi, ut dicere cum Propheta possint: A mandatis tuis intellexi, Et illud audire, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Quod si uirtutem huius lapidis spectemus. soli oppositus ignem ex se eicit: Et quid est hoc aliud, nisi minister Dei, qui se ad solem illum Christum conuertit, & lumine fidei alios illustrat: & ignem charitatis in se radijs solis accensum, in alios quoque profundit. Sol quippe Christus est, ille uidelicet qui super omnes oritur, qui sol iustitiae & intelligentiae dicitur. Et ut sol in mundo, alijs stellis lumen suum communicat: ita ipse stellis Ecclesiae suae, qui sunt Prophetae, Apostoli, & alij Sancti: quibus scriptura sancta testimonium dedit, quia placuerunt DEO: ignem & feruorem fidei & charitatis suae infudit. Sicut enim sol & luna illuminant corpora nostra: ita & a CHRISTO & Ecclesia illuminantur mentes nostrae. Ignis duplex habet uirtutem, unam qua illuminat, alteram qua accendit. Illuminat, quando ministri Dei uerbo DEI illuminantur: sicut confitentur illi qui dicunt, Nonne cor nostrum ardens erat intra nos, cum adaperiret nobis scripturas. A se rursus eiciunt, quando uerbi DEI praedicatione, alios etiam illuminant. Qui enim ad iustitiam erudiunt multos, erunt quasi stellae in perpetuas aeternitates. Nam

Thren. 4
Hieron. 3. lib. 13
commentario-
rum in Esaiam
Albertus. lib.
2. tract. 2. ca. 3.
de mineralib.

De mirabi. sa-
cre scripturae.
lib. 1. c. 24
Natura cry-
stalli.

In opere Hex-
ameron Ho. 3

Cur Ange-
lis tribuitur
Crystallus.

Ministri ec-
clesiae Cry-
stallo simi-
les.

Psal. 118
Matth. 5

Sapient. 3

Orig. in cap. 2
Gene. Home. 2

Duplex
uirtus ig-
nis.

Luca. 24.

Daniel. 12

ignem a se eicit
sunt refrigio

ut stella à stella differt in claritate: ita etiam Sanctorum unusquisque secundum magnitudinem suam, lumen suum fundit in nos. Incendit, quando fides nobis infunditur, sed ea que per dilectionem operatur: quippe que simul & illuminat nos, & ad amorem Dei & proximi nos inflamat. Sed tum demum ille à nobis ejicitur, si Crystallus noster oculo solis obijciatur. Est enim sol oculus mundi. Nam qui uel cæci mentibus sunt, ab hoc igne minimè illuminantur. Nam sicut sol & luna corporalibus oculis, cæcos quamuis illustrent, illi tamen lumen recipere non possunt: ita & Christus lumen præstat mentibus nostris: sed ita demum nos illuminat, si nequaquam cæcitas mentis impediatur. Similiter qui se à sole abscondunt, quo minus radij solares in eos incidant, hi se ipsos hoc beneficio solis defraudant, ut nec ignem à sole concipiant, nec à se rursus in alios ejiciant, nec ideo minus sol super utrosque: & mentis oculis captos, et fenestras claudentes ortus esse dicitur. Quemadmodum si quis clausis fenestris radios solis excludat, non ideo sol non ortus est omnibus, quia calore eius se ipse fraudauit, sed quod solis est, prerogatiuam suam seruat: quod imprudentis est, communis à se gratiam lucis excludit. Et hæc mysteria Crystallo propria sunt, propter puritatem suam, & illam ignis ejiciendi uirtutem. Nam sunt & alij lapides, qui & ipsi ex aqua in lapideam duriciem indurescunt, quorum aliqua genera commemorat Augustinus. Quales sunt Glez, quas non de terræ ipsius humo, sed de fœni primitus incremento, in summis arboribus uel scopulis esse ait. In quibus lapillos per pluuiarum infusionem, & ipsius fœni in humum motionem, genitos esse affirmat. Similiter nonnullas terras argillosas, transluentium aquarum assueto cursu perfusas, in duriciem lapidum conuersas, uidisse se testatur, in quibus etiam duriores uelut antiquioris ætatis lapides: quos ipsa humus prius in se habuerat, incertos esse animaduertit. Sed & illud obseruasse se scribit, in lapidibus quibusdam, quos mare in terras proiecit, ex ipsa tantum marini humoris qualitate, & eorum extrema corporum indurata cute esse concretas. Sic & plurima marina reptilia esse scribit, testudinibus cor taneis inductos, in quibus duricies maior, quam plurimorum lapidum uideatur: quos omnes partim ex aqua et humo, partim ex aqua tantum, genitos esse existimat. Et hij quidem lapides, & qui sunt his similes, tametsi ex aqua nascantur, tamè quia neque perspicuitatem, neque uirtutem Crystalli habent, idcirco nec mysticam Crystalli significationem habere possunt. Immo in eo potius numero lapidum sunt, de quibus dicitur: In lapidis similitudinem aquæ durantur. Per quos homines designantur, qui malitiam Diaboli imitati, mollia uiscera charitatis amiserunt, ut inquit Gregorius. Quanquam & alius esse possit eiusdem scripturæ sensus, ut ipse pulchrè explicat. De Crystallo & Saphiro, & eorum significatione, in uisione Ezechielis, ita scribit

Ambro. 4. Hexamer. in prin. Christus as similatur Crystallo.

Ambrosius in Psal. 118 ser. 8

Aug. de mirabilib. sacre scripturae l. 1. c. 24.

Iob 38

Greg. li. 29. in Iob 4. 22. et seq.

scribit Hieronymus: Sicut autem, inquit, purissima quæque atque lucetia in cælestibus demonstrantur, quæ nostrum oculatum corpus illuminant: sic in Saphiro, id est, in Throno Dei, & super firmamentum (quod cælum accipimus) abscondita atque secreta, & incomprehensibilia Dei sacramenta monstrantur. Qui posuit tenebras latibulum suum, & in nube uidetur, & in caligine, Vnde in Exodo scribitur: Et sub pedibus Dei erat quasi opus lapidis Sapphiri. Vnde et sponsa pulchritudinem sponsi describit, in Cantico: Venter eius eburneus, distinctus Sapphiris. Hyacinthum quoque scriptura tribuit Angelis, iuxta illud in Apocalypsi, Et audiui numerum eorum: Vidi equos in uisione: & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & Hyacinthinas, & sulphureas. Quod de quatuor Angelis dictum est, solutis ab Angelo sexto, qui alligati erant in Euphrate. Idem undecimus est in fundamento, fabricæ ciuitatis cælestis. Erat in primitijs Hyacinthus, quas populus Domino offerebat: Sic enim habet scriptura Exodi. Hæc sunt autem quæ accipere debetis, aurum & Argentum, & æs, Hyacinthum & purpuram &c. Hyacinthorum tria sunt genera, ut ex Dioscoride colligimus. Vnum est rubei coloris, quod melius est alijs coloribus, & quando superadditur carbonibus uel prunis, magis rubescit. Aliud est genus crocei coloris, quod obscuratur in igne, & dicuntur isti Citrini. Tertium autem cærulei coloris est, quod Æthiopia mittit, & ignem non fert, qui dicuntur Veneti. Hieronymus scribit, Philonem Iudæum Hyacinthon in uestibus Pontificis aëri comparare: quod & Origenes probat. Ideoque per Hyacinthum, superiora atque cælestia significantur: quod mysterium maximè in sanctis Angelos, & eos qui animalem uitam relinquentes, ad cælestia eriguntur, conuenit. Sic nec mysterio caret, quod carbonibus impositus Hyacinthus, magis rubescit, siquidem eos homines in Ecclesia Dei designat, qui lucem quidem aliquam cælestem habentes, adhuc tamen non nihil nigrescunt. Etenim carbonibus impositi magis rubescunt, id est, maiore luce fidei, bonorumque operum illuminantur. Sunt autem carbonibus quibus imponuntur, de quibus scriptura dicit: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, ad linguam dolosam. Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatorijs, id est, Verba Dei cor transigentia, & uetustatem perimètia, amoremque gignentia: et exempla hominum qui mortui erant, & ex mortuis reuixerunt: et nigri erant, & fulgentes effecti sunt. Verba Dei sagittæ sunt, carbonibus exempla hominum qui mortui erant, & reuixerunt. Hi enim cum nigri essent, fulgentes facti sunt. Et hoc est auxilium, quod homo ad uersum linguam subdolum petit: Nempe ut uerbum Dei & exempla hominum qui nigri erant, sed fulgentes effecti sunt, qui carbonibus dicti, id est, nigri: carbonibus enim tenebræ sunt, quod & color indicat: Sed cum ad eos accesserit flamma charitatis, & accensi fuerint, audiunt

Hiero li. 1. c. 24 ment. in Eze.

Psalm. 17

Exodi. 24.

Cantic. 5

Hyacinthi

mysteria in

scripturis.

Apocal. 9

Exodi. 25

Hyacinthi

tria sunt ge

nera.

Hierony. in 16

cap. Ezechielis

Orige. in c. 25.

Exodi. Num. 13

Carbones

desolatorijs

qui sunt.

Psalm. 119

Boni car-

bones, ex

nigro facti

fulgentes.

Epheſt. 5 diunt ab Apoſtolo: Fuiſtis em̄ aliquando tenebræ, nunc autē lux in Domino. Sanē illos intuentes non ſolum cuſtodimur, quo minus lingua dolofa nobis noceat, & à uia ueritatis nos abducatur: Sed etiam accendimur, magisq; quā antea incaleſcimus, & quæ in nobis lux eſt augetur. Attendentes carbones iſtos, qui erat heri ebriofus, hodie ſobrius eſt: qui erat heri adulter, hodie caſtus eſt: qui erat heri raptor, hodie largitor. Ac talis quidem carbo fuit Apoſtolus Paulus, qui cū eſſet Eccleſiæ deuaſtator, de cælo accenſus, ex uaſtatore & perſequuto-
Bonus carbo S. Paul. **Apo. 9** tore factus eſt inſtaurator & deſenſor. Perijt in eo tota nigredo, nec ipſe tantum ſpiritu quo accenſus fuit flagrauit, ſed exemplo ſuo et doctrina alios etiam accendit: qui ſuper hoc carbone poſiti, uel ipſi etiam facti ſunt carbones, id eſt, ex mortuis uiuentes, ex nigris lucentes, uel ſi prius quoq; non nihil luxerunt, magis iam rubere cœperunt,

Apo. 22 Et hij ſunt de quibus dicitur: Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc: & Sanctus ſanctificetur adhuc. Et qui dicere poſſunt, Domine adauge nobis fidem. **Luce 17**

Smaragdus Albertus, Color eius uiridiſſimus, & translucens, qui aerem etiam uicinum ſua uiriditate intingere uidetur. Eſt autem à lucido uirore dictus, **μαρσ** ſiquidem Græce ualet luceo, additur **σ**, uelut in **σμαρδος**, pro **μαρδος**, futurum **μαρσ**, inde deriuatiuū uerbum **μαρσσω**, & **σμαρσσω** **σω**, hinc uerbale **σμαρσδος**, & additione **δ** **σμαρσδος**. Ita Erasmus Smaragadam Græca etymologia à **σμαρσγει** deducit. Smaragdi optimi in Scythia generant, ut ſcribunt Plinius & Solinus. Nihil his iucundius, nihil utilius uident oculi, in primis uiuent ultra irrigua gramina, uel tra amnicas herbas, deinde obtutus fatigatos, coloris reficiunt lenitate. Nam uifus, quos alterius gemmæ fulgur retuderit, Smaragdi recre-
Vtilis uifui ant, & exacuunt. Habent & multas alias uirtutes, quas Marbodæus Smaragdo eis tribuit his carminibus.

*Commodus iſte lapis ſcrutantibus abdita fertur,
Cum præſcire uolunt, aut diuinare futura.
Augēt opes idem ſeſe reuerenter habentes.
Omnibus in cauſis dans perſuaſoria uerba,
Tanquam facundi uis ſit ſermonis in illo. &c.*

Smaragdus Hic lapis uiuentem in cordibus hominum fidem ſignificat, illam uiuentē ſi uidelicet quæ per dilectionem operatur. Eſt enim arbor illa Euangelicam ſignificat bona, quæ bonos fructus producit, uiuens uidelicet, non arida: quæ primum oculos credentis reficit, non quidem corporis, ſed cordis, id eſt, intellectum fidelem & ſimplicem, quo Deum cognoſcimus & uide-
Galat. 5 **Matth. 7** **Luce 10** **Eccle. 2** mus, & uidendo beati ſumus. Iuxta illud: Veſtri autem beati oculi qui uident, Et alibi: Oculi ſapientis in capite eius. Et tãto magis, quia & lucidus eſt hic lapis, ideoq; oculos noſtros reficiendo, etiam munit. Vnde & corde mundo intꝛendus eſt Deus; Scriptum quippe eſt in

eſt in Euangelio: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. **Matth. 5** Deinde uicinum aerem intingit, quia qui ueram & uiuentem fidē habet, opera charitatis erga proximum exercet. Eſt enim natura eorum Opera charitatis ſibi ſunt, ubi ſides ui-
Matth. 5 quæ uiuent, ut uirtutes ſuas latius diffundant, & uelut propagando des ui-
in alios transfundant, ut in herbis & arboribus uiuentibus uidemus. **Natura ui-
rentium.** Quomodo & arbor illa noſtra, quam uiuentem fidem eſſe dicimus, nunquam eſt ocioſa, ut quæ ſemper uiuent, ut quæ & ramos habet ui-
rides & folia uiridia, id eſt, ſermonem doctrinæ uerum, ex ſolidis Ec-
cleſiæ & ſanctorum patrum ſententijs pullulantem. Nam hæc folia **Roma. 12**
& rami intelliguntur, iuxta illud, Si radix ſancta, & rami, Item, Et fo- **Pſalm. 1**
lium eius non defluet, ideoq; & poma, id eſt, fructus bonos, nō mar-
cidos ſed uirides producit. Sunt enim poma ſanctorum in uirtutibus
fructus, ut in Cantico: Et manducet fructum pomorum ſuorum, **Cantic. 5**
quibus aerem uicinum, id eſt, proximum intingit: id eſt, proximos
eorum etiam participes facit. Quod maxime Smaragdi illi, qui **Smaragdi**
ſunt unum de duodecim fundamentis Eccleſiæ, id eſt, Apoſtoli, Pro- **ſpirituales**
phetæ, alijsq; uerbi Dei miniſtri faciunt, qui & per ſe uirides & lucidi **Apoſtoli**
ſunt, & uirorem etiam doctrinæ ſuæ, in alios diffundunt: memores **& Propheta**
eius quod Chriſtus eis præcipit. Vos inquit eſtis lux mundi, non po- **re, alijsq; do-**
teſt ciuitas abſcondi, ſupra montem poſita, neq; accedunt lucernam, **ctores ſunt**
& ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omni- **Matth. 5**
bus qui in domo ſunt: ſic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uide-
ant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum qui in cælis eſt.

I. Poſtremo Smaragdino uirore fulgentes, facile etiam cæteras **Cæteræ uir-**
huius gemmæ uirtutes referent. Nam & abdita ſcrutabuntur, id eſt, **tutes Smar-**
reconditos ſcripturæ ſenſus, ſide opitulante, et ſpiritu ſancto inſpiran- **ragdi, ſer-**
te, eruent, iuxta illud, quod de diuina Sapientia dicitur, Et denuda- **tari abſcon-**
bit abſconſa ſua illi, & theſaurizabit ſuper illum ſcientiam, & intelle- **Eccleſi. 2**
ctum iuſtitie. Niſi enim crediderimus, non intelligemus, ut inquit ſcri- **ſate. 7**
ptura: Qui autem credit, intelliget. Quod Timotheo promittit Pau- **2. Timo. 2**
lus: Intellige, inquit, quæ dico, dabit enim tibi Dominus in omnibus **Intelle-**
intellectum. Sed & futura prædicunt, qui in fundamento cæleſtium **Prædica-**
Hieruſalem poſiti, hac gemma ornati, id eſt, in uera fide Chriſti **re futura.**
ſtabilitati fuerint. Quales fuerunt Moyses, Dauid, & alij Prophetæ ue-
teris teſtamenti. Similiter Apoſtoli domini in nouo teſtamento, de
quibus Chriſtus dixit: Oportebat impleri omnia quæ ſcripta ſunt in **Luce. 24**
lege Moysi, & Prophetis, & Pſalmis de me. Et Apoſtolus Paulus, **Roma. 1**
Paulus, inquit, ſeruus Chriſti, uocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euā-
gelium Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis
ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid, ſecundum car-
nem. &c. Similiter uerba perſuaſoria adminiſtrabit hic lapis, nam
quī eum in fundamento ciuitatis illius cæleſtis poſuit, ſimul etiam uir-
tutem illi largitus eſt, id eſt, gratiam Spiritus ſancti, per quam qui ip-
ſum

III.
Perſuade-
re.

sum gerit, quod opus fuerit, loqui possit. Ac talem quidem gratiam ab Architecto illo accepit Hieremias Propheta, ipso id testante: Et misit, inquit, Dominus manum suam, & tetigit os meum, & dixit ad me, Ecce dedi uerba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, ut euellas & destruas, ut disperdas & dissipes, ut ædifices & plantes. Similem uirtutem acceperunt Apostoli, quam et longe ante promisit eis Dominus: Cum tradent uos, inquit, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Ac per talem uirtutem, in die Pentecostes cœperunt uarijs linguis loqui, prout Spiritus sanctus dabat eis loqui illis. Deniq; & opes largitur hic lapis, nam qui credunt in Christum, et relinquētes domum uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen suum, ipsum sequuntur, centuplum accipient, & uitam æternam possidebunt. Chrysolitus uiriditatem habet tenuem & lucidam, aureo colore translucentem, & ob id, oppositus oculo solis, micat sicut stella aurea, ut inquit Albertus, unde et nomen ab auro accepit. χρυσός si quidem aurum est, λίθος lapis. Spiritualia confortat: propter quod et tritus Astmaticis datur. Sed & auro inclusus, terrores & phantasmata fugat, stultitiam repellit, & sapientiam confert. Viriditas, & fulgor aureus huius lapidis, sapientiam significat: In cœlestibus quidē spiritibus, eam quam uerbum intuentes accipiunt: In Apostolis autē & Prophetis, eam quam ex scripturis sanctis & contemplatione uerbi Dei accipiunt. Ea est, quæ de sursum descendit à patre luminū, quæ est donum Spiritus sancti: quæ neque naturæ beneficio, neq; humana ratiocinatione aut studio acquiritur, sed ab illo illustrante datur, de quo scriptum est: Omnis sapientia à Deo. Vnde si quis indiget sapientia, postulet à deo, & dabitur ei, quemadmodum diuus Iacobus admonet. Hanc inquam sapientiam, tam in cœlestibus spiritibus, quā Apostolis & Prophetis, illius cœlestis ciuitatis fundamentis, significat aureus fulgor Chrysoliti. Aurum siquidem in scriptura, primū interiorem scripturarum intellectum significat, ut in Psalmo, Et posteriora dorsi eius in specie auri. Item, sapientiā, quia sapientia auro, diuitijs, & quibuslibet thesauris comparatur, & sæpe illis etiam præfertur. Vt Salomon: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, Et iterum, Posside sapientiam, quia auro melior est, Et iterum, Et si diuitiæ appetuntur in uita, quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia: Sed & splendorem supernæ ciuitatis significat, quam Ioannes se uidisse testatur: Ipsa uero ciuitas aurum mundum, tanquam uitrum perlucidum. Hæc sapientia spiritualia hominis confortat, nam & uitam tribuit possessori suo, & uitam inspirat: nec uires tantum dat, sed & melior est quam uires, ut inquit Sapiens. Quin & contrita, morbos etiam

bos etiam abigit, iuxta illud, Per Sapientiam sanati sunt, quicumq; placuerunt tibi domine à principio. Adhæc terrores & phantasmata fugat, id est, à tentationibus diaboli & mundi liberat, Qui enim intuetur illum (inquit Sapiens) permanebit confidens, & in tentatione ambulat cum eo, et firmabit illum, et iter ducet directum ad illum, et lætificabit illum &c. Sardinus lapis (de quo in Apocalypsi) coloris est rubei. Hic animum ad gaudium accendit, ut scribit Albertus, Hic propter rubrum & sanguineum colorem martyres in Ecclesia significat. Sicut & quicquid purpureum colorem habet, Martyris speciem præferat, propter similitudinem cruoris, ut in Exodo: Omnis qui percipit corde adferet initia Domino, aurum, argentum, gramen tum, Hyacinthum, purpuram et cetera. Gaudium accendit, quia Martyres excusso timore propter Christum, tormenta etiam læti & cum omni gaudio suscipiunt. Quod de Andrea Apostolo narrat historia, Is enim uidens à longè crucem sibi paratā: O bona crux, inquit, diu desiderata, & iam concupiscenti animo præparata, securus & gaudens uenio ad te. Et iam pendens in cruce, cum plebs eum de cruce deponere uellet, ipse ad Dominum conuersus: Ne me, inquit, permittas Domine descendere uiuum, sed tempus est, ut commendes terræ corpus meum. Tam diu enim iam portauit, tam diu super commedatum uigilaui, & laboraui, quod uellem iam ab ipsa obedientia liberari, & isto grauissimo indumento expoliari. Recordor quantum in portando onerosum, in fouendo infirmum, in coercendo lentum, in domo superbum, laboraui. Scis domine, quoties à puritate contemplationis me retrahere conabatur: quoties à dulcissimo quietis tuæ somno me excitare contēdebat: quantum & quoties dolorem ingerebat. Qui igitur tam diu, pater benignissime pugnando restiti, & tua ope superauit & uici, à te pio & iusto remuneratore posco, ne mihi ultra commendes, sed depositum reddo. Commenda alij, quem illud ultra nō impediatur, & resurrecturū seruet & reddat: Vt & ipse quoque sui laboris mercedem recipiat: terræ me commenda, ut uigilare me amplius non oporteat, et liberè ad te fontem indeficientis gaudij tendere, anxiantem me iam non retrahat, nec impediatur. Carbunculus ceu Pyropus qui Græcè κάρβυλλος dicitur, Plinius & alij Latini autores Pyropum nominant, ut qui ignes non sentiat.

Lucretius.

Namq; alius fit, uti claro fit rubra Pyropo.

Et Ouidius.

Clara micante auro flammâsq; imitante Pyropo.

Et Manilius.

Fœmineum rubro uultu suffusa Pyropo.

Lucet hic lapis in tenebris sicut carbo. Venenum aëreum & uapores

H pores

Hiere. 1

Matth. 10

Astor. 2

III. loqui illis. Deniq; & opes largitur hic lapis, nam qui credunt in Christum, et relinquētes domum uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen suum, ipsum sequuntur, centuplum accipient, & uitam æternam possidebunt.

Matth. 19

Chrysolitus

Plinius lib. 37

c. 9. nat. hist.

Alber. li. 2. tra-

cta. 2. cap. 3. de

mineralibus.

Spiritua-

les uirtutes

Chrysoliti.

Iacob. 3

Eccles. 1

Iacob. 1

Quid aurū significat.

Psal. 67

Proverb. 3

Sapient. 8.

Apocal. 21

Eccles. 4

Eccles. 4

Sardinus.

Apocal. 4

Alber. li. 2. tra-

cta. 2. c. 17. de

mineralibus.

Sardinus

Martyres

significat.

Exod. 35

Historia

de S. An-

dræa.

August. de uer-

ra, et falsa pe-

nitentia. cap. 8

Querela

contra cor-

poris impe-

dimenta.

Carbuncu-

lus ceu Py-

ropus.

Plinius lib. 37

cap. 7

lib. 2 tract. 2 c. 3. de mineralibus. Esaiæ. 6

porosum fugat, ut ait Albertus. Hic est lapis quem unus Seraphim tulit forcipe compræhensum, ad Esaiæ labia purganda. Qui nascitur iuxta Genesios sinem in terra Heuilar, ubi est aurum optimum, lapis que Carbunculus, & Prasinus. Significat autem ignitum sermonem doctriam, qui fugato errore tenebrarum, luce sua illuminat corda credentium. Aperiens mysteria ueri illius, & tenebras totius mundi illuminantis Carbunculi; de cuius luce dicitur. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem, uenientem in hunc mundum. Venenum aereum fugat, id est, Demones & spiritus illos malignos, et serpentes ueneficos, potestates aeris huius. Quomodo Christus Diabolum uerbo Dei fugauit. Vade, inquit, Sathana, scriptum est enim, Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Quippe hoc dicto, reliquit eum Diabolus, & accesserunt Angeli, & ministrarunt ei. Iaspis lapis est multorum colorum, ut scribit Albertus: uiridis tamen & Smaragdo similis optimus est, ut Isidoro uidetur. Eius sunt species decem & septem. De quibus multa apud Plinium, qui eam quæ purpuræ quicquam habet, optimam esse dicit. Porro tot uirtutes habet Iaspis, quot uenulas & colores, inquit Dioscorides. De generibus Iaspidis ita scribit Hierony. Iaspidium, inquit, multa sunt genera: alius est enim Smaragdi habens similitudinem, qui reperitur in fontibus Thermodeontis fluminis, quo omnia phantasmata fugari autumant. Alius uiridior mari, & tinctus quasi floribus, hunc in Phrygiæ monte Ida, & in profundissimis specubus eius nasci referunt. Alium uero iuxta Iberos, Hircanosque, & mare Caspium reperiri, et præcipue iuxta lacum Nessum. Est & alius Iaspis, niui & spumæ marinorum fluctuum similis, & clementer quasi mixto cruore rutilans. Ita intelligi potest in uarijs speciebus & uirtutibus huius lapidis, uniuersas prope gratias spirituales representari, et quæ per alios singulatim designantur, ea, si non uniuersa, certe multa, per hunc lapidem communiter significari. Hæc de mysterijs gemmarum, quibus cælestes spiritus insignitos esse scriptura commemorat, breuibus perstringere uoluimus: quæ & ipsa ad fabricam illam cælestis Hierusalem relata, eandem propè significationem habent. Nec est locus hic aliorum lapidum, eiusdem ædificij sacramenta explicare. Satis est hæc utcumque indicasse, ex quibus facile, qui altius, ad eruenda scripturarum arcana descenderit, reliqua quoque quæ ad ornatum illius fabricæ pertinent, inuestigabit. Quæ simul omnia in unum, plane nobis ostendent, sanctam illam ciuitatem Hierusalem descendentem de cælo, qualem Ioannes uidit, à Deo habentem claritatem Dei, & portas eius et fundamenta, et plateam. In primis autem caput eius, fundamentum uidelicet fundamentorum, gemmis & margaritis, aliisque rebus pulcherrime distinctum, ut cum sponsa dicere possimus. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius Aurum optimum, comæ eius sicuti elatæ palmarum, nigrae

Ephes. 6

Matth. 4

Iaspis.

Albertus lib. 2 tract. 2 c. 3. de mineralibus.

Plinius. lib. 31. cap. 8. & 9

Hieron. lib. 15. Commentarium in Esaiam

Iaspidis multa genera.

Epilogus de gemmis

Ornatus gemmarum Hierusalem ciuitatis celestis.

Apoca. 21. Qualis est sponsus Ecclæ. Cantic. 5

nigræ quasi coruus. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluentia plenissima. Genæ eius sicut areolæ aromatum consistæ à pigmentarijs. Labia eius lilia distantia myrrham primam, Manus illius tornatiles aureæ, plenæ Hyacinthis, Venter eius eburneus, distinctus Sapphiris. Crura illius columinæ Marmoreæ, quæ fundata sunt super bases aureas. Species eius ut Libani, electus ut Cedri. Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis: talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filiæ Hierusalem. Et rursus cum sponso dicamus ad sponsam: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Fauus destillans labia tua, mel & lac sub lingua tua. Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Iam enim hyems transijt, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, uinæ florentes odorem dederunt. Et uox turturis audita est in terra nostra, Surge propera amica mea, ueni de Libano, ueni coronaberis.

Canti. 2 & 4

De Imaginibus Inferni Caput XIII.



Atis, ut opinor, ea, quæ ad rationem Imaginum cælestium substantiarum pertinent, à nobis explicata sunt: super est iam, ut de formis Inferorum & eorum, qui in Inferno perpetuis doloribus cruciantur, damnatorum spirituum dicamus. Ac primum quidem dubitatum esse scio, sint ne corporei an incorporei, Infernus & qui in hoc detinentur ad perpetuas penas damnati spiritus & animæ. Augustinus de Inferis & animabus, ad hunc modum scribit. Est ergo prorsus Inferorum substantia, sed eam spiritualem arbitror esse, non corporalem. Vnde autem sub terris esse dicantur Inferi, si corporalia loca non sunt, aut unde Inferi appellentur, si sub terris non sunt, merito quaeritur. Animam uero non esse corpoream, non me putare sed plane scire audeo profiteri: tamen habere posse similitudinem corporis, & corporalium omnino membrorum quisquis negat, potest negare animam. Quæ in somnis uidetur, uel se ambulare, uel sedere, uel hac atque illac egressu, aut etiam uolatu, ferri ac referri, quod sine quadam similitudine corporis non fit. Proinde si hanc similitudinem etiam apud Inferos gerit, non corporalem sed corpori similem, ita etiam in locis uidetur esse non corporalibus sed corporalium similibus. Idque diuinitus illius exemplo, quem euangelicæ literæ narrant mortuum, & sepultum in Inferno, & in tormentis existentem. Et illud, quod Iacob dicit ad filios suos. Deduce me senectutem meam cum tristitia ad Inferos. Etenim uidetur hoc magis timuisse, ne nimia tristitia sic perturbaretur, ut non ad requiem beatorum iret, sed ad Inferos peccatorum. Neque enim paruum est animæ malum tristitia, cum etiam Apostolus cuidam tam sollicite timuerit, ne maiore tristitia absorberetur. Demum post multa ita subiungit &

Dubitatio de substantia Inferorum.

August. de Genesi ad literam lib. 12. cap. 33

Animam non esse corpoream, sed corporis similitudinem habere.

Lucæ 16

Gene. 44

2. Cor. 2. August. ubi supra c. 34

H ij git &

git & concludit: Quæ si ita sunt, ideo sub terris dicuntur Inferi, uel cre-
duntur, quia congruenter in spiritu per illas corporalium rerum simi-
litudines sic demonstrantur, ut quoniam defunctorum animæ, Infe-
ris dignæ, carnis amore peccauerunt: hoc eis per illas corporalium re-
rum similitudines exhibeatur, quod ipsi carni mortuæ solet, ut sub
terram recondatur. Deniq; Inferi, eo quod infra sint, Latine appellā-
tur. Sicut autem secundum corpus, si ponderis sui ordinem teneant,
inferiora sunt omnia grauiora: ita secundū spiritū inferiora sunt om-
nia tristiora: Vnde & in Græca lingua origo nominis, quo appellan-
tur Inferi, ex eo quod nihil suauē habeant, resonare perhibetur. Idē

August. de na-
tura boni ad-
uersus Mani-
cheos. cap. 33
2. Petri. 2
Matth. 25

Quale cæ-
lum est aer

Psal. 49
Matth. 13

Ephes. 6

Ephes. 2

Quod in-
fernus sit
corporeus

Esaie ultimo.

Matth. 25

Marc. 9

Damnatos
cruciari nō
solū ab ig-
ne sed etiā
à uerme.

August. lib. 21
de Ciuitate
Dei. cap. 9
Eccles. 7

Augustinus alibi Infernum inferiorem, hunc caliginosum aerem esse
dicit. Nam de Diabolo & Angelis eius, et eorū pœna loquens. Hinc
Petrus (inquit) ostendit adhuc eis ultimi iudicij pœnam deberi, de
qua Dominus dicit: Ite in ignem æternum, qui paratus est Diabolo
& Angelis eius: quamuis iam pœnaliter hunc Infernum, hoc est, infe-
riorem caliginosum aerem, tanquam carcerem acceperint. Qui tamen
aer quandoq; et cælum dicitur, non illud, in quo sunt sydera, sed hoc
inferius, cuius caligine nubila conglobantur, & ubi aues uolitant: nā
& cælum nubilum dicitur, & uolatilia cæli appellantur. Secundum
hoc Apostolus Paulus eosdem iniquos Angelos (contra quos, nos
bis inuidios, piē uiuendo pugnamus) spiritualia nequitia in cælestibus
nominauit. Quod ne de superioribus illis cælis intelligatur, aperte
alibi dicit, Secundum principem potestatis aeris huius, qui nunc ope-
ratur in filios diffidentia. Rursus uero corporeum esse, & sub ter-
ris existere Infernum, & scripturis & autoritate Patrum probari pos-
se, uidetur. Primum enim clara sunt uerba, quæ Deus de sempiterno
supplicio damnatorum per suum Prophetam dixit: Vermis eorum
non morietur, et ignis eorum non extinguetur. Similiter uerba Chri-
sti dicentis: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus
est Diabolo & Angelis eius. Et rursus: Bonum est, inquit, tibi debi-
lem introire in uitam, quam duas manus habentem ire in gehennam,
in ignem inextinguibilem, ubi uermis eorum non moritur, & ignis
eorum non extinguitur. Similiter de pede, Bonum est tibi, inquit,
claudum intrare in uitam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam
ignis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.
Non aliter ait et de oculo, Bonum est tibi luscum introire in regnum
Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, ubi uer-
mis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quos scriptu-
ræ locos de igne corporeo Inferni interpretantur sancti Patres, et hu-
iusmodi igne cruciari non solum damnatos homines in corpore &
anima: sed etiam Dæmones ipsos, in hunc caliginosum carcerem de-
trusos. Nam corpus dicunt in illo supplicio non solum igne uri, sed
etiam uerme rodi. Nam & in ueteribus scripturis legitur, Vindicta
carnis

carnis impij ignis et uermis, quia scilicet non dicitur breuibus uerbis, uin-
dicta impij, sed additur, carnis impij: quia utrunq; & ignis & uermis
pœna erit carnis. Sunt tamē qui ignem corpori tribuant, uermem a-
nime, hoc proprie, illud tropicē: ut proprie corpus in igne cruciari di-
catur, quod uerē uratur, non tamen consumatur. Nam & corpus in
ustione esse potest sine consumptione, & in dolore sine morte, per
miraculum omnipotentissimi creatoris. Sic & animalia quædam etiā
am naturaliter uiuunt in igne, sed sine dolore, immo quæ extra ig-
nem uiuere non possunt, ut de Salamandra, & quibusdam uermi-
bus in aquarum calidarum scaturigine repertis, quarum feruorē ne-
mo impunē contrectare possit, & quibusdam alijs elegantissimē pro-
bat Augustinus. Tropicē uerō anima roditur, quæ uerme mœ-
roris conficitur, iuxta illud: Sicut tinea uestimentum, & uermis lig-
num: sic mœror excruciat cor uiri. Quam pœnam & Ethnici noue-
runt, de qua ita Iuuenalis:

August. de Ci-
uitate Dei lib.
21. cap. 1. et 4

Vermis cō-
scientiæ ro-
dit animā.
Prouer. 25

Iuuenalis Saty-
ra, 3

*Exemplo quodcumq; malo committitur, ipsi
Displicet Authori, prima est hæc ultio, quod se
Iudice nemo nocens absoluitur. Et post-
cur tamen hos tu.*

*Eua sisse putcs quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo uerberere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna autem uehemens & multo sauior illis
Quas & Cædicius grauis inuenit & Rhadamanthus
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.*

Verum siue proprie, siue tropicē translato à corporalibus ad in-
corporalia uocabulo, animam à uerme rodi dicamus: Illud satis con-
stat, corpora humana in igne corporeo Inferni uiuere & uri, & nun-
quam morte dissolui. Sed & spiritus maligni in hoc igne corpo-
rali cruciantur. Est enim idem ignis & hominum & dæmonum sup-
plicio attributus, Christo dicente: Discedite à me maledicti in ignem
æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius. Siue enim dæmo-
nes corpora habere dicamus, & ea quidē aerea, ut docti quidam pu-
tant, iam uri possunt in igne, nam & aer uritur, quod feruefactus aer
in balneis facile demonstrat: Siue incorporeos esse dicamus dæmo-
nes, nihilominus corporalis ignis pœna affligi possunt, quia spiritus il-
li corporeis ignibus cruciandi adhærent: Non quidem ut ignes ipsi,
quibus adhærent, eorum iunctura inspirentur, & ex ignibus anima-
lia fiant, quæ consent spiritui & corpore: sed miris & ineffabilibus
modis, ignibus adhærendo, accipientes ex ignibus pœnam, non dan-
tes ignibus uitam. Est igitur gehenna illa corporeus ignis, quo
corpora damnatorum & hominum & dæmonum: hominum quidē
H iij soli

August. de Ci-
uitate Dei ca.
10. li. 21

Dæmones
igne crucia-
ri.
Matth. 25

Quid ge-
henna.

solida, dæmonum uero aerea: Aut tantum hominum corpora cum spiritibus, dæmones autem spiritus sine corporibus, sed adhaerentes tamen corporeis ignibus, poenam ab ipsis sumendo, non uitam im-

Infernum partiendo, cruciantur. Proinde non uideo quid obftet, cur uere corpore non Infernum corporum esse dicere possimus. Vnde & sub terra esse creditur: non spiritualiter tantum, similitudine à carne ducta ad spiritum, ut quemadmodum caro mortua terræ mandari solet, ita & qui amore carnis peccauerunt, Infernali tristitia absorbeantur: sed etiam corporaliter, quia ignis ille, qui Diabolo & Angelis eius paratus est, sub terris est, unde & Infernus dicitur. Ac sunt qui per

Tenarus. Tenarum promontoriū Laconia, iter ad Inferos patere dicant, unde & hinc Cerberum canem extractū ab Hercule: Quæ res fabule locum dedit, quam de hoc cane Poetæ confinxerunt, ut Strabo scribit.

Cerberus. Eodem fortasse pertinent, quæ de gehenna scribit Origenes, illud explicans, quod apud Matthæum Saluator dicit: Væ uobis Scribæ & Pharisei, Hypocrite, qui circumitis mare & aridam, ut faciatis unum profelytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ, duplo quam uos estis. Vbi post multa, quæ de poenis gehennæ scribit, tandem ita subiungit Origenes.

Gehenna loci nomē. Quæ sit autem, inquit, hæc gehenna, & in quo loco scripturarum prius est nominata, qui potest, requirat, maxime in diuisione hæreditatis Iesu filij Naue, ubi interdum quidem appellatur uallis filiorum Ennō, interdum autem uallis Ennō, quæ est in gehenna (gehenna enim uallis est.) Et obseruet, Quoniam sicut HIERUSALEM fors est tribus Beniamin, et aliæ quædam ciuitates electæ uel uici: sic et gehenna. Consequens est autem ei, qui cognoscit quæ sit Hierusalem in diuisione ueræ hæreditatis filiorum Israel, ut intelligat sermonem de gehenna. Qui autem diligenter legit Iesum Naue, uideat, & qui uici referunt illi, uicinare ualli ei quæ dicitur gehenna. Obscurè quidem hæc, ac fortassis etiam non omnino certè Origenes, quod ipsius quoque uerba insequentia monere uidentur, ad hunc modum. Hæc, inquit, prolixius & manifestius tradere, per atramentum & calamum & chartam, uisum mihi est non esse cautum. Utinam & hæc ipsa, quæ dicimus, non uideamur temere & per-

Infernus in medio seu corde terræ. Clarius de hac re scribit Hierony, qui illud Apostoli ad Ephe. explicans: Christus descendit in Inferiora terræ. Inferiora inquit terræ, Infernus accipitur, ad quæ Dominus Saluator post se descendit, ut Sanctorum animas, quæ ibi tenebantur inclusæ, secum ad cælos uictor abduceret: Vnde & post Resurrectionem eius plura corpora iustorum in sancta ciuitate uisa sunt. Quod autem Infernus in inferiore parte terræ sit, & Psalmista testatur, dicēs: Aperta est terra, & deuorauit Dathan, & aperuit super congregationem Abiron. Alio quoque loco legimus, Veniat mors super eos, & descendat in Infernum uiuentes. Idem, per cor maris significatur Infernus, pro quo in

Matth. 27
Psalm. 105
Psalm. 54

quo in Euangelio legimus: Sicut Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus et tribus noctibus. Quod autem cor animalis in medio est: ita et Infernus in medio terræ esse perhibetur. Sed mittamus iam de loco Inferni curiosius disputare, qui tamen corporeus sit, tamen à nemine mortalium uisus est: nec quisquam qui in Infernum descendit, rursus ascendit, ut cuiusmodi sit locus ille tormentorum, mortalibus enarrare potuerit: Christo excepto, cuius anima triginta sex horis in Inferno fuit, ut eos solueret à tormentis, sicut scriptum est: Quæ Deus suscitauit ex mortuis, soluitis doloribus Inferorum. Quæ sæpe audiuit est, et à sanctis etiam patribus narratur, aliquos à corporis sensibus fuisse raptos, & iacente sine sensu corpore, nondum tamē penitus mortuo, mortuis similes iacuisse, & infernales poenas uidisse, sicut multi ex illa subductione uiuis redditi narrauerunt. Iam uero etsi mortalium nemo sit, qui corporeo aliquo sensu Infernum perceperit, aut quæ sit illius forma demonstrauerit, aut demonstrare possit: tamen nihilominus & Infernus imaginē habet, qua humanis sensibus representari potest. Ea est, quæ ei diuinæ literæ tribuit. Iob Infernū describit, ut sit terra tenebrosa et operata mortis caligine: terra miseræ & tenebrarū, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans. Propheta Ezechiel lacum appellat, Portauerunt, inquit, confusione suam cum his, qui descendunt in lacum. Alius Propheta os immensum tribuit Inferno: Propterea, inquit, dilatauit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino. Et ad hanc formam Ecclesia depingere solet Infernum, nempe immanissimæ beluæ os, in immensum dilatatum, & in eo ubique erumpentem caliginosum ignem, et flammam ita obscuras excutientem, ut tenebras & umbram magis quæ lucē in his intueri liceat. Ac huiusmodi quidē formas, Inferno tribuunt diuina eloquia, quibus et ipsis tormentorū et suppliciorū Inferni qualitates designantur. Ac primū quidē Infernus non immerito terra dicitur, quia quicumque ab ea capti fuerint, stabiliter tenentur, scriptum est enim, Generatio præterit, et generatio aduenit, terra uero in æternū stat. Recte igitur Inferni claustra tenebrosa terra uocant, quæ quos puniendos accipiunt, nequaquam poena transitoria, uel phantastica imaginatione cruciant, sed uitæ solida perpetuæ damnationis seruāt. Sic et lacus dicitur Infernus, quia hos, quos semel coeperit, semper fluctuantes et trepidos tormentis circumfluentibus absorbet. Terra miseræ et tenebrarū appellat, quia hæc quoque terra, in qua nascimur, miseræ est, sed tenebrarū non est: quia multa hic corruptionis nostræ mala patimur, sed tamen in ea adhuc per conuersionis gratiam ad lucem redimus, ueritate suadete. Ambulate dum lucem habetis ne uos tenebræ comprehendat. Illa uero simul miseræ et tenebrarū terra est, quia quisque ad toleranda eius mala descenderit, nequaquam ad lucem redit, umbra mortis dicitur. Deinde in inferno ignis est quod

Matth. 27
Non oportet curiose uis de loco Inferni putare.
Augst. in d. 2. logo 65. quæst. 22
Act. 2
Augst. de Genesi ad literam lib. 12. c. 32.
Imago Inferni in scripturis polita.
Iob 10
Ezech. 32
Esaiæ 5
Pictura Inferni ore dilatato.
Gregor. in Iob lib. 9. cap. 43.
Ecclesi. 1
Terra miseræ et tenebrarum Infernus.
Ioann. 12
Ignis inferni non lucet

H iij ad cet

ad reprobos dicit ueritas: Ite maledicti in ignem eternum. Sed & in Inferno tenebrę sunt, eodem domino dicente: Ligatę ei manus & pedes, & mittite eum in tenebras exteriores. Mirum sanę ut ubi ignis est, ibi sint tenebrę: cum tamen igni proprium sit, ut ex se lucem habeat & cremet, hic uero ignis uisionem habet, lumē non habet. Sed ideo, quia in hoc igne cruciantur, lucem non habent: quia æterno igne succens, ab æterno lumine tenebrantur. Quod & illud Psalmi designat: Super eos cecidit ignis, & non uiderunt solem. Ignis enim super impios cadit, sed sol igne cadente non cernitur. Quia illos, quos gehenne flamma deuorat, a uisione ueri luminis cęcat, ut & foris eos dolor combustionis cruciet, & intus pœna cęcitatę obscurat: quatenus qui auctori suo corpore & corde deliquerunt, simul corde & corpore puniantur: et utrobique pœnas sentiant, qui dum hic uiuerent, prauis suis delectationibus & utroque seruiebant. Vnde bene per Prophetam dicitur: Descendunt in Infernum cum armis suis. Arma quippe peccantium sunt membra corporis, quibus peruersa desideria que accipiunt exequuntur. Vnde rectę Paulus: Neque exhibeatis membra uestra iniquitatis peccato. Cum armis ergo ad Infernum descendere, est cum ipsis quoque membris, quibus desideria uoluptatis expleuerunt, æterni iudicij tormenta tolerare: ut tunc eos undique dolor absorbeat, qui nunc delectationibus subditi, undique contra iustitię iustę iudicantis pugnant. In Inferno nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Tolerabilia sunt tormenta huius uitę, ad tormenta Inferni collata. Hic dolor timorem nō habet, quia nequaquam mentem metus cruciat, cum pati iam coeperit quod metuebat: Infernum uero & umbra mortis obscurat, et sempiternus horror inhabitat. Quia eius ignibus traditi & in supplicijs dolorem sentiunt, & in doloris angustia, pulsante se semper pauore feriuntur: ut & quod timent tolerant, & rursum quod tolerant sine cessatione pertimescant. De his etenim scriptum est. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Hic flamma, quę succendit illuminat: illic ignis, qui cruciat, obscurat. Horrendo igitur modo erit tunc reprobis, dolor cum formidine, flamma cum obscuritate. Sed & supplicia Inferni in se demersos ultra uires cruciant: quod & ipsum horrendum est. Nam & in eis uitę subsidium extinguentes seruant, ut sic uitam terminus puniat, quatenus semper sine termino cruciatus uiuat: quia & ad finem per tormenta properat, & sine fine deficiens durat. Fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia & mors uiuit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit. Quia igitur & mors perimit & extinguit, dolor cruciat, sed nullatenus pauorem fugat, flamma comburit, sed nequaquam tenebras discutit: quantum per notitię presentis uitę colligitur, supplicia ordinem nō habet, quę non suam per omnia qualitatem tenet: quamuis illic

illic ignis & ad consolationem non luceat, & tamen ut magis torqueat, ad aliquid luceat. Postremo animam & os habere dicitur Infernus, eaque sine termino dilatata: non quod animal sit iuxta errorem quorundam, sed quod uerbis humanę consuetudinis rerum insensibilium exprimamus affectum, Quod insatiabilis sit, & nunquam mortuorum multitudine compleatur. Et hac similitudine peccatores apud Sapientem aduersus innocentes dicunt: Abscondamus tendiculas contra insontem, frustra deglutiamus eum, sicut Infernus uiuentę, & integrū quasi descendentē in lacum. Cui non est dissimile, quod idem Sapiens dicit: Tria sunt insatiabilia, & quartum quod nunquam dicit, sufficit: Infernus, & os uuluar, & terra quę non satiatur aqua: Ignis uero nunquam dicit, sufficit.

De Imaginibus Diaboli & Angelorum eius
Caput XIII.



Atis de figura Inferni a me dictum esse puto, sed quoniam in Inferno maligni spiritus detinentur, non alienum fuerit de ipsorum etiam imaginibus, pauca aliqua ex diuinis scripturis & sanctis Patribus in hunc librum conferre: Ut sic integra constet totius Inferni: & quę in eo detinentur, Imaginum ratio. Sunt autem Maligni spiritus, diabolus et Angeli eius, qui in Inferno perpetuis ignibus cruciantur, dicente domino: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius. Diabolus est Angelus, per superbiam separatus a Deo, qui in ueritate non stetit: & doctor mendacię & pater mendacię, quia in ipso primum inuentum est mendacium, & ipse est mendacium, sicut ipsa ueritas ait: Quia ipse est caput et finis mendacię. Iste est aduersarius effectus generis humani, inuentor mortis, superbię institutor, radix malitię, scelerum caput, Princeps omnium uitiorum, persuasor etiam turpium uoluptatum. Hic insatiabilis homicida hominem, ex limo terre ad imaginem Dei factum, prudentia ornatum, temperantia compositum, charitate circumdatum, immortalitate uestitum: a tantis ac talibus bonis expoliavit, insuper & peremit. Expoliavit nos pudicitia, & accinxit impudicitia: expoliavit nos temperantia, & fecit intemperatos: Expoliavit nos charitate, & uestiuit malitia: expoliavit immortalitate, & propinauit mortem. Quos & uarijs modis ad mortem continuo rapere conatur, semper nobis contrarius, semper aduersarius, semper calumniator: Vnde & nomen accepit, non quidem a natura, sed actu suo: Siquidem *δίαβολος* Gręcę, Latine criminator, calumniator, delator dicitur. Quemadmodum *δίαβολος* delatura, quod nomen alibi in diabolū torquet Tertullianus. Hebraicę *Sathan*, id est, aduersarius ut in Zacharia: Stabat Sathan .i. aduersarius a dextris eius, ut aduersaretur ei. Necque uero semper Sathan diabolū significat, sicut nec

Hierony. lib. 2
commentario
rum in Esaiam

Infernus in
satiabilis.
Prouerb. 1

Prouerb. 30

Matth. 25

Augu. in lib.
de salutaribus
document. c. 10
Quid est
diabolus.
Iohann. 8

Hoffis hu
mani genē
ris pernici
osissimus.

Augu. in quę
uete. test. q. 2

Tertull. lib. 2. et
5. aduers. Mar
tionem.

Zach. 3
Sathan ali
ter diabo
ly aliter Pe
tro dicitur,
nec

nec omnis aduersarius uel contrarius diabolus est. Nam & Petrus à Christo Sathan uocatur. Vade, inquit, retro me (uel post me) Sathana, scandalum mihi es, quia non sapiſ ea quæ Dei sunt, sed ea quæ sunt hominũ: Ergo Sathanas & aduersarius appellari debes. Nec ex suggestione diaboli Petrus hæc dixit, sed fuit error Apostoli, de pietate ueniens, nõ in centium diaboli. Diabolo dicitur: Vade retro. Petrus audit: Vado retro me, uel post me, hoc est, sequere sententiã meã, quia non sapiſ ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominũ. Sed & Belial appellat. i. apostata, præuaricator & absq; iugo, quod de collo suo dei abiecerit seruitutẽ. Vnde et Apostolus. Quæ cõmunicatio Christi ad Belial? Sic ubicunq; in ueteri lege filij pestilentie scribuntur: ubi in Hæbraicis uoluminibus Belial, hoc est, diabolus, pro pestilentia nominatur, ut inquit Hieronymus. Sed & alijs quibusdam nominibus appellatur diabolus: cui & uarias figuras & imagines sacra eloquiã tribuunt. Nam & Behemoth uocatur, Leuiathan, Draco, Leo, Beelzebub, Auis, Aquila, Miluus, Coluber tortuosus, Vectes siue claudẽs, Tigris, Formica, Asp̄s, Regulus. Behemoth belua interpretatur, qua quadrupes ostenditur, dum sicut bos foenũ comedere perhibetur. Leuiathan uero, quia hamo capitur, ut in Iob: Adduces autem Draconem in hamo, circumdabis capistrum naribus eius. Et in Psalmis: Hoc mare magnum & spatiosum, ibi reptilia, quorum non est numerus, animalia parua cum magnis, Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Auis, quia per subtilis naturæ leuitatem sursum tollitur, ut in Iob: Nunquid illudes ei sicut aui? Dicitur autem iumentum Draco & Auis, relatione facta ad se et ad nos: Ad se iumentum, quia enim hoc ignorat, quod contra se agit bruto sensu: Belua est. Iumentum quia malitiose nobis nocere appetit: Draco est. Quia uero de naturæ suæ subtilitate superbe extollitur, Auis est. Ad nos, quia in hoc quod iniquè agit contra nos, ad utilitatem nostram diuina uirtute possidetur, iumentum est: nam & diaboli malicia nobis ad salutem prodest: non quod diabolus prodesse uelit, sed quod maliciã eius etiam repugnantis conuertit nobis Dominus ad salutem. Quemadmodum huius malicia, Iob sancti uiri fecit esse uirtutem & patientiã clariorem: huius malicia iustitiam eius exercuit, ut certaret et uinceret, & uictoriam corona sequeretur. Nemo enim nisi qui legitime certauerit, coronatur, quia uero latenter mordet, serpens est. Quia non nunquam per indomitam superbiam se etiam lucis Angelum sinulat, auis est. Humanũ etenim genus quamuis inexplicabili iniquitatis arte lacessat, tribus tamẽ uitijs ualde tentat, ut uidelicet alios sibi per luxuriam, alios per maliciã, alios per superbiam subdat. Quatenus ergo ad stultitiæ luxuriam excitat, iumentum est: quatenus uerò ad nocendi maliciã inflammat, draco est: In rjs autem quos in fastu superbie quasi alta sapientes eleuat, auis est: In illis uerò, quos pariter in luxu

Matth. 16

Hieron. in l. 3 commenta. in Matth. eum.

Belial.

2. Cor. 6

Hierony. lib. 2 cõment. in epi.

ad Ephes. in c.

4. et lib. 8. cõment. in Esaiã

Varia dia-

boli nomi-

na.

Behemoth

Daniel. 4

Iob. 4. 0

Psalm. 103

Iob. 4. 0

Grego. in Iob

lib. 33. cap. 20

Diabolus

Iumentum

Belua et A

uis dicitur.

Ambro. in lib.

de parad. c. 2

2. Tim. 2

2. Cor. 11

Grego. in Iob

lib. 33. c. 20

in luxuria, malicia et superbia polluit, iumentum, draco simul & auis Leo et dra existit. Leo dicitur, quia aperte sæuit, sicut Apostolus ait: Sobrii co. estote & uigilate, quoniam aduersarius uester diabolus, tanquã leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Draco, quia insidiatur occultè, iuxta illud: Draco iste, quem formasti ad illudendum ei. Propter astutiam enim dicitur, Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus. Verancp igitur uim & potestatem habet diabolus: Quando Martyres occidebantur, Leo erat sæuiens. Quando hæretici insidiantur, Draco est surrepens. Ac de Leone & Dracone dicitur in Psalmo: Super aspide et Basiliscũ ambulabis, conculcabis Leonem & Draconem. Rursus de Dracone dicitur in Apocalypsi: Et factum est prælium magnum in cælo, Michael et Angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnat & Angeli eius, & non ualuerunt, neq; locus inuentus est eorum in cælo, & proiectus est Draco ille magnus, Serpens antiq; quus, qui uocatur Diabolus & Sathanas, qui seducit uniuersum orbem: & proiectus est in terram, & Angeli eius cum illo missi sunt, & audiui uocem magnam in cælo dicentem: Nunc facta est salus & uirtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectũ dei nostri, Item in Psalmis: Fregisti caput Draconis. Sæpe etiam scriptura diabolum, Aquilam uocat, nidum suum supra altã cæli ponẽtem, ut in Abdia Propheta: Si exaltatus fueris ut Aquila, inde detraham te, dicit dominus. Item, Oculus qui irridet patrem, & despicit senectutem matris, effodietur à coruis, & deuorent eum pulli Aquilarum, per diabolum ac demones. Miluo diabolum comparat Augustinus: Sic sunt, inquit, Diabolus & Angeli eius quasi Milui, nos pulli qui sub uelamine alarum Dei, sub quibus nisi protegatur Milui nos rapiunt. Habemus enim perpetuos inimicos Diabolus & Angelos eius, sed non timendum nobis, si sub alis Dei sumus, Nam qui ad Hierusalem dixit: Hierusalem Hierusalem, quoties uolui congregare filios tuos, tanquam gallina pullos suos iub alas suas, & non habuisti. Item quoq; nos uult congregare pullos suos, tantum nos studemus ut sub umbram alarum suarum confugiamus. Muscas appellat scriptura diabolos: unde & Beelzebub interpretantur Princeps muscarum, de quibus scriptum est: Muscæ morientes, exterminant oleum. Coluber tortuosus, & Serpens Vectes, à Propheta dicitur: In die illa, inquit, uisitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi & forti super Leuiathan, serpentem Vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum. Tortuosus, quia in rectitudine ueritatis non stetit, nec quicquam recti in se habet: ita ut non facile deprehendatur. Vectes, quia in circuitu uia eius. Vectes siue Claudens, quia multos suo carcere clausit, & propria potestati subiecit. Idem Tigris uocatur,

Leo et dra

co.

1. Petri. 5

Psalm. 103

Gene. 3.

Augustinus in

Psalmum, 92

Psalm. 90

Apoca. 12

Psalm. 73

Diabolus

Aquila

quoq; dicitur.

Prover. 30

Hierony. lib. 2

commenta. in

Oseam.

Diabolus

et Miluus

dicitur.

Augustinus in

Psalm. 62

Matth. 23

Muscæ, di-

aboli dicitur.

Augu. in Iohã.

tractatu. 1

Eccle. 10

Hierony. in cõ

mẽ. in Esa. c. 27

Iob. 26

Serpẽs tor-

tuosus &

Vectes.

Iohann. 8

Tigris

Iob. 4
Greg. in Iob l.
5, cap. 17

uocatur, ut in Iob: Tigris perijt, eo quod non haberet prædam: & ca-
tuli leonum dissipati sunt. Sicut enim Sathan propter sæuitiam leo
dicitur, ita propter multiformis astutiæ uarietate non incongruè Ti-
gris uocat. Modo enim se, sicut est perditus, humanis sensibus obijcit:
modo quasi Angelum lucis ostendit: modo stultorum mentibus blã-
diendo persuadet, modo ad culpam terrendo pertrahit: modo suade-
re uitia aperte nititur: modo suis in suggestionibus sub uirtutis specie
palliatur. Hęc itaq; belua, quę tanta uarietate respergitur, iure Tigris
uocatur. In alia æditione pro Tigri Myrmix & leo legitur, ut in

In comment. in
Iob in cap. 4.

Formica.

quit Hieronymus, quem nos uerius diabolus dixerimus: qui quan-
do prædam agit de sanctis, tanquam de maioribus rebus, ut leo ha-
bendus est, quando uero minima quærit auferre, Formica dicendus
est. Et quia sicut formica grana de area, ita ille cogitationes bonas au-
fert de cordibus hominum: Gregorius in translatione Septuaginta
mirmicaleon legit, quod paruum animal esse interpretatur, formicis
aduersum: quod se sub puluere abscondit, & fornicas frumenta ge-
stantes interficit, & interfectas consumit: Et dicitur Latine Mirmica
leon formicarum leo, uel certè expressius formica pariter & leo.

Grego. in ex-
positione in
Iob lib. 5. c. 17
Mirmicale
on.

Diabolus
cur leo &
formica di-
citur.

Rectè autem formica & leo dicitur, formicis enim leo est, uolatili-
bus formica: quia nimirum diabolus sicut contra consentientes fortis
est, ita contra resistentes debilis. Si enim assensus eius suggestioni-
bus præbetur, quasi leo tolerari nequaquam potest: si autem resistitur,

Latibulum
diaboli pe-
ctus huma-
num est.

quasi formica atteritur. Hęc bestia, quocunq; tandem nomine uoce
tur, latibulum suum habet, in quo se recondit, de qua dicitur: Ingredi-
tur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur. Diuus Hiero-
nymus singularem feram appellatam esse dicit. Quia præcedit siue su-
perat malicia eius maliciam, omnium operantium iniquitatem: Lati-
bulum suum est peccatus humanum, quando ex permissione Dei po-
testatem accipit dominandi hominibus: & in antrum, quod suum se-
cit, sibi constituit habitationem. Has cauernas, id est, corda hominũ,
olim potenter possedit hęc bestia: Sed obstetricante manu domini,
eductus est coluber tortuosus, ut legitur in Iob, Id est, dum nobis di-
uina gratia medetur, is qui nos tenuerat, antiquus à nobis hostis effici-
tur: sicut incarnata ueritas dicit. Nunc princeps huius mundi efficietur
foras. Vnde iam nunc sanctos omnes non tenendo possidet, sed ten-
tando persequitur, eiectus uidelicet obstetricante manu Domini.

Grego. in ex-
positione Iob
lib. 26. c. 18

Iob. 26

Iohann. 12

Esaias 11
Quod est
foramen
Aspidis &
Regulica-
uerna

Eandem significationem habet, quod Propheta dicit. Delectabi-
tur Infans ab ubere super foramine aspidis, et in cauerna Regulis quæ ab-
lactatus fuerit, manum suam mittet: non nocebunt & non occident,
in uniuerso monte sancto meo. Siquidem aspidem et Regulũ, diabo-
lum accipimus occulte sæuientem, & aperte ferientem. Foramen ue-
ro aspidis & cauernam Regulis, corda iniquorum intelligimus, quæ
alibi etiam cubilia leonum uocantur: In quæ dominus manum im-
mittens,

Cantico. 4

mittens, exinde aspidem & Regulum, id est, diabolus captiuum
traxit, ut in monte sancto eius, id est, Ecclesia electis fidelibus nocere
non possit. Iam uero et humanam speciẽ Diabolo et Angelis eius,
tribuit scriptura. Nam Iatro, uenator, Rex fortis, & princeps mundi
appellatur diabolus. Ac latrones quidem dicuntur, quia captiuos
nos ducunt, sicut in Psalmo dicitur: Quoniam illic interrogauerunt
nos uerba canticorum, et qui abduxerunt nos, hymnum &c. Capti-
uatores nostri, sunt Diabolus & Angeli eius, qui captiuos nos duxe-
runt, ligatos uarijs tentationibus rerum temporalium & suggestioni-
bus illicitarũ uoluptatum. Sed et latrones sunt, uulnerantes illum uia-
torem qui descendit ab Hierusalem in Hiericho, quem sauciatum
femiuiuum reliquerunt, id est, qui plagas peccatorum nobis infixere-
runt. Venatores dicuntur, quia laqueis suis nos irretiunt, de quibus
in Psalmo: Sperabo in domino, quoniam ipse liberabit me de laqueo
uenantium, & a uerbo aspero. Augustinus legit, De muscipula uena-
tium, & a uerbo aspero: sicut & alibi pro laqueo legit, muscipula, ut in
Psalmo: Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi, ipse le-
git: Educes me de muscipula ista, quam occultauerunt mihi. Siue
autem muscipula legatur siue laqueus, nihil refert, nam utrunq; in-
strumentum est uenantium: & rete illud, in quod homines a uia do-
mini declinantes incidunt. Et frequenter in scriptura laqueus dicitur,
ut in Psalmo: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Item Ap-
ostolus: Ut liberemini a laqueo diaboli. Alibi rete & sarena dicitur
ur, ut in illo Prophetæ: Super hoc lætabitur & exultabit, propter
ea immolabit sarenæ suæ, & sacrificabit reti suo. Sunt autem laquei
us, muscipula, rete, sarena, uaria genera uitiorũ, ut ira, detractio: mul-
tiplices item doli & fallaciæ diaboli, quibus homines a diabolo capi-
untur & complicantur. Porro habet & instrumenta Diabolus, qui-
bus in hos laqueos impellit homines: inter quæ præcipuum est illud,
quod in Psalmo commemoratur: Verbum asperum. Ac primum
quidem diabolus laqueos, muscipulas & retia tendit, non in uia sed
circa uiam: unde non in uia capiuntur homines, quia in uia non sunt
laquei. Quippe uia Christus est, in qua nõ ponitur laqueus: sed a uia
aberrantes capiuntur, quia ibi est muscipula, ibi sunt laquei hinc atq;
inde positi, inter quos homines ambulant. Qui ergo in uia ambulat,
in laqueos non cadunt: qui autem uel ad dextram uel ad sinistram de-
clinant, iam inter laqueos ambulant uenantium, & in laqueos com-
pelluntur uerbo aspero. Sed quid est uerbum asperum: sicut retia ple-
runtq; ad caput sepi tenduntur auibus, & iactis lapidibus in eas, capi-
untur, non quidem a lapidibus tacte, sed per lapides fugate, ut ad in-
anem sonum iactus lapidis territæ, in rete incidant: ita homines in sul-
tatorum uerbis inanibus territi, in laqueos uenantium cadunt. Velu-
ti si timentes detractiões hæreticorum, non dicant palã ueritatem
I uerbo

Iohann. 10

Iob. 42

Iohann. 12

Augustinus in

Psalms in 139.

Cur dicun-

tur Diabo-

li Latrones

Luce 10

Cur Venã-

tores.

Psalms 90

Psalms 30

Psalms 123

Venantiũ

Instrumen-

ta.

Laqueus

Psalms 123

Roman. 16

Habacuc 2

Hieronym. li. 2

comment. in

Habacuc et in

Psalms 9

Augustinus in

Psalms 90

Laquei sũt,

non in uia,

sed circa uia

am.

Iohann. 14.

In laqueos

uenantium

quomodo

cõpellimur

uerbo aspe-

ro.

uerbo aspero territi, in laqueum uenantium cadunt. Sic Christianus inter Paganos, territus eorum blasphemis, quod minus confiteatur Christianam fidem, uerbo aspero compulsus in laqueum uenantium incidit. Sic inter Christianos, diligentiores & meliores ab ipsis Christianis multa audiunt, quibus territi a recta uia aberrant, & in laqueos uenantium incidunt. Cuiusmodi sunt, quæ sobrii Christiani ab ebrijs audiunt: casti a fornicarijs, & in uniuersum pijs ab impijs. Tu magnus, tu iustus, tu es Helias, tu es Petrus, tu es cælo uenisti, & quocumque se uertent hinc atque inde, uerba aspera audiunt: quæ si timent, a uia Christi Dei recedentes, in laqueos, mulcipulas, retia & sagenas uenantium incidunt. Rex fortis appellatur diabolus, de quo in Esaiâ: Rex fortis dominabit eorum, Quem & Christus fortem appellat, inquit: Quomodo potest quisque intrare in domum fortis, & uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? Similiter princeps mundi appellatur diabolus. Nunc iudicium est mundi (inquit Dominus) nunc princeps huius mundi eicietur foras. Unde & sceptrum sua habet, tanquam Princeps Rex & princeps, id est, regna, quæ sunt diuersa peccata, auaritia, luxuria, iracundia, detractio, furta, periuria. Sed et Æthiopes appellantur diaboli, ut declarat Hieronymus super illud, quod scribitur in Propheta: Pro iniquitate uidi tentoria Æthiopiæ. Æthiopes, inquit, tetrici et amantes tenebras, & ab omni luce alieni: Qui Draconis carne uelantur, de quo scriptum est: Dediti eum escam populis Æthiopijs: daemones intelliguntur. Idem Hieronymus autor est, scripturam tropicè mulierem diabolum significare, propter effœminatam uires. Quale est illud: Inueni amariorum morte mulierem, quæ laqueus uenatorum est, & sagena cor eius. Nec incongruè mihi, mulier instrumentum diaboli uocari posse, uidetur, ut qui malleus & sagena appellatur. Sicut & Hæretici, qui & ipsi sunt homines, organa diaboli a sanctis Patribus nominantur: nisi & ipsa instrumenta diabolum etiam ipsum repræsentare dicamus. Quod & ipsum non alienum est a modo loquendi scripturæ. Cuiusmodi est quod scriptura dicit, Moab lebes spei meæ, Quo loco ut Moab, ita lebes diabolus interpretatur, ut inquit Hieronymus: lebes siquidē olla est, de qua in Hieremia dicitur: Quid uides tu Hieremia? ollam succensam inquit. In ollam illam mittuntur carnes, ut in Ezechiele: Et mitte, inquit, carnes in ollam, ut molles fiant, ut scilicet dura conuertantur ad Deum: ut ex corde lapideo fiat carneum, Et sequitur: Succendam hanc ollam, & excoquam carnes & ossa, usque dum amittant omnem humorem & illuient, et discant, quia ego Dominus. Hic ollam propheta diabolum intelligit, cuius castigatione duri homines sunt molliores, iuxta illud: Quos tradidi Sathanæ, ut discant non blasphemare. Est enim diabolus quæstionarius. Itaque in ollam mittuntur carnes, id est, traduntur Sathanæ, qui non recte ambulat ad Deum, ut cruciati ab eo, conuertantur

Verba aspera etiam inter Christianos.

Diabolus cur rex fortis dicitur.

Esaiâ 19

Hierony lib. 7 commenta. in Esaiam.

Matth. 12

Princeps huius mundi.

Ioannis 12

Hierony lib. 2 commenta. in Habacuc.

Diaboli dicuntur etiam Æthiopes.

Habacuc 3

Hieronymus ubi supra.

Psalms 73

Mulier.

Ecclesi. 7

Hæretici organa diaboli.

Psalms 107

Moab & lebes seu olla diabolus interpretatur.

Hierony. in Psalms 107

Hierony in Ezechi. 24

1. Tim. 1

uertantur ad Deum. Sic & Incus dicitur diabolus. Nam cor diaboli durum est, & inflexibile, hebetudine quoque lapidis & rigore. Constringitur autem siue fiat sicut incus, quæ non producit. Incus nanque cæditur, sed non producit: superiecta edomat, immobilis autem ipsa consistit: Talis diabolus est. Fidelium enim increpationibus tunditur, Prophetarum dictis cæditur, Martyrum uictoria eliditur: sed manens rigidus, durus, indomitus, æternis addictus est poenis. De quo dicitur. Et stringitur quasi malleatoris incus, id est, Inferni uinculis coarctatus, æternis supplicijs continua percussione tunditur. Et cum incus ad hoc deputata sit, ut in ea alia uasa formetur, ipse semper percussus, nunquam tamen in uas aliud transformatur: Ita in illa incude nos quidem tundimur, sed superni artificis manu percussus, in uasa dominicę domus transimus, Ipse uero quasi incus stringitur, id est, in Inferno positus sub ictu sententię non uagatur. Malleus quoque appellatur, ut in Propheta: Contritus est malleus uniuersę terrę. Malleum uniuersę terrę, diabolum uoluit intelligi Propheta, per quem dominus uasa sua in usum ministerij formada percutit, per quę ductiles illę tubę producuntur, de quibus Psalmus: Psallite domino Deo nostro in tubis ductilibus. Tuba ductilis erat Iob, qui in potestatem diaboli ita datus est a Domino, ut filijs suis & uniuersę substantia sua orbaretur, Denique caro etiam eius affligeretur. Primum fuit tuba enim repente percussus tantis damnis & orbate filiorum, tunc illa tantę tribulationis factus tuba ductilis, laudem Dei sonuit: Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Deinde percussa est & caro eius, ut putrescere & uermibus scatere cœperit, blasphemias etiam interim uxore eius suggerente: sic igitur a diabolo percussus, a capite usque ad pedes graui uulnere, & putrescens uermibus & in stercore sedens, tot percussionebus factus tuba ductilis, iterum sonuit, Loquuta es, inquit ad uxorem, tanquam una ex insipientibus mulieribus. Si bona suscepimus de manu domini, mala non sustinebimus: Isto etiam malleo Apostolus tundeatur, ut fieret tuba ductilis, personam laudem Domini. In magnitudine, inquit, reuelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meę, Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Ecce tunditur: Sed audiamus quid sonet. Propter quod, inquit, iter Dominum rogavi, ut auferret eum a me, et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Ecce tuba non fit nisi si tundatur, quippe in infirmitate uirtus perficitur. Sed audiamus rursum quid iam factus tuba ductilis sonet: Quando infirmor, inquit, potens sum. Origenes malleum hunc Zabulum appellat, & qui ministrant ei, hos uocat malleatores. Ergo ut Zabulus, inquit, qui omnium tentationum operator est, malleus dicitur: ita qui ministrat, malleator est. Quotiescunque enim in tentationem incideris, scito malleum

Incus quoque dicitur diabolus.

Iob. 41 Grego. in exa. post. Iob. lib. 34. cap. 3

Hierem. 50 Diabolus Malleus quoque dicitur.

Psalms 97 Augus. in enarratione. Psal. 97 Quo Iob fuit tuba ductilis.

Iob. 2

Paulus quoque ductilis tuba fuit.

2. Cor. 12

Origenes in Esaiam Hom. 9 Diabolus Zabulus dicitur.

leum diabolum esse, & malleatorem eum per quem te zabulus insequitur: Velut in prodicione saluatoris malleus zabulus, malleator ludas fuit. Et multi erant malleatores in tempore illo, quo Dominus passus est, clamantes: Tolle de terra talem, crucifige eum, crucifige eum. Postremo mors et Infernus, dicitur diabolus, de quo Propheta, De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: Ero mors tua o mors, morsus ero tuus Inferne. Porro Angeli Diaboli demones sunt, de quibus Apostolus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates huius mundi, rectores harum tenebrarum, aduersus spiritualia nequitiae

ioann. 19
osee. ca. 13
hierony. li. 3.
comen. in ose.
hierony. li. 7
comen. in esa.
ephe. 6

Angeli transgressores, satellites diaboli.

hierony. li. 1.
comen. in mat.
ios. 4.
lactan. li. 2. diuinaru institutum cap. 15
An demones sint corporei.

lib. 1. ca. 7. contra Academics.
august. li. 2. c. 9. de ordine.
Qualia sunt demonum corpora.

Crasiora ab eis assumpta corpora.
psellus in lib. de demonib. caput. 1
august. de ciuit. dei. lib. 15. cap. 23
Quales sunt incubi.

in caelestibus. Hii sunt transgressores Angeli, in imam illam caliginem, tanquam in sui generis carcerem, ab illius sublimis aetherae puritatis habitatione detrusi: quos alibi Hieronymus non ineptè Diaboli satellites & discipulos appellat, quia eorum Rex est, & princeps Diabolus. Trismegistus hunc Daemonarchem uocat, ut inquit Lactantius. Qui tametsi corporei sunt, tamen quae habent corpora, ea ita subtilia sunt, ut nullo humano sensu percipi possint, nempe aerea, ut Apuleius testatur, qui demonum corpora media esse dicit, inter terrenam & aetherae naturam, multo minus concreta, quam nubes, & longe subtiliora ex purissimo aeris liquido & sereno elemento coalita, nihil terrenae soliditatis habentia. Idcirco nunc oculis humanis conspicua. Quam sententiam & Augustinus approbare uidetur, qui ob id demones aerea animalia, & eadem uilissima appellat. Quanquam sunt qui incorporeos esse dicunt demones, quod Origenes ita accipit: non quod corpora non habeant, sed quia circumscriptio demoniaci corporis, non est similis huic nostro crasiori, uel uisibili corpori. Est enim naturaliter subtile, et uelut aura tenue, nec uisibile, nec palpabile. In consuetudine autem hominum, omne quod uisibile & palpabile non fuerit incorporeum nominatur, uelut si quis aerem istum quo fruimur, incorporeum dicat, quandoquidem non est tale corpus ut comprehendi & teneri possit, urgentibus resistere. Solent tamen nonnunquam crasiora etiam sibi corpora accommodare demones, in quibus ita hominibus apparent, ut non solum uideri, sed etiam tangi possint. Et hos rectè uel terreos uel aqueos, iuxta materiam corporum uel aqueam uel terream, appellari posse crediderim. Quod uerissima scriptura probari, affirmat Augustinus. Qui & à multis expertum, uel ab expertis, de quorum fide dubitandum non sit, auditum esse dicit, Sylianos & Faunos, quos uulgo Incubos uocant, improbos saepe extitisse mulieribus, & earum appetisse ac peregisse concubitum: Et quosdam demones, quos Dufios Galli nuncupant, hanc assidue immunditiam & tentare & efficere. Nec sanè mirum, haec per demones illos terreos effici, ut qui & aluntur attracto in spongiae modum humore, & membra genitalia habent, sed non qualia homines, ex quibus & excrementum

crementum manat, Ut Psellus ex Marco quodam demoniarum re perito refert. Proinde non immundi illi ac terrei demones, sed qui corpora habent aerea, spiritualia nequitiae in caelestibus ab Apostolo appellantur: non quod caelestes sint, uel super caelestes spiritus, habitantes ibi ubi solem et lunam & stellas Deus ordinauit, sed quia Inferioris aeris caliginem inhabitant. Nam & aer iste caelum dicitur, ubi uenti & nubes, & procellae & turbines fiunt: quemadmodum & aues caeli & uolatilia caeli dicimus. Spiritualia autem uocantur, quia & mali Angeli in scripturis spiritus appellantur. Ideo autem rectores harum tenebrarum eos uocat Apostolus, quoniam peccatores homines tenebras appellat, quibus isti dominantur. Ideo in alio loco dicit: Fuiſtis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, quia ex peccatoribus iustificati erant. Porro ideo dominantur hominibus, quia eos uarijs erroribus irretitos, ac fallacis deceptos, in potestatem suam redigunt: Hii enim spiritus contaminati ac perditii, per omnem terram uagantur, & solatium perditionis suae, perdendis hominibus operantur. Itaque omnia insidijs, fraudibus, erroribus complent, qui quoniam sunt spiritus tenues et incomprehensibiles, insinuant se corporibus hominum, & occultè in uisceribus operati, ualitudinem uitiant, morbos citant, somnjs animos terrent, mentes furoribus quatunt: ut hoc modo dominantes hominibus, his malis eos cogant, ad eorum auxilia decurrere. Sed quorsum haec tam multa de uarijs formis nominibusque diaboli & angelorum eius? Nempe ut de his ipsis ex sanctis scripturis edocti, rectè eorum Imagines exprimere possimus. Nam qui in corporibus uisibilibus hominibus apparent, eorum etiam imagines ad similitudinem eorundem corporum formandae sunt: Qui autem corpora habent inuisibilia, in ipsis formis depingendi sunt, quas sacra nobis eloquia describunt. Ideoque minime reprahendendum est (quod in sancta Ecclesia haecenus obseruatum esse scimus) ut in Inferno diabolus tanquam rex, in forma bestiae palo alligatus & cathenis constrictus: Angeli autem eius in forma uariarum beluarum, tam quadrupedum quam reptilium, & uolatilium: saepe etiam in forma hominum tam marium quam foeminarum, nunc albo nunc atro colore, nunc uenusta nunc turpissima & horribili specie effingantur. Nam duplici ratione Imagines Spirituum tam bonorum quam malorum in Ecclesia depinguntur, uel quia sic a scriptura sancta describuntur, uel quia sic hominibus aliquando in terris apparuerunt. At scriptura, diabolum & Angelos eius in forma leonis, Draconis, Aspidis, Basilisci, Aquilae, Vulturis, Regis, Principis, Aethiopsis, mulieris multisque alijs id genus figuris, cognoscendos demonstrat: ut supra multis sanctarum scripturarum testimonijs probatum est. Sic et hominibus aliquando per easdem: uel alias eiusdem generis imagines corporales, uel proprias uel assumptas apparuerunt. Ac pri-

psellus in lib. de demon. c. 8
Quae sunt spiritualia nequitiae in caelestibus.
ephe. 6
august. de agone christiano, cap. 3
Rectores harum tenebrarum qui sunt.
ephe. 5
Lactan. li. 2 diuinarum Institutio, cap. 15

Duplex ratio

I iij mum

ad Euam ⁹⁰ mum quidem omnium diabolus in forma serpentis, immo uero ser-
 in forma penti admixtus, mulieri in Paradiso apparuit, quam & dolis & astu-
 serpentis, tibus suis adortus tentauit, ut mandatum Dei transgrederetur, Immo
 Genesi. 3. per eam uirum quoque miserè decepit. Augustinus alibi hunc dia-
 Lib. 2. de Gene- boli accessum non corporaliter sed spiritualiter factum esse, interpre-
 si contra Ma- tatur: subdubitans non nihil, an diabolus in paradiso fuerit, usus auto-
 nichcos. ca. 14. ritate Apostoli dicentis: Secundum Principem potestatis aeris hu-
 Ephesi. 2. ius, spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentiae. Quod ita in-
 telligendum putat, ut spiritualiter tantum non uisibiliter eos acces-
 dat, in quibus operatur: suggerens uidelicet per cogitationes quic-
 quid potest. Cuius suggestionibus resistunt, qui uerè cum eodem
 1. Cor. 2. Apostolo dicunt: Non ignoramus astutias eius. Et ad eundem mo-
 dum Iudam accessit, quando ei persuasit, ut Dominum traderet,
 Lucæ. 22. de quo dictum est: Intrauit in cor eius, non quidem uisibiliter, sed per
 Ioann. 13. suggestionem. Alio tamen loco idem Augustinus scribit, natura Ser-
 In quest. uete. pentem fuisse qui cum muliere loquutus est, & per serpentem diabo-
 test. 4. q. 31. lum tanquam per organum mulierem seduxisse: qui serpens fuit de
 in dialo. 65. q. quo dictum est, quod esset sapiētiōr ceteris bestijs, quas fecerat Domi-
 quest. 43. et in nus Deus super terram. Quod utiq; de diabolo intelligi non pos-
 libro de ciui. tuit, unde nec ipse talis serpens fuit, de quo Apostolus dicit inter cæ-
 Dei cap. 11. tera. An ignoratis altitudinem Sathanæ? Sed nec diabolo conuenit
 Apocal. 2. quod huic Serpenti dictum est. Supra pectus & uentrem tuum res-
 Genesi. 3. pes, & terrā edes omnib. diebus uitæ tuæ: quia diabolus neq; corpo-
 reus est neq; mortalis. Et si autem serpenti præ ceteris animatib. pru-
 dentia tribuatur, non tamen hominibus fuit prudentior. Ideoq; neq;
 consilium hominem decipiendi, capere potuit. Vnde dubium non
 est, quin diabolus fuerit qui mulierem per serpentem circumuenit.
 Admiscens em̄ se serpenti egit per illum quasi per organum, ut nec
 mulier occulti diaboli intelligeret dolum, sciens prudētem esse serpen-
 tem. Idem querit, in qua lingua serpens loquutus sit ad mulierem:
 ac per sibilum quidem diabolus loquutus fuisse per serpentem, &
 articulo quidē sono respondisse: et eum sibilū a muliere fuisse intel-
 lectum. Si enim hodie non desunt qui latratus canum intelligant,
 & luporum ululatum, & barritum elephantorum, & cantum gallo-
 rum: quare non magis rudis illa mulier scire potuit & intelligere si-
 bilum serpentum? Cum multos sciamus auium uoces discernere.
 Nam & constat diabolus eius lingua uti, cuius corpus intrauerit,
 nec aliter falleret mulierem, ac per hoc serpentis ore loquutus est
 per serpentem. Ambrosi. diabolus in paradiso fuisse ex eo probat,
 quod Ezechiel Propheta docet, qui dicit super Principem Tyri. In
 In lib. de para. uoluptate, inquit, Paradisi factus est. Principem Tyri autem in figu-
 cap. 2. ra accipimus Diabolū. Iulianus Apostata scripturam, quæ serpen-
 Ezech. 28. tem cum Eua loquutam fuisse, commemorat, non absimilem dicit ef-
 Cyrillus cont. se fa-
 Iulianum. libro. 3.

se fabulis, quas Greci finxerunt: quā calumniam retundens Cyrillus,
 Ethnicorum etiam exemplis & scriptis probat. Sæpe diabolus
 per creaturas tam animatas quā inanimatas fuisse hominibus lo-
 quutum: ac inter cætera illud ex Porphyrio affert, illo uidelicet,
 qui fuit Iuliani socius, & calumniarum in nos pater, qui Causum
 flumen narrat Pythagoram alloquutum esse, ac omnibus audientib.
 bus dixisse. Salue Pythagora. Sic Philostratus in uita Apollonij
 commemorat: in terra Thebanorum Apollonium ad Gymno-
 sophistas uenisse, artis uidelicet magicæ peritos, & illic arborem
 incantatam, sicut iussa erat a Magis, alloquutam esse sapientem
 Apollonium, & uocem eius fuisse articulatam & muliebrem. Sic
 in Rodo in uita Iouis, taurum humani sermonis non fuisse exper-
 tem, isdem Ethnicorum scriptis probat. Sed & Lilius Romæ non
 semel boues humanum sermonem protulisse, multiq; alij alia
 quoque eiusdem generis portenta, commemorant. At quis tam
 delirus est, ut flumini, aut arbori, aut boui humanum sermo-
 nem tribuat? Dæmonia fuerunt, quæ per flumen & arbores, misè-
 ra illa mancipia sua, Pythagoram & Apollonium Magos salu-
 tauerunt, aliosq; homines per boues, stauas, ac alia eiusdem ge-
 neris organa deceperunt. Ac proinde dubitandum non est, diabo-
 lum etiam in Paradiso per serpentem, Euam & alloquutum esse
 & decepisse, eoq; magis per serpentem, quia callidior erat cun-
 ctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Vnde & pro-
 pter astutiam eius conueniens organum erat, ut de illo & in illo
 ageret dolum. Ideoque & hodie familiaritatem quandam, cum
 serpentibus habent dæmones: propter quam serpentes carminibus
 hominum magis quam ullum aliud genus animantium mouentur,
 quod & Poeta in Pharmaceutria testatur hoc carmine.

Frigidus in pratis cantando rumpitur Anguis.

Quod & ipsum non paruum testimonium est, naturam huma-
 nam ab initio, serpentis seductam esse colloquio, Quandoquidem
 & ad huc gaudent dæmones, hanc sibi potestatem dari, ut ad incan-
 tationem hominum serpentes moueant, ut quolibet modo fallant,
 quos possunt. Hoc autem permittunt ad primi facti memoriam com-
 mendandam, quod sit eis quædam cum hoc genere familiaritas,
 iam & apud Ethnicos sæpe in formā serpentis homines dece-
 pit Diabolus. Actalis quidem fuit Serpens ille Epidaurius, qui Escu-
 lapiō Romam a templo suo nauiganti comes adhæsit. Porro illud
 etiam hoc loco addendum mihi uideatur, organa illa per quæ diabo-
 lus loquitur, non percipere uerba, quæ per ea pronunciantur, Vnde
 nec flumen, nec arbor, uerba, quibus dæmon Pythagorā & Apollo-
 nium salutauit, intellexerunt. Ita nec serpens, per quē diabolus in Para-
 diso Diabolus,

Genesi. 3.

Familiaritas quædam inter dæmones & serpentes. Verg. Aegl. 8

August. de ciuitate, dei lib. 10. cap. 16

August. de Genesi ad literā lib. 11. c. 28

Serpēs nō intellexit quæ per eum dixit ad Euam

diso mulieri loquutus est, uerborum sonos, qui ex illo fiebant ad mulierē, intellexit. Neque enim conuersa est anima eius in naturā rationalem, quandoquidem nec ipsi homines, quorum rationalis natura est, cum dæmon in eis loquitur, ea passione cui exorcista requiritur, sciunt quid loquantur. Quanto minus serpens intelligere potuit uerborum sonos, quos per eum & ex eo diabolus illo modo fecit: qui hominem loquentem intelligere nō potuisset, si eum à diabolica passione immunis audiisset. Ita quæ quod uulgo serpentes putantur audire & intelligere uerba incantatorum, ut eis incantantibus prosiliant pleruntque de latebris, quicquid, id est, ipsa etiam diabolica uis operatur.

Multæ sūt formæ dæmonū, qui bus apparerent & depinguntur. Sunt et alię formę, in quibus sæpe dæmones sanctis etiam hominibus apparuisse leguntur, quæ & ipsæ rectè ad effingendas dæmonum imagines accommodabuntur, quas nō est necesse hic recensere. Neque enim id agimus, ut omnes dæmonum figuras enumeremus, maximè in quibus hominibus hæcenus apparuerunt, et ad huc apparere possunt: id enim captum meum excedit. Sed ut formas aliquas, et eas maximè, quas scripturæ sanctæ describunt, afferamus: ut ad earum similitudinem Imagines dæmonum rectè depingere possimus.

De ratione Imaginum defunctorum hominum, tam beatorum, quam damnatorum. Caput XV.



Matth. 25

Enio ad imagines hominum, tam eorum qui benedicti regnum Dei possidebunt, quod eis à constitutione mundi paratum est: quàm eorum, quos maledictos Dominus iubet ire in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius. Quarum duplex est ratio, Vna per quã formæ & similitudines, quas sanctæ scripturæ mortuis hominibus tribuunt, depinguntur. Altera per quã figurę, in quibus defunctorum animę post mortē hominibus apparent, exprimuntur. In primo igitur genere scripturæ sanctæ duo considerant, animam & corpus, quorum etsi diuersa est natura: quippe corpus terrenum est, uisibile & palpabile, anima autem Spiritus inuisibilis, & nullo humano sensu perceptibilis: tamē inter hæc tanta cognatio est, & à Deo eis insita societas, ut etiam per mortem separata, tamen coniūgi appetant: Et ut in hac mortalitate unita hominem constituunt, ita in alia uita denuo in unum coalita, uel æterna beatitudine fruuntur, uel perpetuis ignibus cruciantur.

Sæpe pro toto hōie accipitur et corpus et anima. Ac propter hanc coniunctionem et suaue consortium, sæpe etiã ab his partibus totius hominis appellatio deducitur, ut nunc corpus, nūc anima, non solum has partes hominis separatim: sed etiam totum hominem in sanctis scripturis designent. Sic in libro Sapientię dicitur: In maleuolam animam non introibit spiritus sapientię, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Vbi corpus totum hominem significat, mortuum peccati causa. Et in Propheta, Anima quæ pecca

Sapient. 1
Ambro. in c. 3
epistol. ad Rom.
Ezechiel. 18

peccauerit ipsa morietur. Vbi anima pro toto homine ponitur. Et item alius Propheta, Videbit omnis caro salutare Dei, ubi per carnē totus homo designat. Quemadmodū igitur à parte & totū denominatio facta, anima totum hominē significat: Sic eadē ratiōe imago, ad similitudinē totius hominis corporei & uisibilis expressa, hominē quidem totum, secundū lineamēta sua propriē, uel naturali uel artificiali similitudine: animam uero ex impositione, ea uidelicet, qua sacre literæ eā describunt, repræsentat: et ita quidē repræsentat, ut quē admodum habitus totius imaginis humanę, totum hominem, et quę in ea finguntur membra, statura, ætas, bona malaue ualetudo, deformitas: itidem hominis membra, staturam, ætatem, formæ uel elegantiam uel turpitudinem designant. Ita & eadem ipsa imago animā ipsam (ut ita dicā) totā, & quæ scriptura habitum eius, & membra fingit, aliasque qualitates, non secus atque si corporea esset, & homini corporeo & uiuenti similis, demonstrat. Non quidē propriē (neque enim corporalia membra habet anima, ut quæ est spiritus & inuisibilis) sed tropicē, & qualia sanctæ scripturæ hæc ipsa describunt. Quem admodum de capite & oculis animæ, in Ecclesiaste dicitur, Sapientis oculi in capite eius. Et in Euangelio: Vides festucam in oculo fratris tui. Et de auribus: Qui habet aures audiendi audiat. Habet & os anima, de quo in Psalmo, Os meum aperui, & duxi spiritum. Et illud: Dilata os tuū, & implebo illud. Et Apostolus Paulus: Os nostrum patet ad uos o Corinthij, Cor nostrum dilatatum est. Et in Canticis, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, et super mel & fauum ori meo. In Prophetis quoque de manibus dicitur: Sermo Domini qui factus est in manu Prophetæ Hieremiæ, siue alterius cuiuslibet. Et de pede illud, Pes tuus nō offendit. Et iterum: Mei autē paulo minus moti sunt pedes. Ita & ueter animæ designatur, ubi dicitur: Dñe à timore tuo in utero cōcepimus. Et guttur, cū dicitur: Sepulchrū patres est & guttur eorum. Et lingua in illo: Præcipita dñe & diuide linguas eorū. Sic dentes animæ significantur per illud: Dentes peccatorū contriuiisti. Et brachiū, per illud: Contere brachiū peccatoris et malum ligni. Ad ætatis differentias pertinet quod Apostolus scribit: Scripsi uobis, inquit, pueri, quā cognouistis patrē: Scripsi uobis, patres, quā cognouistis eū qui ab initio est: Scripsi uobis iuuenes, quoniã fortes estis, & per uerbum Dei, quod manet in cælo, uicistis malignum. Si quidem pueros hic Apostolus uel adolefcētes uel iuuenes, uel etiam patres: secundum animæ, non secundum corporis appellat ætatem.

Sed & Paulus ad eundem sensum in quodam loco: Non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulus in Christo, Lac uobis potum dedi, non escam. Vbi in Christo paruuli, secundum animæ, non secundum carnis nominantur ætatē. Idem in alio loco, Cum essem paruulus, loquebar sicut paruulus, si

Esaiæ 4. 6

Imago quoque corporis totū hōiem repræsentat.

Imago animæ corporea.

Orig. in prologo in Cant. & in Exod. c. 21. Home. 10.

Ecclesi. 2
Matth. 7
Apocal. 2

Os animæ.

Psal. 118
Psal. 80
2. Cor. 6.

Psal. 118

Exempla scripturæ

de alijs membris corporis, quæ tribuuntur animæ.

Proverb. 3
Psal. 72

Esaiæ 26

Psal. 13

Psal. 54

Psal. 3

Psal. 9

Imagines secundum hominis ætates.

1. Ioann. 2

Animabus attribuitur corpus

in scripturis tropice.

1. Cor. 3
Cui 1. Cor. 13

Cibus & potus animæ. **Cibus & potus animæ.** *Ioann. 4.* cut paruulus sapiebam, sicut paruulus cogitabam: Cum autem factus sum uir, destruxi quæ erant paruuli. Similiter autem & animæ cibus est panis ille uiuus, qui de celo descendit, sed & potus est ex illa aqua, quam promittit Dominus dicens: Quicumq; biberit ex hac aqua, quæ ego do ei, nõ sitiet in æternum. Habet & sanitatem anima et infirmitas animæ. *Psal. 6.* languores, ut in Psalmis: Sana me domine, quoniã conturbata sunt ossa mea, Et iterum, Ego dixi Domine, miserere mei, sana animã meam, quia peccaui tibi. Item, Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu uitam tuam. *Psal. 40.* *Psal. 102.* Sunt autem multi languores animæ, ut auaricia, superbia, ira, iactantia, formido, inconstantia, pusillanimitas: et horum similes. *Orig. in Psal. 37.* Qui medicorum cura sanantur. Sed quorum medicorum? Inter Archiatros omnes, Archiatros est saluator, de se ipso dicens. Quia non opus habet qui sani sunt medico. Hic est medicus, qui curat omnem languorem & infirmitatem. Sunt & Prophetæ & Apostoli medici, & omnes qui post Apostolos in Ecclesia positi sunt, quibus curandorum morborum animæ cura commissa est. *Matth. 9.* Pulchritudo et deformitates animæ. **Pulchritudo et deformitates animæ.** per illud designatur quod dicitur: Faciamus hominem, ad imaginem et similitudinem nostram. Rursus etiam deformis est anima, cuius nõ est decens membrorum colorumq; proportio. Sic gibbosam, claudã, cæcam, maculis aspersam, multisq; alijs deformitatibus deturpatam animã, sacra eloquiã describunt. Atq; id sanè, quod ad Moysen dicitur in Leuitico: Loquere ad Aaron. Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Deo suo, nec accedat ad ministerium eius. Et repente sequitur, Si cæcus fuerit, si claudus, si uel paruus uel grãdi, uel torto naso, si fracto pede, si mancus, si lippus, si gibbosus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, uel ponderosus. Siquidem hæ deformitates, & si propriè corporis sint, tamen uerè ad animam referuntur. *Greg. in pastorali part. 1. c. 11.* *Gratian. dist. 49. c. Hinc etenim.* **Cæcus.** quippe est, qui supernæ lumen contemplationis ignorat, qui præsentis uitæ tenebris pressus, dum uenturam lucem nequaquam diligendo conspicit, quo gressum operis porrigat nescit. Hinc etenim Prophetante Anna dicitur: Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris conticescent. *1. Reg. 2.* **Claudus.** Claudus uerò est, qui quidem quo pergere debeat aspicit, sed per infirmitatem mentis uitæ uiam perfectè non ualet tenere, quam uidet: quia ad uirtutis statum, dum fluxa consuetudine non erigitur, quo desiderium innititur, illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus dicit: Remissas manus & dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus uestris, ut non claudicans erret, magis autem sanetur. *Hebr. 12.* **Paruo naso.** Paruo naso est, qui ad tenendã mensuram discretionis idoneus nõ est, Naso quippe odores foetoresque discernimus. Rectè ergo per nasum discretio exprimitur, per quam uirtutes eligimus, delicta reprobamus: Vnde & in

& in laude Spõsẽ dicitur. Nasus tuus sicut turris, quæ est in Libano, *Cantic. 7.* Quia nimirum sancta Ecclesia, quæ ex causis singulis tentamenta prodeant, per discretionem conspicit: & uentura uitiorum bella, ex alto depræhedit. Sed sunt nonnulli, qui dum se æstimari hebetes nolunt, sæpe se in quibusdã inquisitionibus plus q; necesse est exercetes, ex nimia subtilitate fallunt. Vnde hoc quoq; subditur, uel grãdi, uel torto naso. Nasus etenim grãdis & tortus est, discretiõis subtilitas immoderata: quæ dum plus q; decet excreuerit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. **Fracto pede uel manu est,** qui uia Dei pergere omnino non ualet, atq; a bonis actibus funditus exors uacat: quatenus hoc non ut claudus saltem cū infirmitate teneat, sed ab his omnimodo alienus existat. **Gibbus** uerò est, quem terrenæ sollicitudinis pondus deprimit, ne unquam ad superna respiciat, sed solis his quæ infimis calcantur intendat: Quod & si aliquando aliqd de bono patriæ cælestis audierit, ad hoc nimirum, peruersè consuetudinis pondere grauatus, cordis faciem non attollit, quia cogitationis statum erigere non ualet, quem terrenæ usus sollicitudinis curuum tenet. Ex horum quippe specie Psalmista dicit: Incuruatus sum, & humiliatus sum usq; quæq;. Quorum culpam quoq; per semetipsam ueritas reprobans ait: Semen autem quod in spinis cecidit, hñ sunt qui audierunt uerbum, & a sollicitudinibus & diuitijs, & uoluptatibus uitæ, euntes suffocantur, et non referunt fructum. *Luce 8.* **Lippus** uerò est, cuius quidem ingenium ad cognitionem ueritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis, pupillæ sanæ sunt, sed humore defluente infirmantes, palpebræ grossescunt. Quarum, quia infusione erebra oculus atteritur, etiam acies pupillæ uitiat. Et sunt nonnulli, quorum sensum carnalis uitæ operatio fauorat, qui uidere recta subtiliter per ingenium poterat, sed usu prauorum actuum caligant. Lippus itaq; est, cuius sensum natura exacuit, sed conuersationis prauitas confundit. Cui bene per Angelum dicitur: *Apoc. 3.* Collyrio inunge oculos tuos, ut uideas. Collyrio quippe oculos inungimus, ut uideamus, cum ad cognoscendã ueri luminis claritatẽ, intellectus nostri aciem, medicamine bonæ operationis adiuuamus. **Albugo** uerò habet in oculo, qui ueritatis lucem uidere non sinitur, quia arrogãtia sapientiæ, sensum iustitiæ cæcat. Pupilla nanq; in oculis, oculi nigra uidet, albuginẽ tolerans nihil uidet: quia uidelicet sensus humanæ cogitationis, si stultũ se peccatoremq; intelligit, cõtemplationẽ intimæ claritatis apprehendit: Si autẽ candorem sibi iustitiæ seu sapientiæ tribuit, a luce se supernæ contemplationis excludit: & eo claritatem ueri luminis nequaquã penetrat, quo se apud se per arrogantiam exaltat. Sicut de quibusdam dicitur: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. *Roma. 1.* Iugem uerò habet scabiem, cui carnis petulãtia sine cessatione dominatur. In scabie etenim feruor uiscerum ad cuius bies. *Lugis scabies.* tem tra

tem trahitur: per quam rectè luxuria designatur. Quia si cordis tentatio usq; ad operationem profilit, nimirum feruor intimus usq; ad cutis scabiem prorumpit, & foris iam corpus sauciat, quia dum in cogitatione uoluptas nõ reprimitur, etiam in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cum dicebat. Tentatio uos non apprahendat, nisi humana. Ac si aperte diceret, Humanum quidem est, in corde tentationem perpeti: Dæmoniacum uero est, tentationis certamine & in operatione superari. Impetiginem quoq; habet in corpore, si quis auaritia uastatur in mente: quæ si in paruis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, & absq; occupati tædio excrescens, membrorum decorem foedat. Quia & auaritia capti animum, dum quasi delectat, exulcerat. Vnde adipiscenda quæq; cogitationi obijcit, & ad inimicitias accendit, & dolorè in uulnere non facit, quia æstuantis animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur, quia aliarum quoq; uirtutum per hanc pulchritudo deprauatur, & quasi totum corpus exasperat, quia per uniuersa uitia animã supplantat. Paulo attestante qui ait: Radix omnium malorum est cupiditas. Ponderosus uero est, qui turpitudinem non exercet opere, sed tamen ab hac, cogitatione continua, sine moderatione grauatur in mente. Qui nequaquid usq; ad opus nepharium rapitur, sed eius animus uoluptate luxuriæ, sine ullo repugnationis stimulo delectatur. Vitium quippe est ponderis, cum humor uiscerum ad uirilia labitur, quæ profecto cum molestia dederis intumescunt. Ponderosus ergo est, qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde: Et quamuis præua non exercent opere, ab his tamen non euellitur mente: nec ad usum boni operis in aperto ualet assurgere, quia grauatur hunc in abditi pondus turpe. Atq; hæc sanè sunt primi generis figuræ, quas scilicet sanctæ scripturæ animabus defunctorum hominum tribuunt, siue eorum qui in Christo defuncti sunt, siue qui in Infernum detrusi, perpetuis supplicijs cruciantur. Iam ad alterum genus imaginum descendendo, earum uidelicet, in quibus defunctorum animæ hominibus in terris apparent, siue dormientibus, siue uigilantibus. Nam utroq; modo fiunt huiusmodi apparitiones: Quarum & ipsarum eadem fere ratio est, quippe quæ & ipsæ similitudinem habent humanæ formæ. Cuius rei multa à sanctis patribus & memorabilia exempla referuntur. Augustinus puerum quendam, in acerrimis doloribus genitalium, ab omnibus sensibus abreptum, primum duos homines uidisse narrat: Alterum prouectioris ætatis, alterum puerum, narrantes, quæ illi audissent, & uidissent. Deinde chorum piorum psallentium & letantium, in luce mirabili: & impiorum in tenebris diuersas & atrocissimas pœnas, Sene illo & puero ducentibus, & ostendentibus,

2. Cor. 10

Impetigo.

1. Tim. 6

Ponderosus.

Imagines defunctorum in quibus apparent.

August. de Genesi ad litteram lib. 12. cap. 17

bus, foelicitatem aliorum, aliorumq; infœlicitatis interitum insinuantibus. Idem narrat Gennadium quendam, sibi notissimum & charissimum medicum, hominem religiosum, atq; erga pauperum curam impigram misericordiam, in somnis uidisse conspicuum iuuenem, et ab eo ad sequendum se inuitatum, dumq; eum sequutus fuisset, uenisse ad quandam ciuitatē, & in ea audiuisse à dextera parte sonos suauissimæ cantilenæ, ultra solitam notamq; suauitatem. Ac tunc intento, quid nam esset, iuuenem illum dixisse, Hymnos esse beatorum atq; sanctorum. Sed ne uana putet fuisse ea & phantastica uisio, ex eo cognoscitur, quod illam porro uisionem subsequutum est. Dubitauerat aliquando medicus ille, cum adhuc esset adolescens, & in eleemosynis feruentissimus, utrum esset ulla uita post mortem. Huius igitur mentem & opera misericordiæ ne Deus desereret, simul atq; scrupulum illum ex animo ipsius eximeret: per iuuenem illum, sibi in somnis apparetem, edocuit, post hanc uitam, aliam esse uitam beatam & sempiternam. Nã & alia nocte idē iuuenis eidē rursus apparuit, atq; ab illo utrum cognosceretur interrogauit. Respondit iste, qd eum bene planeq; cognosceret, Tūc ille quæsiuit, ubi se nosset, nec memoriæ defuit, quod iste identidem responderet: totumq; uisum illum, hymnosq; Sanctorum, ad quos audiendos eo duce uenerat, qua recentissimos recordabatur facilitate narrauit. Hic iuuenis percontatus est, utrum num id quod narrauerat, in somnis uidisset, an uigilans, Respondit, In somnis. At ille, bene inquit recolis, uerū est, in somnis ista uidisti, sed & nūc ista in somnis te uidere scias. Hic cū audisset ista, ita esse credidit, atq; id responsio ne firmauit. Tunc qd hominē docebat, adiecit, & ait, Vbi est modo corpus tuum? Ille respondit, in cubiculo meo: Scis ne, inquit ille, in eodē corpufculo nūc alligatos esse & clausos & ociosos oculos tuos, nihilq; illis oculis te uidere? Respondit, Scio. Tunc ille, Qui sunt ergo, inquit, isti oculi, quibus me uides? Ad hoc iste non inueniēs qd responderet, obticuit: cui hæsitanti ille, quod his interrogationibus docere moliebatur, aperuit, et cōtinuo: Sicut, inquit, illi oculi carnis tuæ utiq; in dormiente atq; in lectulo iacēte, nūc uacant nec aliquid operantur, & tamē sunt isti qbus me intueris, & ista uteris uisione: Ita cū defunctus fueris, nihil agētibus oculis carnis tuæ, uita tibi inerit qua uiuas, sensusq; quo sentias: Caue iam deinceps ne dubites, uitam manere post mortē. Ita homo fidelis ablatā sibi dixit huius rei dubitationem. Sed & Apostoli, martyres, uirgines, aliq; Sancti Dei homines, sæpe in forma humana hominibus, & apparuisse, & loquutos fuisse: qualdam etiam animas, è corporibus morientium, uidentibus hominibus, euolasse legimus. Cuius rei multa in Dialogis Gregorij exempla commemorantur. Et nota est historia, quæ refert Atilam Hunnorum Regē, Italiam ingredi, & uastare uolentē, & ad Mincium amnē statua habentē, cū diuinissimus Leo Romanus Pontifex, regi Hun-

August. epist. 100. quæ est ad Enochi. Visio in somnis.

Informatio de alia uita post mortem.

Oculi in somnis uacant et nihil uident.

Greg. li. 4. dialogorum. Vide Platinā in Leone 1. Duo fenestrun Atilæ regi Hun-

calamitatem Reipublicæ Christianæ misertus, obuiam illi factus, ac grauiſſima oratione ita eum exterruiſſet, ut non multa uerba facere potuerit. Inter alia id quoque palàm fuiſſe confeſſum, Non ſe à Pontifice deterritum, ſed uidiſſe duos ſenes demiffa barba, ac uenerando horribilicq; uultu, ſupra illius uiri caput, diſtictis enſibus aſtitiffe: & niſi legato ſuo paruiffet, præſentem inſectis gladijs mortem commiſſos fuiſſe.

Plinius l. 7 epiſtolarum.

Iam & quædam eiufdem generis ex Ethnicis ſcripto-ribus afferre poſſem, quorum aliqua Plinius Iunior in epiſtola quædam recenſet, conſtanterq; affirmat, ſe huiuſmodi exemplis adduci, ut credat huiuſmodi phantaſmata, non uanas eſſe, & ex metu noſtro ortas imagines: ſed propriam habere figuram. Sed malo ad confirmandam huiuſmodi apparitionum rationem, noſtratium exemplis uti, quàm aliena inculcare: quanq; & ipſa non nihil momenti habent, ad ludificationes dæmonum cognoscendas.

An Imagines apparitionū ſint res ueræ.

Ceterum illud apud Sanctos Patres in quæſtione eſſe ſcio, Sint ne imagines: quæ hominibus ſiue dormientibus, ſiue uigilantibus apparent: Similitudines tantum rerum, an ſimul etiam ſub illis, res ipſæ quas repræſentant, teſtæ contineantur. Ac ſunt ſanè qui dicant, poſt mortem animas peſſimas, in dæmones mutari. Quod Auguſtinus, Tertullianum ſenſiſe ſcribit.

Auguſt. de hæreſib. hære. 86

Que ſententia non multum ab opinione Platonis diſſentit: Qui (eo dem Auguſtino teſte) putauit, animas hominum dæmones eſſe, et ex hominibus fieri Lares, ſi meriti boni ſint: Lemures ſeu laruas, ſi mali,

Auguſt. de ciuitate dei lib. 9. cap. 11

& ita laruas dixit eſſe noxios dæmones ex hominibus factos. Quod dogma ſi uerum eſſet, minimè dubium foret, imagines animarū que poſt mortē hominibus apparent, non nudas & inanes ſimilitudines animarum eſſe, ſed ſub his etiam ex animabus factos dæmones conſiderari.

Falſa opinio de muſtarum in dæmones.

Verum falſa eſt, & impia, & pernicioſa hæc opinio. Primū quia per naturam fieri non poteſt, ut anima in dæmonem conuertatur. Nam ſi poſſibile eſſet, animā hominis in ſubſtantiam dæmonis tranſire, multo facilius poſſet in corpus ſuum redire: Et ſi de corporibus eſt impoſſibile, ut unquam hominis corpus in aſini corpus tranſmutetur, Quanto minus inuiſibilem animam, in ſubſtantia dæmonis transformare poſſibile erit: Deinde uiam aperit hæc opinio hominibus, per diſſiſſimos inſectandi mores: nam qui iſta opinantur, credentes poſt mortem animas ſuas in dæmones conuerti, & ad nocendum hominibus deſtinari: Procul dubio tanto peiores erunt, hæc ſperantes, quanto nocendi cupidiores. Poſtremo multorum ſententia eſt, animas à corpore ſeparatas, in his regionibus minimè uagari, ſiue beatas, ſiue damnatas. Iuſtorum enim animæ in manu Dei ſunt, Quod & multis ſcripturæ locis comprobari poteſt. Nam & Stephanus ait: Suscipe ſpiritum meum. Et Paulus diſſolui & eſſe cum Chriſto deſiderabat. De Patriarcha quoq; ſcriptura dicit: Et appoſitus eſt ad Patres ſuos, mortuus eſt in ſenectute bona. Sed nec animæ mortuorum rebus uiuentium intereſſe poſſunt. Pater meus et mater mea, inquit ſcriptura, dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me. Si ergo dereliquerunt nos patres noſtri, quomodo noſtris curis interſunt: Nam ibi ſunt ſpiritus defunctorum, ubi non uident quæcunq; aguntur aut eueniunt, in iſta uita hominibus. Quod & Deus præſiſſimo Regi Iofia promiſit, qd eſſet ante moriturus, ne uideret mala, quæ uentura illi loco & populo minabatur. Ad quem ita dicit, Pro eo qd audiuiſti uerba uoluminis, & perterritum eſt cor tuum, & humiliatus es corā Domino, auditis ſermonibus cōtra locum iſtum, & habitatores eius, quod uidelicet fierent in ſtuporem, & in maledictum: & ſcidiſti ueſtimenta tua, et fleuiſti coram me, & ego audiui te, ait Dominus: Idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad ſepulchrum tuum in pace, ut non uideant oculi tui omnia mala, quæ introducturus ſum ſuper locum iſtū. Quod uerò nec peccatorum animæ hic commemorari poſſint, diuitem audiamus quid dicat, & perpendamus, quod petit, et nō impetrat: Rogat Abraam patrē, ut mittat Lazarū, ad quinq; fratres ſuos nondum mortuos, et agat cum eis, ne ueniāt & ipſi ad eundē tormentorū locum: At Abraam Lazarum non miſit, ſed reſpondit potius, Habent Moyſen et Prophetas, audiant illos. Quod ſi poſſent anime hominū hic conuerſari, ueniſſet ipſe ut colloquetur, & ſuos de tormētis Inferni feciſſet certiores. Iam igitur (ut ad imagines mortuorum reuertamur) certum quidem eſt, eas hominibus apparere, & uigilantibus & dormientibus, & quædā etiam uiuentes admonere. Sicut de quibuſdam mortuis reſert Auguſtinus, qui uiuentibus apparuerunt, & ubi eorum corpora iacerēt inhumata, neſciētibus indicarunt: locisq; moſtratis, ut ſibi ſepultura, quæ deſuerat, præberetur, admonuerūt. Ac tale quiddam eſt, quod Plinius de Idolo quodā narrat, ſpeciē ſenis, macie & ſqualore cōfecti, promiſſa barba, horrenti capillo, cruribus compedes, manibus catenas gerentis, quod domum quandam Athenis nocturno tēpore, miris ſtrepitibus ferri & uinculorū complebat: ac quadā nocte Philoſopho, qui iā primum in domum migrauerat, apparuit, ac locum quendā in domo demōſtrat, eumq; herbis & folijs, uelut ſigno quodam notat, nimirum ſignificans, deſoſſum ibi aliquid eſſe. Itaq; Philoſophus poſtero die magiſtratum monet, ut locum illum effodi iubeat. Inueniuntur igitur oſſa inſerta cathenis, & implicata, quæ corpora, æuo terræq; putrefacta, nuda & exefa, reliquerat uinculis, collecta publicè ſepeliuntur, quibus ita conditis, ſpectrum illud nunquam poſtea in domo apparuit. Quoniam autem communis lex eſt, per quam defunctorum animæ poſt mortem, ad certum quendam locum deducuntur, unde redire ſponte ſua non poſſunt: Verius eſſe puto, ſecundum illam legem, figuras illas mortuorum uiuentibus apparentes, ſiue uigilantibus, ſiue dormientibus, ſimilitudines magis eſſe ipſas animas, quàm ſimilitudines ipſas animas.

Sapient. 5 Acto. 7 Philip. 1 Gene. 25

Auguſt. de ciuitate mortuis gerenda. c. 13

Ioann. Chryſoſtomi ubi ſupra.

Auguſt. de ciuitate Dei lib. 15 cap. 11

Ioann. Chryſoſtomi ubi ſupra.

Auguſt. de ciuitate mortuis gerenda. c. 13

Auguſt. de ciuitate mortuis gerenda. c. 13

Auguſt. de ciuitate mortuis gerenda. c. 13

Auguſt. de ciuitate mortuis gerenda. c. 13

Auguſt. de ciuitate mortuis gerenda. c. 13

Auguſt. de ciuitate mortuis gerenda. c. 13

Auguſt. de ciuitate mortuis gerenda. c. 13

mortuorum rebus uiuentium intereſſe poſſunt. Pater meus et mater mea, inquit ſcriptura, dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me. Si ergo dereliquerunt nos patres noſtri, quomodo noſtris curis interſunt: Nam ibi ſunt ſpiritus defunctorum, ubi non uident quæcunq; aguntur aut eueniunt, in iſta uita hominibus. Quod & Deus præſiſſimo Regi Iofia promiſit, qd eſſet ante moriturus, ne uideret mala, quæ uentura illi loco & populo minabatur. Ad quem ita dicit, Pro eo qd audiuiſti uerba uoluminis, & perterritum eſt cor tuum, & humiliatus es corā Domino, auditis ſermonibus cōtra locum iſtum, & habitatores eius, quod uidelicet fierent in ſtuporem, & in maledictum: & ſcidiſti ueſtimenta tua, et fleuiſti coram me, & ego audiui te, ait Dominus: Idcirco colligam te ad patres tuos, & colligeris ad ſepulchrum tuum in pace, ut non uideant oculi tui omnia mala, quæ introducturus ſum ſuper locum iſtū. Quod uerò nec peccatorum animæ hic commemorari poſſint, diuitem audiamus quid dicat, & perpendamus, quod petit, et nō impetrat: Rogat Abraam patrē, ut mittat Lazarū, ad quinq; fratres ſuos nondum mortuos, et agat cum eis, ne ueniāt & ipſi ad eundē tormentorū locum: At Abraam Lazarum non miſit, ſed reſpondit potius, Habent Moyſen et Prophetas, audiant illos. Quod ſi poſſent anime hominū hic conuerſari, ueniſſet ipſe ut colloquetur, & ſuos de tormētis Inferni feciſſet certiores. Iam igitur (ut ad imagines mortuorum reuertamur) certum quidem eſt, eas hominibus apparere, & uigilantibus & dormientibus, & quædā etiam uiuentes admonere. Sicut de quibuſdam mortuis reſert Auguſtinus, qui uiuentibus apparuerunt, & ubi eorum corpora iacerēt inhumata, neſciētibus indicarunt: locisq; moſtratis, ut ſibi ſepultura, quæ deſuerat, præberetur, admonuerūt. Ac tale quiddam eſt, quod Plinius de Idolo quodā narrat, ſpeciē ſenis, macie & ſqualore cōfecti, promiſſa barba, horrenti capillo, cruribus compedes, manibus catenas gerentis, quod domum quandam Athenis nocturno tēpore, miris ſtrepitibus ferri & uinculorū complebat: ac quadā nocte Philoſopho, qui iā primum in domum migrauerat, apparuit, ac locum quendā in domo demōſtrat, eumq; herbis & folijs, uelut ſigno quodam notat, nimirum ſignificans, deſoſſum ibi aliquid eſſe. Itaq; Philoſophus poſtero die magiſtratum monet, ut locum illum effodi iubeat. Inueniuntur igitur oſſa inſerta cathenis, & implicata, quæ corpora, æuo terræq; putrefacta, nuda & exefa, reliquerat uinculis, collecta publicè ſepeliuntur, quibus ita conditis, ſpectrum illud nunquam poſtea in domo apparuit. Quoniam autem communis lex eſt, per quam defunctorum animæ poſt mortem, ad certum quendam locum deducuntur, unde redire ſponte ſua non poſſunt: Verius eſſe puto, ſecundum illam legem, figuras illas mortuorum uiuentibus apparentes, ſiue uigilantibus, ſiue dormientibus, ſimilitudines magis eſſe ipſas animas, quàm ſimilitudines ipſas animas.

Psalm. 26

4. Reg. 22

Ioann. Chryſoſtomi

Homelia. 29

Matthæi. 27

Auguſt. de ciuitate mortuis gerenda. c. 14

Lucæ 16

Auguſt. de ciuitate mortuis gerenda. c. 10

Plinius lib. 8.

Epiſtolarum.

Historia de quodā ſpectro.

Spectra animarum

eſſe ſimilitudines

potius apparentes, quàm

ipſas animas.

Auguſt. de cura pro mortuis gerenda. c. 10
Bonæ apparitiones de ſepulchris.

ſe animarū, quā ſub ipſis animarum ipſarum ſubſtantijs latere. Illaſ que apparitiones Angelicis operationibus fieri, ſi bonæ ſunt: uel dæmonum illuſionibus, ſi malæ. Sic Angelicam operationem eſſe crediderim, per quā mortui uiuentibus apparentes, de ſepeliēdis corporibus eos admonent, ſi id utiliter fiat, ſiue ad uiuorum qualecunq; ſolatium, ad quos pertinent illi mortui, quorum apparent imagines:

Malæ apparitiones de eiſdem virg. lib. 6

ſiue ut his admonitionibus generi humano ſepulturæ commendetur humanitas: quæ licet deſunctis non opituletur, culpanda tamen irreligioſitate negligitur. Sin autem huiuſmodi uisus homines in errores inducuntur, quos talia perpeti iuſtum eſt, ueluti ſi cui uel dormienti appareat, alicuius non ſepulti mortui imago: qualem Æneam uidiſſe apud Inferos Poetica falſitate narra: et loquatur, qualia fertur illi loquutus fuiſſe Palinurus, et ibi corpus inueniat, ubi iacere inhumatum, imagine monſtrāte, cum ſomniaret audiuit: Si inquam talis, ſiue uigilans, ſiue dormiens, admonitus, & rogatus ut ſepeliret inuentum, ea ratione ſepeliat, quia credat ideo mortuos ſepeliri ut eorū animæ ad loca tranſeant, unde inſepulchorum animas inferna lege, uel uigilans, uel ſomniaſ exiſtimauit prohiberi, diabolica proculdubio eſt hæc non Angelica operatio. Tales etiam ſunt imagines, quæ in ſepulchris uerſantur, quæ dæmonum magis quæ Angelorum operationibus ſunt, immo ſub quibus dæmonum etiam ſubſtantiæ latent, quia uidelicet pernicioſam opinionem hominibus ingerere conantur, quod hominum, qui obierunt, animæ dæmones ſiant. Cæterum non negauerim, ex diſpenſatione diuina, mitti quoq; ad uiuos alios quos ex mortuis: ſicut e conuerſo Paulum ex uiuis in paradifum receptum eſſe, diuina ſcriptura teſtatur. Quod exemplo Samuelis Prophetæ deſuncti, Sauli futura prædicentis, probatur. Quantū ſunt qui illud quoq; exemplum dæmoniacoſ operationibus aſcribant, dicentes, Imaginem illam non ipſum Prophetam mortuum fuiſſe, ut qui non potuerit magicis artibus euocari, ſed aliquem ſpiritum, tam maſ paruit Saulis operibus congruentem, illius ſimilitudinem figuraffe. Quod tamē probabilis non eſt, cum & liber Eccleſiaſticus: quem Ieſus filius Sirach ſcripſiſſe traditur (alijs propter ſimilitudinem eloquij Salamoni aſcribunt) in laude patrum inter cætera illud quoq; contineat, quod Samuel mortuus prophetauerit. Illud certe dubium non eſt, Moyſen fuiſſe mortuum, qui cum Helia, (qui mortuus non eſt) uiuentibus Apoſtoliſ in monte apparuiſſe legitur, non quidem ſecundum legem communem mortuorum, ſed ex ſpeciali diſpenſatione diuina. Sicut & omnes illæ operationes Angelicæ, per diſpenſationem pro uidentia Dei, bene utentis & bonis & malis, ſunt, ſecundum inſcrutabilem altitudinem iudiciorum ſuorum: ſiue inſtruantur hinc mentes mortalium, ſiue fallantur: ſiue conſolentur, ſiue terreantur, ſicut unicuique uel præbenda eſt miſericordia, uel irroganda uindicta.

Hæc

Hæc de duplici illo genere formarum, in quibus deſuncti homines, & a ſanctis ſcripturis deſcribuntur, et hominibus uiuentibus in terris apparent, idcirco afferre uolui: ut ex his intelligamus, ad quem modum mortuorum imagines depingendæ, & uiuorum conſpectui de monſtrandæ ſint. Nempe ut humana ſpecie ſingantur: Beati quidem pulchra & honeſta, ſine macula & uitio, candidi ubiq; et amabiles, uultu honeſto, læto & hilari. Damnati uero, forma turpi, cæci, claudi, gibboſi, manci, lippi, ſcabioſi, ignibus infernalibus iniecti, ac a dæmonibus uincti: uinſionibus, uerberibus, alijsq; id genus tormentis obnoxij, & in ſummis doloribus conſtituti, manus complicantes, & ora inſtar eiulantium diducentes. Tum præter hæc, ſi qua ſunt alia his ſimilia, quæ ſpeciem bonam & gaudium reſtantent beatorum: Quæ uero formæ turpitudinem, & uarios dolores, & luctus exprimunt, ea damnatorum imaginibus conueniet adhiberi.

De Imaginibus Sanctorum Dei hominum.

Caput XVI.

IActenus ea, quæ ad rationem Imaginum inuiſibilem ſubſtantiarum, tam cæleſtium quam infernarum, pertinere uidentur, quæta porum breuitate perſtrinximus. Vnum adhuc ſuper eſt, ut de imaginibus ſanctorum Dei hominum dicamus, eorum uidelicet, qui aliquando in terris conuerſati, iam uero beati & immortales, pro nobis mortalibus hominibus, iugiter apud Deum intercedunt: Id eſt, ſanctorum Apoſtolorum, Prophetarum, Martyrum, Virginum, Cōfeſſorum, & quorumcunq; aliorum: quorum nos, tanq; amicorum Dei, memorias ſolennes celebramus. Quorum & ipſorum animæ, ut aliorum quoq; deſunctorum hominum, & ſi corporibus ſint exutæ, nec ad ipſorum conſortium antea redituræ, q̄ carne in aduētū Domini reſuſcitata, corruptibile hoc incorruptionem, & mortale hoc induat immortalitatem. Tamē quia & in ipſis locum habet, ut a parte totum ſignificante locutione, anima totum hominem ſignificet, & ipſi etiam in ſpecie humana ſæpe hominibus apparuerunt, non inconuenienter & ipſi in forma humana depinguntur, ea uidelicet, quæ mortales in terris geſſerunt, & quæ in Chriſto deſunctorum beatis animabus ſanctæ ſcripturæ tribuunt, id eſt, pulchra & decora, ac diuino quodam lumine illuſtrata, ut per eam nō ſolum corporum figuræ, ſed etiam uirtutes, actioneſq; eorū nobis repræſententur. Quemadmodum ſi Chriſti Domini & ſaluatoris noſtri imago pingēda ſit (ab ipſo enim recte exordium ſumitur, ut qui eſt Sanctus ſanctorum, & caput, & principium omnium) inſans quidem, ita effigietur, ut pannis inuolutus ſit. Puer, in medio doctorum ſedens, audiēs illos, & interrogās eos, ut librum in manibus habeat. Item legens prophetiam Eſaiæ Prophetæ, ita pingetur,

K iij ut res

Quomodo mortuorum imaginis depingendæ ſunt.

Ioan. Chryſ. Hom. 29, in c. 8. Matth.

Ex ſpeciali diſpenſatione mittuntur alii quando mortui ad uiuos.

2. Cor. 12
1. Reg. 28

Samuel apparuit Saul Regi.

Auguſt. de cura pro mortuis gerenda. cap. 15

Eccleſi. 46

Matth. 17

Moyſes & Helias apparuerunt Apoſtoliſ.

Auguſt. de cura pro mortuis gerenda. cap. 13

Anima ſeparatæ pro toto homine accipiuntur.

1. Cor. 15

Quo de pingi debent imagines ſanctorum.

Diverſæ effigies Chriſti.

Luce 2

Luce 4

ut reuoluat librum, legat, & lectum ministro restituat. Cæcum illum
 minas, ut in terram se inclinet, & ex spūto lutum faciat, & cæci ocu-
 los illinat. Scribas & Phariseos reprehendens, adulteram mulierem
 accusantes, cum ipsi non essent sine peccato: ut similiter deorsum se
 inclinēt, & digito in terram scribat. Cum muliere Samaritana lo-
 quens, ut supra fontem sedeat. Hierosolymam intraturus, ut asino
 uestimentis discipulorum instrato insideat: turbis uestimenta sua in
 uia posternentibus, & cum ramis palmarum obuiam ei euntibus,
 Ericiens ementes & uendentes, & numularios ex templo, ut flagellu-
 lum de funiculis factum in manibus teneat, & mensas sub-
 uertat. Discumbens cum discipulis in cœna, ut panem illis & calicem
 porrigit. Discipulorum pedes lauans, ut lintheo præcinctus sit: O-
 rans in mōte oliueti, ut in faciem suam procidat. Salutatus ueluti Rex
 à militibus præsidis, ut purpura indutus, coronam spineam in capite
 gerat. Moriens in cruce, ut expansis manibus, manus pedesq̃ clauis
 cruci affixus, caput inclinet. In sepulchrum illatus, ut in syndone
 munda illigetur. Post Resurrectionem apparens Mariæ Magdale-
 næ, ut hortulani speciem habeat. Ascendens in cælum, ut eleuatus à
 Diuersa nube suscipiatur. Sic intemerata eius iuxta carnem matris, san-
 ctæ deiparæ uirginis Mariæ, si pingēda sit imago, Salutata quidem
 ah Angelo, ita formabitur, ut illius salutationem, & nuncium à Deo
 patre allatum, turbata, & uelut admirabunda auscultet. Enixa puerū
 Iesum, ut pannis ipsum inuoluat, & in præsepio inclinet. Crucifixum
 filium ac morientem iam uidens, ut iuxta crucem stet, cum Maria Cle-
 ophe, & Mariâ Magdalene, & discipulo Ioanne. Compuncta dolo-
 ribus, ob passionem & mortem filij, ut gladium animam suam per-
 transeuntem sustineat. Nec refert, quod ad rationem imaginis
 de gladio pertinet, siue spiritus is fuerit, siue persecutionis gladius, quod à san-
 ctis patribus dubitatum esse scio. Nam Augustinus Ambrosium dix-
 isse refert, nec historiam nec literam docere, Mariam gladio uitam si-
 niuisse. Verum nihil, inquam, refert, siue materialis, siue spiritalis, siue
 erit is gladius: nam imago gladij utrunq̃ significat. Eadem quoque
 mater Domini assumpta in cælum, recte ita pingetur, ut à superbene-
 dicta Trinitate, tanquam Regina cælorum coronetur. Apostoli ima-
 gines habet communes, & proprias. Communes, ueluti est, quæ eos
 cum Dño in una mēsa discumbentes, & Pascha manducantes repræ-
 sentat. Sic communis est imago, quæ missos eos à dño ad annuncian-
 dū Euangelium, cum potestate curandi infirmos, mortuos suscitandi,
 leprosos mūdandi, dæmones eijcēdi demonstrat: quæ ita formanda
 erit, ut bini proficiantur, una tm̃ tunica induti, nō peram, nō panē,
 aliq̃q̃ sustentationi uitæ necessaria ferētes. Nec refert siue calceati pin-
 gantur, siue discalceati: siue uirgam ferētes, siue non ferentes. Vtrum
 enim horum pingatur, non erit reprehendendum, sicut et utrūq̃ dix-
 it Christi

it Christus, & si utrunq̃ non unus Euangelista cōmemoret. Siquidē
 Matthæus & Lucas referunt, dixisse dominum discipulis, ut nec cal-
 ceamenta nec uirgam ferrent. Marcus uero, præcepisse eum narrat dis-
 cipulis, ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum, sed calceatos san-
 dalijs. Nec contraria hæc esse putandum est: Nā etsi contrarijs uer-
 bis enuncientur, tamē propter diuersam eorundē significationē, non
 potest intelligi illis inesse contrarietatem. Vsitatū est enim hoc in scri-
 pturis sanctis, ut eadē uerba, quæ diuersam habēt significationem, di-
 uersis locis posita, diuerso modo intelligantur. Sicut sub alia signifi-
 catione intelligitur, tentatio, de qua dictū est: Deus neminē tentat: Et
 sub alia, de qua dictū est. Tentat uos Dominus Deus uester. Illa em̃
 seductionis est, hæc probationis. Sic iudiciū aliter accipitur, de quo
 dictum est, Qui benefecerūt, in resurrectionē uite: qui male fecerunt,
 in resurrectionē iudicij. Et aliter, de quo dictū est: Iudica me Deus, &
 discerne causam meam, de gente non sancta. Illud enim iudiciū dā-
 nationis est, hoc discretionis. Immo & aliquando in contextu uni-
 us orationis idem uerbum, diuersam significationē habet, quā & scri-
 ptura protinus exprimit, ut in illo: Nolite pueri effici sensibus, sed
 malicia paruuli estote, ut sensib. perfecti sitis. Itē in illo, Si q̃s putat se
 sapientē esse in uobis: in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiēs. Sic & uer-
 bū Virga, apud Euangelistas, esse sit idē, et contrarij modo enuncia-
 tū: tamē non contrariā, sed diuersam habet significationē. Vtrunq̃ er-
 go dictū est à domino discipulis, & ut nec uirgā ferret, et ut nō nisi uir-
 gā ferrent, sed diuersa significatione. Cum enim secundum Matthæū
 diceret eis: Nolite possidere aurum, neq̃ argentum, neq̃ pecuniā in
 zonis uestris, nō perā in uia, neq̃ duas tunicas, neq̃ calceamēta, neq̃
 uirgam: per uirgā intelligit minimū aliqd, admonens uidelicet eos: ut
 securi nō possiderent, neq̃ portaret huic uitæ necessaria, nec magna
 nec minima, et nec uirgā quidē, ostēdens, à fidelibus suis om̃ia deberi
 ministris suis. Quod autē apud Marcū dicit, Et præcepit eis, ne quid
 tollerēt in uia, nisi uirgā tm̃, non peram, nō panē, neq̃ in zona es etē.
 per uirgā intelligit potestātē accipiēdi à fidelibus tēporalia, nimirū si-
 gnificās. Apostolos de uite necessarijs nō debere esse sollicitos. Ideoq̃
 præcipit, ut neq̃ panē, neq̃ in zona es tollerēt, sed uirgam tm̃. i. pote-
 statē, per quā hæc tanq̃ ministri à fidelibus acciperent. Itaq̃ qd apud
 Matthæū, Lucā, & Marcū separatim enunciat, id coniunctim tantū
 ualet, ac si dixisset dominus, Nihil necessariorū uobiscum feratis, nec
 uirgam, nisi uirgā tantum. Vt illud quod dictum est, nec uirgam, in-
 telligatur, nec minimas quidem res. Quod uero adiunctum est, nisi
 uirgam tm̃, intelligatur, quia per potestātē à Dño acceptam, quæ uir-
 gā nomine significata est, etiam quæ non portantur non deerunt.
 Vnde quod in Matthæo subiungitur, Dignus est enim operarius ci-
 bo suo: idem significat, quod apud Marcum, nisi uirgam tantum,
 K iiij Vtrunq̃

August. de con-
 sensu Euange-
 listarum lib. 3
 capit. 30
 Matth. 10
 Lucæ 9
 Marc. 6
 In scripturis
 diuersus
 sensus
 sit contrari-
 etatem uer-
 borum.
 Duplex tē-
 tatio.
 Iacob. 1
 Deut. 13
 Duplex iu-
 dicium.
 Iohann. 5
 Psalm. 4. 2
 Diuersa si-
 gnificatio
 uerbi uocā-
 buli.
 I. Cor. 14.
 I. Cor. 3
 Duplex se-
 sus uerbo-
 rum Chris-
 ti de uirga
 Matth. 10

Quō non
 discrepant
 hæc duo,
 Nec uirgā,
 & nisi uir-
 gam tantū.

Potestas accipiendi uita necessaria, Apostolis traditam. Et ut Dominus apud Matthæum prohibet, ne aurum, argentum, pecuniam, peram, duas tunicas secum deferat, quia dignus sit operarius cibo suo: Ita apud Marcum precipit, ne hæc ipsa secum deferant, quia uirgam eis permittit. Nō igitur hæc possidere & ferre noluit, quia non sint necessaria sustentationi huius uitæ: Sed quia sic eos mittebat, ut eis hæc debere demonstraret ab illis ipsis, quibus Euangelium credentibus annuntiarent, tanquam stipendia militantibus, tanquam fructum uineæ plantatoribus, tanquam lac gregis pastoribus. Quod Apostolus Paulus aperte ostendit his uerbis. Quis militat stipendijs suis unquam? quis plantat uineam: & de fructu eius non edit? quis pascit gregem: & de lacte gregis non percipit? De his enim loquitur, quæ necessaria sunt prædicatoribus Euangelij. Vnde paulo post dicit: Si nos uobis spiritualia seminamus, magnum est, si uestra carnalia metamus? Si alij potestatis uestræ participes sunt, nonne magis nos? Sed non sumus usi hac potestate.

Vnde apparet, hæc non ita præcepisse Dominum, tanquam Euangelistarum listæ aliunde uiuere non debeant, quam de ijs quæ præbeantur eis ab illis, quibus annuntiat Euangelium: Nam & ipse Apostolus uictum de laboribus manuum suarum transigebat, ne cui grauis esset: sed potestatem dedisse, in qua scirent sibi ista debere. Hæc ergo Dominus loquens discipulis, id egit, quod Apostolus paulo post apertius ita explicat: Nescitis, quoniam qui in sacratio operantur, quæ de sacrario sunt edunt: qui altario deseruiunt, cum altario participant: Sic & Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annuntiat, de Euangelio uiuere: Ego autem nullo horum usus sum. Et ad eundem modum, cum Matthæus dicit, calceamenta ab Apostolis in uia non esse portanda. Marcus uero sandalijs eos calceari: uerba quidem contraria sonare uidentur, uerum non contrariam, sed diuersam habet significationem. Etenim eo quod Matthæus dicit, calceamenta non esse portanda: nō ipsa calceamenta, sed cura calceamentorum, quasi defutura sint nisi cogitentur, prohibetur. At quod Marcus calceari dicit eos sandalijs, mysticam significationem habet, ut pes neque tectus sit neque nudus ad terram, id est, nec occultetur Euangelium, nec terrenis commodis innitatur. Similiter communis est imago discipulorum, quæ uidentes eos Dominum in cælum ascendere, & in cælum intueri, repræsentat: & alia, quæ Spiritum sanctum accipientes, & super singulos linguas tanquam ignis apparere, significat. Et item alia, quæ discipulos duodecim, quinque panes et duos pisces, inter quinque millia uirorum: et quæ cum illis fuerunt mulieres & paruulos, distribuentes demonstrat.

Propriæ Imagines Apostolorum sunt, quæ non omnes sed aliquos, uel singulos designant: cuiusmodi est, Petri, Iacobi, & Ioannis, quæ eos in horto Domino orante dormientes: Et alia, quæ eos

Concordantia de calceamentis & sandalijs Apostolorum.

Matth. 10

Marc. 6

Alia quæ communes Apostolorum imagines.

Acto. 1. et 2

Ioann. 6

Imagines Apostolorum propriæ.

Ioann. 18

dem in monte uidentes Moysen & Heliam cum Domino loquentes, repræsentat. Singulorum imagines sunt, ueluti qua Petrus effigiatur rete laxare, & capta tanta multitudine piscium, ut et rete rumperetur, ut & duæ nauiculæ piscibus implerentur: ad genua Iesu procidere. Item, quæ idem depingitur educere gladium, & amputare auriculam dexteram ferui Principis sacerdotum. Atque ad hunc modum, alia quoque sanctorum, ueteris & noui testamenti historiarum pingendæ erunt. Vt in ueteri testamento Noe, & filiorum eius patriam uerecundiam contegentium: Abrahæ Isaac filium offerre uolentis, sed ab Angelo, quo minus iam obedire mandato Dei paratus, manum in filium extenderet, prohiberi. Et Ioseph a fratribus primum in cisternam ueterem proiecti: dein de Ismaelitis, & ab his rursus Putiphari Eunuchus, magistro militum Pharaonis, in Ægypto uenditi, Et postremo, propter ei a domina sua intentatam calumniam, in carcerem proiecti: ac demum non tam Regis beneficio quam gratia sibi semper assistentis Dei ab eodem liberati. Et eodem modo in nouo testamento, non solum Euangelicæ historiarum, & parabolæ: sed etiam Sanctorum Martyrum, Virginum, & Confessorum, aduersus diabolum, carnem & mundum, pro Christo inita certamina, & obtentæ uictoriæ depingentur. Sed & specialia quædam signa imaginibus Sanctorum adhibentur, ut his ueluti notis quibusdam, facilius quæ imago, quem Sanctorum representet, dignosci possit. Sic Petro clauis & caluicem in capite: quam (Hieronymo referente) Clemens ei in periculis eius tribuit. Paulo gladium, Ioanni baptistæ agnum, manibus eius gestatum, & digito demonstratum, Stephano lapides, Laurentio craticulam, Andree crucem, Bartholomeo cultrum, Iacobo fratri Domini fullonis uectem (eo enim illisus cerebro perijt) Katharinæ rotam, aliisque sanctis alia etiam signa, proprias eorum uirtutes, actionesque significantia, appingimus.

Quibus recte cicatrices etiam uulnerum connumeramus, quæ unusquisque martyrum, etiam in resurrectione mortuorum, in immortalis corpore gestabit. Et si enim nulla in resurgentibus deformitas, sed dignitas tantum erit. (Vnde nec martyres sine membris erunt, quæ forte amputata, & ablata eis fuerunt, de quibus dictum est, Capillus capitis uestri non peribit) tamen hoc decebit in illo nouo sæculo, ut indicia gloriosorum uulnerum, in illa immortalis carne cernantur. Itaque ubi membra, ut præciderentur, percussa uel secta sunt, ibi cicatrices: sed tamen ipsidem membris redditis, non perditis apparebunt: nec uitia, sed uirtutis indicia appellanda erunt. Sicut et Christus, cum suorum uulnerum cicatricibus resurrexit, ut et signa passionis sue ostendens dubitantibus, exhiberet in illa carne cicatrices uulnerum, ut eorum uulnus incredulitatis sanaret. Iam & peculiaris quædam insignia singulis Sanctorum ordinibus diuinæ scripturæ tribuunt, quæ & ipsa Sanctorum imaginibus adiungimus. Itaque Martyres palmas,

Matth. 17

Imagines

Petri.

Lucæ 5

Matth. 36

Picture historiarum ue

te. & no. testa

stamen.

Genes. 9

Genes. 22

Genes. 37 et 39

Imagines

sanctorum

no. testa.

Insignia uul

nerum

Sanctorum

propria.

Hieron. lib. 1. cõ

ment. in epist.

Paul. ad Gal.

Eusebius lib. 2

cap. 1 et 23

Cicatrices

Martyrum

remanebunt

August. de ci

uitate Dei lib.

22. c. 20

Matth. 10

Palmæ in

manibus

Martyrum

tanquam

Apocal. 7 tanq̄ uictoriae signa in manibus gestare pingimus, quia de Martyri-
 bus scriptum est: Stabant ante thronum, et palmae in manibus eorum.
 August. Sermo Stant enim modo ante thronum Dei coronati, qui quondam ante
 ne 4 in festo de thronum iudicum terrenorum iacebant poenis astricti: Stant in cons-
 Innocentibus. spectu agni, nulla ratione illic a contemplanda eius gloria separandi,
 Martyrum a cuius hic amore nec per supplicia poterant separari. Stolis fulgent
 stolae albae per diuersa albis, & palmas in manibus habent, quia praemia in operibus habent,
 supplicia. dum corpora, quae pro domino ignibus ustulari: ac bestiis dilacerari,
 flagris absumi, per precipitia dissolui, unguis abradi, omnimodo poe-
 Apocal. 7 narum genere, passi sunt dissipari, per resurrectionem glorificata res-
 Laus Dei a cipiunt. Et clamabant, inquit, uoce magna, dicentes: Salus Deo
 martyrib. nostro, qui sedet super thronum, & Agno. Magna uoce salutem Deo
 decantata. decantant, qui magna gratiarum actione recolunt, non sua se uirtute, sed
 ipso auxiliante tribulationum impugnantium superasse certamina. Dicit
 ibidem. iterum, eorum & praeteritos agones & coronas describens perpetuis
 as: Hi sunt, qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas su-
 as, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Stolas quippe martyres in
 sanguine agni lauerunt, dum membra sua, quae oculis insipientium ui-
 sa sunt, poenarum squalore foedari. Sic potius fuso pro Christo san-
 guine, ab omnibus mundauere contagijs. Insuper & beata immortalis
 litatis luce digna reddidere, quod est etiam lotas habuisse stolas in san-
 guine agni. Ideo sunt, inquit, ante thronum Dei, & seruiunt die
 Seruire in templo dei ac nocte in templo eius. Non est laboriosa, sed amabilis & optanda
 die ac nocte. seruitus, in Dei laudibus perpetuo assistere. Dies quippe et nox non
 cte. uicissitudinem temporis proprie, sed perpetuitatem tropice significat.
 Nox enim non erit illic, sed dies una melior in atrijs Christi super mis-
 Hiero. 31 lia, in qua non plorat Rachel filios suos, sed absterget Deus omnem
 Apocal. 7 lachrymam, ab oculis eorum, datque uocem laetitiae, & salutis aeternae,
 Cur uirginum imagi- in tabernaculis iustorum. Virginum imaginibus coronam ex
 nibus apin floribus confertam imponimus, quia & uirginitatis est florem carpe-
 gitor coro re, & ex eo fauum & mel componere, de quo dicitur. Fauus distillans
 na ex flori labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua, & odor uestimentorum
 bus. tuorum sicut odor thuris, siue (ut quidam legunt) Lybani. Quem lo-
 Cantic. 4 cum Ambrosius de uirginitate interpretatur. Odor, inquit, Lybani,
 Ambro. de uir- integritatem uirginem florem castitatis exhalat, fauum itaque mellis uir-
 ginitate lib. 1. ginis opera componunt: digna enim uirginitas, quae apibus compa-
 & lib. 5. Hexa- retur, sic laboriosa, sic pudica, sic continens. Est enim integritas corpo-
 meron cap. 21 rum uirginalis & partus, omnibus apibus communis, quoniam neque
 Apum par- ullo concubitu miscetur, nec libidine resoluuntur, nec partus quati-
 tus uirgine- untur doloribus, & subito maximum filiorum examen emittunt, e-
 us. xcellentia uirginum. folijs & herbis ore suo prolem legentes. Sic & pudor uirginis est in-
 temerata natura, Partus uirginis foetus labiorum, expers amaritudi-
 nis, fertilis suauitatis florem carpit, ex flore mel componit, Flos est ille
 qui

qui dixit: Ego flos campi, & liliū cōuallium, tanq̄ liliū in medio
 spinarum. Flos hic amat generari in hortis, in quibus eum Susanna
 dum deambaret inuenit, mori prius, quam uiolari parata. Qui
 Cant. 2. Daniel, 13. sint autem horti, ipse demonstrat dicens: Hortus conclusus soror mea
 sponsa, hortus conclusus, fons signatus, & cetera: Hinc ille murali septus
 Cant. 2. Hortus cō-
 spiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinam. Itaque sicut hortus furi-
 Hortus cō-
 bus inaccessus, uitem redolet, fragrat oleam, rosam renidet, ut in uite
 clusus. religio, in olea pax, in rosa pudor sacrae uirginitatis, inoleseat.
 Cyprianus uirginitatem ipsam, florem appellat. Nunc, inquit, ad uir-
 gines nobis sermo est, quarum quo sublimior gloria, maior & cura
 Demetrianū in tractatu. 2. de
 est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiae
 habitu uirginū
 spiritualis. Læta indoles, laudis & honoris opus integrum & incor-
 ruptum, Dei imago, respondens ad sanctimoniam domini, illustrior
 portio gregis Christi, gaudet per ipsas, atque in illis largiter floret Ec-
 clesiae matris gloriosa fecunditas, & cetera: Habent & Doctores, Prae-
 Insignia
 dicatores, & Confessores, sua insignia, quae illis a sanctis patribus, ex
 Doctorū.
 diuinis scripturis tribuuntur. Quorum multa Gregorius in Ezechi-
 Greg. lib. 2. Ho-
 elem commemorat. Ego omnium maxime splendorem & lucem illis
 mella, 21. & 22. conuenire arbitror, ac propterea non inepte, stellae uel radij luminis
 eorum imaginibus appinguntur. Iuxta illud Prophetæ, Qui docti fu-
 Daniel, 12. erint fulgebunt, quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudi-
 unt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Illud sanctis
 Martyribus, Virginitibus, & Doctoribus commune est, ut propter
 singularia certamina, singularem etiam coronam, & praemium in coe-
 lestibus accipiant. Quod & ipsum inter insignia ea, quibus eorum
 Quanta
 uirtutes repraesentantur, numeratur. Ac primum quidem maxi-
 Martyrum
 mum certamen est, quod sancti Martyres pro fide Christi sustinuerunt,
 Certamina
 qui inter manus tortorum, membra diuellentium, & artus lanis-
 antium: tum inter asperos etiam persequentium fremitus, op-
 probria, & minas: Quin in ipsis etiam tormentis, quando ignes,
 cruces, ferrum uel bestias passi sunt, non solum torquentium
 saeuitiam non horruerunt: sed magis etiam animati, per se-
 quutoribus & inimicis Christi, ueluti immotae cautes, undique cir-
 cumspumantibus undis, & ferientibus fluctibus, restiterunt: nec
 doloribus subigi, nec poenis frangi sustinuerunt. Sic & magis
 Certamen
 num certamen est uirginum, uidelicet illa aduersus carnem collecta
 Virginitas
 tio, nam & ipsae carnem suam, uarijs subiiciunt tormentis, quam &
 Galat. 6. Certamen
 cum uitijs et concupiscentijs crucifigunt. Similiter & Doctorum,
 Doctorū.
 qui non solum diabolo, & uarijs ipsius machinis & tormentis, uide-
 licet Pseudoprophetis, Pseudoapostolis, et haereticis non cedunt, sed
 etiam per doctrinam & praedicationem, eos a se & ab alijs abigunt:
 Virtute gladij illius bicipitis, quod est uerbum Dei, confodiunt, ac
 al. ancipitis
 potenter prosternunt. Ac proinde strenui illi & inuicti pugiles,
 Corona,
 & mi-

& milites Christi, non solum coronam illam immortalitatis acceperunt, quæ communiter debetur omnibus his qui legitime certarunt, Iacob. 1 Quam Iacobus Apostolus, uitæ coronā appellat: Beatus, inquit, uir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit Deus his qui diligunt illum. Et in Apocalypsi, Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Apoca. 2 Petrus autem coronam gloriæ, nam de pastoribus & doctoribus Ioannes 1. Petri 5 quens ait: Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Sed etiam singulare quoddam premium, alijs qui & ipsi coronam hanc uitæ accipiunt, minimè commune, quæ recentiores Aureolā uocant, quæ propter opus supererogationis gloriosius illis Christi Athleticis, in testimonium singularis uictoriæ datur: Quæ quidem est præmium eorum, qui legitime certantes, nullis tormentis aut tentationibus uicti, iustam et gloriosam uictoriam, de diabolo, mundo & carne retulerunt. De quibus Sapiens. Et si, inquit, Cyprianus de laude martyrij Sapien. 3 coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum immortalitate plena est. In paucis uexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Iustum est enim, ut Ibidem. ad gloriæ cumulum, accedant ornamenta uirtutum. De illis siquidē dictū est, Fulgebūt tanq; scintillæ in arundinetis discurrentes, Iudicabunt nationes, et dominabuntur populis. Et de uirginibus quæ Virginum Aureola. Apoca. 14 specialiter in Apocalypsi dictum est. Et cantabant quasi canticū nouum, ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hī sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: uirgines enim sunt. Hī sequuntur agnum quocunq; ierit.

Cypri. contra Demetrianum tract. 2 de habitu uirginum. Quod non de masculis tantum dictum est. Neq; enim masculis tantum continentia gradum repromittit Dominus, & foeminas preterit: sed quoniam foemina uiri portio est, & ex eo sumpta & formata est, in scripturis ferè omnibus ad Protoplastum Deus loquitur, quia sunt duo in carne una, & in masculo simul significatur et foemina.

Aureola Ac proinde rectè etiam capita imaginum Sanctorum martyrum, uir quibus atq; tribuitur. ginū, pastorum atq; doctorum, illa quam dixi Aureola, id est, coronula, tanq; singularis uictoriæ signo exornabimus. Est & illud August. in Psal. 118 omnibus sanctis commune, ut lumina dicantur, & si enim de Ioanne Ioann. 5 alibi dicatur: Ille erat lucerna ardens & lucens, tamen alijs etiam dicit Christus. Vos estis lumen mundi: sed ita tamen sunt ipsi lumina, Matth. 5 ut non ipsi per se luceant, sed accensi per eum, qui est uera lux, quæ illis illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In cuius Cur sanctis tribuatur radij in rum lumen additur, & radij quidam ignei è capitibus eorum, in modum comparatione etiam de Ioanne dicitur. Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Ideoq; & de imaginibus Sancto- rum radij in rum lumen additur, & radij quidam ignei è capitibus eorum, in mo- dum

dum circuli, undiquaq; emicantes. Postremo multa etiam sunt insignia Apostolis, Prophetis, Euangelistis, & Doctoribus, cum Angelis communia: Cuiusmodi sunt, ignis, aurum, argentum, lapides Insignia quædā Angelis & sanctis cōmunia. preciosi, & id genus quædam alia: quorum significationem mysticā, satis supra, ubi de imaginibus Angelorum tractauimus, a nobis explicatam esse putamus. Vnum tantum hoc addo, quod ad imagines Euangelistarum pertinet, ipsos etiam in forma animalium depingit: aut saltem eorum figuris humanis, animalium imagines, uelut signa quædam, differentia causa, adhibere posse. Idq; non temerè, & sine diuinarum scripturarum, & sanctorum patrum autoritate. Sic enim scribitur in Ezechiele. Et in medio, similitudo quatuor animalium: similitudo autem uultus eorum, facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Et in Apocalypsi. Et in circuitu sedis quatuor animalia, plena oculis, ante & retro. Et animal primum simile leoni, & secundum animal simile uitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ uolanti. Atq; per hæc quatuor animalia, Euangelistas significari, Diuersitas inter Doctores de 4 animalibus Euangelistarum De cōsensu Euangelistarum libro 1. cap. 5. Matth. ut leo: Lucas, ut bos: Marcus, ut hō effigiat, iuxta Augusti. Apocal. 5 concors est patrum sententia. Quam in eo diuersi sunt, qui Euangelistæ, per quæ animalia designentur. Augustinus eos repræhendens qui hominem Matthæo, aquilam Marco, bouem Lucæ, leonem Ioanni tribuunt: Ipse Matthæum in leone, hominem in Marco, uitulū in Luca, aquilam in Ioanne intelligit. Non de principijs librorum, sed de tota intentione Euangelistarum coniecturam capiens.

Quia scilicet, per leonem stirps Regia Christi significatur, ut in Apocalypsi, Vicit leo de tribu Iuda. Hanc autem Matthæus explicat, in quo Magi narrantur uenisse ad Regem quærendum, & adorandum, qui eis per stellam natus apparuit. In Luca uero, de uictima sacerdotis agitur: Ibi enim à sacerdote Zacharia incipit sermo narrantis: Id autem per uitulum significatur. Marcus uero, qui neque stirpem Regiam, neque sacerdotalem uel cognationem uel consecrationem narrare uoluit: & tamen in eis uersatus ostenditur, quæ homo Christus operatus est, tantum hominis figura, in illis quatuor animalibus designatus uidetur. Hæc autem tria animalia, siue leo, siue homo, siue uitulus, in terra gradiuntur, unde isti tres Euangelistæ, in his maxime occupati sunt, quæ Christus in carne operatus, et quæ præcepta mortalis uitæ exercendæ carnem portantibus tradidit. At uero Ioannes, super nubila infirmitatis humanæ, uelut Aquila uolat, & lucem incommutabilis ueritatis, acutissimis atque firmissimis oculis cordis intuetur. Hæc Augustinus. Hieronymus uero & Gregorius, quatuor animalium significationem ita exprimunt. Ut per hominem Matthæus, per leonem Marcus, per uitulum Lucas, per aquilam Ioannes significet: exordia Euangeliorum spectantes. Nam Hieronym. Greg. disident ab Augu. circa imaginē Matthei. & Marc.

L quia

quia ab humana generatione coepit Matthæus, merito per hominem Matthæus: Quia per clamorem in deserto coepit Marcus, rectè designatur per Leonem Marcus: Quia à sacrificio exorsus est Lucas, bene per uitulum Lucas: Quia uero à diuinitate uerbi coepit Ioannes, dignè per aquilam significatur Ioannes. Qui dicit, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, Denique in ipsam diuinitatis substantiam intendit, quasi more aquilæ oculos in solem defixit. Et hæc sententiam merito amplectimur, ut quam omnes scimus ab Ecclesia communi consensu receptam esse & approbatam. Hæc qualiacuncq; de ratione imaginum prolixius aliquanto tractare placuit, ut ex his intelligamus, quibus modis, Dei, & Angelorum, tum sanctorum Dei hominū imagines: quatenus ad ritum earum in Ecclesia custodiendum pertinet, depingi debeant. Scio enim non solum id peccari, quod imagines à plerisque in totum condemnantur, sed etiam quod non ritè, & ea qua oportet forma depinguntur. Grauius quidem illud, quia ex impio errore hæreticorum descendit: hoc uero leuius, sed non excusandum tamè: quia uel per ignorantia, uel per liberam pictorum potestatem committitur, iuxta illud Poëtæ

Epilogus de ratione imaginum

Duplex error circa imagines.

Horatius in arte Poetica.

Græcorū seu Ethnicorum stultitia circa Deos. Iosephus lib. 2. contra Appionem.

Platonis sententia contra Poetas.

pictoribus atq; Poëtis

Quodlibet audendi, semper fuit æqua potestas.

Vtruncq; enim, & qui fabulosa fingunt & scribunt, & qui lasciuia ac fabulosa pingunt, plurimum semper ueræ religioni offecerunt, Immo ridicula quædam introduxerunt, quæ ne ipsi quidem Ethnici, & ueræ religionis expertes, ferre potuerunt. In quo genere Græcorum maxime stultitia repræhenditur, ut scribit Iosephus. Hi enim potestatem Poëtis dederunt, ut quos uellent, Deos introducerent. Rhetoribus uero ut de Republica scribentes, de peregrinis etiam dijs decreta proferrent. Sed & pictores, & plastæ, maxime in eo genere, eam potestatem habuerunt, ut unusquisq; formam, quam uellet, secundum modum opinionis suæ exponeret. Alius quidem ex luto quod uellet fingens: alius uero pingens. Proinde apud eos priores quidem dii florentes honoribus senuerunt, Alij uero noui clam introducti, religione potiuntur. Et templorū, alia quidē desolata, alia uero nuper secundum eorum uoluntatem ædificabantur. Quam stultitiam & demerentiam spernens, simul & confutans Plato, Poetas à Republica sua expulit: nimirum impium esse existimās, eos in Republica esse, qui ueram de Deo opinionem, fabulis & figmentis suis destruerent.

De sacris ludis & spectaculis Ecclesiæ, Cap. XVII.



AM & ludi speciem quandam Imaginum habent, ut quibus & ipsis, res quæ in his aguntur, non minus q̄ oratione, & pictura repræsentantur. Sunt autem ludi spectacula quædam rerum quæ gestæ sunt, uel geri potuerunt: quæ populo

populo, alicuius commodi uoluptatisue causa, exhibentur. In ludis tria spectantur, persona, locus, actio. Persona est, per quam ludus ipse peragitur, quæ ætate, uestitu, & morum imitatione, eum, cuius personam sustinet, referre debet. Locus est, spacium, in quo & præmia certaminum proponunt, copia spectandi populo sedescq; tribunt, & ludi ipsi celebrantur. Quæ ueteres Amphitheatrū appellarunt, si circularis fuisset: Theatrum, si semicircularis. Est enim Amphitheatrum, locus spectaculorū gratia, forma rotunda. Theatrum autem, hemicicli specie constructus: & dicitur *ἄνω τοῦ θεώματι* quod est uideo, Latine dici spectaculum potest. Erat autem Theatrum ita dispositum, ut à fronte inter duo cornua scena esset, dicta *ἄνω τῶν σκηνῶν* quod tabernaculum significat, ut inquit Syponinus: & erat locus, in quo agebant histriones, Tragici & Comici. Est autem scena (ut La-beo diffinit) quæ ludorū faciendorum causa, quolibet loco, ubi quis consistat, moueaturq; spectaculum sui præbiturus, posita sit, in publico, priuatoque, uel in uico: quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittantur. Erat & Orchestra, locus Senatorum inter cūneos & scenam: in qua pulpitu quinq; pedibus altum, quod Græci Thymelen dicebant & Logeum, in quo & chorus Tragœdiarū saltabat: Comœdiarum item, cum habebant comœdiæ chorum. Erat & locus saltantium Orchestra, ab *ὄρχησθαι* quod est salto, dicta, quasi saltatorium. Erat & locus ante scenam porrectus, ubi pulpitu excitatum erat, quo actores fabularum prodirent, ita ut scena altior esset pulpito, pulpitu autem altius Orchestra: Et ob id legibus etiã ciuilibus Theatri proscenium appellatur. Actio oratione, & gestu, motuq; corporis perficitur: quibus ita facta demonstrantur, ut motus, sermo, & uultus omnes, eius qui per personam agentem repræsentatur, exprimentur: ut his qui uident et audiunt, tum geri illa fieriq; uideantur. Ad quam rem, arte certè opus est, qua persona, & orationem et gestus, motusq; corporis ad actionem ipsam, rectè accommodare possit. Orationem docent Rhetores & Phonasci, qui sunt uocis moderandæ magistri. Gestus & motus corporis Scenici doctores, et in primis Palestrici: hi enim docent, ut recta sint brachia, ne in doctæ rusticæque manus, ne status indecorus, ne qua in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculiq; ab alia corporis parte dissideant. Breuiter decentiam illam docent, qua status, motus, flexusq; corporis, ac omnes omnino habitus, uenustatem quandam leporemq; præferant. Quancq; & Palestrici, siue Palestritæ fuerunt, qui artem Athleticam docuerunt. Sunt autem Athletæ Palestritæ, id est, luctatores: Dromei, id est, cursores: Pictæ, id est, pugiles: Discobuli, id est, qui pilam in sublime iaculantur: Haltici, qui saltus pernicitate contendunt. De quibus Plautus: Ante solem, inquit, orientem, nisi in palestram ueneras Gymnasi, profecto haud mediocres pœnas pēderes. Ibi cur

In ludo tria sunt, Persona, locus, actio.

Amphitheatrum. Theatrum

Scena.

l. 2. ait prætor. ff. de his qui no. infra.

Orchestra

Proscenium.

l. si qua c. de spectaculis, et leg. nonibus. lib. 12.

Actio in quibus consistit.

Phonasci.

Phalistrici.

Diuerse artes exercitorum in ludis.

Pancratis
astra.

Cellius, lib. 12

Pentathli.

Histrionū
gestus &
saltationes.

lib. 3. Saturna
liorum.

Palestrico-
rū duo ge-
nera.

Agones
duplices,
scenici &
gymnici.

d. l. Athletas
ff. de his qui
no. infra.

l. si. §. iudican-
di ff. de mu. et
ho.

l. septim. a. ff. de
pollici.

Scenici di-
uerforū sūt
generum.

August. de ser-
mone domini
in monte lib. 2

su, luctando, hasta, disco, pugillatu, saliendo sese exercebant, magis quam scorto. Qui autem manibus pedibusq; & omni ope innixi pugnant, quicq; a deo ad certandū uocati, proiectis antea brachijs consistunt, caputq; & os suum manibus oppositis, quasi uallum præmuniunt, membrarq; omnia priusq; pugna mora est, aut ad uitandos ictus cauta sunt, aut ad faciendos parata, hij Pancratiastæ appellantur, à Pancratis, id est, huiusmodi certamine, dicti. Pentathli autem erant, qui quinque generibus certabant, id est, lucta, pugillatu, cursu, saltu, & pancratis: & Latine Quinquertiones uocantur. Pentathlon enim Latine Quinquertium est. Sic dictum, quia quinque certamina complectitur: Inter quæ saltatio non infimū locum habet, qua omnium maximè histriones usi sunt. Quippe in his inuenti sunt, qui taciti saltantes, cum oratoribus ausi sint contendere: Vtrum ipsi sapius eandem sententiam uarijs gestibus efficerent, an illi per eloquentiæ copiam, diuerso sermone pronunciarent, Vt de Cicerone & Roscio refert Macrobius. Sunt igitur duo genera Palestricorum. Vnum eorum, quibus præceptoribus, motus gestusq; corporis formantur: ut ad actiones etiam scenicas accommodari possint. Alterū uero eorum, qui nudi in palestra, lucta, cursu, pugillatu, & saltu, certant. Ac utrorumq; certamina Agones appellantur: illorum Scenici, horum autem Gymnici. Quibus & ludices quidam præerant: Musicis quidē, id est, scenicis Critæ, Gymnicis autem Brabeutæ, qui designatores ab Vlpiano dicuntur. Alibi Agon, pro loco certaminis accipitur: & Agonista, Pugil: & Agonotheta, princeps certaminis, & qui præmia certaminum distribuit. Quod nomē apud Archadium Iureconsultum corruptè legitur, Anotheta, & apud Modestinū Agoneta. Qui igitur arte palestrica primi generis pollent, id est, qui gestus, motusq; corporis ad quaslibet actiones, pro conditione personæ quam sustinent, recte componere norunt: hij scenici, id est, qui Agonas scenicos exercent, dicuntur. In quibus sunt Comædi, Tragædi, id est, fabularum actores, Mimi, Pantomimi, Archimimi, Ethologi, Ethopœi: Omnes uno nomine hypocrite, latine uerò histriones, ludionesq; uocati. Sunt enim hypocrite simulatores, tanq̃ pronuntiatores personarum alienarum, in theatricis fabulis. Non enim qui agit partes Agamēnonis in Tragœdia, siue alicuius alterius, ad historiam uel fabulam quæ agitur, pertinentis, uerè ipse est, sed simulat eum, & hypocrita dicitur. Ad quem modum et in Ecclesia et in omni uita humana, quisquis se uult uideri quod non est, hypocrita est. Simulat enim iustum & non exhibet, quia totum fructum in laude hominum ponit, quam possunt etiam simulantes percipere, dum fallunt eos, quibus uidentur boni: ab eisq; laudantur. Mimi imitatores sunt: Pantomimi, omnium personarum imitatores effectoresq; que: Archimimi, Principes histrionum: Ethologi, morum sunt effectores,

ctores, affectuūq; cuiuscunq; personæ, qui et ijdē Ethopœi dicuntur, Vnde & Ethopœia apud Quintilianum dicitur, id est, morum alienorum imitatio. Sicut & pictores quidā, statuarij q; Ethici dicti sunt, qui non solum Iconicas imagines effingunt, id est, omnibus lineamentis, ad exemplar expressas, sed etiam Ethicas, id est, sensibus expressis propemodum spirantes. Porro ludorum duo sunt genera, quidam enim honesti sunt, quidam turpes. Honesti ludi sunt, qui uel ad imitationem melioris uitæ, uel honeste uoluptatis gratia exhibentur. Velut quos Romani Principes olim Consulibus, in ingressu Consulatus, dignitatis suæ decorandæ causa, coram populo, ad animi uoluptatem celebrare concesserunt. Quales fuerunt ludi Circenses, in quibus bestiarum spectacula, & equorum pugilumq; certamina exhibebantur: Primum quidem à Romulo instituti Romæ, & ideo Circenses dicti, quod primum ensibus circundaretur, ut inquit Seruius. Postea Tarquinio Prisco Rege, locus his ludis designatus est, qui postmodū Circus maximus est dictus, ut scribit Liuius. Hij ludi deinde annui mansere, & Magni, ac Romani, & Circenses uariè appellati sunt. Qui in his ludis currus, & equorum cursus moderabantur, Agitatores appellabantur, Adeo autem apud ueteres probatum fuit hoc genus certaminis, ut qui equos, ad hoc destinatos abstulisset, unius libræ auri poena mulcetur. Eiusdem generis sunt, certamina Naualia, cursus hominum, pugillatus. Quales ferè Poeta ab Aenea institutos describit, dum de Nauali certamine inquit.

Munera principio ante oculos circoq; locantur.

In medio sacri tripodes, uiridesq; coronæ,

Et palmæ precium uictoribus, armaq; & ostro

Perfusa uestes, argenti auriq; talenta.

Et tuba commissos medio canit aggere ludos.

Prima pares animis incunt certaminaremus.

Et de cursu.

Hoc pius Aeneas misso certamine, tendit.

Gramineum in campum, quem collibus undiq; curuis

Cingebant syluæ, mediq; in ualle Theatri

Circus erat, quo se multis cum millibus heros

Consensu medium tulit, exstructoq; resedit,

Hic qui forte uelint rapido contendere cursu

Imutat precijs annos, & præmia ponit.

Sunt & duo saltationis honestæ genera, ut scribit Plato. Vnum quidem bellicum, quod Pyrrhichen: Alterum pacatum, quod Emmelam tam appellarunt. Vnde Pyrrhichianj, qui à Græcis Pyrrhichistæ dicuntur, saltatores sunt armati: In quem ludum, si qui ob scelus alio quod damnabantur, serui poenæ efficiebantur, ut legibus constitutum

L. iij est.

Ludi honesti.

In aute, de consulis, §. quæ tuncq; coll. 4. Ludi Circenses.

lib. 1 ab urbe condita. L. Athletas. in prin. ff. de his qui no. infra. l. si qua. C. de spe. & scen. lib. 12. l. quisquis eodem tit. Verg. Aenei. lib. 5.

Lib. 3 de legi.

est. Atq; ita ludus, qui per se honestus est, poena fit ei, q; in ipsum inu-
 tus damnat. Ludi turpes & inhonesti sunt, quibus spectacula rerum
 turpium & inhonestarū exhibētur. Quales olim fuerunt Comœdiæ,
 uetus & media: in qbus homines nominatim taxabātur. Cuius gene-
 ris pleracq; seditioforum huius temporis extant scripta, in quibus Ro-
 manus Pōtifex, Cæsar, et quidā Episcopi, et Principes, crudeliter pro-
 scinduntur. Qui utinam tandē, propter tam inhonestos ludos, id præ-
 mī ferant, Quod Alcibiades olim, in Eupolidem quēdam Poetam,
 contulisse dicitur: qui eum acrius in Baptis fabula illum corripuisset,
 mergi in mare ab Alcibiade iussus est, illud subinde Alcibiade in mer-
 sum Poetam ingerente: Tu me, inquit, in scena sæpe merxisti Eupoli,
 Ego te in mari. Digna sane poena, quæ in Eupolides nostri tempo-
 ris, id est, Conuitiatores illos, & libellorum famosorum autores: in
 quibus nominatim nihil non calumniarum, in quoslibet bonos &
 Catholicos uiros, congerūt: inferatur. Pugillatus olim, inter hone-
 stos ludos numerabatur: de quo ita scribit Vlpianus lreconsultus.
 Si quis in colluctatione, uel in Pancratio, uel pugiles, dum inter se
 exercentur, alius alium occiderit, cessat Aquilia: quia gloriæ causa &
 uirtutis, non iniuriæ gratia uidetur damnū datum. Idem de Athletis
 in hunc modum scribit: Athletas autem (Sabinus & Calsius respon-
 derunt) omnino artem ludicram non facere, uirtutis enim gratia hoc
 facere, & generaliter ita omnes opinantur. Sed & Monomachia
 olim iure Ciuili non solum permittebatur, sed etiam in crimine lesæ
 maiestatis, & alijs quibusdā casibus, etiā necessaria erat: Vnicū uide-
 licet remediū, quo in suspicionem huius criminis uocati, purgare se te-
 nebantur. Sic & Poeta Pugillatū Daretis & Entelli, qui cestibus age-
 batur, inter honestos ludos, quos Æneā uirtutis gratia instituisse fin-
 git, commemorat. Hodie uero omnes ludi tanq; turpes & inhone-
 sti prohibentur, qui cum periculo uitæ, uel actorū uel spectatorū agū-
 tur. Cuiusmodi sunt, spectacula cruenta gladiatorū: sicut et gladiato-
 res ipsi, in turpibus & infamibus personis numerātur. Ac tales sunt
 ludi, qbus milites olim ex condicō cōuenire et ad ostentationē uiriū
 suarum temerē congregari solebant, quæ Torneamenta uocabātur. Nā
 si quis in his ludis mortuus fuisset, Ecclesiastica sepultura priuabatur,
 et eadem ratione Monomachia, quā Duellū uocant, reprobatur, quā
 tumcūq; gloriæ & uirtutis gratia suscepta. Et si enim quosdā sanctos
 uiros hoc genus certaminis inisse legamus, Sicut de sancto Dauid et
 Golia, sacra tradit historia: nusq; tamen, ut pro lege teneatur, diuina
 sanxit autoritas. At præter eos, quos uel lex iusta generaliter, uel ipse
 fons iustitiæ specialiter iubet occidi: quisquis hominē uel seipsum, uel
 quemlibet occiderit, homicidij criminis reus est. Ideoq; qui hæc et hu-
 iusmodi sectantur, Deum solum tentare uidētur, et ob id grauissimē
 etiam peccare dicuntur. Propter quod et Ecclesiastica eis sacramenta
 denegan

*l. aut damnatum
 §. quicumq; in
 ludū ff. de poe-
 nis.
 Ludi tur-
 pes.
 Libelli fa-
 mosi sediti-
 o forū no-
 stri tempo-
 ris.
 i. qua actione.
 §. si quis. ff.
 ad leg. Aquil.
 l. athletas. ff.
 de his qui no-
 uisa.
 Monomachia
 d. §. si q; coll.
 Inst. de heret.
 que ab inrest.
 dese. §. per cō-
 trariū. De pa-
 ce tenenda
 eius uolatori-
 bus. §. si q; ho-
 minem. et §. si
 quis alium. et
 ibi. Bald. 10.
 de pla. in l. 1.
 C. de gladiato-
 rib. lib. 11.
 Aenei. lib. 5.
 Litem si obste-
 trix l. nam lu-
 dus. ff. ad leg.
 Aquil.
 l. 3. ff. de lib. et
 posthu. l. 3. ff.
 de his qui not.
 infra.
 Ludi Pro-
 hibiti
 l. unica C. de
 gladiatoribus
 lib. 11.
 l. Reg. 17
 23. q. 5. c. si non
 licet.
 gl. in d. c. Mo-
 nomachiam de
 conse. dist. 2. §.
 sed et. si non.*

denegantur. Sic et qui cū bestijs dentatis et noxijs depugnant, tanq; turpem ludum exercentes, infames sunt. Quancq; & is ludus olim honestus erat, maximē si uirtutis ostendendæ causa fieret: aut cum fe-
 ra depugnatum esset, quæ Regioni noceret: nisi ut hoc modo cum
 bestijs depugnarent, in arenam fuissent condemnati, aut eo nomi-
 ne mercedem aliquam recepissent. Verum hoc loco uenationem be-
 stiarum excipimus, quam inter ludos turpes minimē computamus: si
 quidem unicuiq; permillum est, leones, apros, urfos, aliasq; noxias
 feras uenari, & interficere, nisi dominus loci prohibeat. Iam & his-
 trionum spectacula inter turpes ludos habentur, maximē quæ im-
 pudicis corporum moribus & gestibus, & obscœnis saltationi-
 bus peraguntur. Quod ferē solebant histriones, qui ad Tibicinis can-
 tum taciti saltabant, & fabulas obscœnas saltatione impudica age-
 bant, Græcis Cordax uocatur, quam & Apollonius apud Philo-
 stratum reprehendit. Vnde & histriones infames esse declarantur,
 & à communionē sacrorum mysteriorum arcendi. Sicut & omnes,
 qui propter præmium artis ludicræ, pronuntiandiue causa in scenam
 prodeūt, famosi sunt, et ob id ab omnibus dignitatibus arcendi. In ea
 dē conditione sunt Themelici, hi sunt Citharædi, Cithariste, Lyriste,
 Tibicines. Citharædi, qui et fidicines dicuntur, Citharæ accinunt:
 Cithariste Citharam pulsant, non etiā accinunt. Hi non in scena, sed
 in Orchestra actiones suas peragebant, ut scribit Vitruuius: Hos igitur
 oēs, tanto studio auerati sunt olim Romani, ut non solū non ho-
 norarent eos, sed ipsam etiā artē ludicrā, scenāq; totā in probro duce-
 rēt: Et id genus hōim, quod huiusmodi ludis exerceret, notatione cen-
 soria tribu mouerēt. Sed nec donare eis quicq; licet: Est em̄ uitium im-
 mane, nō uirtus (ut August. inquit) donare res suas histrionibus: &
 qui eis donant, id agunt, ut peccator laudeē in desiderijs animæ suæ,
 qui iniqua gerit benedicatur. Quancq; scio et histriones quosdā, in ma-
 ximo precio & honore apud Romanos fuisse, qui & arte sua histrio-
 nica, maximas sibi diuitias compararunt. Quod de Roscio & Ælo-
 po tradunt historia, quibus familiarissimē uisus est Cicero: ut quo-
 rum res rationesq; etiam sua solertia tutatus est. Quorum ille tanta
 fuit gratia & gloria, ut mercedem diurnam de publico, mille dena-
 rios sine gregalibus, solus acceperit: hic uero ex pari arte ducenties se-
 tertium filio reliquerit, ut scribit Macrobius, Quin & Roscium
 tradit Cicero, tandem populo Romano seruiisse quidē, sed propter
 magnificentiam liberalitatis, quæstum & mercedem publicam respu-
 iisse. Si quidē tertium sexages quæstus facere noluit, singulis uidelicet
 annis sexcenta tertertia: quæ summa facit nostro ære, quindecim aure-
 orum millia, & decies multiplicata, facit centum quinquaginta mil-
 lia coronatorum, ut BVDÆVS computat. Ælopi uero magnifi-
 centiam, seu luxum potius immoderatum & portentosum, indicat
 L iij eius

*Pugnare
 cum bestijs
 l. §. de ferijs
 l. 1. §. deniq;
 ff. de postula.
 Venatio se-
 rarum.
 l. 1. C. de uena-
 ferarum l. b. 11.
 et ibi 10. de pla-
 Histrionu-
 Turpes lu-
 di.
 lib. 4. de uita
 Apollonij.
 4. q. 1. c. 1. p
 dilectione de
 consec. aist. 2
 et l. 2. §. ait
 prætor. ff. de
 his qui not in-
 fa. l. 2. C. de di-
 gnitatib lib 12
 Themelici
 lib. 5. Archite-
 August. de ci-
 uitate Dei lib.
 2. cap. 13
 l. 2. §. ait præ-
 tor ff. de his q
 not. infra.
 c. donare. 8. d
 dist. 11.
 Augustinus in
 Psalm. 102
 Roscius et
 Ælopus,
 Histriones
 diuites &
 hono-
 Romæ fue-
 runt.
 Budeus lib. 2.
 de asse et par-
 tibus eius.
 Ælopi pa-
 tina.*

Valerius Maximus lib. 9, c. 1

eius patina, quæ sexcentis sestertijs taxata fuit, ut scribit Plinius, in qua posuit aues canto aliquo, aut humano sermone uocales, nummis sex singulas coemptas, nulla alia inductus suauitate, nisi ut in his imitationem hominis manderet, ne quæstus quidem suos reueritus illos opimos & uoce meritos. Budæus pro nummis millibus legendū esse conijcit, nā centenariā patinā Aesopi fuisse intelligit. i. centenis aibus structā millibus senis coemptis, ut in summa sexcēta fierent sestertia. quæ summa, secundum computationem Budæi, ualet quindecim aureorum Coronatorū millia. Ad idē genus turpes et lasciuas choreas & tripudia referimus (qualis fuit saltatio filia Herodiadis) nam & ipsæ omnib. modis Christianis interdicitæ sunt, ut docēt sancti patres. Vbi saltus lasciuus, ibi diabolus certe adest, inquit Ioannes Chrysostomus. Non enim ad tripudia hæc nobis præbuit Deus, sed ut modestē incedamus: non ut impudētē Camelorum more saliamus (nec enim solum foemine, uerum etiā Cameli turpiter saliant) sed ut in Angelorum choris consistamus. Quod si corpus deforme sit, impudenter saliendo: quanto magis animam foedari credendum est: His tripudij diabolus saltat: his a dæmonum ministris homines decipiuntur.

Pli. Li. 35, c. 12

Lasciuæ Choreæ. Marci 6

Homel. 49 in u. athenum.

Rursus ludorum alij sunt sacri, alij prophanis: ac de prophanis factis quidem multa paulo ante a nobis dicta sunt, quæ tamen si ad mores magis quæ ad Cæremonias pertinere uidentur: tamen quia horum quædam cum sacris etiam communia habent, non alienum esse ab instituto nostro arbitratus sum, ut de sacris ludis dicturus, prius, quæ ad rationem ludorum etiam prophanorum pertinent, explicarem. Sacros ludos ipsa quoque gentilitas celebravit: Cuiusmodi fuerunt sacra certamina, quorum Quatuor genera enumerat Demosthenes, Nemæa, Pythia, Isthmia, Olympia. Quæ qui obierant omnia & uicerant, periodo uictores appellabantur, autore Festo. Quibus et maximi honores non solum in ipsis conuentibus, sed etiam cum domum reuerterentur habebantur, ut ex Isocratis Panegyrico refert Vitruuius. Quod & sæpe ab alijs etiam autoribus traditur, ut ex annotationibus Budæi, quas in Pandectas iuris fecit. Hæc & multa alia ad publica spectacula pertinentia collegimus, quæ & in hunc librum nostrum transtulimus. Sed & scenici ludi, gentilibus sacri, & diuinis rebus adnumerati fuerunt, Quotcunque dæmonibus instigantibus in honore ipsorum, tanquam Deorum suorum, instituerunt, & celebrarunt. Cuiusmodi sunt fabule in ipsorum laudem, multa tum rerum turpitudine, tum uerborum obscenitate compositæ: in quibus adulteria & stupra ipsorum, multaque alia facinora, quæ etiam nunquam perpetrarunt, in ipsos conficta enarrantur. Ac talium quidem ludorum celebrationes, facta erant deorum, uel ob natales eorum, uel templorum

Turpes fabulæ in festis deorum.

Ludi turpes et cruenti.

nouorum dedicationes constituta: quorum alij Saturno, alij Libero, ut scenici: alij Neptuno, ut Circenses, attributi erant. Paulatim uero dein

deinde & cæteris dijs idem honor tribui cœpit, singulique ludi nominibus eorum consecrabantur, ut ex libris spectaculorum Sisinnij Capitonis, refert Lactantius Firmianus. Sed & cruentos quosdam ludos, humano uidelicet fuso sanguine, dijs suis faciebant, cadibus & tristibus supplicationibus eos propiciantes. Verum quomodo sacri huiusmodi ludi dicendi sunt, quos constat nihil aliud esse, quam turpitudinum & obscenitatum spectacula? Sunt igitur ludi uere sacri, qui ad honorem et cultum ueri Dei, et sanctorum Dei hominum, instituti sunt: in quibus non fabule, non stupra uirginum, non amores meretricum, non parricidia, aliaque scelera deorum recitantur: sed spectacula diuinorum historiarum ueteris et noui testamenti exhibentur. Cuiusmodi sunt in ueteri testamento, historia Ioseph, Susannæ, Iudith & Holofernis, Hester Amman & Mardochei, iudicium Salomonis inter duas mulieres: In Nouo testamento, historia Natiuitatis, Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis Dominicæ, & quedam Euangelicæ parabolæ, ut filij prodigi, Lazari et diuitis, & si quæ sunt similes: quæ in formam comœdiarum redactæ, & uel rhythmis, uel carminibus compositæ, per certas personas, conueniente ad hoc uestitu instructas: ita uoce & gestibus, motuque corporis aguntur, ut qui eas spectant, non solum scripturas ipsas sanctas audire: sed etiam res ipsas, quemadmodum gestæ sunt, coram se uidere arbitrentur. Atque in his sanè ludis personæ sunt, non histriones, ludiones, & ioculatores, non impudicæ foeminae, obscenos adulterorum & meretricum mores, aliosque eiusdem generis turpes & inhonestos affectus, uestitu, uultu, gestu, motuque corporis exprimentes: Sed quæ eorum, quorum personas sustinet, siue bonorum, siue malorum: ita mores tam honestos quam turpes imitantur, omnemque actionem uultu & corporis gestibus ita temperant, ut his ipsis spectatores fideles minimè offendantur, sed ad imitationem eorum quæ sanctè gesta sunt: eorum uero quæ turpiter acta sunt detestationem, commoueantur. Sepe etiam Actionibus sacrorum ludorum imagines adhibentur, quæ uicem personarum sustinet, nam & ipsæ admouendos ad pietatem affectus, plurimum ualent. Quo genere spectaculorum, & gentiles in rebus prophanis usi sunt. Qui quo rem quam exhibebat, significantius populo representaret, quasdam imagines, uel ex cera uel ex ligno, aliaue materia confictas, ostentabant eaque quæ uerbis pronuntiabant, simul etiam in ipsa imagine demonstrabant. Quæadmodum interfecto Cæsare, quidam ex amicis eius, crudelitatem interfectorum populo ostensurus, ex lecto Cæsaris, quod in foro positus erat, imaginem eius ex cera fabricatam protulit, quæ tres & uiginti plagas uultui, & uniuerso corpori ferino ritu impressas, atque patentes, representabat. Quo nimirum spectaculo, maiorem rem in populo dolor & iram concitauit, quam ulla uel oratione uel actione potuisset. Quod & res ipsa ostendit, Quippe eo uiso, populus

lib. 6. cap. 29 diuinum inst. August. de ciuitate dei lib. 2. cap. 11

Ludi uere sacri qui sunt.

Historie Ludis accommodatæ

historie sententia

Quales personæ debent esse in Ludis uere sacris & Christianis

Imagines Ludis adhibite

Appianus in lib. 2. de Ciuilibus bellis

dolorem ulterius ferre non potens, multa crudelia in percussores ipsos machinatus est. Sic imagines ludis sacræ adhibitæ, ipsæ quoque sæpe pios fidelium affectus, magis quam oratio ipsa, commouet. Et ad hunc sane modum adhibitæ imaginibus, quarundam Euangelicarum historiarum spectacula, certis anni temporibus, populo Christiano

Exempla in Ecclesijs exhiberi solent. Quale est, quod in die Dominica palmarum, pueri, inducta imagine saluatoris asino insidentis, laudem Domino cantant, ramos arborum proiciunt, & uestimenta sua in uiam prosterunt. Quod item in Sabbato Paschæ, post medium noctis, presbyter imaginem crucifixi ex sepulchro recipiens, templum circuit, & portas eiusdem clausas pulsat, dicens: Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ, Ac interrogante eo qui in portis excubat: Quis est iste Rex gloriæ? presbyter rursus responder, Dominus fortis & potens in prælio, Dominus uirtutum ipse est Rex gloriæ. Similiter quod in die Resurrectionis Dominicæ, mane post matutinas preces, Angeli in candidis uestibus in sepulchro sedentes, aduenientes mulieres, ac plorantes interrogant, dicentes. Quem quæritis mulieres in hoc tumultu, plorantes? Non est hic quem quæritis: sed cito euntes nunciate discipulis eius. Venite, & uidete locum, ubi positus erat Dominus. Et quod eodem die Imago Domini, uexillum uictoriæ gestantis, in publica processione circumfertur, & in altari populo spectanda locatur.

In die Ascensionis Domini. die Ascensionis Domini, populo spectante, in medio templi imago domini sursum ducitur, & in coelum assumi ostenditur. Interim circa imaginem ipsam Domini, imaginuculis alatis Angelorum, candelas ardentes in manibus gestantibus, sursum & deorsum uolitantibus, ac Sacerdote aliquo cantante: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum. Et clero succinente. Deum meum, et Deum uestrum: Subsequente Hymno, Festum nunc celebre, et Responsorio, Ite in orbem, etc.

In die Pentecostes. Et quod in die Pentecostes imago Columbæ in medio templi superne demittitur, et mox cum ea ignis et aqua decidit cum sonitu aliquo, qualis bombardarum esse solet, Sacerdote canente: Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, &c. Et clero succinente, Apparuerunt Apostolis dispersitæ lingue, &c. Quibus nimirum, aliisque id genus spectaculis: si se præsertim, quæ passionem Domini representant: nihil aliud agitur, quæ ut historiarum sacrarum, qui ob ignorantiam litterarum eas legere non possunt, exhibitæ etiam spectaculis, demonstrantur.

Lact. lib. 6. diuinarum insti. cap. 20. Iam igitur uidendum est, qui ludii Christianis permittendi, & qui sint interdiciendi. Ac sunt qui nullum ludum prophanum Christianis concedendum esse putent: Spectacula, inquit, quæ maxima irritamenta uitiorum sunt, & ad corrumpendos animos potissimum ualent, tollenda sunt nobis, quia non modo ad beatam uitam nihil conferunt, sed etiam nocent plurimum. Comice fabulæ de stupris uirginum

ginum loquuntur, aut moribus meretricum. Et quo magis sunt eloquentes, qui flagitia illa sinxerunt: eo magis sententiarum elegantia persuadent: & facilius inhaerent audientium memoriæ uersus numerosi & ornatu, Ita Tragicæ historiarum succiunt oculis parricidia, & incesta Regum malorum: & Cothurnata scelera demonstrant. **Ludi scandalosi historiarum.** Hi quoque impudentissimi motus, quid aliud nisi libidines docent, & instigant: quorum eneruata corpora, & in muliebrem incelsum habitumque mollita, impudicas foeminas inhonestis gestibus meritiuntur. Quid de Mimis loquendum, corruptelarum præferentibus disciplinam: qui docent adulteria dum fingunt, & simulatis eruditunt ad uera. Quid iuuenes aut uirgines faciant, cum & fieri sine pudore, & spectare libenter ab omnibus cernunt: admonentur utique quid facere possint, & inflammantur libidine, quæ aspectu maxime concitatur, ac se quisque pro sexu in illis imaginibus præfiguratur, probantque illa dum ridet, & adhærentibus uitij corruptiores ad cubacula reuertuntur: nec pueri modo, quos præmaturis uitij imbui non oportet: sed etiam senes quos peccare non decet, in talem uitiorum semitam dilabuntur. **Ludi Circenses uitiosi sunt.** Circensium quoque ludorum ratio, quid aliud habet, nisi leuitatem, uanitatem, insaniam: tanto namque impetu concitatur animi in furorem, quanto illic impetu curritur: ut iam plus spectaculi exhibeant qui spectandi gratia ueniunt, cum exclamare & efferrari, & exilire cœperint. Vitanda ergo spectacula omnia, non solum ne quid pectoribus uitiorum insideat, quæ sedata & pacifica esse debent: sed ne citius nos uoluptatis consuetudo delinuat, & a Deo atque bonis operibus auertat. Nobis uero differentia in ludis seruanda esse uidetur, ut honesti quidem permittantur Christianis: turpes uero & inhonesti interdiciantur. Neque enim per se malus est ludus, sed usus eius uel laudandus, si bonus & honestus sit: uel reprehendendus, si turpis & inhonestus. Itaque minime mihi repudiandi uidentur ludii quos tantum honestos omnis antiquitas approbauit, tum Christiani quoque Principes celebrari latis etiam legibus permiserunt, qui publicis etiam sumptibus eos instruendos & instaurandos esse existimauerunt. Vnde & annuæ pecuniæ ad ludos ciuitatis, in ultimis etiam uoluntatibus relinqui possunt, & relictae in eum tantum usum conuertuntur. Quæ legata adeo honesta sunt, ut ad honorem ornatumque ciuitatis pertinere dicantur, sicut alibi Paulus Iurisconsultus declarat. **Ludi sacri ad ornatum & honorem Ciuitatis deus seruiunt.** Ciuitatibus, inquit, legari potest etiam, quod ad honorem ornatumque ciuitatis pertinet: Ad ornatum puta, quod ad instruendum forum, theatrum, stadium, legatum fuerit: Ad honorem puta, quod ad munus ædendum, uenationem, uel ludos scenicos, ludos Circenses relictum fuerit, &c. Omnium uero maxime sacri ludii in Ecclesia retinendi sunt, ut quibus ad pietatem Christiani non minus quam sacrarum scripturarum lectione erudiuntur. Turpes uero & inhonesti ludii sunt. **Legata ad turpes ludos, in alium usum conuertuntur.**

si ludi minime permittendi sunt, sed omnibus modis abijcendi, ut si quid in eum usum relictum fuerit, in alium & eundem honestum usum conuerti debeat. Veluti si testator ciuitati legatum reliquerit, ut ex redditibus quotannis in ea ciuitate, memoria eius conseruanda gratia, spectaculum celebretur, quod illis celebrare non licet. Iniquum quidem est, hanc quantitatem, quoniam in spectaculum defunctus destinauerit, lucro heredum cedere. Igitur adhibitis heredibus, & primoribus ciuitatis dispiciendum est, in quam rem conuerti debeat fidei commissum, ut memoria testatoris alio & licito genere celebretur. Est autem inter sacros & prophanos ludos, ea differentia seruanda, quia sacri ludi in locis etiam sacris et festis diebus celebrari possunt: Prophani autem, etsi honesti sint, tamen nunquam in locis sacris, nec diebus in honorem Dei & Sanctorum eius consecratis, peragi possunt. Primum enim domum Domini decet sanctitudo, ut cuius in pace factus est locus, eius cultus sit cum debita ueneratione pacificus. Nam ubi sacra sunt peragenda, ibi quarumcunque prophanarum rerum usum, procul remotum esse oportet. Quod & Ethnici, falsos etiam deos colentes, custodiendum esse putauerunt, ne in templis Deorum ludi aliqui peragerentur. Quemadmodum Valerius Maximus tradit, creditum esse Varronem Consulem apud Cannas cum Carthaginensibus tam infeliciter dimicasse, ob iram Iunonis, quod cum ludos Circenses Aedilis faceret, in Iouis Optimi Maximi templo eximia facie puerum histrionem ad excubias tenendas posuisset. Sed & Imperator Theodosius publica lege sancit, ne in publicis portibus, uel in his ciuitatum locis, in quibus Principum imagines consecrari pictura solent, aliqua spectacula exhibeantur: aut Pantomimi, agitantes, histriones, aliaque inhonestae personae introducantur. Quanto magis repellendi erunt a sacris locis, nec permittendum, ut in his aliqui prophani ludi exerceantur: Sic & de festis diebus Leo & Antemius constituerunt, ut in his nihil sibi uendicet scena Theatralis, aut Circense certamen, aut ferarum lachrymosa spectacula: etiamsi in Principis ortum aut natalem celebranda solennitas inciderit, Quod differri eum ludum, non in festo die celebrari oporteat.

De origine sacrarum Imaginum Cap. XVIII.

Origo Imaginum.



Altera pars, quam in Imaginibus sacris considerandam esse diximus, est origo: de qua nunc dicemus. Est igitur Imaginum ritus, nec nouus, nec humano ingenio adinuentus, sed ex diuina & Apostolica institutione introductus: ex scripturis Veteris & Noui Testamenti, Apostolicis traditionibus, sanctorumque Patrum & Conciliorum, & multorum seculorum consuetudine & usu approbatus. Dominus Deus cum praecipisset Moysi, ut faceret propitiatorium de auro mundissimo, illud etiam subiunxit,

l. legatum, ff. de usu, et usu fructu, leg. l. legatum, ff. de admini. rerum ad ciuit. pert.

Ne prophani ludi in locis sacris agantur.

c. decet, de immunita. Eccle. lib. 6.

Psal. 92. et. 75.

Val. lib. 1. c. 1.

l. si qua C. de spec. et scen. lib. 11.

l. si. C. de ferijs

xit, Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies, ex utraque parte oraculi, Cherub unus sit in latere uno, et alter in altero. Vtrique latus propitiatorii tegant, expandentes alas & operientes oraculum respiciantque se mutuo uersis uultibus in propitiatorium, quo operienda est Archa: in qua pones testamentum, quod dabo tibi. Inde praecipiam tibi et loquar ad te (supra propitiatorium scilicet, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super Archam testimonij) cuncta quae mandabo per te filijs Israel. Atque horum Cherubim Paulus quoque meminit, in epistola ad Hebraeos. Post uelamentum autem, inquit, secundum tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum: aureum habens thuribulum, & Archam testamenti circumtectam ex omni parte auro: in qua Vrna aurea habens manna, & uirga Aaron quae fronderat, & tabulae testamenti: super quae erant Cherubim gloriae obumbrantia propitiatorium. &c. Ex quibus sane locis intelligimus, Moysi a Domino praecipitum esse, ut imagines duorum Cherubim in propitiatorium faceret: Quas & Beseleel artifex, iussu Moysi ad eum modum fecit.

Præterea, cum populus serpentum morsus pateretur, Moyses pro populo orat ad Dominum, cui dominus ait, Fac serpentem, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, uiuet. Fecit ergo Moyses serpentem Aeneum, & posuit eum pro signo, quem percussi aspicientes sanabantur. Sed & in templo Salomonis imagines fuerunt, de quo ita legimus in libro Regnorum. Et fecit in oraculo duos Cherubim, de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis, quinque cubitorum ala Cherub una, & quinque cubitorum ala Cherub altera, id est, decem cubitos habentes, a summitate alae unius, usque ad alae alterius summitatem: decem quoque cubitorum erat Cherub secundus: in mensura pari: & opus unum erat in duobus Cherubim, id est, altitudinem habebat unus Cherub decem cubitorum, & similiter Cherub secundus, posuitque Cherubim in medio templi interiori. Extendebant autem alas suas Cherubim, & tangebant ala una parietem, & ala Cherubim secunda, tangebant parietem alterum: alae autem alterae in media parte templi se inuicem contingebant: Texit quoque Cherubim auro, & omnes parietes templi per circuitum sculpsit uarijs caelaturis & torno, & fecit in eis Cherubim & palmas, & picturas uarias, quasi prominentes de pariete et egredientes. Iosephus scribit, nullum dicere uel conijcere posse, qualia haec duo Cherubim fuerint. Idem alibi de Cherubim loquens, quae erant posita super tegmen Archae, Super tegmen uero, inquit, erant figurationes duae, quas Hebraei Cherubim appellant. Sunt enim animalia uolatilem habentia figuram, quae a nullo hominum est inspecta. Haec dixit Moyses in Dei se conspexisse sede figurata. Haec ego de figura Cherubim intelligo, ut nemo uiderit Archetypum quem repraesentet: sed certum tamen est, eam duas facies habuisse, & inter has unam humanam, ut Ezechiel

Duo cherubim.

Hebr. 9

Exodi. 37

Serpens Aeneus Num. 21

Imagines in templo Salomonis 3. Reg. 6 2. Paralip. 3

lib. 8. c. 3. antiq. iudaicarum lib. 3. antiq. iudaicarum, c. 8

Qualis fuit figura Cherubim.

M Prophe

Ezech. 41 Propheta indicat, Terra autem (inquit) usq; ad fenestras, & fenestrag clauſæ super ostia, & usque ad domum interiorem: & forinsecus, & per omnem parietem, in circuitu intrinsecus & forinsecus ad mensuram. Et fabrefacta Cherubim & palmæ, & palma inter Cherub & Cherub, duasq; facies habebat Cherub, faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis ex alia parte expressam. &c.

Athanasio Et hanc quidem figuram Cherubim Propheta exprimit. Quæ quidem non ipsam naturam Cherubim repræsentat, quæ est ignis et spiritus: Sed ideo corporali signo ostenditur, ut secretius aliquid significet, ut Athanasius docet, qui illud Psalmi exponens, Qui sedes super Cherubim appareas: talem de his tradit sententiam. Etenim Cherubim illorum exemplaria, ignota iuxta naturam omnibus hominibus existentia, spiritus & ignis existunt, & ab omni corporea figuracione & natura aliena: ea quæ de ipsis à Propheta corporaliter dicuntur, & natura aliena: ea quæ de ipsis à Propheta corporaliter dicuntur, symbolicum & altius ductum sensum habent: aliter enim intelligere, iuxta sacram & corporeis non decentem rationem, oportet. Cherubim igitur imago qualiscunq; tandem sit, Angelos repræsentat, & Angelicæ dignitatis uocabulum est, ut in Genesi, Eiecitq; Adam, & collocauit ante Paradisum uoluptatis Cherubim: & flammeum gladium atq; uersatilem, ad custodiendam uiam ligni uitæ. Ideoq; sacri doctores aptè in figuris Cherubim, quæ erant in oraculo, sacra Angelica ministeria: quæ conditori suo in cælis semper assistunt, intelligunt.

Figura Cherubin Angelos repræsentat.

Genes. 3 Sed & uetustissimus est usus imaginum noui Testamenti. Nam quibus temporibus Christi fideles oratoria et templa construxerunt, partim Christi nomine, partim sanctorum Martyrum causa (id autè ab ipsorum Apostolorum prædicatione fieri cœpit) ipsidem etiam temporibus historia humanæ dispensationis, Christi & sanctorum martyrum gesta in domibus orationum, & templis: alia quidem in tabellis, alia in uestibus & uasis sacris, alia in parietibus, templorum depicta fuerunt, ut sancti patres & historiarum narrationes tradunt. Athanasius

Antiquus usus imaginum in nouo testamento.

Athanasio de Passio nis Imagi ne Christi.

Ioan. 3

Vide infr. c. 20

Picturæ in parietibus templorū.

us scribit Nicodemum illum, qui ad Iesum nocte uenit, proprijs manibus imaginem Christi composuisse, & morientem Gamalieli tradidisse: Gamaliel autem, qui Doctoris gentium Pauli διδασκαλος fuit, cum diem sibi cerneret adesse extremum, Iacobum eam reliquisse: & Iacobum, Simoni & Zachæo. Quæ quidem imago per successores temporum in Hierosolymis perdurauit: à Hierosolymis deinde in Syriam translata: Tandem in ciuitatem Berythum, in finibus Tyri & Sidonis sitam, translata. Cumq; à Iudeis contumeliose tractata, ac in latus eius lancea fixa fuisset, stupèdo miraculo sanguinis & aquæ riuuli ex ea emanare cœperunt. Quod ex sancto patre ideo referre hoc loco placuit, ut intelligamus etiam Christo adhuc in carne uiuente, ipsius imaginem fuisse à fidei eius discipulo pictam & cultam. Quin & Christus faciem suam lintheo impressam Veronicæ dedit. Præterea ueteres in more habuerunt, ut historias ueteris & noui Testamenti in parietibus templo

templorum pingerent, ut ex epistola Beati patris Nili colligitur. Is ad Olimpiadorum Proconsulem scribens. Noui, inquit, & ueteris Testamenti hystorij, hinc inde parietes templi repleti doctissimi pictoris opera uelim, quo scilicet hij, qui literas non norunt, neq; sacram scripturam legere queunt, contemplationem picturæ in memoriâ reducant, qui nã germane uero illi Deo per fortia facta seruiuerunt, atq; in certamen excitentur glorioforum & laudatorum facinorum, per quæ cum cælo terram commutarunt. &c. Idem Adriani Pontificis Legati, in septima Synodo confirmantes, tale etiam aliquid olim Ioannem Papam fecisse dicunt. Nam & ipse, cum templum Romæ saluatoris extrueret, in utroq; pariete templi, historiam ueteris & noui testamenti inscripsit. Hinc quidem Adam exeuntem Paradisum: Illinc uero Iatronem Paradisum ingredientem. Canon sanctæ & uniuersalis sextæ Synodi de imagine S. Ioannis præcursoris, Agnum digito demonstrantis, sic habet. In quibus sanctorum imaginum picturis Agnus, digito præcursoris indicatus, expressus est, qui in formam acceptæ gratiæ, uerum nobis per legem Agnum, Christum Deum nostrum ostendit. Veteres igitur, typos & obumbrata ueritatis Symbola, præfigurationesq; Ecclesiæ traditas, amplectentes, gratiã in primis curantes, & ueritatem tanq; legis plenitudinem acceptamus. Quo igitur perfectius etiam in colorum uarietate omnium oculis subiiciatur character ille, quo secundum hominem Agnus Christus Deus noster, qui abstulit peccata mundi, effigiatus est. Post hac in imaginibus pro ueteri agno erigi declaramus: per hoc enim humilitatis altitudinem uerbi Dei considerantes, & ad memoriam in carne passionis illius et salutaris mortis dispensationis, ueluti manu ducti, quæ mundo illinc contigit liberatio, cognoscimus. Basilius, quem Adrianus Papa in epistola Synodica ad Constantinum & Irenen citat, fidei suæ confessionem proferens: inter alios articulos uenerationem quoq; imaginum numerat. Sic enim in epistola, qua in Iulianum Apostatam inuehitur, scribit. Quemadmodum à Deo Christianam & inculpabilem nostram fidem ueluti hereditario iure accepimus, Sic confiteor ei, in eo maneo. Credo autem in unum Deum patrem omnipotentem, Deum patrem, Deum filium, Deum spiritum sanctum, et unum Deum, & hæc tria adoro & glorifico, confiteor etiam filij incarnatæ Deinde sanctam Mariam, quæ secundum carnem illum peperit, hæc Deiparam uocans. Suscipio etiam sanctos Apostolos, Prophetas, et Martyres: qui pro me apud Deum supplicat: quo per illorum meditationem propicius mihi sit Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam & historias as imaginum illorum honoro, & palam adoro: hoc enim nobis traditum à sanctis Apostolis, non est prohibendum, sed in omnibus Ecclesijs nostris eorum historias erigimus. Sed quid de tam uetusto imaginum

Ad. 4. Septima me Synodi.

Acto. 4

Imago præcursoris q Agnū digito demonstrat.

Confessio fidei Basilij Magni.

M ij num

num in Ecclesia usu dubitamus: Cum & filius Dei ab æterno fuerit imago patris: & homo ab initio mundi creatus fuerit ad imaginem & similitudinem Dei: & Deus significaturus uoluntates suas hominibus, ipsidem non solum se, sed etiam Angelos suos, per imagines demonstrauerit: Sane imaginum consuetudo sine ulla controuersia in Ecclesia semper obseruata fuit, donec diabolus, omnis pietatis inimicus & destructor, per quendam Iudæum Iconomachiam instituit. Historiam ita narrat Ioannes Monachus, Vicarius Orientalium Episcoporum in septima Synodo. Cum diem, inquit, extremum impiorum Arabum Tyrannus, quem Sulimam nominabant, clausisset, subsecutus illum est Vmarus, qui postea quam regnum adisset Anascaphon Malsamam, hostem sane atrocem, per gratiam Domini nostri Iesu Christi seruatoris, eiusque Deiparæ matris, cum magna exercitus sui clade & ignominia, à terra ista expulsi, in Syriamque fugauit: Neque de redeundo spem illi ullam reliquit. Vmaro autem fato defuncto, Ezidus quispiam, homo leuis & inconstans, regnum accipit. Per ea tempora in Tyberide dux quispiam erat Hebræorum impiorum, cui nomen Sarantepechys, officina diabolorum (quibus uitia re animas lusus est & iocus) homo præstigiator & ueneficus, & Ecclesie Dei hostis implacabilis. Hic animaduersa Ezidi Regis leuitate, hominem aggreditur, polliceturque Hebræorum ingenua malicia se Regi quædam prædicturum, & uatem acturum in maximè necessarijs rebus se offert. Ea re cum esset insinuatus Tyranno, Volo, inquit, O Princeps, modo me audias, rationem quandam indicare tibi, qua poteris facillimè & uitam commodam degere, & triginta annos regnum equabili in potestate conseruare. Stultus autem Tyrannus, spe & desiderio longioris uitæ, animi leuitate elatus (erat enim homo uoluptatibus deditus & præditus) respondit: Quæcunque me iusseris facere, modo possim, agam: teque, si modo consecutus fuero quod prædixisti, beneficijs infinitis afficiam. Ueneficus autem Hebræus, Confestim, inquit, sine ulla dilatione iube per uniuersum regnum epistolam, quæ pascim circumferatur, scribi et mitti: qua omnem imaginem & picturam, siue ea in tabulis siue in opere Musica: in parietibus, siue in uasis sacris, aut indumentis & altaribus sit, & quæcunque in Christianorum Ecclesijs reperitur, delere, expungi, auferri, & ex toto subuerti mandes: Neque illas solum, uerum omnes planè similitudines, & earum etiam, quæ in foro ornatus & honestatis gratia collocantur. Nulla igitur ratione alia, quam ut odium & furorem aduersum Christianos exerceret, præstigiator id tentauit. Tyrannus autem nefandus, præstigiatori leuitate sua auscultans, missis nuncijs, omnes sanctas imagines et similitudines per uniuersam prouinciam abstulit. Hoc itaque modo primum Ecclesie ornamenta, procurante Hebræo uenefico, ablata sunt. Christiani autem cum id suis manibus facere detracta-

Historia Iconomachia scripta per Ioannem Monachum.

Acto, 5

Ezidus rex à Iudæo quodam contra Imagines instigatus.

Mandatū tyranni contra imagines.

detractarent, missi sunt Hebræi & Arabes, homines in Deum impij qui imaginibus exultis, Ecclesiarum quasdam calce, quasdam alijs coloribus dealbarunt & incrustarunt. Hæc autem cum peruenissent ad aures Pseudoepiscopi Nicolie, & qui eiusdem erant cum illo opinionis, impios Hebræos & Arabes imitati, Ecclesias Dei, ueluti crucem Christi uerecundantes, reddiderunt. Nicephorus autem narrat, Temporibus Zenonis Imperatoris Xenaiam quendam Persam, Seruum & simulatum Christianum, quia non baptizatum, docuisse: usum imaginum in Ecclesia esse abolendum, & ob id etiam apud successorem Zenonis Anastasium, gratiam commeruisse. Eusebius, imaginum usum à consuetudine gentilium descendisse, putat. Nam de statua Iesu & mulieris Hemorrhoeisæ, scribens sic ait. Et nihil mirum, si hi qui ex gentilibus crediderant, pro beneficijs quæ à saluatore fuerant consequuti, huiusmodi uelut munus uidebantur offerre: cum uideamus & nunc Apostolorum Petri & Pauli, & ipsius saluatoris imagines designari, tabulasque depingi, sed & antiquas ipsorum imagines à quibusdam conseruatas nos uidimus. Quod mihi uidetur (inquit) ex gentili consuetudine indifferenter obseruatum, quod ita soleant honorare, quos honore dignos duxerint. Insignia etenim ueterum referuari ad posterorum memoriam: illorum honoris, horum uero amoris, indicium est. Idem uidetur Paulo Ritio Israelitæ, qui non solum imaginum usum, à consuetudine gentilium introductum esse affirmat: sed conducere etiam arbitratur, ut si commodè fieri posset, Ecclesie edicto tollerentur. Post multa enim, quibus disserit multis, quam difficile sit longuam turbæ consuetudinem radicitus euellere, tandè ad hunc modum concludit. Verum hoc unum consulte tamen censerem audeo, modo Orthodoxa iam Christi fide ad plenitudinem redacta, non iniuria immo condecens & laudabile factum esset (nisi longæuæ forte consuetudinis luxus retinetur) templa oratoriaue, à Sanctorum sculptilibus exuta construere. Id siquidem hyperbolicos & ethereos sanctorum spiritus, hominum mentes extollere, non corporeas manufactas imagines, quare & de scandali periculo infirmos eriperet: insuper obrectantium Iudæorum latratibus silentium imponeret, ac plures eorum, quos præ ceteris imaginum cultus repellit, ad piam Christi religionem amplectendam perduceret. Ego uero, & si gentilium consuetudo fuerit, eorum quos amarunt memoriâ imaginibus & statuis celebrare: tamen aliam rationem imaginum in Ecclesia receptarum fuisse puto, quam gentilium consuetudines: Nimirum ut his ipsis rudiores docerentur, & dispensationis Christi in carne arcanum, Sanctorumque exempla firmius in memoria retinerent, et ex sensibilibus istis ad maiorem deuotionem, imitationemque eorum, quæ pie per Sanctos gesta sunt, accederentur atque inuitarentur. Nec uideo cur tantopere, ad tollendam occasionem idolatriæ, imaginum

Nicephori narratio.

Euseb. li. 7. c. 14

Quale consilium Pauli Ritij contra imagines.

li. de Mosaicâ sanctionis editis.

Catholica sententia de ratione imaginum et earum usu. Non sunt abolendæ imagines, tanquam sint occasiones idolatriæ.

M iij ginum

ginum abrogatio utilis sit. Satis enim Christiani instructi sunt, non inesse diuinam aliquam uirtutem imaginibus, & sanctos ipsos, quos in imaginibus ueneramus, omnium maximè in hoc laborasse, ut omnis idolorum cultus tolleretur, & sancta & superbenedicta Trinitas, unus Deus Patria adoraretur. Quod si igitur horum imagines ob id ueneramus maximè, ut quæ piè in uita egerunt, eorum memoriam retineamus, eaque & nos imitando præsentemus: fieri non potest, ut quod ipse tantopere auersati sunt, nimirum Idolatriam, id nos amplectamur. Quin illud etiam animaduertimus, adeo nobis cum gentilibus in imaginum usu non conuenire, quod ipsi imagines Christianorum, ipsorum etiam Apostolorum tempore, ludibrio habuerunt: nimirum quod uiderent non imagines ipsas, sed earum prototypum nos uenerari. Argumento est, quod ea de re ex Apologetico Tertulliani, Apostolorum temporibus uicini, refert Petrus Crinitus: Romani autem (inquit) ueteres pari causa, & Christianos quæ ac ludæos Asinarios uocarunt: obstinato uidelicet in Christi nomine odio, quem per ignominiam etiam Chrestum per e litteram appellabant. Sed & figuris picturisque Christianis illudebant, quando infando etiam picturæ genere, Deum nostrum sic depictum spectanti populo proposuerunt: Ut is foret auribus asininis, pede altero inungulatus, librum gestans, & togatus, cui flagitio ut scelus adderent, tali titulo Christi effigiem decorarunt. Deus Christianorum ONONICHITIS. Qua in re uel ipse Tertullianus egrè à risu abstinuit, cum nomen ipsum & formam conspiceret. Sed agedum, sint sane iam, qui Sanctorum cultum, uel ignorent, uel non rectè Sanctis præstent, non ideo tamen reiiciendæ & abrogandæ erunt imagines: Sed si quis forte abusus propter negligentiam Prælatorum irrepsit, corrigendus erit: docendusque populus, qua ratione piè & Christi & Sanctorum imagines colantur & debeant. Sed nec sine maximo in Ecclesia scandalo huiusmodi imaginum abrogatio fieri posset, quippe inimici nostri & hostes crucis Christi, procul dubio supercilium contra fidem nostram eleuaturi essent, ac dicturi, Huc usque Christiani errarunt: nisi enim institutum suum Idolatriam cognouissent, non sane nunc imagines abijcerent. Quod ipsum quantum contumeliæ subuersionisque fidei Christianæ conciliet, nemo est, qui non iam uelut ante oculos obuersari uideat. Quo argumento utitur Germanus Constantinopolitanus Episcopus, in epistola ad Thomam Episcopum Claudopolis.

De usu imaginum in picturis. Cap. XIX.



Vsus imaginum in duabus rebus consistit, memoria et ueneratione. Primum enim imagines in nobis tum excitant et reuocant, tum conseruant memoriam eorum, quæ à Christo et sanctis Dei hominibus gesta sunt. Nam quod legentibus scriptura: hoc idiotis præstat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes uident, quod sequi

Christiani olim à Romanis Asinarij.

Tert. in apologetico. c. 16
Lib. de honeste disciplina. c. 16

de conse. dist. 3
cap. perlatum.

sequi debeant, in ipsa legunt qui literas nesciunt. Vnde & præcipue gentibus pro lectione pictura est, ut Gregorius ad Serenum Episcopum Massiliensem scribit. Et Adrianus Papa in epistola ad Constantinum Imperatorem, & Irenen matrem confirmat. Gentium, inquit, idola, quia imagines fuerunt demonum, Deus eiecit et condemnauit: Nos uero in memoriam sanctorum imagines facimus, quorum ais: Abram, Moyse, Heliae, Eliae, Zachariae, reliquorumque Prophetarum, Apostolorum, & sanctorum Martyrum, qui propter Christum tribulati sunt, quo is qui eos in imagine contemplatur, illorum et meminerit & glorificet Deum, qui illos quoque magni fecit. Item ob id de pinguntur in templis Euangelice historice, ut homines illiterati, et qui sacros libros nequeunt legere (quorum sane maxima pars est) conspectis illis, reddant Deo gloriam, & reducant in mentem, quæ in carne fuerit conuersatio Domini nostri Iesu Christi. His consentit, quod Basilius in sermone in quadraginta Martyres scribit. Quin etiam, inquit, bellorum trophæa, & uictorias, & historici scriptores, & pictores demonstrant: Illi quidem oratione rem exornantes, hi uero in tabulis depingentes, multos ad uirtutem & uiriliteriam excitant: siquidem quæ historia oratione exprimit, hæc tacens pictura per imitationem ostendit. Idem igitur tum usus tum utilitas est scripturæ & picturæ: nam quæ leguntur, ubi ad aures uenerint, ad animum deinde transmittimus: Et quæ oculis uidemus in picturis, ea quoque mente complectimur, atque ita per duo ista inuicem consequentia (lectionem dico & picturam) unam cognitionem acquirimus, qua ad recordationem peruenitur. Vnde è duobus istis summis sensibus, in Cantico Canticorum, inuenitur efficax coniunctio, Sic enim ibi dicitur. Ostende mihi faciem tuam, uox enim tua suauis & facies tua speciosa. Quibus & illud conuenienter ex Psalmo additur. Quemadmodum audiuius, ita uidimus. Equè igitur, si conspexerimus in imagine Angelum annunciantem uirgini, in recordationem Euangelicæ historice uenimus, qua narratur, quod Angelus Gabriel à Deo ad uirginem missus fuerit, & ad illam dixerit: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus: Euangelicæ historice ueritatè intelligimus, sicut si uerba ipsa Euangelicæ historice audiamus, Et eodè modo de similibus. Immo manifestius & clarius multo simpliciores intelligunt, per picturam contemplantes, quam per simplicem narrationem. Sed & peculiare semper Deo fuit, ut non solum per scripturas, sed etiam per imagines hominibus uoluntates suas ostenderet. Quod multæ Prophetarum & patrum, ueteris testamenti, & quædam etiam Apostolorum aliorumque fidelium, in nouo testamento, uisiones aperte demonstrat. Et quod aliud sunt signa et portenta, quæ olim in caelo et in terra apparuerunt, et hodie etiam apparent, et deinceps (quoties ita diuine sapientie placuerit) apparebunt, nisi imagines uoluntatis Dei

M iij Quin

Adria. PP. 1
Syno. 7. Act. 3

Similitudo inter scripturam & picturam.

Basilius Magnus.

Vna utilitas Lectionis & picturæ.

Cantic. 2

Psal. 47

Quin & Emphasim suam habēt picturæ, Et ut uerba apta & idonea in oratione audientes, ita uultus & gestus in imagine expressos uidentes, ad misericordiam, lachrymas, gaudium, pietatem, aliosq; animi affectus commouemur. In qua re æque ualent oratores, Poetæ & pictores. Nam & ipsa pictura tacens quædam Poësis est, ut ait Gregorius: Ac emphasim picturæ, multa quidē passim in multis templis, egregia imaginum exempla demonstrant. Nos inter multa unū de sanctæ Euphemie imagine afferemus, ut uetustate ipsa gratiosum, ita pulcherrimè à beato Asterio Episcopo descriptum, cuius ea de re talis sermo in septimā Synodo recitatur. Habet autem, inquit, artificium picturæ hoc modo, iudex in alta sella, acerbè & toruè uirginem inspiciens (irascitur enim & in inanimata materia, si quando pictura uoluerit) collocatus est: astant autē latrones regni & cohors militum: adsunt & Commentarienses, tabulas & stylos gestantes manibus: quorum alter abducta à cera manu, serio admodum uirginem aspicit, faciem ad illam inclinans, quasi iuberet ut altius loquatur, ne auscultatione impeditus, uitiose scribat, falsæ aut dubia. Astat autem uirgo pulla ueste & palleo, & (ut pictor putauit) Philosophiam professa, ut autem ego arbitror, anima uirtutibus ornata & prædita, facies illius urbana. Ducunt autem eam ad iudicem duo milites: hic quidem à fronte illam trahens, ille autē à tergo eā protrudens. Virgini autem habitus pudore & constantia mixtus est, Oculos enim in terram ueluti uirorum conspectu pudefacta, defigit. Stat autem in terripida, certaminis amaritudinem nihil exhorrescens. Ut ego tandem pictores etiam laudare cogar, quos Colchicæ illius mulerculæ facinus pinxisse uideo. Hæc enim adactura in uiscera filiorum ferrum, commiseratione & ira uultum habet temperatum. Siquidem altero oculorum iram exprimit, altero autem matris naturam, horrentem ad tale facinus, & parcere cupientem liberis indicat. Nunc autem in hanc picturam miraculum istius operis transtuli. Multum uero pictorem istum admiror, quod longe magis coloribus mores expresserit: Affectiones pudoris & uirilitalis (quæ tamen inuicem pugnant) affabrè commiscens. Progrediente uero hac imitatione, populares quidam in tuniculis nudi, ipsam rem iam aggrediuntur. Hic enim arrepto capite uirginis, & in tergum reflectens, alteri ad poenam uirginis ora exhibet. Adstans ergo ille dentes uirginis excutit: Malleus autē et terebra, tormenti sunt instrumenta. Sed lachrymas fundo, Nam & mihi hæc passio uocem aufert, ut amplius loqui nequeam. Nam tam exactè sanguinis guttas pictor defluentes depinxerat, ut iuraueris à labijs profluere. Virgo autem iterum carcerem petens, in pulla ueste sola sedet, manusq; ad cælum extendens, Deum malorū depulsorem alloquitur. Fundentē autem hac orationem, apparet supra caput illius signum, quod scilicet Christianorum consuetudine adorant.

Emphasim
Picturæ de
S. Euphe-
mia.
Ex Synodo 7.
Act. 4.

Pictura
Medææ filii
uos suos in
termentis.

Ingeniosa
pictura, ex
primens af-
fectus.

Passio B.
Euphemie
affabre de
picta.

Asterius
crucis sym-
bolum à
Christianis
adorari di-
cit.

adoratur, & passim inscribitur. Erat autem (ut arbitror) Symbolum poenæ, quam illa erat subitura. Deinde quoq; pictor aliàs ignem uerhementem, rutilante colore hincinde accenderat, etiam flammam faciens corpoream. Constituit autem eam mediam, manibus quidem ad cælum elatis, nullos dolores horrentem: Sed potius uultu læto gaudentem, quod ad incorpoream & beatam uitam sit transmigratura. Hucusq; pictor manum tabulæ, ego uero uerba adhibui. Hic dubites maiorem ne Emphasim præ se ferat descripta imago, an descriptantis oratio, quæ sic imaginem ipsam depingit. Ut qui uerba audit, ipsam quoq; imaginem: Immo & per imaginem rem ipsam uidere uideatur. Gregorius Nissenus Emphasim picturæ, historiarum Abrahamæ immolantis filium Isaac declarans: Vidi, inquit, sæpius inscriptio nis imaginem, & sine lachrymis transire non potui, quum tam efficaciter pictura ob oculos poneret historiam. Procumbit enim ante aram Isaac genibus innixus, circumductas ferens in tergo manus: Ille uero à tergo pueri apprehendit ad se trahens, declinat ante faciem ad puerum, miserabiliter illum intuens: dexteram autem gladio obarmatā gestat, quam etiam ad cædem dirigit. Iamq; gladii acies ipsum corpus propemodum attingit, cum illū diuina uox à facto deterret. Et de eadem figura alibi idem Nissenus. Vidi (inquit) non infrequenter passionis figuram, neq; sine lachrymis eiusmodi figuram transire, cū scilicet opus artificij in personam significatam demonstratum esse uiderem. Sed & Emphasim habere imagines, illud Iohann, Chryso stomi testatur: ἔγὼ καὶ κηρόχυτον ἢ γράπικον γραφῆν ἐν σελείᾳ περὶ τῆς ὁμιλίας, hoc est, Ego ex cera fusilem picturam pietate plenam amauī.

Genes. 22
Actione. 4. Se-
ptimo Synodi.
Pictura A-
brahæ filium
immolare
parantis.

De ueneratione & adoratione imaginum.
Caput XX.



Veneratio imaginum eadem est quæ Sanctorum: Siquidem honor imagini exhibitus ad prototypum refertur, ut Basilii Magnus docet. Vnde imaginem Christi & Sanctorū uenerantes, non propterea Christū et Sanctos diuidimus, ut duos Christos faciamus, et unum Sāctum in duos multiplicemus. Quia (ut idem Basilii ait) Rex etiam dicitur Regis imago, neque tamen ob id duo Reges. Non enim scinditur potentia, neque honor distribuitur, Nam quemadmodum principium nos conseruans potestas, quæ una: ita & nostra glorificatio siue laudatio, una & non plures. Quam ob causam etiam imaginis honor ad primum ueluti fontem dirigitur. Idem de Christo loquens, Vbi, inquit, unum quidem principium, unum uero quod ex eo, & unum quidem originale, una uero Imago: illic unitatis ratio nō corrumpit. Quapropter ex patre genitus filius existens, & naturaliter exprimens in seipso patrem: Ut imago quidem incommutabilitatē habet, ut uero genitum, consubstantiali

Basil. lib. de
Spiri. san. c. 27
Idē est hon-
nor imagi-
nis et Pro-
typi.

In lib. contra
Sabellia, Arriū
et impijs alios

stantialitatem conferuat. Non enim qui in foro Regiam imaginem di-
ligentius intuens, Regemq; illum dicēs eum, qui in tabula pictus est,
duos Reges fatetur: nimirū ipsam imaginem & eum cuius est imago.
Necq; si quis in tabula pictū indicauerit, dixeritq; Ecce Regem, ob id
primum & uerum exemplar, ipsum scilicet Regem appellatione ipsa
priuauit: profecto uidetur magis honorem Regis per eiusmodi cō-
fessionē stabiluisse. Et Athanasius de eadem re. Hoc aliquis, inquit,

Lib. 4. contra
Arrianos.

ex imagine Imperatorum clarius & attentius cognoscere possit. Nā
in imagine Regis forma & species est, in Rege uero, ea quæ est in ima-
gine, forma existit. Impermutabilis autem est in imagine Regis simili-
tudo, ita ut qui imaginem inspexerit, ipsum quoq; Regem simul in-
spiciat: Rursus qui Regem conspiciat, nouit eum esse quem in imagine
conspexerat. Quandoquidem autem ex eo quod similitudo non dif-
fert, uolenti post imaginis inspectionem Regem uidere, recte dixerit
imago. Ego in illo sum, & ille in me: & quod in me uides, uides & in
illo. Qui igitur imaginem adorat, adorat & ipsum Regem: illius em̄
forma & figura est imago. Et Ioannes Chrysostomus, omnia fa-

Honor qui
fit Imagini
Regis, fit
ipsi Regi.

cta sunt ad gloriam Dei, utilitatem uero nostram. Nubes in pluuias
rum administrationem, terra in fructuum productionē, mare in mer-
cium copiam, omnia ibi seruiunt Deo: immo imagini Domini. Non
enim cum Regiæ imagines & figuræ in ciuitatem adferuntur. Magis
stratus & populus gratulabundus tabulas ueneratur, necq; ex cera su-
silem imaginem sed Regiam figuram: sic & creatio non terrestrem
formam, sed caelestem characterem ueneratur. Et eodem modo qui
iniuriam facit imagini, eū qui per imaginem repræsentatur, iniuria ad-

In oratiōe
in peluim.

fecisse intelligitur. Vnde & qui imaginem Imperatoris uiolauit, non
secus atq; si Imperatorem ipsum cōtumelia affecisset, punitur. Quod
Ioannes Chrysostomus his uerbis declarat. Nonne iniuria afficit Re-
gem qui Regiam uestem uiolat? non nouisti quod is qui iniuria affi-
git Imperatoriam imaginem, in Imperatorem ipsum: ueluti exemplar
imaginis, eiusq; dignitatem iniurius est? Nescis, quod quicumq; ex lig-
no & coloribus imagini conuitia dicit, illum non damnari ueluti in-
rem inanimatam, sed contra Regem ipsum dixerit? Iudicatur enim oc-
culte Regi iniuriam intulisse. Venerationem imaginum ueteres

Adoratio
generalior
est q̄ latia
Deuter. 6

adorationem appellarunt, adoratio generaliter omnem cultum sig-
nificat, siue Deo siue creaturæ exhibitum. Iuxta illud quod Moyles
dicit, Deum tuum adorabis & illi soli seruiēs, id est λατρεύειν præsta-
bis, ubi ad Latræ præstationem soli adiecit. Adorationi nō adiecit,
quod adoratio non solum diuinum cultum, sed etiam eum qui crea-
turis præstatur, comprehendit. Est tamen adoratio honorationis Em-
phasis quædam: quæ Creaturis ita præstatur, ut intra fines Dulic ma-
nens, in λατρεύειν minime euagetur. λατρεία autē proprie cultū soli Deo
debitum significat. Est igitur adoratio hoc loco ueneratio, & cultus
quis

quidam deuotior, qui creaturis ex ardenti quodam amore ritē exhibe-
betur, Græci Duliam uocant. Sunt tamen qui adorationem in-
terpretantur, eum tantum cultum esse, qui Deo præstatur, eoq; no-
mine Augustinus eos reprehendit, qui nomine προσευχασ apud Apo-
stolum Paulum interpretantur adorationes. Nam illud Apostoli
interpretans, Obsecro itaque omnium fieri obsecrationes, interpel-
lationes, gratiarum actiones etē. Quod uero, inquit, quidam codices
non habent orationes sed adorationes, quia non dictum est in Græ-
co ευχασ sed προσευχασ, non arbitror scienter interpretatum, προσευχασ
enim orationes dici a Græcis notissimum est: & utiq; aliud est orare,
aliud adorare. Deniq; non isto uerbo, sed alio legitur in Græco, Do-
minum Deum tuum adorabis. Et adorabo ad templum sanctum tu-
um. Et si qua sunt similia, & cet. Patres septimæ Synodi adoratio-
nem, salutationem & amplexum cum uehementi amore interpretan-
tur. Sic enim de adoratione imaginum, ad Constantinum & Irenen
Imperatores loquuntur. Sunt autem hæ adorandæ quoq; hoc est, ex-
osculandæ, & amandæ. Idem enim significant hæc, iuxta antiquā Græ-
ciæ dialecton. Nam προσκάνειν id est, adoret & ἀσπαξασθαι, id est, ample-
cti & φιλεῖν idem amare significat, præpositio autem προς intentionem
significat desiderij, quemadmodū προσφέρω a φέρω κυρῶ, & προσκυρῶ κυρῶ,
& προσκυνῶ, quod significat & amplexum & uehementem amorem.
Nam quisquis φιλεῖ, hoc est, amat, id etiam προσκυνεῖ, hoc est, amplectitur,
et quod adorat siue amplectitur, nempe προσκυνεῖ hoc etiam omnino
φιλεῖ, hoc est, amat. Testatur id sanè humana natura et affectio, qua
erga amicos sumus affecti: sic enim inter duos res agitur, & hoc mo-
do sibi occurrentes agunt. Non solum autem apud Græcos hæc
loquendi ratio in usu fortasse est, sed in diuina quoq; scriptura idem
annotare libet. In libris enim Regum scriptum est. Dauid surrexit &
cecidit in faciem suam, & adorauit ter Ionatham, & osculatus est eū,
Rursus, nonne Dominus de Pharisæis dicit in Euangelio, Amant pri-
mos accubitus in conuiujs, et salutationes in foro: certū est ασπασμῶν,
id est, salutationē hoc loco appellari προσκύνειν id est, adorationem.
Pharisæi enim glorioso animo præditi, & seipos iustos æstimantes,
ab omnibus adorari studebāt. Non enim ore osculari petebant: fuis-
set enim hoc humilitatis signum, & haudquaquam Pharisæici superci-
lij. Iterum Paulus Apostolus diuinus sane, quemadmodum in Actio-
bus scribit Lucas. Nam cum, inquit, effemus nos in Hierosolymis, li-
benter & alacriter exceperunt nos fratres: Sequenti autem die Paulus
nobiscum ad Iacobum ingreditur, aderant autem omnes presbyteri.
Salutatis autem illis, singula quæ in gentibus per illum fecisset Domi-
nus, exposuit. Hic enim salutationem honorificam: adorationem mu-
tuo factam Apostolica sententia significat. Quemadmodum & de Ia-
cob legitur, Adorauit in summitate uirge suæ. Cum his conuenit
Gregori

Adoratio
strictè acce-
ta, Latræ ē.

Augu. epist. 59
1. Timoth. 2

Math. 4
Psal. 5
Actio. 7
Adoratio
apud Græ-
cos genera-
liter acce-
pta.

Exempla
scripturæ
de adorati-
one: gene-
raliter ac-
cepta.

1. Reg. 20
Matth. 23

Actor. 22

Gen. 47. in fi.
+ Textus no-
ster, nō habet.
in summitate

nirgē sicut habent 72. interpres: sed ad lectuli caput. **A**lexēpla Latriæ uocabulum addit, Hæc septima Synodus. Interdum adoratio uenerationem cum quodam timore significat. In qua significatione accipitur quod in Psalmo dicitur, Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorete scabellum pedum eius: quoniam sanctum est. **E**t, Adorate in monte sanctum suum, Et rursus Dominus Deus ait, Cælum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum. Item, quod Iacob Esau fratrem pronus in terram septies adorauit: Ad eundem sensum Isaac benedicens Iacob inquit. Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Sic & Iacob benedicens Iudam, Iuda, inquit, te laudabunt fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Abigail uxor Nabal, prociuit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius. Sed & missis à Dauid seruis, qui mortuo eius marito eam uxorem illi peterent, rursus prona in terram adorauit. Sic Miphiboseth, ueniens ad Dauid, corruit in faciem suam & adorauit. Quin & alij gentibus in more fuit, ut Reges suos in hoc genere adoraret. Æthiopes Reges suos flexis genibus adorabant. Alij etiam statuas Regum suorum adorant, Alij, Regem quidem adorant: Sed non nisi purpura indutum: Quod à Romanis obseruatum esse legimus. Ac huiusmodi quidam adorationem nihil aliud quam salutationem Principis fuisse, prudentiores interpretantur: quam etiam salutationem sæpe Romanæ leges appellant. Ego, siue adoratio siue salutatio is honor appelletur, omnino religiosum quendam cultum fuisse censeo, quem ueteres Principibus, uelut terrestribus numinibus, reuerentiæ & obedientiæ contestandæ causâ exhibuerunt. Quin illud etiam obiter hic animaduertimus, non alijs Romani Principis Purpurâ adorandi facultatem fuisse quâ quis hæc ex beneficio Principis concedebatur. Quales fuerunt Cornicularij Præfectorum prætorio, Veterani milites, apparitores præfecti urbis, domestici protectores Principis, Primicerius Fabricensium, militantes in sacris scrijnijs, honorati uehiculis, & legum doctores: Quibus omnibus non solum secretarium Principis ingrediendi, salutandique Principem ius erat: sed quietem simul omniumque personalium munerum uacatio nem, eodem ipso beneficio consequebantur Tandem autem eores creuit, ut huiusmodi adoratio Principibus non tam honoris fuerit, quam maximo oneri, nimirum ob nimiam salutantium assiduitatem. Propter quod Adrianum ferunt neminem salutantium, nisi ob rem necessariam, recepisse, Author Dion Cassius in Adriano. Non uero dulciter ignoro tamen adorationem in scripturis etiam eum cultum significare, qui

Gregorius, cognomento Theologus, dicens Bethlehem uenerare, præsepe adora, Quo loco adoratio non Latriam significat: non enim in summo uirgæ Iacob Latriam fecit, neque etiam Gregorius præsepe Alexēpla Latriæ uocabulum addit, Hæc septima Synodus. Interdum adoratio uenerationem cum quodam timore significat. In qua significatione accipitur quod in Psalmo dicitur, Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorete scabellum pedum eius: quoniam sanctum est. Et, Adorate in monte sanctum suum, Et rursus Dominus Deus ait, Cælum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum. Item, quod Iacob Esau fratrem pronus in terram septies adorauit: Ad eundem sensum Isaac benedicens Iacob inquit. Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Sic & Iacob benedicens Iudam, Iuda, inquit, te laudabunt fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Abigail uxor Nabal, prociuit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius. Sed & missis à Dauid seruis, qui mortuo eius marito eam uxorem illi peterent, rursus prona in terram adorauit. Sic Miphiboseth, ueniens ad Dauid, corruit in faciem suam & adorauit. Quin & alij gentibus in more fuit, ut Reges suos in hoc genere adoraret. Æthiopes Reges suos flexis genibus adorabant. Alij etiam statuas Regum suorum adorant, Alij, Regem quidem adorant: Sed non nisi purpura indutum: Quod à Romanis obseruatum esse legimus. Ac huiusmodi quidam adorationem nihil aliud quam salutationem Principis fuisse, prudentiores interpretantur: quam etiam salutationem sæpe Romanæ leges appellant. Ego, siue adoratio siue salutatio is honor appelletur, omnino religiosum quendam cultum fuisse censeo, quem ueteres Principibus, uelut terrestribus numinibus, reuerentiæ & obedientiæ contestandæ causâ exhibuerunt. Quin illud etiam obiter hic animaduertimus, non alijs Romani Principis Purpurâ adorandi facultatem fuisse quâ quis hæc ex beneficio Principis concedebatur. Quales fuerunt Cornicularij Præfectorum prætorio, Veterani milites, apparitores præfecti urbis, domestici protectores Principis, Primicerius Fabricensium, militantes in sacris scrijnijs, honorati uehiculis, & legum doctores: Quibus omnibus non solum secretarium Principis ingrediendi, salutandique Principem ius erat: sed quietem simul omniumque personalium munerum uacatio nem, eodem ipso beneficio consequebantur Tandem autem eores creuit, ut huiusmodi adoratio Principibus non tam honoris fuerit, quam maximo oneri, nimirum ob nimiam salutantium assiduitatem. Propter quod Adrianum ferunt neminem salutantium, nisi ob rem necessariam, recepisse, Author Dion Cassius in Adriano. Non uero dulciter ignoro tamen adorationem in scripturis etiam eum cultum significare, qui

re, qui soli Deo præstatur in spiritu & ueritate. Est enim adorationis uocabulum multiplex & generale, ut supra dictum est. Vnde non potest non aliquando etiam pro cultu adorationis in spiritu accipi, quale est illud, Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Item, Et adorabunt eum omnes Reges, omnes gentes seruient ei. Item. Adorate eum omnes angeli eius, & si qua sunt similia. Vtrancque significationem complectitur adorationis uerbum in illo, Et benedixit omnis Ecclesia Domino Deo patrum suorum, & inclinauerunt se, & adorauerunt Deum, & deinde Regem. Quod igitur ad adorationem imaginum attinet, adoratio in ijs quæ sanctos representant, non Latriam, sed eum tantum cultum significat, quo & creaturam ardenti quodam desiderio salutamus, amplectimur atque reucremur. Eius partes sunt, salutatio & inuocatio. In adoratione igitur imaginum, non materiam ipsam ex qua imago facta est, sed typum & figuram ipsam, ueluti rei quam significat Indicem, ueneramur. Nam si Deum in ligno imaginis crucis, quatenus lignum est, adoraremus, futurum esset, ut reliqua ligna adoraremus: si uero ut Deum adoraremus lignum, non sanè ubique extincto charactere ligna exurerentur. Duobus autem lignis in modum crucis colligatis, typum quidem & figuram crucis adoramus propter Christum, immo Christum ipsum qui in eo crucifixus est salutamus. Cum uero dissoluta fuerint, exuruntur quoque. Et eandem omnino rationem in adoratione imaginum Sanctorum obseruamus, ut non ipsam quidem materiam imaginum, id est, tabulam & colores: aut lignum uel es, ex quibus tabulæ & statuæ compositæ sunt, sed figuram ipsam propter sanctos, immo Sanctos ipsos, qui per figuram repræsentantur, salutemus. Quemadmodum mandatum ab Imperatore suscipientes, illius sigillum osculando, non ceram ipsam, characterem aut plumbum ueneramur, uerum Imperator ipsi adorationem & cultum exhibemus. Simili modo erga amicos defunctos, qui nobis chari in uita fuerunt, affecti sumus, ut quicquid eorum uidemus, siue sedem, siue domum, siue chlamydem, siue baculum, uel simile aliquid: omnia hæc cum lachrymis atrectantes amplexamur, non quidem hæc ipsa honorantes, sed amicum ipsum desiderantes & uenerantes. Sic & nos fideles omnes, crucem Christi tanquam uirgam adoramus: Sepulchrum ut sedem & cubile: præsepe & Bethlehem, & reliqua eius habitacula, ut domum: Apostolos, Martyres & reliquos Sanctos, ut illius amicos colimus: Sion, tanquam illius ciuitatem: Nazareth tanquam patriam: Iordanem, ut eius lacrum reucremur: Non quidem regionem, loca, lapides &c. Sed eum qui in illis conuersatus est, Christum Dominum Deum nostrum adorantes. Et eodem modo reliquias & imagines Sanctorum salutamus, non quidem ipsam materiam: sed eos, quorum reliquias typi & figuræ sunt, uenerantes. Et quemadmodum Iacob accipiens à filiis suis

Psalm. 83. Psalm. 71. 3. Reg. 8. Quid in imagine adoramus. Exempla uenerationis quæ non fit per latriam. Veneratio reliquiarum. Genesis 7.

N is uestem

is uestem filij sui Ioseph, sanguine conspersam, cum lachrymis eam oscularus est: non quidem ipsam uestem diligendo aut honorando hoc fecit, sed per eam arbitratus est, se Ioseph osculari & in manibus habere. Sic & Christiani imaginem Christi, aut Apostoli, aut Martyris te-
 Osculatio imaginū & reliquiarū. nentes, nostraq; carne osculantes, animo uidentur ipsum Christum, Apostolum, aut Martyrem complecti, & amorem obedientiamq; & honorem testari. Sic & Iudæi olim uirgam Moysi, tabulas à Deo fabricatas, rubum incombustum, arcam, urnam manna continētem, propiciatorium, uelum, & similia uenerati sunt. Sed & librum legis, in quo non membranas ipsas, sed uerba Dei quæ in ipsis continentur, adorant. Et hodie quoq; Ecclesiæ consuetudo est, Vt librum libri Euan- geliorum, auro & margaritis sæpe & imaginibus insignitum & ornatum, sacerdotes in sacrificio osculentur, & fidelibus quoq; astantibus osculandum præbeant. Quo ritu non ipsas membranas, aurum, uniones, & imagines: Sed Christum ipsum & ipsius uerba ueneramur. Regulariter enim harum omnium rerum ueneratio, in prototypum reuertitur, ut supra dictum est. Deniq; totum hunc honorem ita imaginibus exhibemus: non quod adorationem in spiritu & ueritate, inuisibili & incomprehensibili deitati debitam, in manufactas imagines aut in opera hominū arte facta, aut in ea quæ subsunt Deo, siue uisibilia siue inuisibilia, trāsferamus. Si quidem fides nostra est, ut uni & soli Deo, superbenedictæ Trinitati, patri & filio & Spiritui sancto, *νετρηα*, tam à sanctis illis incorporeis, & incomprehensibilibus substantijs sanctis Dei Angelis, quam à nobis qui in terra sumus mortales, exhibeat: Sed ut dilectionem nostrā, quam iuste in sanctos Dei seruos habemus, ad eum modum exhibeamus, & per honorationem illorum in eum, qui per illos glorificatus est, quiq; illos glorificauit, in confessionem potentia suæ, Christi q; gloriam & cultum, referimus: ita ut & nos imitatores fortitudinis eorum & dilectionis erga Deum, per bonorum operum contra passiones resistentiam, fiamus. Porro sanctorum imagines & reliquias inuocamus, in archetypum relato honore, id est, in imaginibus uel reliquijs ipsos sanctos tanquam amicos Dei inuocamus, ut pro nobis apud Deum intercedant, non quod ab illis uel eorum reliquijs & imaginibus spem aliquam salutis, siue in hoc mundo siue in futuro seculo expectemus: neq; enim aliud nomen, per quod saluari possimus, hominibus datum est quam unigenitus Dei filius Iesus Christus: Sed ut per eorum merita et intercessionem apud Deum, quod petimus impetremus. Quin et Deum sanctorum imagines inspicientes, glorificamus, dicentes, Benedictus Deus huius uel illius sancti, omniumq; Sanctorum, qui dediti illis potentiam & tolerantiam, quiq; eos assignatus es tuo regno, fac nos cum illis participes & eorum intercessionibus nos seruare digneris, Et similia, quæ in orationibus de Sanctis, quotidie in Ecclesia dicuntur

Osculatio imaginū & reliquiarū.

Hebræo. 9

Deutero. 31

Paralip 34

Osculatio libri Euan- geliorum.

Summa fidei nostræ circa cultū Dei et sanctorū eius.

Germanus patriarcha Constanti- nopolit in septima Synodo.

Actio. 4 Recta intentio in ueneratione imaginum

Act. 4

dicuntur. Proinde qui recta intentione Domini & seruatoris nostri: item intemeratæ eius matris uirginis Mariæ, necnon sanctorū imagines adorant, saluant, & inuocant: confestim etiam fidem & dispositionem mentis erga illos habent, ut & unum Deum, factorem et seruatore nostrum, pro genere humano hominem factum agnoscant. Virginem aut & matrem illius, uerè pro genere nostro intercedentem: ita ut Dominus quidem noster salutem dispenset, ipsa autè materno affectu pro nobis poscat fateamur. Sanctos autem omnes tanquam conciuēs nostros, & eiusdem nobiscum naturæ participes, gratissimos Dei ministros, & hac gratia à Deo donatos, ut beneficia à Deo data ministrent: ut curationes morborum, & liberationes periculorum, quando per memoriam eorum Deus inuocatur, agnoscant. Eo pertinent preces, quæ quotidie in Ecclesia coram sanctorum reliquijs & imaginibus funduntur: de quibus non nihil alio loco à nobis dictum est. Ad quem modum Stephanus *Steph. epist. 2* pa primus, de iisdem precibus mentionem faciens, epistolam quam ad omnes Episcopos per diuersas prouincias scribit: post uarias doctrinas & exhortationes, huiusmodi consolatione concludit. Et scitote, inquit, quod memoria uestri coram Deo est assidue. Nam quem admodum dolentes cognoscimus, uos ab iniquis & scelestis hominibus obturbari: Ita continuo uobis compatimur, Deum orantes pro liberatione ac subleuatione uestre afflictionis, quæ uobis (unde grauiter angimur) ab iniquis indies irrogatur, & ante corpora Apostolorū pro uobis preces fiunt quotidie, ut & uos liberemini ab importunis & malis hominibus Domini auxilio: & oues uobis commissæ ad pascua æternæ uitæ una uobiscum perueniant sempiterna. Sed nec uanæ sunt huiusmodi Imaginum inuocationes, & sanctorum apud Deum intercessionem. Quod multa eademque stupenda, quæ & imaginibus saluatoris nostri, & Sanctorum, à Christi fidelibus salutatæ & inuocatis, edita sunt miracula, testantur. Quorum multa in septima Synodo ex Authenticis scripturis commemorantur. Cuiusmodi est (ut inter multa uel unū referamus) quod in Berytho ciuitate (ut fortissimus ille fidei nostræ propugnator Athanasius narrat) ab imagine saluatoris (cuius & supra mentionem fecimus) æditum est. Cum enim perfidi quidam Iudæi omnia probra, quæ olim patres eorum in Christum coniecerunt, ipsi quoq; in imaginem Christi uarijs modis intassent: nimirum ipsam conspuentes, colaphis cædentes, manus pedesq; eius clauis perforantes, spōgiam felle & aceto ple nam ad os imaginis adhibentes, tandem & latus ipsius lancea transfigentes: Ex ea perforatione confestim ex latere imaginis, sanguinis et aquæ riuuli emanare ceperunt, in tanta copia, ut his ipsis hydria repleta fuerit: quibus deinceps paralitici, cæci, claudi, surdi, muti, leprosi, multiq; alij, uarijs alijs morbis affecti, integræ sanitati restituti sunt.

Differentia in inuocatione Dei & sanctorum

Steph. epist. 2

Act. 4. 25

Athanasius de passione imaginis Christi. supra. c. 18

N ij Quin

Iudei ex co-
miraculo
ad Christū
conuersi.

Quin & Iudæi ipsi, uidentes tanta miracula, relicta eorum perfidia, in Christum crediderunt, & à Metropolitano sancto regenerationis lauacro accepto, patrem Dominū uniuersorum uiuentiū, & unigenitum eius filium, per quem omnia creata sunt, humani generis redemptorem Iesum Christum, & spiritum sanctum mentium nostrarum illuminatorem, nobiscum deuotis mentibus adorauerunt.

Sed audiamus iam & aliud quoddam miraculum imaginis & statuę saluatoris, quę in Cæsaria Philippi fuit. Quod ad hunc modum narrat Eusebius, Mulierem, inquit, quam sanguinis profluuiū laborantem, à saluatore curatam, Euangelia tradiderunt, huius urbis ciuem constat fuisse, domusq; eius in ea etiam nunc ostenditur, pro foribus uerò domus ipsius, basis quędam in loco æditiore collocata monstratur, in qua mulieris ipsius uelut genibus prouolutę, palmaq; supplexiter tendentis, imago ære uidetur expressa: Adstat uero alia ære nihilominus fusa statua, habitu uiri stola comptę circumdati, & dexterā mulieri porrigentis. Huius ad pedem statuę, è basi herba quędam noua specie nascitur, quę cum exorta fuerit, excrecere usq; ad stolę illius ærei indumenti fimbriam solet: quam cum summo uertice crescens herba contigerit, uires inde ad depellendos omnes morbos, languoresq; conquirat, ita ut quęcunq; fuerit illa infirmitas corporis, haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellatur: nihil omnino uirū gerens, si, antequam æreę fimbrię summitatem crescendo contigerit, decerpatur. Hanc statuam ad similitudinem uultus IESV formam tradebant, quę permansit ad nostra usq; tempora, sicut ipsi oculis nostris inspeximus, Hęc Eusebius, quę & Germanus Episcopus Constantinopolitanus, in epistola ad Thomam Episcopum Claudiiopolitanum in Septima Synodo lecta, ex eodem Eusebio refert.

Postremo adoraturi imagines curare debent, ut dignos se adoratione ne faciant, ne dum indigne accedunt, poenam Ozan incurrant. Hic enim Archa Domini nutantem attingens, eadem hora interijt: Cū indignę ad eam appropinquaret, quanq; & ipsa ex diuersis figuris esset uariata, & ex lignis constructa. Debent igitur, qui aggrediuntur ita affecti esse, ut ea quę per imagines representantur, non solum contemplantur, sed opere etiam imitando præsentent: Inutilis est enim imaginum adoratio, quam non comitatur uirtutum eorum quos representant imitatio. Quod pulchrę Epiphanius in septima Synodo, ex dictis Amphilocho Iconij Episcopi, explicat his uerbis. Curę nobis est, uirtutes bonorum uirorum eligere, et operum illorum meminisse, et politiam illorum imitari. Ipsi autem templa sacrificare, aut imaginem illorum in tabulis circumferre: contemptes interim illorum uirtutes, haud quaquam laudabile est. Nemo enim laudauerit uirum, quem uiderit uirtutes sanctorum præstantem, & quotidie illorum imagines circumferentem, aut templa illis ædificantem, aut templa

Imago
ærea He-
morroissæ
in Cæsaria
Philippi.

Euseb. lib. sep-
timo c. 14.
Matth. 9

Act. 4

1. Reg. 6

Operum
imitatione
colendi sūt
sancti.

Act. 6. 10. 5

compa-

comparantem illis, suis ipsius autem templum diuinis uirtutibus non ornantem. Inquit enim Deus per Esaiam prophetam, ad eos qui ita afflicti sunt. Si mihi obtuleritis similitudinem, frustra, incensum mihi abominatio est: & quoties manus uestras tetenderitis ad me, auertā oculos meos à uobis. Et si multiplicaueritis obsecrationem, non exaudiam uos, sed quid facietis? Lauamini, mundi estote, auferite improbitates ab animis uestris, coram oculis meis. Cessate à malicia uestra, discite facere bonum, exquirite iudicium, liberate eum qui iniuria afficitur, pronunciate pro orphano, ius dicite uiduę. Hęc enim si recte fecerimus, tunc ea quę à nobis offeruntur, grata & suscepta erunt apud Deum: Siue ea sancta templa fuerint, siue sacra uasa, siue etiam uenerandę imagines. Ita enim commodum nobis est, ad memoriam horum uirtutes exquirere, & pro uiribus imitari. Hoc sanę Martyrū est encomium, electorum ad uirtutem conuocatio: quemadmodum Magnus inquit Basilius, in moralibus suis sermonibus: Inter hęc quoq; laudanda est templorum exedificatio, imaginum effiguratō, oblationes factorum uasorum Deo oblatio: Hęc enim oportet etiam facere, & illa non omittre, ut ueritatis uerbum nos docet. Non enim aliquis uirtutem possidere poterit, nisi in aulis Domini assederit: nisi per lectiōnē diuina oracula auribus hauserit, & per uisum ad Euangelicās historias, ad Martyrū representationes & certamina fuerit perductus. In omni autem tempore, loco, & hora, uirtutes exercere per se necessariū est. Nam & passionibus Christi incumbere, & in ijs uersari perpetuo et continuo necessariū: illiusq; mortificationē in corpore nostro circumferre, & hodie hoc facere utile est. Multas autē cruces in ædicula figurare, & precepta Dei cōtemnere, imitationisq; passionis illius obliuisci, extremē lementia est. Sine operibus em̄ fides mortua est: Euangelicę enim ait Dominus. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit regnum cælorum, Sed qui facit uoluntatē patris mei qui est in cælis. Atq; ex his omnibus iam diffinitionem septimę Synodi (quam & Francofordiense sub Adriano Papa Primo celebratum Concilium confirmat) sequuti, intrepidę asserimus, omnibus modis in Ecclesia recipiendas adorandasq; esse uenerandas imagines Dei, & Domini nostri Iesu Christi, quatenus scilicet perfectus homo fuit: & has etiam omnes quę historicę sacra Euangeliorum narratione depinguntur, nempe intemeratę dominę nostrę Deiparę, sanctorum quoq; Angelorum: nam hominib; ipsi quoq; in forma hominis sæpe uisi sunt. Item sanctorum omnium, quorum prælia & certamina tabulis & parietibus sacris, Item uestibus & uasibus insculpta uisuntur. Sic enim Catholica Ecclesia multis retro sæculis inuenta est: Sic à sanctis religionis nostrę Ducibus, eorumq; uirtutibus sanctis patribus, statutum & obseruatum est.

Templa, id
magines et
oblationes
sine operū
imitatione,
nō profūt.

Matth. 23

Iacob. 2

Matth. 7

Conclusio
de colēdis
Imaginib;
sanctorum

De obiectiombus Iconoclastarum, quas aduersus uenerandarum imaginum originem & usum opponunt.

Caput XXI.

Hæresis antiqua contra imagines



Am uero quibus olim machinis ritum sacrarum imaginum Iconoclaste impugnare ac subuertere conati sint: quibus item modis hæc hæresis tandem suppressa fuerit, facile ex Actis septimæ Synodi cognosci potest. Sed nunquam cessat antiquus ille hostis, errores nō solum nouos excitare, sed etiam ueteres & damnatos resuscitare. Vnde & nostris his temporibus, per organa sua hereticos, inter multos alios, hunc quoq; de expugnandis imaginibus errorem uelut ab Inferis reuocauit: ipsidemq; omnino in renouanda, qua olim componenda hac pestifera hæresi, artibus & fallacijs usus est. Et ut multa præteream, unum iam afferunt nostri temporis hæretici, ueteribus fortasse non ita persuasibile.

Obiectio I Ex duabus epistolis Epiphani.

Nempe imaginum usum Apostolis & eorum Successorib. Apostolicis uiris, et sanctis patribus non solum fuisse: nullum sed etiam uisum esse scripturis sanctis contrarium: & ad id confirmandum, ueterum quoq; autoritate nituntur. Adducunt imprimis epistolas duas Epiphani, Alteram ad Theodosium Imperatorem, alteram ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanū (ut ipsi dicunt) scriptā à beato Hierony, translata: & ambas quidē unius argumenti. Quippe in quibus id tantū agi dicunt, ut probetur et imaginum nullū fuisse apud Christianos usum: etsi quis fuisset, eum omnium maximē à Christianis fuisse explosum. Verba epistolarum non est necesse ut hic recitentur, quæ quoniam nihil ponderis habent, nihil est etiam ut frustra membranas occupent. Epiphanium ut sanctum patrem merito ueneramur, & eo magis etiam dolemus, quod sub illius beati Patris nomine & titulo, hæresis illa nefanda uenditur & prostituitur. Nam quas sub illius nomine iactant epistolas, non Epiphani sunt, sed Epiphani falso potius et ementito titulo ascriptæ. Verū ne id à me fictū putetur, audi patrū Septimæ Synodi de his scriptis iudicium et decretum. Libri, inquit, beati patris nostri Epiphani, præcipuē is qui dicitur † Ancyrotus, & reliqui quoq; per uniuersum terrarum orbem sunt famigerati, quod sonus eorum ita sit per omnes Ecclesias paucis etiā temporib. sparsus. At quæ cōtra sanctas imagines uerba scripta sunt, eorum uix tres aut quatuor libelli per omnem Ecclesiam reperiuntur, modo non sint nuper æditi. Quod si autē essent legitimi in Catholica Ecclesia, quemadmodum est Ancyrotus beati Epiphani, profecto per omnes Ecclesias essent dispersi. Verū ut nouitij & alieni, falsiq; ab Ecclesia existimati sunt, ne uerūquam fuere recepti. Quam ob causam neq; nunc etiam recipiuntur, quo pax Dei, & quæ ab initio traditio existit in Ecclesijs, conseruetur. Neque hic linguas suas acuant & exercent uarij qui accusatores recte sententiam,

Septima Synodus Actio 6. Tom. 5 al. Ancoratus

Ancyrotus liber Epiphani.

uentium, quasi illi qui antiquam Ecclesiæ traditionem recipiunt, beato Epiphanio aduersentur: Nequaquā. Commentarium enim illum reijcimus, beatum autem patrem Catholice Ecclesiæ doctorem agnoscimus. Nam & diuini patres, qui in Quarta uniuersali Synodo fuerunt congregati, Epistolam, quæ nomine Iba Episcopi Edesse ad Marin Perlam circūferebatur, anathemate damnarunt, quasi Nestorio consentiētem. Eodē modo, qui in sacra Quinta Synodo cōuenerant, ipsum autem Ibam nequaquam. Non enim demonstrari poterat, quod esset Iba. Quamobrem in anathematismis non ipsum Iba deuouerunt, sed Iba Epistolam: dicebatur enim Iba, cum tamen illius haud quaquam esset. Sic igitur illa falsa scripta contra uenerandas imagines, dicuntur quidem à quibusdam Epiphani, non tñ sunt, ut demonstratum est. Nā & illius discipuli templum in Cypro, quod eiusdē patris nomine appellauerūt, ædificarūt & cū multis alijs picturis, illius quoq; imaginem ibidem collocarunt. Quod si autem is tantopere uenerandarum imaginū inspectionem fuisset execratus, quomodo in tantam audaciam illius discipuli erupissent, ut illi imaginem collocarent? ludicate omnes qui auditis, & uerum à falso discernite, quia æditiones istæ, non sunt beati istius patris, sed potius Manichæicæ, quas ueluti amara bile plenas fugiamus. Sed fingamus ante dictas epistolas fuisse ab Epiphanio scriptas, non tñ probant illius patris temporib. imaginum usum fuisse nullum. Nam in ea, quæ ad Theodosium scripta esse dicunt, circa finem Epistolæ hæc uerba continentur: Sæpe cū ministris meis de imaginū ablatione egi, sed ab ijs non receptus sum: neq; uel in paucis uocem meam audire sustinerūt. Hic audimus, huius epistolæ autorem a ministris suis de ablatione imaginū non fuisse auditum: sed quæ ablatio esse potuit imaginū, quarum nullus usus fuit? aut quomodo de ablatione imaginum agentem audire non sustinuerunt, qui imaginum usum non habuerūt? Adde, quod Eusebius, qui ante Epiphanium uixit, nimirū sub Constant. Magno, ut qui & Concil. Nicen. interfuit, et Arriana hæresi alq; diu laborans, eiusdē Concilij autoritatē sequutus, sanctissimè atq; pie deinde in Catholica Ecclesia uixit, aperte testatur, suis etiā temporib. Apostol. Petri & Pauli, & ipsius etiā Saluatoris imagines designari, ac tabulas depingi solitū fuisse: Et se quoq; antiquas ipsorum imagines à quibusdā conseruatas uidisse. Quin illud etiā attendamus, quod floruerint per tempora Epiphani in Ecclesia, quos tanq̄ gloriosos doctores & tuta munimēta Ecclesiæ dicere possimus. Hñ profecto fuerūt, ut eadē Synodus eos numerat, Basilius sermone et opere Magnus, Greg. cognomento Theologus, Greg. Nissenl. Episcop. Ioan. Chrysof. Cyrillus Hierosoly. Episcop. At constat ex his quæ supra ex scriptis horū patrū a nobis plata sunt, omniū maximē uenerandas imagines, in Ecclesia ab ipsis fuisse cōmendatas. Atq; hñ sanè sunt, qui

Epist. falso adscripta Iba Episcopo Edesse.

Epiphani non fuit contra imagines.

Usus imaginum temporibus Epiphani.

Euseb. lib. 7. ca. 15. Eccle. hist.

Defensores imaginum, Epiphani cōtemporanei, atque etiā antiquiores.

N iij auto

autorem ante dictæ epistolæ, de ablatione imaginum agentem, audire non sustinuerunt: quanto minus Apocrypha hæc scripta probabunt, horum patrum temporibus usum sacrarum imaginum scripturis sanctis uilum fuisse aduersum: quas, ut in Ecclesia & essent & rite

Obiectio
Il ex Aelio
Lampridi.

honorarentur, ex ipsis diuinis scripturis comprobarunt? Iam et Ethnicorum quorundam historijs probari affirmat nostri temporis Iconomachi: Veteres & Apostolicæ doctrinæ obseruantes Ecclesias, imaginum usum respuisse. Ad quæ rem in primis Aeliu Lampridium citant, qui in uita Alexandri Seueri ad hunc modum scribit: Capitolium, inquit, septimo die cum in urbe esset, ascendit, templa frequenta uit, Christo templu facere uoluit, eumq; inter Deos recipere. Quod

Adria. Imp.
per. templa
sine simu-
lachris.

& Adrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus, sine simulachris iusserat fieri, quæ hodie idcirco, quia non habent numina, dicuntur Adriani: quæ ille ad hoc parasse dicebatur, sed prohibitus est ab his, qui consulentes sacra, repperant omnes Christianos futuros, si id optato euenisset, et omnia templa deserenda. Hæc Lampidius.

Solutio.

Quibus testari ipsum dicunt, eum morem Christianis fuisse, ut in domibus suis & templis nulla simulachra haberent. Sed falsuntur plurimum, qui hæc ex scriptis Lampridij alijue historijs colligi existimant. Nam & temporibus Seueri Imperatoris (qui Romanum Imperium adeptus est, anno post Christum natum, Centesimo nonagesimo quinto) certum est Christianos sacras imagines in usu habuisse, ut quas eo tempore Romani Idolatræ ludibrio habuerunt:

In Apologeti-
co, c. 16

ut supra ex Apologetico Tertulliani demonstrauimus, cuius satis firmum est in hac re testimonium, ut qui & ipse isdem temporibus floruit, nempe anno à natiuitate Christi Ducentesimo decimo. Nec ad rem facit, quod Adrianus et Alexander Seuerus, templa quædam in fauorem Christianorum sine simulachris construxerunt, scilicet ut hac occasione data, eò commodius ritum Christianum inducere possent.

Alexander
Seuerus
Rom. Imp.

Nam & si Princeps hic & Christum more Ethnicorum conuerit, & Christianis plurimū etiam fauerit: ita fortasse à matre Matre mea inductus, in quam unice pius fuit, quæ ab Origene præbytero religionis Christianæ præcepta audire curauit, ut Eutropius &

Eutro. lib. 10
Orosius l. 7 c. 18
Aelius Lamp.
in Alex. Seue.

Orosius testantur. Vnde & Christum inter ceteros, quos pro dijs coluit, in Larario suo habuit, et illā in super legem Christianam semper in ore habuit, & per præconem, cum aliquem emendaret, dici iussit:

Aelius A-
drianus
Rom. Imp.
Euseb. l. 4, c. 19
Ecclesi. histo
Paulus Orosi-
us lib. 7, ca. 13

Quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris. Quam sententiam usq; adeo dilexit, ut in palatio & in publicis operibus eam perscribi iuberet. Et Adrianus tanta clementia Christianos prosequutus est, ut publico decreto sanciuerit, si quis calumniæ gratia quenquam Christianorum postulasset reum, ut in hunc pro sui nequitia supplicij seuerioribus uindicaretur, ut eius epistola ad Munitium Fundanum, Asiæ Proconsulem declarat. At hujus Principes non ideo templa sine simu-

lachris

lachris fieri curarunt, quia Christiani imaginū usum non haberent, alioqui & ipsi imaginibus abstinuissent, imitati uidelicet in eodem genere exemplum sibi tam charorum & acceptorum Christianorū.

Quod tamen Alexander minime fecit, quippe qui non solū Christiani, sed etiam Abrahamæ, Orphei, Vergilij & Ciceronis imagines in seculo Larario suo: Alexandri uero Magni figuram, tanquam inter Diuos relati, in maiori Larario Ethnicorum more cōsecrauit, autor Lampridius.

Sed quia Christianos omnium maxime à simulachrorum cultu abhorrere sciuerunt, quæ si respuerent, sciebant mox omnium suppliciorum generi esse obnoxios, à quibus periculis Christianos nos exemptos esse cupientes: templa sine simulachris fecerunt, ut per hanc occasionem ab oculis sublati simulachris, simul etiam sublata esset occasio persequendi Christianos qui tantopere demonum simulachra, quæ pro dijs coli sciebant, auersabantur.

Sed nec obstant, quæ ex diuinis scripturis obijciunt, Cuiusmodi sunt. Non facies tibi sculptile, neq; omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum: nec eorum quæ sunt in aquis sub terra, neq; adorabis ea, & si qua similia sunt. Nam his & similibus præceptis, non qui dem imagines ipsæ: aut earum legitimus usus, sed abusus potius prohibetur.

Siquidem Idolatriam tantum prohibet lex, non illam quam dixi adorationem, id quod ex his, quæ præcedunt & sequuntur, facile colligitur. Nam in Exodo primum dicitur. Non habebis Deos alienos coram me: Deinde, Non facies tibi sculptile. &c. Quibus subiungitur, Non adorabis ea neq; coles. Quo loco ostēdit, ideo legem prohibere sculptile, ne populus, alioqui ad Idolatriam pronus, crederet huiusmodi Simulachris diuinum aliquid inesse, eaque propterea adoraret. Id enim est quod præcedit, Non habebis Deos alienos coram me: Et quod sequitur, Non adorabis ea, neq; coles. Adoratio si quidem hoc loco & cultus, Latriam significant. Immo, quod ab initio dicitur, Non habebis deos alienos, coram me, ipsum præceptum est: residua uero quæ subsequuntur, Non facies tibi sculptile. Item, Non adorabis ea, &cet: non sunt seorsum præcepta, sed prioris præcepti declaratoria, ut Paulus Ritius declarat. Quemadmodum & de Sabbathi edicto legitur, ut idem ait. Memento ut diem Sabbathi sanctifices. Mox subnectens, Sex diebus operaberis, non facies ornem opus &c. Quæ utique non aliud & aliud mandatum enumerant, sed explicant quod implicat primum: alioqui plura quàm decem decalogi mandata numerarentur, quod & Apostoli et Thalmudistæ falsum decernunt, ut clarius Deuteronomio edocet lex. Ad eundem sensum illud quoq; Apostoli Pauli, in oratione ad populum Atheniensem habita, accipiendum est. Genus ergo cum simus Dei, non debemus æstimare, auro & argento aut lapidi sculpturæ, artis & cogitationis hominis diuinum esse simile. Eundem intellectum habet et illud, Nō accipies

Imagines
in Larario
Alexand.
Imper.

Templa si
ne simula-
chris.

Obiectio
III. Ex fa-
cris literis.
Exodi 20
Deute. 4. & 5
Solutio.

Exodi. 20

Non facies
tibi sculpti-
le.

Paulus Ri-
tius, ex lu-
dalismo ad
Christum
conuersus.

Exod. 20

Deute. 5

Acto. 17

Exod. 20

accipies

Obiectio
III. de ma-
nufactis.
Solutio.

accipies nomen Domini Dei tui in uanum, hoc est, non uocabis aut æstimabis Deum, in quo nihil diuinitatis existit. At manufacta, in quiunt, à Deo prohibentur adorari. Sed si ita omnia calumniari & inuertere pergunt, Quid in terra est, quod nõ sit manu hominum factum? Quid Archa Dei, quæ ex lignis Sethim constructa est & ædificata, nonne opus est hominum? quid altare? quid propiciatorium? quid urceus, in quo manna recondebatur? quid mensa & candelabra? quid interiores & exteriores cortinæ? an non sunt opera hominũ quæ Salomon fieri mandauit? Quamobrem ea quæ Sancta sanctoꝝ rum dicuntur, cum sint manufacta: præterea Cherubim sex alarum, illa quæ circa altare Domini fuerunt, & si sint animalia secundum figuram & imagines Angelorum, opera manuum hominum: non tamen fuerunt eiecta, & à ludæis proculcata: Non aliam sanè ob causam, quam quod Dei mandato imagines fuerunt Angelorum sacrata, ut hæc eleganter Adrianus Papa, in Epistola Synodica ad Constantinum & Irenen declarat. Sic quod in Elibertino Concilio statutum, Picturas in Ecclesia non esse debere, ne quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur: Ita accipiendum est, ut non pictura per se colatur, honore non in prototypum relato. Vel quia populus in eam superstitionem uenerat, ut picturas ipsas uelut numè aliquod adoraret. Quo sanè casu, ne Idolatria, quæ alijs modis extirpari non potest, foueatur, licitum est imagines: eo loco, ubi Idolatria fortius radices egit, in totum prohibere & infringere: non quod imaginum usus illicitus sit, sed quia abusus earum, ipsi consistentibus, tolli non potest. Ad quem modum Ezechias Rex serpentem æneum, quem antea Moyses ex præcepto Domini fecerat, confregit. Non quia malum erat talem serpentem habere, sed quia uidebat populum serpenti æreo honorem diuinum dare, quasi illi diuinitatis aliquid inesset: siquidem filij Israel antea illi incensum adoleuerant. Sic imaginum usus, & si non sit malus, si tamen ex eo orta Idolatria, non aliter quàm contractis imaginibus sedari possit, delenda potius erunt imagines, quàm Idolatria sustinenda: quæ sententia D. Alphonsi fuit, quam & nos libenter amplectimur. Quæ tamen ratio hodie locum non habet, quo minus imaginum usus, tam pius et bonus, in Ecclesia esse nõ debeat. Neque enim periculũ est hodie, aut timor, Christianos, utpote qui à gentiliũ Idolatria remotissimi sunt, ad eorum mores, quos nunquam uiderunt degenerare: ut mirum sit, isto tempore quorundam curiositate, imaginum usum sub specie Idolatriæ tantopere impugnari, quasi inter ludæos uersaremur, uitulum adorantes, aut Beelphegor, aut Astartem Sidoniorum deam & urbis desolatricem, colentes, ac illorum Idolatriam extirpare moliremur. Alia hodie (Superis gratia) est conditio Christianorum, ut si à fide deficere esset animus (quod Deus prohibeat) quamlibet aliam citius quam Idolatriam

Obiectio
V. de Picturis.
cap. 36
Solutio.

Tollendæ
sunt imagines,
si usurpentur ad
Idolatriam.

Numeror. 21

4. Reg 18

Non est
Idolatria in
ter Christi-
anos circa
imagines
hoc tempo-
re timenda

tricam religionem amplecterentur.

De abusus imaginum. Caput XXII.

Imaginum abusus est, quod ijs cultus Latriæ tribuitur, aut alia in ijs Gentiliũ superstitiones exercentur: Quod olim Marcellina quædam, Carpocratianorum hæreticorum socia fecit, ut Epiphanius scribit. Quippe temporibus Antiochi Episcopi Romani Romæ degens, atque perniciem doctrinæ ipsius Carpocratis euomens, multos ibi seduxit, qui inter ceteros errores, imagines quoque habuerunt per colores depictas: Quidam etiam ex auro & argento, & reliqua materia, quas sanè imagines Iesu esse, et sub Pontio Pilato factas esse dixerunt, quando inter homines uersabatur. Insuper cum illis quædam etiam Philosophorum imagines habuerunt, Pythagoræ, Platonis, Aristotelis & aliorum: cum quibus imagines etiam Iesu collocarunt, collocatasque adorarunt, & gentium mysteria perfecerunt. Erectis enim his imaginibus, Gentium mores seruarunt, hoc est, sacrificia et alia, quæ ad cultum solius Dei pertinent, perfecerunt. Hunc igitur imaginum abusum ita corrigemus, ut sublata prorsus Idolatria, ita uenerentur imagines, ut honorem illis exhibitum, non ad ipsas, sed ad Archetypum referamus. Nec minus peccant, qui Latriam imaginibus Sanctorum præstantes, & si non ipsam imaginum materiam adorent, tamen cum honorem ad Sanctos, tanquam diuina numina, referunt. Nam ut Idolatria est, honorem Deo debitum Sanctis exhiberi: sic impium est, Latriam imaginibus præstitam, ab ipsis ad Sanctos tanquam numina referre. Quo modo & Ethnici, cultum suum Simulachris exhibitum, excusare conati sunt. Nam & ipsorum quidam dicebant, quoties illis Psalmi illud aut simile obijciebatur: Simulachra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur, oculos habent & non uidebunt. &c. Non hoc uisibile colimus, sed numen, quod illic inuisibiliter habitat: non corpora ipsa, sed quæ illis regendis præsident numina. Contra quod Augustinus ad hunc modum scribit. Vna, inquit, Apostoli sententia, poenam istorum damnationemque testatur. Qui transmutauerunt, inquit, ueritatem Dei in mendacium: & coluerunt & seruiuerunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus Deus in sæcula. Nam priore parte huius sententiæ, simulachra damnauit: Posteriores autem, interpretationes simulachrorum, Effigies enim à fabro factas appellando nominibus earum rerum, quas fabricauit Deus, transmutant ueritatem Dei in mendacium: res aut ipsas pro Dijs habendo et adorando, seruiunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in sæcula. Quis autem adorat, uel orat intus simulachrum, qui nõ sic afficitur, ut ab eose exaudiri putet, et ab eo sibi præstari quod desiderat, speret. Itaque hões talibus superstitionibus obli-

Epiph. lib. 1.
tom. 2. con. 1.3
hæreses.
August. in Cata-
logo hæres.
cap. 7

Quomodo
corrigitur
iste abusus?
Gravis ab-
usus est La-
tria hono-
rem præbe-
re sanctis
aut eorum
imaginibus.
Vana excu-
satio genti-
lium.
Psalm. 113

August. in Psal.
92. Concione. 2
Roma.

Superstitiones circa imagines gentiliũ.

obligati,plerunq; ad ipsum solem dorsum ponentes, preces fundunt statuam, quam uocant Solem: & cum sonitu maris a tergo feriantur, Neptuni statuam, quam pro ipso mari colunt, quasi sentientem gemitibus feriunt. Hoc enim facit, & quodammodo extorquet illa figura membrorum, ut animus uiuens in sensibus corporis, magis arbitretur sentire corpus, quod suo corpori simillimum uidet: quam rotundum Solem undaq; diffusas, & quicquid eisdem liniamentis formatum conspicit, quibus illa formata sunt, quæ uiuentia uidere consuevit.

August. epist.
119.

Alij, Soli & Lunæ, pecoribus & bestijs, alijsq; creaturis, uel Latriæ uel Dulæ cultum exhibent, quia per hæc ipsa Deus & Angeli, & sancti Dei homines designantur. Quem profecto errorem & abulum corrigi oportet. Non enim Sol adorandus est, quia Christus per Solem significatur. Et eodem modo nec pecora adoranda sunt, quia Christus & agnus & uitelus dictus est: nec fera, quia idem dictus est Leo de tribu Iuda: nec lapis quia Petra erat Christus.

Roma.

Contra falsas legendas Sanctorum.

Breuius ita uenerari debemus imagines, ne in sententiam damnationis incidamus, quæ ore Apostolico in eos profertur, Qui coluerunt & seruiuerunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Vfus igitur imaginum ita temperandus erit: ut sacræ, non profanæ: ueræ historiæ, non fabulæ & somnia, quorundam curiosorum hominum, populo proponantur. Qualia multa, multo tempore, non sine magna Christi fidelium offensione, prædicata & in templis picta fuisse noscuntur. Quemadmodum enim scripturæ Ecclesiasticæ ueræ esse debent, non falsæ & erroneæ: quæ instruant, non quæ decipiant: quæ legentium animos corroborent, non quæ emolliant,

Contra falsas & inhonestas imagines.

& à pietate auertant. Ita picturæ & imagines non nugaces & uanæ, sed ueræ: non turpes & lasciuæ, sed honestæ, & omnino tales esse debent, quæ uel dispensationem Christi in carne: uel sanctorum hominum pia & fortia facinora in memoriam reducentes, & uelut ob oculos ponentes, intuentium animos ad imitationem sanctioris uitæ, &

Ne profanæ sint in templis picturæ.

pietatem inuitent, non turpitudine aliqua corrumpant. Proinde reijciendæ & delendæ erunt picturæ. Sicubi in templis reperiantur profanæ: Quales sunt uenationum & piscatorum. In quibus scilicet omnigenarum animantium imagines spectantur: Casses, per terram & apud eos lepores & Capræ circumcursantes, uenatoresq; fugientia animalia, uelociter cum canibus insequentes. In mari & fluminibus emissa retia, omneq; genus piscium captum, in terramq; piscatorum manibus eductum, & quæ sunt similia. Sed nec profanæ historiæ in templis pingendæ sunt, qui mos Ethnicorum est, à Christianis repudiandus, non imitandus: Cuiusmodi fere est, quod Vergilius

Verg. lib. 1 Aeneid.

Quales in templis depingi debent.

repudiandus, non imitandus: Cuiusmodi fere est, quod Vergilius Aeneam in templo Carthaginis, à Didone condito, totam Troianam historiam depictam, spectasse narrat, & si quid est simile. Contra uero, Sacrarum rerum esse debent, quæ in templis pinguntur imagines.

nes.

nes. Veteres ab Oriente uniuscuiusq; templi, solam effigiem Sanctæ crucis statuebant: quia per solam crucem genus humanum liberatum est. Deinde ueteris & noui testamenti historias, hinc inde in parietibus templi pingere cœperunt. Et historias etiam certaminum gloriosissimorum martyrum & sanctorum: quo scilicet, hii qui literas non norunt, neque sacram scripturam legere queunt, contemplatione picturæ in memoriam reducerent eos, qui fidem suam in uerum Deum, egregijs facinoribus testati essent: Simulque eorum exempla, ad imitationem ueræ & Christianæ pietatis, meliorisque uitæ excitarentur. Constantinus Papa, Romæ in porticu sancti Petri picturas facere iussit, quæ sex Conciliorum gesta continerent: Qualis et ante Constantinopoli fuerat, quam Philippicus Imperator (qui & sextam Synodum Pseudo Episcoporum Concilio damnauerat, & eiusmodi erat) auferri iussit: propter quod Romanus Populus statuit, ne hæretici Imperatoris nomen, aut Chartam aut figuram solidi susciperent. Vnde nec eius effigies in Ecclesiam introducta est, nec nomen ad Missarum solennia prolatum. Sic & alia, ad pietatem uel excitandam uel conseruandam, pertinentia, in Sacrosanctis templis pingi possunt. Quin & ad pietatem illud quoq; non inutile uidetur, si in singulis habitaculis: etiam priuatarum domorum, imago uenerandæ crucis depingatur.

Paul. Diac. iii
Philip. imp.
lib. 18
Abbas Vr
pergensis
in annis
Philippici

O AD

LIBER D. BRUNI DE IMAGINIBVS
HIC FINEM HABET.

AD LECTOREM

Typographus.



Vanuis Egregia locuplesq; & copiosa sit Methodus D. Brunius, in qua nihil omisum est eorum, quae pertinent ad rationem & usum imaginum, quarum est apud Catholicos in Ecclesia pia & aedificatoria observatio, ab Apostolorum usq; temporibus ad nos continua successione per sanctos patres, autoritate irrefragabili deducta, ac uelut per manus tradita: Visum est tamen nonnullis, operae precium esse, ut lectoris animus, post latissimam de imaginibus disceptationem, quam D. Brunius, pro foelici eruditionis suae ubertate, amplo cursu, uelut per Oceani spaciosissimum aequor emensus est: in breuiori aliquo compedio, uelut in portus alicuius contractiore spacio respiret, ac fessus longo nauigationis per quoslibet autores excursu, breui ac firmæ de imaginibus Ecclesiae sententiae acquiescens, contra omnes haereticorum fluctus & dubitacionum uentos, in ueritatis portu tandem securus requiescat. Duo igitur Capitula, aliunde accersita, breuiter amplo istius tractatus adiuncta. Quorum unum est excerptum, e libro uetusti auctoris, Valafridi Strabonis, Abbatis quondam S. Galli apud Helueticos, quem in antiquo nuper codice repertum, & antea nunquam (quantum scio) euulgatum, prope diem in lucem aedere (Deo propicio) curabimus: Alterum uero, particula est eius libri, quem Affinis meus D. Ioannes Cochleus, ante paucos annos aedidit in Henricum Bullingerum Helueticum, de sanctorum inuocatione, eorumq; imaginibus & reliquijs. Vtrumq; ergo pro sua breuitate boni consulat ac perlegas uelim. Spero enim hoc meum in adiectis hisce duobus Capitulis obsequium tibi non ingratum fore. Bene uale.

VALAFRIDI STRABONIS, DE EXORDIIS ET INCREMENTIS rerum Ecclesiasticarum, Libri unius Caput VIII.



Cultus imaginum.

Nam de imaginibus & picturis, quibus decus Ecclesiarum augetur, dicenda sunt aliqua. Quia et earum uarietas nec quodam cultu immoderato colenda est, ut quibusdam stultis uidetur: nec iterum speciositas ita est quodam despectu calcanda, ut quidam uanitatis assertores existimant. Quis enim sanum sapiens, contra id quod scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis,

Deut. 6
Exod. 20

adorabis, & illi soli seruias. Et iterum, Non facies tibi omnem similitudinem eorum, quae in caelo, uel in terra, uel in aquis sub terra sunt: probabit in tabernaculi uel templi constructione, fecisse Moysen & Salomonem: Cum et ille secundum diuinam iussione[m], cortinarum uarietatem, & indumentum sacerdotale, diuersis ornauerit figuris: Et iste secundum sapientiam diuinitus sibi attributam, picturis & sculpturis, non tantum animalium, sed etiam arborum & herbarum, pene omne opus templi distinxerit: Vterq; insuper Cherubim similitudinem super arcam & propiciatorium statuerit. Cum certum sit & illos ita sensisse, et nos ita sentire debere, quod uidelicet non sunt Deo debitis cultibus & honoribus colenda, quae ab illis uel nobis facta sint uel fuerint: aut significandi alicuius mysterij causa, ut in tabernaculi & templi structura omnia aut ob commemorationem rerum gestarum, ut picturae historiarum: aut ob amorem eorum, quorum similitudines sunt, animis uiuentium arctius imprimendum: ut imagines Domini & sanctorum eius. Neq; enim frustra superiori sententiae subiunctum est. Non adorabis neq; coles ea. Vnde uidelicet intelligamus, in hijs faciendis, deuotionem & utilitatem, qua commoueri uel instrui appetimus, non esse culpandam: sed in hijs colendis, superstitio[n]em & hebetudinem, qua spiritalium cultum ad corporalia traducere erronei nituntur, esse damnandam. Sane, si cui uidetur ars pictorum uel fabrorum ob hoc culpanda, quasi ea quae ab ipsis fiunt, propter artis decorem & conuenientiam, ad cultum sui illiciant insipientes, poterit consequenter & Dei obrectare facturis: quare ipse uel luminaria caeli tanti splendoris, uel herbas, & olera tantae creaturae uenustatis & odoris: cum ipsa, sicut & alia creaturae, a quibusdam errantibus, diuinis honoribus adorata sint & culta. Qui error non auctori bonorum ascribendus est, sed daem[on]um persuasioni, & hominum consensui iniquo, qui bonis in malum abuti didicerunt.

Exod. 26
3. Reg. 6

Ad quid ualeat usus imaginum

Abusus culpandus est, non res ipsa.

Notandum uero, quod sicut quidam easdem imagines ultra quam fatis est uenerantur: Ita alij dum uolunt, cautiores caeteris in religione uideri, illas ut quasdam Idolatriae species respuunt, & praesumptionis factu, simplicium corda scandalizant. Huius rei quaestio, apud Graecos saepe tantas contentiones excitauit, ut sub Gregorio Papa iuniore, Constantinus Imperator, apud Constantinopolim omnes imagines deposuerit. Et sub Gregorio Tertio, Romae Synodus sit facta, contra supradictam (ut dixerunt) haeresim: in qua firmatum est, ut sanctorum imagines, secundum praescriptum Catholicae Ecclesiae ritum, restituerentur. Ipsa denique querela Graecorum, temporibus bonae memoriae Ludouici Imperatoris, in Franciam perlata: eiusdem Principis prouidentia, scriptis Synodalibus est confutata. Quam etiam Claudius quidam, Taurinensis Episcopus, sed in ueritatis itinere, nominis sui similitudine nutabundus, inter caeteras uanitatatis

de imaginibus

Greg. 2
Greg. 3

Impe. Ludo. 2

Claudius Episcopus Taurinensis haereticus

O ij suarum

suarum ineptias, cupiens renouare: antequam diuersorum contra eū scribentium iaculis perfoderetur, suo iudicio damnatus interijt: et for- tasse qui Imperatoris fidelium (ueluti in nummo) contempfit imagi- nem, ante tribunal ipsius, proteruitatis suæ pariter & inquietudinis pœnas exoluit. Non enim leuem iniuriam, sæculi potentes sibi puta- bant illatam, si imaginem suam uel nomen, in quolibet numismate à subiectis despici cognouerint, & calcari. Non autem (quia populus

Serpens æneus.

Israhel in deserto, uel Ieroboam Rex, uitulorum fabricatione Deum offenderat) serpens æneus, quem ex iussu Domini Moyfes fecit, cõ- temnendus erat: quippe, cum percussus a ueris serpentibus, imaginarij serpentis contemplatione sanarentur: Quem (quia populus semper ad Idolatriam procliuus, postmodum quadam superstitiosa uenera- tus est religione) Ezechias Rex Iuda religiosissimus legitur fregisse.

Quo colimus & inuocamus Sanctos.

Ergo cum Christianus populus, tanta sit in diuinis rebus docilitate, in interiora sapientiæ spiritualis inductus cellaria: ut non dicam pi- cturam & imagines, sed ne ipsos quidem sanctos homines, uiuos uel mortuos, diuinis credat colendos honoribus, uel adorandos. Rogamus enim sanctos, non ut ipsi præstent per se, quæ saluti nostræ neces- saria sunt: sed ut ab autore bonorum, à quo est omne datum opti- mum, & omne donum perfectum, utpote illi proximiores meritis, et ideo certius audiendi: impetrent quæ salutis petentium oportuna non nesciunt. Deum autem oramus, ut sua bonitate gratuita, meritis & intercessionibus sanctorum, quæ nobis iudicat commoda, largiatur.

Non sunt imagines delendæ.

Et huic quidem ut Deo, Domino, Iudici, Creatori, omnipotenti, et saluatori, supplicamus: Illos, uero ut Dei amicos, Domini famulos, patronos, uerè honoratos, & pleniter saluatos, in adiutorium uocamus. Tales esse preces fidelium, qui publicas Ecclesiæ orationes con- siderare norunt, dubitare non poterunt. Cum itaq; talis sit Chris- tiani perfectio sensus, non sunt omnimodis honesti & moderati imaginum honores abijciendi. Si enim ideo, quia nouimus non ado- randas nec colendas Iconas, conculcandæ sunt & delendæ picturæ, quasi non necessariæ uel nociuæ: Ergo & quia credimus, quod crea- tor omnium qui ubiq; est, & cælum & terram implet, non habitat in manufactis: destruenda sunt templa, ne uideamur parietibus & te- ctis inclusum credere creatorem. Sicq; poterit euenire, ut dum caue- mus, ne uspiam sit aliquid, ubi insipientium mens possit errare, nihil pene habeamus, quo uel deuotionem nostram exerceamus, uel simpli- ces & ignaros, ad amorem inuisibilium trahere ualeamus. Quantum autem utilitatis, ex picturæ ratione proueniat, multipliciter patet. Pri- mum quidem, quia pictura est quædam literatura illiterato: adeo ut quidam priorum legatur ex picturis didicisse antiquorum historias. Deinde (ut breuitatis causa prætermittam plurima) in gestis Sylue- stri Papæ legitur, Constantinum Imperatorem, per thoracidas Apo-

Utilitas ex picturis.

stolorum,

stolorum, quod ipsos in uisione uiderit, cognouisse. Et uidemus ali- quando simplices & idiotas, qui uerbis uix ad fidem gestorum pos- sunt perducere, ex pictura passionis Dominicæ, uel aliorum mirabiliū ita compungit: ut lachrymis testentur exteriores figuras cordi suo quasi lituris impressas. Ergo sicut omnia munda mundis, coinquina- tis autem & infidelibus nihil mundum: quia inquinata sunt eorum, & mens et conscientia: ita malis, omnes uig. offensionis plene sunt. Et sicut boni etiam malis bene: sic mali etiam bonis male utuntur.

Ad Tit.

Sic itaq; imagines & picturæ habendæ sunt & amandæ: ut nec despectu utilitas adnulletur: et hæc irreuerentia in ipsorum, quorum similitudines sunt, redundet iniuriam: Nec cultu immoderato fidei sanitas uulneretur, & corporalibus rebus honor nimie impensus, æ- guat nos minus spiritualia contemplari.

Conclusio de imagini- bus.

Ex Libro Ioan. Cochlet, in Henricum Bullingerum, De Sanctorum inuocatione eorumq; imaginibus. Caput XVI.



T malam et impiã causam Iconomachie quolibet Rhetho- ricæ calliditatis fuco adornes, nullum uerū studium habere amplius uideris, ut iustissime possit tibi aduersus tam effrõ- tem & malignam peruersitatem tuam dici cum Propheta.

Væ qui dicis malum bonū, et bonū malū: ponens tenebras lucem, & lucē tenebras. Irene itaq; Imperatricē de ijs præcipue repræhendis, propter quæ à Christianis Chronographis & Historicis summopere commendatur. Hęc est, inquis, illa Irene, quæ Theodori Antistitis Papizantis precibus expugnata, Constantini Imperat. soceri sui ca- dauer impie refoffum, publice cremari iussit, cineremq; iactari in ma- re, ideo quod uiuus contriuisset Idola, & templi ornamenta sustulisset. &c. Quid Papizare dicas, ex noua Grammatica & Theologia ue- stra iam pridem intellexi: hoc est namq; cum Papa seu Roman. Pon- tifice sentire: Id uero est, uere Christianum & Catholicum esse. Quæ re nequaquam grauat me uestrum (quo nihil apud uos frequentius est) illud conuictum, dum me Papistam aut Papizantem dicitis.

Esai. 5

Iniqua res præhensio Irenes à Bullinge- ro facta.

Quod autem Irene cadauer soceri sui, tam impij & sacrilegi hære- tici, refoffum comburi & cineres in mare proijci curauit, laudabili zelo publicam pietatem priuatæ affinitati prætulisse uideretur, Le- gibus præcedentium Imperatorum, contra hereticos latis uiriliter in- seruiens, & causam Cœlicolarum religiose uindicans, quorum sa- cras reliquias impius ille prius. combusserat: Ut apud Inferos possit uere dicere illud, quod in libro Iudicum dixisse fertur Rex impius Adonibezech. Sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Rursus repræhen- dis piã Imperatricem, quod Pauli Patriarchæ & Roman. Præsulis persuasa blandicijs (ut ais) apud Nicæam, Synodum ex Asianis & Græcis Episcopis conuocauit. At extant iam acta publica præclare & uerè Oecumenicæ illius Synodi, quæ Septima dicitur. In ijs itaq;

Iustum Ire- nes factū contra so- cerum suū Constantinū.

Iudic.

Synodus septima V niuersalis.

plenissime est determinata hæc de imaginibus quaestio, ut à nugis turis ueritas ultra DCC annos in omnibus Ecclesijs, per orbem terrarum prædicata, & perpetuo usu & consuetudine confirmata, nihil sibi timere debeat. Mera enim sunt nugamenta, quæ tu procaci uerboritate 30. capite libri tui, contra huius Synodi decretum & dogma, duobus uersibus explicatum producis. Versus autem illi ex Græco in Latinum translati sic habent.

*Nam Deus est quod imago docet, sed non Deus ipsa,
Hanc uideas, sed mente colas quod cernis in ipsa.*

Contumelia uerba Bulling. Contra hos uersus tu superbissime dicis. Miretur autem aliquis, an patres illi inopia iudicij laborarint, an cum ratione insanierint, an toti Ecclesiae tanquam Luciofae uoluerint ad plenum oculos oblinere, procaciterque illudere. Et tamen nihil aliud obijcis, nisi futiles nugæ, uel de forma Dei humana, quam fingebant Anthropomorphitæ: uel de simulachris Gentilium Deorum, quæ Lactantius & Athanasius reprehenderunt. An tu nunc demum doces Christianos quod antea nescierunt? Quis rogo nostrum dixit unquam, Diuinam essentiam,

Imagines Christi ut hois, nõ ut Dei secundum se. hominis habere formam aut imaginem? Quid uero sentis tu de Christo? Nunquid Deus non est? At huic ponimus imagines iuxta assumptam à Diuina ipsius persona naturam humanam, non secundum naturam Diuinam. De Christi igitur imagine, non de simulachris & Idolis Gentilium, neque de statuis & imaginibus B. Mariæ,

In Rationali di ui. lib. 1. rubr. aut quorumlibet sanctorum, intelligendi sunt isti duo uersus. Qui sane plus ingenij artificio & pietatis referunt lectori cordato, quam habent uniuersæ uerboritates tuæ. Certe in eo libro, qui Rationale diuinorum dicitur, paucis uerbis & per alia quædam carmina, pulchre

Chaldaei. resoluitur hæc de imaginibus Christi quaestio. Sane Chaldaei, inquit, ignem adorant, & cogunt alios idem facere, alia Idola comburentes. **Sarraceni,** Pagani uero imagines seu Iconas & Idola adorant, Quod Sarraceni non faciunt, qui imagines nec habere nec uidere uolunt: Moti ex illo uerbo. Non facies tibi omnem similitudinem eorum, quæ in caelo uel in terra, uel in aquis, uel sub terra sunt. Exod 20. Nos ualde super hoc increpantes. Sed nos illas non adoramus, nec Deos appellamus, nec spem salutis in eis ponimus, quia hoc esset Idolatrare, sed ad memoriam & recordationem rerum olim gestarum, eas ueneramus. Et mox istos subiungit uersus.

Quo adorantur imagines.

*Effigiem Christi qui transis pronus honora,
Non tamen effigiem, sed quod designat adora.
Esse Deum ratione caret, cui contulit esse
Materiale lapis, effigiale manus.
Nec Deus est nec homo praesens quam cernis imago,
Sed Deus est homo quem sacra figurat Imago.*

Quod

Quod uero contra Diuorum imagines argutus uis uideri, dum ais, eas nec animarum nec corporum esse imagines, eo quod anime incorporeæ sunt, Corpora uero humi computrescunt: Vana est hæc argutia. Imagines enim, quemadmodum & nomina sanctorum, non præcisè repræsentent nobis partes substantiales hominis disiunctas, sed ipsum potius hominem, qualis in terris apparuit: licet per Synecdochen plærunque partes quoque, per nomina totius designentur: ueluti si dicas. S. Petrus est in caelo, Item S. Petrus Romæ sepultus est. Quanquam sola anima in caelo, & solum corpus Romæ est modo, sed in spe resurrectionis, per quam reuidentur ambæ partes: ita nobis de ijs partibus nunc disiunctis, tanquam de toto composito per Synecdochen loqui licet. Quæ autem de Marcellina quadam obijcis, nihil contra nos faciunt, Nam & nos nequaquam probamus illius factum, quæ Homeri & Pythagoræ imagines adorauit, eisque incensum posuit, etiam si Iesu & Pauli quoque uenerata sit imagines: Impie enim coniunxit Belial cum Christo. Quæ uero de Simulachris refers, nos non de sanctorum imaginibus, sed de Gentilium deorum Idolis intelligenda esse censemus. Quæ denique ex Erasmi Caetelesi obijcis, nihil ponderis habent. Clare enim supra ex Eusebii Historia ostensum est, longe antiquiores fuisse imagines Christi & Apostolorum, quam fuit ætas S. Hieronymi. Neque tibi socius aut complex fuit contra imagines Erasmus, qui eiusmodi sacrilegia uestra semper detestatus est. Sed reuertamur iam ad Irenæum & filium eius. Tu repræhendis, quod mulier illa consilijs (ut ego dico) aut blanditijs (ut tu scurriliter loqueris) Pauli Patriarchæ Urbis Regiæ & Adriani Romani Pontificis inducta, Nicæam in Concilium uocauerit Episcopos. At si ulla tibi superesset recti & honesti iudicij ratio, aut consideratio, nequaquam repræhenderes hoc illius factum, quod erat usque adeo secundum se honestum, pium ac salutare, atque etiam necessarium, ut a bonis omnibus merito desideraretur. Nam impij illi tres Principes Iconomachi, Leo II. Constantinus V. & Leo III. Iudaicis suis contra sacras imagines attentionibus, totam Græciam Asiamque conturbauerant, & totum pene orbem in dissidia, contra Ecclesiae unitatem consuetudinemque antiquam, concitauerant: ita ut plurimi Episcoporum sibi inuicem Anathema dicebant. Præponderabat autem ubique, iuxta antiquam totius Ecclesiae obseruationem, Roman. Pontificis (qui Iconomachos quoslibet irreuocabili excommunicabat sententia) autoritas. Vnde factum fuit, ut Paulus ille Patriarcha Constantinopolitanus ultro renunciauerit suo Episcopatu, Monachicam eligens uitam, quod nollet in Anathemate, quod Rom. Pontifex indixerat, permanere. Ne uero dicas hæc à me confingi (sicut tu impudenter ex te ipso narrationes plæræque confingis) Ecce tibi uerba epistolæ Augusti

Imagines sanctorum quid repræsentant.

Marcellina.

Erasmus.

Iniusta Irenæus repræhensio de Concilio.

Iconoclastæ.

O iij stalis,

In Synodo. 7
Actio. 1

stalis, quam Constantinus VI. & Irene Mater ad CCC. & L. Episcopos Niceæ congregatos dederunt. Atq; hæc, inquit, in posterum melius animo uolentes, nunc multo sacratissimam non dubitauimus summis laboribus congregare Synodum. Damus quoq; unicuiq; libertatem, ut sine omni formidine ea eloquatur, quæ secum animo deliberauerit, quo ueritas magis magisq; elucescat, & in trepidâ uoce audiatur, simul etiam ut ex multis Ecclesijs dissidium auferatur, pacisq; copulatio & constantia in omnibus connectatur. Et si mul atq; Paulus sanctissimus Patriarcha, iuxta diuinam uoluntatem carnem presentem commutaturus erat, præsensq; habitaculum derelicturus, & ad superiores sedes commigraturus: immo ad Dominum nostrum Christum, Episcopatu renouauit, Monachicam eligens uitam. Nobis uero interrogantibus illum, qua de causa hoc fecisset, respondit, quod si morte occupatus & præuentus in Episcopatu huius piæ & Regiæ ciuitatis fuisset, etiam extra omnem Ecclesiam Catholicam resurgere cogeretur, quod ipsum in tenebras exteriorum res, quæ Diabolo & Angelis illius paratæ sunt, abducit. Dolebat enim Synodum quandam hic indictam, quæ subuertere contendebat imaginum picturas, quas sancta Ecclesia Catholica seruat & amplectitur, & ad memoriam præfiguratorum suscipit. Id ipsum, inquit, est quod animum meum commouet: quod meam conscientiam urget, quomodo iudicium Dei effugere queam. Hæc ille Paulus, Quo mortuo successit in locum eius Tarasius, qui antea fuerat in Aula eminens & conspicuus sæculari dignitate. Is uero cum eligeretur, renitens diu, uix tandem Augustorum acquieuit instantiæ. Recitatur autem in eadem epistola, recusationis illius causa in hæc sane uerba. Contemplatus itaq; nostram instantem & urgentem sedulitatē, causam recusationis nobis denūciauit. Quandoquidem, inquit, uideo et consydero, supra petram Christum Deum nostrum fundatam Ecclesiam, nunc esse dicissam, dissipatam & ruptam: Nos quoq; modo hoc, modo illud diuersis animis loquentes. Orientis autem unanimi fide præditos Christianos: Nostros uero aliter animatos. Cumq; illis consentientes Christianos Occidentis, nos ediuerso in singulos dies ab omnibus illis anathematizari: Vniuersalem Synodum postulo fieri eorum omnium, qui tum ex omnibus loci gubernatoribus à Papa ueteris Romæ, tum ab Orientis summis sacerdotibus mitti possunt. Hæc Tarasius ad Augustos, Matrem filiumq; eius. Ex quibus facile intelligit lector, quanto melior fuerit semper causa eorum, qui pro imaginibus q̄ qui contra eas decertauerunt. Tu uero Bull. si qua tibi frons esset, merito per hæc confusus pudesceres, qui Pauli blandicijs inductam dicis Irenen, & Conciliabulum illud, quod Constantino poli in Palatio Hiericæ (alij in Blachernis dicunt) Episcoporum sub impio Tyranno Constantino V. contra Imagines habitum est. Vniuersali

Verba Pauli Patriarchæ.

Vtinam considerent hæc uerba oēs Luthe. & Zuing.

Tarasius Patriarch.

Per Orientem et consydero, supra petram Christum Deum nostrum fundatam Ecclesiam, nunc esse dicissam, dissipatam & ruptam: Nos quoq; modo hoc, modo illud diuersis animis loquentes. Orientis autem unanimi fide præditos Christianos: Nostros uero aliter animatos. Cumq; illis consentientes Christianos Occidentis, nos ediuerso in singulos dies ab omnibus illis anathematizari: Vniuersalem Synodum postulo fieri eorum omnium, qui tum ex omnibus loci gubernatoribus à Papa ueteris Romæ, tum ab Orientis summis sacerdotibus mitti possunt. Hæc Tarasius ad Augustos, Matrem filiumq; eius. Ex quibus facile intelligit lector, quanto melior fuerit semper causa eorum, qui pro imaginibus q̄ qui contra eas decertauerunt. Tu uero Bull. si qua tibi frons esset, merito per hæc confusus pudesceres, qui Pauli blandicijs inductam dicis Irenen, & Conciliabulum illud, quod Constantino poli in Palatio Hiericæ (alij in Blachernis dicunt) Episcoporum sub impio Tyranno Constantino V. contra Imagines habitum est. Vniuersali

Inuerecunda sententia Bull.

uerfali Concilio CCC. & L. Episcoporum, quod Niceæ celebratum est legitime, ex autoritate & præsentia Rom. Pontificis, præferre audes. Cum manifeste constet ex ijs iam recitatis uerbis Tarasij Patriarchæ, paucissimos fuisse Episcopos, qui contra imagines consenserant, siue metu, siue adulatione, aut quauis alia cordis prauitate, impijs illis Principibus Leoni III. qui ad complacendum duobus ludæis nefarium illud scandalum in Ecclesia Christi primus excitauit, & filio eius atq; nepoti: erroris, ut Imperij eius hæredibus, Fateatur enim Tarasius, & Orientis et Occidentis Christianos unanimi fide præditos, pro excommunicatis habere Constantinopolitanos, qui imagines impugnabant. Et tu ipse recitas ea, quæ Constantino Iniqua laus poli sub eadem Irene contigerant, antequam Niceæ congregaretur Synodus. Cum uero sint uiolenta, & contra omnes leges & canones, omnemque Ecclesiæ consuetudinem: nihilominus cæco iudicio à te laudantur, Nempe, quod in urbe regia, cum in æde Apostolorum (ubi congregati erant Episcopi) proferrentur iam scripturæ, & partium incalceret concertatio: exercitus Excubitorum, metuens ueritati (ut tu dicis) uim inferri, irruit in templum, & cœtum Episcoporum atq; Abbatum dissipauit. Aiunt, inquit, tunc Iconomachos quosdam Episcopos ad populum proclamasse, Vicimus. Hæc tu laudas, quia non multum dissimilia sunt ab ijs, quæ uos noui Iconomachi Bernæ fecistis. Constat autem ex actis publicis VII. Synodi, complures ex Iconomachis antiquis Episcopos, suos & feliciter agnouisse & publice reuocasse errores. Quales nominatim ibi recententur Basilius Ancyre, Theodorus Myron, Theodosius Aemoriani Episcopi, quorum extant Confessiones recte fidei, & Anathematismi Iconomachicæ: Post quos sane introducti ad Concilium fuerunt & alij reuocatores errorum Episcopi, nempe Hypatius Niceæ, Leo Rhodi, Gregorius Pissidiæ, Gregorius alter Pissinunton, Leo alter Iconij, Nicolaus Hierapoleos, & rursus Leo alter Carpathi. E quibus Leo Rhodi, uice omnium ita dixit ad Concilium. Peccauimus et coram Deo & coram Ecclesia, coramq; hac sacra Synodo. Imperitia autem nos excidere à ueritate compulit, neque quicquam, quod in defensionem adducere possimus, habemus. Hæc & id genus innumera ex gestis publicis illius Synodi tuos quoque errores d' Bullinger manifeste confutant, et tanto quidē iustius, quanto longior & antiquior est nunc, quam tunc fuit, Imaginum usus. Sed ut Historiarum quoque fides nobis opituletur, operæ precium fuerit, non nihil ex Sabellici Enneadibus in medium afferre. Erarat, inquit, hic status rerum in Italia, quum Constantinus sextus (fuit is Leonis & Irene filius) atrociter imperium administrabat. Verum enim uero quam diu ille matris consilio obtemperauit, rite omnia domi forisque habuere, nullæ populorum querelæ, nulli bello

Iniqua laus uiolentia.

Bull. cap. 23

Reuocatio à multis Episcopis facta.

Ex Synodi Actione. 1

Verba reuocationis

Anto. Sabellicus Ennea. 8. lib. 8

Constanti
ni VI. Imp.
prauitas.

rum motus, pace & ocio omnia florere. Continebat sapientissima mulier filium in officio, identidemque monstrare, bonis artibus Imperia augeri, superbia & auaricia labefactari. Dictare hæc mater, simulque filij uitam à flagitio tueri, & populis prodesse. Sed plurima ingenia bonos non nutriunt mores. Constantinus primos pubertatis annos ingressus, matrem haud ulterius passus, administratione deiecit, deiecitam in ordinem redigit, in subiectos immaniter sæuit, multi mortales alij, alio supplicij genere periclitari. Hanc in principe sæuitiam Constantinopolitana ciuitas auersata, consilia occulte agitabat de Imperio illi abrogando. Eratque Nicephorus Constantini Quinti filius, in quem multi tacite suffragia inclinabant. Hunc Constantinus patefacta conuersione, lingua & oculis priuatum, in uincula conijcit. Nec his sceleribus contentus, uxorem, foeminam optimam ac bene alioqui conuenientem, in monasterium obtrudit: Theodoramque eius ancillam sibi matrimonio iungit, cum nihil in illa amabile esset, præter formam. Sic nescio quo aduerso Imperij fato accidit, ut tres Principes omnium, qui unquam hominum memoria fuerunt, pessimi, unus post alium sint Byzantij rerum potiti. Sed dum Constantinus tam crudeliter & libidinose imperat: Carolus diuersa terrarum parte bello sibi immortale nomen quærere, Saxonibus bello uictis, cum Thasilonem Bauarum Duce pacem sanxit. Et infra. Per id, inquit, tempus, in Græcia Irene Constantinum filium, cuius impietatem odebat, Constantinopolitanis conuiuentibus, quin impellentibus etiam, in potestatem redactum, luminibus priuat, priuatumque in uincula conijcit. Sic memorabili exemplo mulier, omnium quæ ea tempestate fuerunt optima, publicum bonum priuatæ charitati prætulit. Constantinus maternæ contumeliæ impatiens, nullo maiore cruciatu affectus, paucis diebus luctu et mœrore expirauit. Hæc Sabellicus in historia. Cui longe iustius creditur, quam uerbosis tuis figmentis, quæ neque rationis neque iustitiæ & ueritatis quicquam habent. Vt igitur finem faciam, nihil amplius hic addam, præterquam mirabile factum, quod tunc contigisse memoratur. Sic enim refert in Anthropologia sua Raphael Volaterranus. Ea fere tempestate Landolphus, & quidam alij scriptores scribunt, inuentam sepulchro laminam æneam supra mortuum hominem, his uerbis. Christus nascitur ex uirgine, in eum credo, tempore Constantini & Irenes, o Sol, iterum uidebis me. Hoc et Sabellicus refert, et Egnatius, atque etiã in Chronicis ex Sigeberto Palmerius Florentinus.

Volaterranus
lib. 23

*Apud S. Victorem prope Mogontiam excudebat
Franciscus Behem Mense Augusto
M. D. XLVIII.*

